Československá akademie věd

ÚSTAV ČESKOSLOVENSKÝCH
A SVĚTOVÝCH DĚJIN
ČSAV

CODEX DIPLOMATICUS
ET EPISTOLARIS
REGNI BOHEMIAE

V—2

ČESKOSLOVENSKÁ AKADEMIE VĚD

Vědecký redaktor
dr. Miroslav Štěpánek, CSc.

CODEX DIPLOMATICUS

ET EPISTOLARIS

REGNI BOHEMIAE

CONDIDIT

GUSTAVUS FRIEDRICH

TOMI V

FASCICULUS SECUNDUS

INDE AB A. MCCLXVII USQUE AD A. MCCLXXVIII

EDIDERUNT

JINDŘICH ŠEBÁNEK ET SÁŠA DUŠKOVÁ

PRAGAE MCMLXXXI

SUMPTIBUS ACADEMIAE SCIENTIARUM BOHEMOSLOVACAE

© Academia, nakladatelství Československé akademie věd, Praha 1981

PRAEFATIO

Codicis diplomatici Bohemiae tomi quinti fasciculus secundus, quem legentibus in manus tradimus, adeo fasciculi primi, mense Maio anni 1974 typis expressi, materiam, viam et rationem porro tractat, ut praefationis loco paucissima tantum, quae in eo elaborando mutata sint, esse commemoranda videantur.

In hoc fasciculo ea diplomata et epistulae primae, *quam appellavimus, seriei continentur, quae ab ineunte anno 1267 usque ad Přemysli Otakari II. regis obitum (28. VIII. 1278) prodierunt. Ex totius fasciculi numeris 485—883 unam partem, videlicet numeros 485—685, J. Šebánek, alteram partem, videlicet numeros 686—883 S. Dušková edendam praeparavit. Manuscriptum ab editoribus ad umbilicum deductum iam mense Decembri a. 1975 aedibus Academiae (ČSAV) traditum et ad imprimendum acceptum est.*

Sed antequam liber typis descriptus prelum relinqueret, ineunte anno 1977 editorum senior v. d. J. Šebánek, qui seriem CDB stagnantem renovavit eiusque revera alter magnus parens exstitit, casu acerbo concussus mortem cum vita commutavit. Qui vir de liberalibus studiis et artibus optime est meritus, quod in facultate philosophica Universitatis Brunensis proprium institutum ad edendum condidit, novas vias et rationes in tractandis medii aevi documentis ingressus est et quomodo litteris diplomatice elaboratis ad indagandam medii aevi societatem utendum esset modo exemplari ostendit. Preterea ei contigit, ut nonnullos optime instructos sequaces, qui eius vestigiis insisterent, reliquerit. Itaque obitu eius, quamquam deplorando, non eveniet, ut Codicis edendi opus interrumpatur.

Nomine defuncti magistri et sodalis necnon nomine meo omnibus, a quibus operi nostro quomodocumque auxilium praestitum est in permultis archivis consulendis, in imaginibus quas petiimus libenter procurandis, in informationibus benignissime praestandis, reddendae sunt gratiae maximae. Eorum auxilio effectum est, ut omnes litterae originales, in archivis nostris asservatae, et pleraque diplomata ex archivis extraneis in manus nostras pervenerint. Hoc modo de omnibus autographis et apographis indicia necessaria acquisivimus, quibus efficitur, ut legentibus opus proponere possimus, in quo omnia, quae his temporibus ab editorum cura requiruntur, rite respiciantur.

In patria nostra nominandi sunt hi viri docti et hae feminae doctae, archivorum moderatores vel eorum socii, qui abunde nobis manus adiutrices praebuerunt: v. d. R. Marsina, Instituti SAV Bratislaviae socius, v. d. Vl. Voldán, archivi publici Brunae moderator necnon successor eius f. d. M. Wurmová, v. d. J. Dřímal, bonae memoriae, moderator archivi civitatis Brunensis necnon successor eius v. d. Fr. Zřídkaveselý, v. d. Ferd. Čenský et successor eius v. d. L. Dušek, moderatores archivi publici in Litoměřice, necnon socii

eiusdem archivi in Děčín et Žitenice, v. d. M. Kouřil, archivi publici Olomucensis socius, f. d. K. Haubertová, archivi publici Pilsnensis socia in Žlutice, v. d. Jar. Vrbata, archivi publici centralis Pragae moderator, v. d. K. Beránek cum uxore sua f. d. V. Beránková, eiusdem archivi socii, v. d. A. Chalupa, archivi Musei Nationalis Pragae moderator, v. d. J. Burian, archivi arcis Pragensis quondam moderator, v. d. J. Čarek necnon successor eius v. d. Fr. Holec, archivi civitatis Pragensis moderatores, f. d. Em. Urbánková, sectionis librorum manuscriptorum Bibliothecae publicae Pragensis moderatrix, v. d. M. Boháček, universitatis Pragensis professor emeritus, v. d. Fr. Hofmann et v. d. J. Pražák, archivi ČSAV Pragae socii, v. d. Vl. Bartošek, archivi publici in Třeboň necnon in Český Krumlov socius. Parcius, sed animo non minus prompto nos adiuverunt moderatores archivorum conventualium in civitatibus: Cheb, Jihlava, Kutná Hora, Litoměřice, Mělník, Most, Opava, Pohled, Prachatice, Třebíč, Uherské Hradiště, Žatec.

In terris externis de opere nostro optime meriti sunt:

In Austria: v. d. P. E. Müller, et v. d. P. St. Sommer, archivi mon. Campililiensis moderatores, v. d. P. Tschedemnig, archivi mon. Geracensis moderator, v. d. Fr. Posch, archivi publici Graeciensis moderator, necnon successor eius v. d. G. Pferschy, v. d. P. H. Watzel, mon. Stae Crucis moderator, v. d. H. Sturmberger, archivi publici Austriae Superioris moderator, necnon successor eius v. d. A. Zauner, v. d. P. E. Kummer moderator archivi necnon v. d. P. G. Ellegast abbas mon. Melicensis, v. d. H. Appelt, universitatis Viennensis professor, v. d. H. L. Mikoletzky, archivi publici Viennensis moderator generalis, bonae memoriae, necnon successor eius v. d. W. Goldinger, v. d. H. Blaas et f. d. A. Coreth, eiusdem archivi moderatores, v. d. P. B. Demel, archivi ordinis Theutonicorum Viennae moderator, v. d. P. B. Schneider et v. d. P. A. Tomaschek, archivi mon. Zwetlensis moderatores.

In re publica democratica Germanica: v. d. H. Schlechte, archivi publici Dresdensis moderator, et successor eius v. d. R. Groß et v. d. M. Kobuch, eiusdem archivi socius.

In re publica foederativa Germanica: v. d. H. Koeppen, archivi ordinis Theutonicorum Gotingae moderator, bonae memoriae, v. d. W. Heinemayer, universitatis Marburgensis professor, v. d. P. Acht, universitatis Monacensis professor, v. d. W. Jaroschka, archivorum publicorum Bavariae moderator generalis, v. d. K. Puchner necnon successor eius v. d. J. Hemmerle, archivi publici Monacensis moderatores, v. d. M. Hellmann, universitatis Monasteriensis professor.

In Italia: v. d. G. Battelli, universitatis Romanae professor.

In Liechtensteiniensi principatu: v. d. G. Wilhelm, archivi in Vaduz olim moderator.

Denuo singulares gratiae reddantur facultati philosophicae Universitatis a Joanne Evangelista Purkyně nominatae Brunensis, quae eodem modo ac prius studiis nostris favere non destitit. Pari et aequo loco nominandum est Institutum ČSAV historiae Bohemoslovacae necnon universalis historiae Pragense. Moderatoribus huius instituti, academiae scientiarum sodali ordinario, v. d. O. Říha, universitatis Pragensis professori, bonae memoriae, et academiae scientiarum sodali extraordinario, v. d. J. Purš, universitatis Pragensis professori, vicemoderatori eiusdem instituti v. d. J. Křížek, qui in universitate

Pragensi docentis munere fungitur, v. d. J. Spěváček, saepius dicti instituti socio, gratias agimus.

Vir doctus B. Ryba, universitatis Pragensis professor emeritus, ineunte anno 1980 defunctus, qui in quaestionibus philologicis solvendis nos indefesse adiuvabat, necnon v. d. M. Štěpánek, qui censuram operis nostri egit, necnon v. d. Zd. Masařík, in universitate Brunensi docentis munere fungens, necnon v. d. Ant. Hartmann, K. Čupr, D. Šlosar, eiusdem universitatis membra, consiliarii nostri philologici, gratias nostras sincerissimas benigne accipiant.

In instituto nostro f. d. J. Krejčíková necnon M. Štvánová, coadiutrix nostra in documentis colligendis atque ordinandis, studiis nostris diligentissime praesto erant.

Editioni imprimendae in aedibus ČSAV operam eximiam f. d. O. Adamová, v. d. L. Václavů necnon D. Šebánková navaverunt. Nominandus est etiam librorum exprimendorum curator R. Horký quorum omnium industria labor noster modo praestantissimo expediebatur.

Dabamus Brunae die 5 mensis Augusti a. 1980. *S. Dušková*

PERSONARUM NEC NON INSTITUTIONUM, AD QUAS HUIUS TOMI LITTERAE AC DIPLOMATA DATA SUNT, CONSPECTUS

Compendia, quae numeris praefixa sunt, formam significant, qua litterae vel diplomata servata sunt: aut. = autographum; aut. d. f. = autographum dubiae fidei (cum una cruce apposita); aut. i. = charta autographi instar (cum crucibus appositis); c. = copia (apographum, falsitas chartae crucibus appositis significatur); v. B. = versio Bohemica.

Achillis de Hemenhusen, miles Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 734.

Albertus [Stango], quondam miles Brunonis, episcopi Olomucensis; relicta eius *v.* Katherina.

— dictus Stokvisch, [miles] Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 738. — frater eius *v.* Franco.

— , vicearchidiaconus Gradecensis: aut. 862.

— [?], abbas de Vizovice: c. 777.

ALEMANNIA, Eremitae ord. s. Augustini: c. 867.

— , fratrum militiae s. Jacobi nuntii: aut. 690, aut. 691.

Alexander, servitor Brunonis, episcopi Olomucensis: c. 800.

Alexius, decanus, praepositus Olomucensis, archidiaconus Znoymensis: aut. 748, c. 797.

Alšík [de Melren], miles de Havraníky: c. 591.

Anna, uxor Mraviconis, militis Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 724.

Anselmus, [frater de domo hosp. s. Mariae Theutonicorum], episcopus Warmiensis: aut. 580.

Arnoldus, plebanus in Hořice: c. 614, aut. 646.

AŠ, parochia domus hosp. s. Mariae Theutonicorum: c. 604+.

AUSTRIA, dux *v.* Přemysl Otakarus II. — iudices et officiales: aut. 522.

— fratres hosp. [s. Johannis] Hierosol.: aut. 748.

Bartholomaeus, capellanus Přemysli Otakari II., regis Bohemiae, ducis Austriae et Stiriae marchionisque Moraviae, decanus Olomucensis, officii sacristiae Wissegradensis ecclesiae fundator: aut. 487, aut. 531, c. 548.

Berardus, prior ecclesiae Fuliginatensis, papae capellanus: c. 823 (II).

Berge *(Germania)*, ecclesia s. Mariae domus hosp. s. Mariae Theutonicorum: c. 831.

Bertholdus de Emse, miles Brunonis, episcopi Olomucensis: c. 610.

— de Ronberch, miles Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 740.

— dictus Saxo, miles Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 793.

— , [locator] in Řepová: v. B. 782.

— , iudex de Staříč: aut. i. 597++.

BYLANY *(a Kutná Hora ad oc.)*, [hereditarius possessor] *v.* Henricus.

BÍTOV *(a Znojmo ad oc.)*, burggravius *v.* Smilo de Bílkov.

Bliza, sanctimonialis in [Dolní] Kounice; frater *v.* Florkinus.

BOHEMIA, rex *v.* Přemysl Otakarus II. — regni cancellarius *v.* Petrus. — protonotarius *v.* Henricus.

— beneficiarii regni, monetarii, urburarii, telonearii, iudices civitatum: aut. 712, aut. 767, aut. 768, aut. 794, aut. 799, c. 811+.

— fratres, parochiae hosp. s. Johannis Hierosol.: aut. 651, aut. 686.

— praeceptor et fratres domus hosp. s. Mariae Theutonicorum: c. 669.

— collectores decimarum in subsidium Terrae sanctae: aut. 803.

Bohuslaus, filius quondam Sulislai de Trnovany: c. 798.

BŘEVNOV *(Praga)*, mon. ord. s. Benedicti: aut. 492, duo aut. d. f. 834+.

BRUMOV *(ab Uh. Hradiště ad s. — oc.)*, [castellanus] *v.* Smilo [de Střílky].

BRUNA, cives: aut. 815.

— mon. Cellae b. Mariae Virginis: aut. 567, aut. 581, c. 623, aut. i. 631++, c. 633, aut. 648, aut. 871.

— fratres Minores: c. 777.

— capella b. Johannis Bapt. [in castro Špilberk]: aut 844.

Bruno, episcopus Olomucensis: duo aut. 534, c. 540, c. 661 a, aut. 690, aut. 691, c. 692, c. 698, aut. 722, aut. d. f. 750+. — marscalcus eius *v.* Theodericus Stango. — milites, servitores eius *v.* Achillis de Hemenhusen, Albertus [Stango], Albertus dictus Stokvisch, Alexander, Bertholdus de Emse, Bertholdus de Ronberch, Bertholdus dictus Saxo, Conradus de Landesberg (Landesberch), Eberhardus, Eckericus, [filius Herbordi de Fulštejn], Franco dictus Stokvisch, Godefridus de Emse, Guntherus de Brandýs (Brandeyz), Guntherus de Velín (Welyn), Helmboldus de Velín (Welyn), Henricus de Brandýs (Brandeyz), Henricus de Domášov [nad Bystřicí], Henricus de Emse, Henricus dictus Saxo, Hermannus de Wercinghehusen, Johannes de Vroleiwesen, Meinhardus de Modřice, Mravico, Otto de Velín (Welyn). — capellanus eius *v.* Mohelnice.

BUKOVICE *(a Šumperk ad s. — or.)*, sculteti *v.* Scoros, Voislaus.

Budiš, abbas mon. in [Klášterní] Hradisko: aut. i. 599++, aut. 746, aut. d. f. 795+, c. 797, c. 812, c. 813+, c. 861.

Budislaus, praepositus in Mělník: c. 828.

C., decanus Glacensis et plebanus in Szalejów [Dolny]: aut. 572, aut. 720, aut. 723.

C., plebanus de [Stary] Waliszów: aut. 572.

Kadoldus, filius quondam Eccardi de Miroslav: aut. 786, aut. 788.

— tutor eius *v.* Smilo de Bílkov.

CARINTHIA, duces *v.* Philippus, Přemysl Otakarus II.

CARNIOLA, dominus *v.* Přemysl Otakarus II.

Katherina, relicta quondam Alberti [Stangonis], militis Brunonis, episcopi Olomucensis: c. 609.

ČEJKOVICE *(a Hodonín ad s. — oc.)*, praeceptor et fratres [Templarii]: aut. 594, c. 596.

Cham *(Germania)*, thelonearius: c. 736.

CHEB, dominus *v.* Přemysl Otakarus II.

— sorores [mon.] s. Clarae: aut. 689.

— hospitale s. Spiritus [Crucigerorum Stellatorum]: aut. 821, aut. 842.
— [domus hosp. s. Mariae] Theutonicorum fratres: aut. 574.
CHOTĚŠOV *(a Plzeň ad m. — oc.)*, mon. ord. Praem.: aut. 639, c. 640, c. 685, aut. 708, aut. 721, aut. 735, c. 736. — conventus: duo aut. 679, aut. 680. — praepositus *v.* Miroslaus.
KLADRUBY *(a Stříbro ad m. — oc.)*, mon. ord. s. Benedicti: aut. 496, c. 697, aut. 774. — abbas *v.* [Reinherus].
[KLÁŠTER NAD DĚDINOU] *(a Rychnov n. Kněžnou ad oc.)*, mon. Novae cellae in Campo s. Mariae, ord. Cisterc.: aut. 493.
[KLÁŠTERNÍ] HRADISKO *(Olomouc)*, mon. ord. Praem.: aut. 513, aut. i. 599⁺⁺, aut. 615, aut. 616, aut. 617, aut. d. f. 618⁺, c. 619, c. 630, c. 760⁺, c. 818, aut. 840, c. 858, c. 861. — abbas: c. 638; *v.* Budiš, Robertus. — homines: c. 763.
Kłodzko *(Polonia)*, castellanus *v.* Richardus, dictus de Damis. — provinc. iudex *v.* Rudlinus.
— decanus *v.* C. — plebanus: aut. 720.
— hospitale Crucigerorum Stellatorum: aut. 775.
— mon. fratrum Minorum: aut. 569, aut. 572, aut. 720, aut. 723, aut. d. f. 859⁺.
KNĚŽICE *(a Třebíč ad s. — oc.)*, claustrum ord. Praem.: aut. 872.
[Colonia] *(Germania)*, civis *v.* Florkinus.
Conradus de Landesberg (Landesberch), [miles] Brunonis, episcopi Olomucensis: c. 727.
KORUNA *(a Svitavy ad. s. — or.)*, mon. Eremitarum ord. s. Augustini: c. 500, aut. 628, aut. 796. — prior *v.* Ulricus.
Kostanjevica *(Jugoslavia)*, mon. ord. Cisterc.: c. 625 a, aut. 626.
KRČMAŇ *(a Olomouc ad m.)*, iudex *v.* Meinhardus.
KROMĚŘÍŽ, capituli ecclesiae s. Mauricii membra: aut. 533.
Cuno, custos Wissegradensis: c. 613.
Cursicus, serviens Thomae, episcopi Vratislaviensis: c. 524.

Dietmarus de Hořenec: v. B. 713.
DOBŘANY *(a Plzeň ad m.)*, mon. Magdalenitarum: c. 674, aut. 755.
DOKSANY *(a Litoměřice ad m. — or.)*, mon. ord. Praem.: aut. 704, duo aut. 806, duo aut. d. f. 807⁺. — praepositus *v.* Johannes.
[DOLNÍ] KOUNICE *(a Bruna ad m. — oc.)*, mon. ord. Praem.: aut. 560, c. 801. — praepositus *v.* Nicolaus. — sanctimonialis *v.* Bliza.
DOUBRAVNÍK *(a Tišnov ad s. — oc.)*, mon. ord. s. Augustini, praepositus *v.* Henricus.
DROBOVICE *(a Čáslav ad m.)*, capella [domus] hosp. s. Mariae Theutonicorum: aut. 546, c. 663.

Eberhardus, miles Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 608.
Eccardus de Miroslav; filius *v.* Kadoldus.
Eckericus, filius Herbordi de Fulštejn, miles Brunonis, episcopi Olomucensis: c. 779, c. 780.
Erfordia *(Germania)*, Eremitae ord. s. Augustini: aut. 878.

Florkinus, [civis Coloniensis], frater Blizae, sanctimonialis in [Dolní] Kounice: c. 756.
Foligno *(Italia)*, prior ecclesiae *v.* Berardus.
Franco dictus Stokvisch, [miles] Brunonis,

episcopi Olomucensis: aut. 738. — frater eius *v.* Albertus.
Freiberg *(Germania)*, mon. Magdalenitarum: aut. 676.
FRYČOVICE *(a Frýdek-Místek ad oc.)*, iudex *v.* Henricus.
Fürstenzell *(Germania)*, mon. Cellae s. Mariae, ord. Cisterc.: aut. 741.

G., plebanus de Trzebieszowice: aut. 572.
Gallus de Lvová (Lemberk): aut. 554. — fratres: aut. 554.
Geras *(Austria)*, mon. ord. Praem., abbas *v.* Ulricus.
Głubczyce *(Polonia)*, cives: aut. 790.
Godefridus de Emse, miles Brunonis, episcopi Olomucensis: c. 610.
Gregorius X. papa, pontifex Romanus: aut. 719 (I, II), aut. 752, aut. 769, aut. 770.
Guntherus de Brandýs (Brandeyz), [miles] Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 733.
Guntherus de Velín (Welyn), famulus Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 664.

Hallae *(Germania)*, ecclesia s. Elisabeth domus hosp. s. Mariae Theutonicorum: c. 831.
Hamburg *(Germania)*, hospitale s. Spiritus: aut. 747.
[HAVLÍČKŮV] BROD, civitas, cives: aut. 589, aut. 873. — plebanus *v.* Helvicus.
HAVRANÍKY *(a Znojmo ad m. — oc.)*, miles *v.* Alšík [de Melren].
Helmboldus de Velín (Welyn), famulus Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 664.
Helvicus, plebanus in [Havlíčkův] Brod: aut. 673.
Henricus senior, advocatus et dominus de Plauen et Voigtsberg: aut. i. 665^{+++}.
— de Brandýs (Brandeyz), [miles] Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 733.
— de Domášov [nad Bystřicí], miles Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 725.
— de Emse, miles Brunonis, episcopi Olomucensis: c. 610.
— ‚iudex de Fryčovice: aut. i. 597^{++}, c. 607.
— , iudex de [Horní] Hynčina: c. 620.
— ‚laicus de Přílepy, [locator]: aut. 662.
— de Ulesié: c. 489.
— dictus Rörich: c. 577.
— dictus Saxo, miles Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 793.
— , [hereditarius possessor] villae Bylany: v. B. 809.
— magister, canonicus Wissegradensis, regni Bohemiae protonotarius: aut. 762.
— , praepositus in Doubravník: aut. 844.
Herbordus de Fulštejn; filius *v.* Eckericus, miles Brunonis, episcopi Olomucensis.
Hermannus de Wercinghehusen, [miles] Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 726.
— , civis Trebecensis: aut. 843.
— cognomento de Lohen, civis Opaviensis: aut. 592.
— laicus, iudex de Mohelnice: c. 717.
Hohenau [a. d. March] *(Austria)*, domus hosp. s. Johannis Hierosol.: aut. d. f. 634^{+}.
HOŘICE *(a Hradec Králové ad s. — oc.)*, plebanus *v.* Arnoldus.
[HORNÍ] HYNČINA *(a Svitavy ad m. — or.)*, iudex *v.* Henricus.
Hospitalarii fratres: aut. 803.
HRADEC [KRÁLOVÉ], archidiaconus *v.*

Johannes. — vicearchidiaconus *v.* Albertus.
HRANICE *(a Přerov ad s. — or.)*, iudex civitatis *v.* Thamo.
HUNGARIA, rex *v.* Stephanus.

Ch *v.* C

Imbach *(Austria)*, moniales fratrum ord. Praedicatorum: aut. 715.
Jacobus, praepositus Pragensis: aut. 535.
— , presbyter [ecclesiae in monte s. Petri Brunae]: aut. 881.
Jacobi s. militia *v.* Alemannia.
[Jaroslaus], abbas mon. in Vilémov: c. 823 (II).
JIHLAVA, civitas, cives: aut. 590, aut. 602, aut. 650, aut. 794.
[JINDŘICHŮV] HRADEC, domus hosp. s. Mariae Theutonicorum: aut. 505.
Johannes de Vroleiwezen, famulus Brunonis, episcopi Olomucensis: c. 718.
— ,filius Episcopi, [civis Pontensis]: aut. 696.
— , episcopus Pragensis: c. 653, c. 661, aut. 670, c. 674, aut. 676, c. 866, c. 868.
[— , archidiaconus Gradecensis]: c. 642.
— magister, archidiaconus Znoymensis, [canonicus] in ecclesia Olomucensi: c. 499.
— de Homburg (Homburc), canonicus Olomucensis: c. 700.
— scholaris, natus Lamberti de Swalmen (Zualmen): aut. 576.
— , praepositus in Doksany: c. 828.
— , abbas mon. in Osek: c. 728.
Johannis sancti Hierosol. hosp. fratres: duo aut. 534. — prior et fratres: aut. 549. — parochiae *v.* Austria, Bohemia, Hohenau [a. d. March], Polonia, Strakonice.
Judaei: c. 566.
Juta, abbatissa mon. in Oslavany: aut. 786.

K *v.* C

Lilienfeld *(Austria)*, mon. ord. Cisterc.: aut. 485, aut. 532, aut. 570.
LITOMĚŘICE, civitas, cives: c. 658+.
LITOMYŠL *(a Svitavy ad s. — oc.)*, mon. ord. Praem.: aut. 557, aut. 598.
LOUKA *(Znojmo)*, mon. ord. Praem., ecclesia: duo aut. 519, aut. 520, aut. 530, aut. 555, aut. 588, aut. 694, duo aut. 711, aut. 739, aut. 863. — abbas *v.* Theodericus.
Lubięż *(Polonia)*, abbas *v.* Nicolaus.
Lupinus, abbas mon. in Velehrad: aut. 497.

Magnus, plebanus in Miletín: c. 614.
MARCHIA, dominus *v.* Přemysl Otakarus II.
Marienthal *(Germania)*, mon. ord. Cisterc.: c. 529, aut. 702.
[Marsilius], abbas mon. in Želiv: aut. 681.
Martinus, abbas mon. in Třebíč: aut. 729.
Meingotus, civis Olomucensis: aut. 706.
Meinhardus, iudex de Krčmaň: aut. 827.
— de Modřice, miles Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 556.
Melk *(Austria)*, mon. ord. s. Benedicti: aut. 847.
MĚLNÍK, mon. ord. s. Augustini (Pšovka): aut. d. f. 558+. — praepositus *v.* Budislaus.
— cives: c. 758.
Merboto, magister hosp. s. Francisci Pragae: aut. 765.
Mezca, mater Ulrici [de Drnholec]: aut. 810.
MILETÍN *(a Hradec Králové ad s. — oc.)*, parochia domus hosp. s. Mariae Theu-

tonicorum: c. 490, c. 642. — plebani *v.* Magnus, Simon.

Milota [de Dědice], capitaneus Stiriae: aut. 789.

Minores fratres: c. 512, aut. 684. — *v.* Bruna, Kłodzko.

Miroslaus, praepositus mon. in Chotěšov: duo aut. 679, aut. 680, aut. 755, aut. d. f. 771+.

MOHELNICE *(a Šumperk ad m.)*, iudex *v.* Hermannus laicus. — parochianus, capellanus Brunonis, episcopi Olomucensis: c. 764.

MORAVIA, marchio *v.* Přemysl Otakarus II.

— beneficiarii, monetarii, urburarii, iudices civitatum: aut. 712, aut. 768, c. 811+.

— camerarius *v.* Černín [de Popovice].

— praeceptor et fratres domus hosp. s. Mariae Theutonicorum: c. 669.

— collectores decimarum in subsidium Terrae sanctae: aut. 803.

MOST, civitas: c. 864. — [civis] *v.* Johannes, filius Episcopi.

Mravico, miles Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 724. — uxor eius *v.* Anna.

Nicolaus, praepositus in [Dolní] Kounice: c. 829.

— , abbas mon. in Lubięż: aut. 561.

[NOVÁ] ŘÍŠE *(a Telč ad m. — or.)*, mon. ord. Praem.: aut. 816.

OLOMOUC, cives: aut. d. f. 795+, aut. d. f. 813+. — *v.* Meingotus, Stephanus.

— episcopus *v.* Bruno. — successores Brunonis episcopi: aut., c. 526 (I, II). — ecclesia, capitulum: aut. 518, aut., c. 526 (I, II), c. 527, aut. d. f. 584+, aut. 742, c. 760+, aut. 814. — decani: aut. 684, *v.* Alexius, Bartholomaeus. — praepositus: *v.* Alexius. — canonici: aut. d. f. 730+, *v.* Johannes de Homburg (Homburc), Johannes magister. — vicaria in ecclesia: c. 731+.

— capella s. Johannis Baptistae in atrio: c. 548, c. 552.

OPAVA, cives: c. 647, c. 832. — *v.* Hermannus cognomento de Lohen.

OSEK *(a Teplice ad oc.)*, mon. ord. Cisterc.: aut. 576, c. 652, c. 655, c. 666+, aut. i. 667++, c. 668, aut. 767, aut. 768, aut. 855. — abbas *v.* Johannes.

OSLAVANY *(a Bruna ad m. — oc.)*, mon. ord. Cisterc.: aut. d. f. 486+, aut. 523, aut. d. f. 528+, aut. 543, aut. 544, aut. 545, aut. 595, aut. 600, aut. 601, aut. 621, aut. 627, aut. 632, aut. 703, aut. 784, aut. 785, [aut. 786], aut. 787, aut. 788, aut. d. f. 791+, aut. 880. — abbatissa *v.* Juta. — praepositus *v.* Wisento.

OSTROV *(apud Davle a Praga ad m.)*, mon. s. Johannis in Insula, ord. s. Benedicti: c. 841.

Otto de Velín (Welyn), famulus Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 664.

Patavia *(Germania)*, episcopus *v.* Petrus.

[Petrus], episcopus Pataviensis. — vicedominus eius *v.* S. de Fürsteneck.

— , praepositus Wissegradensis, regni Bohemiae cancellarius: aut. 511, aut. 776, c. 835, aut. 850.

Pforta *(Germania)*, mon. ord. Cisterc.: c. 559 a.

Philippus, dux Carinthiae: c. 802.

— , archiepiscopus Strigoniensis: c. 661 a.

— , episcopus Vaciensis: c. 661 a.

PLASY *(a Plzeň ad s.)*, mon. ord. Cisterc.: aut. 559, aut. 583, aut. 593, aut. 839.

Plauen [an der Weißen Elster] *(Germa-*

nia), advocatus et dominus *v.* Henricus senior.

POHLED *(a Havlíčkův Brod ad or.),* mon. ord. Cisterc.: aut. 494, c. 517, c. 562, aut. 563, aut. 579, c. 622, aut. 629, aut. 670, aut. 671, aut. 673.

POLONIA, prior et fratres hosp. [s. Johannis] Hierosol.: c. 510.

Portus Naonis *(Italia),* dominus *v.* Přemysl Otakarus II.

Poto dictus Petřík de Mšené: aut. 536.

PRAGA, Theutonici: c. 759.

— episcopus *v.* Johannes. — ecclesia, capitulum: aut. 535, aut. 778. — dioecesis personae ecclesiasticae: aut. 773. — decanus *v.* Vitus. — praepositus *v.* Jacobus. — canonicus *v.* Velislaus de Bohemia. — capella Omnium sanctorum: aut. 488. — habitantes in bonis quadragesimalis oboedientiae ad ecclesiam pertinentibus: aut. 757.

— ecclesiae s. Valentini parochiales: aut. 568.

— hospitale Crucigerorum Stellatorum s. Francisci: aut. 568, duo aut. 585, aut. d. f. 586+, duo aut. 587, aut. 641, aut. i. 643++, aut. 732, aut. 765, aut. 799, aut. 808, c. 854. — magister *v.* Merboto.

— magister et fratres domus [hosp. s. Mariae] Theutonicorum: c. 653, aut. 654.

— monasterium s. Georgii ord. s. Benedicti: aut. 644.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stiriae et Carinthiae marchioque Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae, Egrae ac Portus Naonis: duo aut. 538, c. 539, duo aut. 541, aut. 542, aut. 549, aut. 565, aut. 573, aut. 603, aut. 605, aut. 635, c. 636, c. 659, c. 699, aut. 752, aut. 822, c. 824, aut. 825, aut. 826, c. 836 (II), aut. 837, aut. 860. — capellani *v.* Bartholomaeus, magister Wernherus. — capella specialis *v.* Vyšehrad.

Raitenhaslach *(Germania),* mon. ord. Cisterc.: aut. 772.

RAJHRAD *(a Bruna ad m.),* mon. ord. s. Benedicti: aut. 509.

Ratisbona *(Germania),* ecclesia: aut. 743.

Rein *(Austria),* mon. ord. Cisterc.: aut. 789.

[Reinherus], abbas mon. in Kladruby: c. 823 (II).

ŘEPOVÁ *(a Šumperk ad m.),* [locator] *v.* Bertholdus.

Richardus, dictus de Damis, castellanus in Kłodzko: aut. d. f. 859+.

Robertus, abbas mon. in [Klášterní] Hradisko: aut. 537.

Roma *(Italia),* reges *v.* Rudolphus.

— pontifex [papa] *v.* Gregorius X. — capellanus *v.* Berardus, prior ecclesiae Fuliginatensis.

ROUCHOVANY *(a Moravský Krumlov ad s. — oc.),* ecclesia: aut. 701. — rector ecclesiae *v.* magister Wernherus, capellanus Přemysli Otakari II.

Rudlinus, provincialis iudex [de Kłodzko]: aut. d. f. 859+.

Rudolphus, rex Romanorum: aut. 822, aut. 825, aut. 826, aut. 836 (I), aut. 846, c. 851.

S. de Fürsteneck, vicedominus [Petri], episcopi Pataviensis: c. 883.

Scoros, scultetus in Bukovice: c. 649.

SEDLEC *(Kutná Hora),* mon. ord. Cisterc.: aut. 853, aut. 877.

Sigefridus, locator villae [Vysoká] Libeň: aut. 766.

Simon, presbyter de domo hosp. [s. Ma-

riae] Theutonicorum, parochianus in Miletín: aut. 646.
Smilo de Bílkov, burggravius Betoviensis, tutor Kadoldi, filii quondam Eccardi de Miroslav: aut. 786, aut. 788.
— [de Střílky], [castellanus] de Brumov: aut. 525.
[STARÁ] BOLESLAV *(a Praga ad s. — or.)*, ecclesia, capitulum: aut. 589, c. 829.
STAŘÍČ *(a Frýdek-Místek ad oc.)*, iudex *v.* Bertholdus.
[Stary] Waliszów *(Polonia)*, plebanus *v.* C.
ŠTĚPÁNOV *(ab Olomouc ad s. — oc.)*, iudex: c. 710.
Stephanus, rex Hungariae: c. 637, c. 660.
— , civis Olomucensis: aut. 547.
STIRIA, dux *v.* Přemysl Otakarus II. — capitaneus *v.* Milota [de Dědice].
STRAKONICE, domus hosp. s. Johannis Hierosol., prior *v.* Waltherus.
STRAHOV *(Praga)*, mon. ord. Praem.: c. 705, aut. 709.
STRIGONIA *(Hungaria)*, archiepiscopus *v.* Philippus.
Studenice *(Jugoslavia)*, ecclesia: aut. 838.
Sulislaus de Trnovany, filius *v.* Bohuslaus.
Szalejów [Dolny] *(Polonia)*, plebanus *v.* C., decanus Glacensis.

Templarii fratres: aut. 803. — praeceptor et fratres *v.* Čejkovice.
TEPLÁ *(a Mariánské Lázně ad or.)*, mon. ord. Praem.: c. 564⁺⁺, aut. 688, aut. 707, c. 804.
Thamo, iudex civitatis Hranice: c. 805.
Theodericus Stango, marscalcus Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 845.
— , abbas in Louka: aut. 675, aut. 820, duo aut. 833. — miles *v.* Alšík [de Melren], de Havraníky.
Theutonici *v.* Praga.
Theutonicorum ordo, domus hosp. s. Mariae: aut. 491, c. 514, aut. 521, aut. 542, c. 653, c. 654, aut. 803. — domus (ecclesiae) fratres *v.* Aš, Berge, Bohemia, Cheb, Drobovice, Hallae, [Jindřichův] Hradec, Miletín, Moravia, Praga.
Thomas, episcopus Vratislaviensis, serviens eius *v.* Cursicus.
TIŠNOV *(a Bruna ad s. — oc.)*, mon. ord. Cisterc.: aut. 611, aut. i. 677⁺⁺, aut. d. f. 869⁺, aut. d. f. 870⁺, aut. 881.
TŘEBÍČ, civis *v.* Hermannus.
— , mon. ord. s. Benedicti, abbas *v.* Martinus.
Trzebieskowice *(Polonia)*, plebanus *v.* G.

UHERSKÝ BROD *(ab Uh. Hradiště ad or.)*, civitas, cives: aut. 682, aut. 781, aut. 856.
Ulricus [de Drnholec], mater eius *v.* Mezca.
— , prior Eremitarum ord. s. Augustini in Koruna: aut. 628.
— , abbas mon. in Geras: aut. 729.

Vacia *(Hungaria)*, episcopus *v.* Philippus.
Waldsassen *(Germania)*, mon. ord. Cisterc.: aut. 575, aut. 582, aut. 773, c. 792.
Walterus, prior [domus hosp. s. Johannis Hierosolymitani] in Strakonice: aut. d. f. 753⁺, aut. d. f. 754⁺.
WARMIA, episcopus *v.* Anselmus.
VELEHRAD *(ab Uh. Hradiště ad s. — oc.)*, mon. ord. Cisterc.: aut. i. 606⁺⁺, aut. 840, c. 875. — abbas: c. 849, *v.* Lupinus.
Velislaus de Bohemia, canonicus Pragensis: c. 823 (I, II).
Venceslaus, sacrista Wissegradensis: c. 613.

Wennigsen *(Germania)*, mon. ord. s. Augustini: aut. 749.

Werden *(Germania)*, mon. ord. s. Benedicti: c. 744, c. 745.

Wernherus Lotingus: aut. 681.

— magister, rector ecclesiae in Rouchovany, capellanus Přemysli Otakari II., regis Bohemiae: aut. 701.

VILÉMOV *(a Čáslav ad. m. — or.)*, mon. ord. s. Benedicti: c. 811+. — abbas: aut. 497, *v.* [Jaroslaus].

VYŠEHRAD *(Praga)*, ecclesia, capitulum, capella specialis Přemysli Otakari II.: aut. 495, aut. 503, aut. i. seu d. f. 550++seu+, c. 571, aut. 683, aut. 687, aut. 695, aut. 714, aut. 716, duo aut. 751, aut. 761, c. 835, aut. 874. — decanus: aut. 503. — praepositus: aut. 503, *v.* Petrus. — dignitarii: c. 510. — officium sacristiae: aut. 531. — officii sacristiae Wissegradensis fundator *v.* Bartholomaeus. — sacrista *v.* Venceslaus. — custos *v.* Cuno. — canonicus *v.* magister Henricus, regni Bohemiae protonotarius.

Wisento, praepositus in Oslavany: aut. 788.

[VYSOKÁ] LIBEŇ *(a Mladá Boleslav ad m. — oc.)*, locator villae *v.* Sigefridus.

VYŠŠÍ BROD *(a Český Krumlov ad m.)*, mon. ord. Cisterc.: aut. 501, c. 502, aut. 504, c. 508, aut. 612, [aut. 645], aut. d. f. 656+, aut. 693, aut. 737, aut. 848, c. 865, c. 866, c. 868, aut. 876, aut. 879.

Vitus, decanus Pragensis ecclesiae: aut. 535.

VIZOVICE *(a Gottwaldov ad oc.)*, mon. ord. Cisterc., abbas *v.* [Albertus ?].

Voigtsberg *(Oelsnitz, Germania)*, advocatus et dominus *v.* Henricus senior.

Voislaus, scultetus in Bukovice: c. 649.

Vratislavia *(Polonia)*, episcopus *v.* Thomas.

— mon. s. Clarae: aut. 625.

ZÁBRDOVICE *(Bruna)*, mon. ord. Praem.: aut. 551, c. 783.

ŽATEC *(a Louny ad oc.)*, cives expresse nominati: c. 657.

ŽĎÁR [NAD SÁZAVOU], mon. ord. Cisterc.: aut. 498, aut. 506, aut. 507, duo aut. 515, aut. i. 516++, aut. 578, aut. 594, c. 596, aut. 672, aut. 712, aut. 830, aut. 852, aut. 857.

ZDERAZ *(Praga)*, domus Dominici sepulchri: aut. 624, aut. 817, aut. 862. — ecclesia s. Venceslai: aut. 882.

ŽELIV *(a Pelhřimov ad s.)*, mon. ord. Praem., abbas *v.* Marsilius.

Zella *(Germania)*, mon. ord. Cisterc.: c. 678+, v. B. 819.

ZLATÁ KORUNA *(a Český Krumlov ad s.)*, mon. ord. Cisterc.: aut. 553.

ZNOJMO, archidiaconi *v.* Alexius, Johannes magister.

Zwettl *(Austria)*, mon. ord. Cisterc.: aut. 522.

PERSONARUM NEC NON INSTITUTIONUM, QUAE HUIUS TOMI LITTERAS AC DIPLOMATA EDIDERUNT, CONSPECTUS

Compendia, quae numeris praefixa sunt, formam significant, qua litterae vel diplomata servata sunt: aut. = autographum; aut. d. f. = autographum dubiae fidei (cum una cruce apposita); aut. i. = charta autographi instar (cum crucibus appositis); c. = copia (apographum, falsitas chartae crucibus appositis significatur); v. B. = versio Bohemica.

Agnes, filia Bockonis [de Obřany], fundatoris mon. Sarensis, uxor Witkonis de Rodenburch [Švábenice]: aut. 852.

—, relicta Kadoldi de Wehing (Weingen): aut. 621.

—, relicta Eccardi de Miroslav: aut. d. f. 528+.

Albertus, praepositus Olomucensis: c. 777, aut. 788.

Alexius, miles Ulrici de Drnholec, burggravii Znoymensis: aut. 544.

—, decanus Olomucensis, archidiaconus Znoymensis et praepositus in Olbramkostel: aut. 543, c. 777, aut. 788, c. 797, c. 812, aut. 820, aut. 827.

Ambianum *(Francia),* archidiaconus *v.* Bartholomaeus.

Anno [de Sangerhausen], magister domus hosp. s. Mariae Theutonicorum: c. 663.

AUSTRIA, dux *v.* Přemysl Otokarus II. — ducissa *v.* Cunegundis.

Bartholomaeus, archidiaconus Ambianensis, domini papae capellanus, [litterarum] contradictarum auditor: aut. 709.

BAVARIA, duces *v.* Henricus, Ludovicus.

[Bernardus], episcopus Secoviensis: aut. 588.

Bero, [civis Egrensis]: aut. 821. — frater *v.* Rinoldus.

Bertholdus de Musbach, [civis Erfordiensis]: aut. 878.

—, iudex de Bruntál: c. 489.

—, episcopus Herbipolensis: aut. 822.

BÍTOV *(a Znojmo ad oc.),* burggravius *v.* Smilo de Bílkov. — camerarius *v.* Hartlebus de Dubno.

Bliza, sanctimonialis in [Dolní] Kounice: c. 756.

Bocko [de Obřany], fundator mon. Sarensis, filia *v.* Agnes.

BOHEMIA, rex *v.* Přemysl Otakarus II. — regina *v.* Cunegundis. — regni cancellarius *v.* Petrus. — regis notarius *v.* magister Ulricus.

— urburarii regis: aut. 561; *v.* Hanmannus, Helvicus, Ludmannus.

— commendatores fratrum domus hosp. s. Mariae Theutonicorum *v.* Helvicus, Ludovicus.

— vices ordinis mon. s. Mariae Magdalenae gerens *v.* Henricus.

Bohuš de Drahotuše, marscalcus Moraviae: aut. 857, c. 858. — uxor eius *v.* Sophia.

Boreš de Rýzmburk: c. 500, aut. 796, aut. 855.

BRANDEBURGUM, marchio *v.* Otto.
Branislaus [de Trstěnice]: aut. 863. — uxor *v.* Margareta.
BŘEVNOV *(Praga)*, mon. ord. s. Benedicti, abbas *v.* Martinus.
Brixia *(Italia)*, episcopus *v.* Bruno.
BRUNA, camerarius *v.* Hartmannus de Čeblovice, [de Holštejn].
[—] civis, *v.* Henricus dictus Sweller.
Bruno, episcopus Brixinensis: aut. 588, aut. 605.
Bruno, episcopus Olomucensis: c. 499, duo aut. 515, aut. i. 516⁺⁺, aut. 523, aut., c. 526 (I, II), c. 527, aut. 533, c. 552, aut. 554, aut. 555, aut. 556, aut. 567, aut. 588, aut. 594, aut. 595, c. 596, aut. i. 597⁺⁺, c. 607, aut. 608, c. 609, c. 610, c. 620, c. 623, aut. 648, aut. 662, aut. 664, aut. i. 677⁺⁺, aut. 684, c. 700, aut. 706, duo aut. 711, c. 717, c. 718, aut. 719 (I, II), aut. 724, aut. 725, aut. 726, c. 727, aut. 729, aut. d. f. 730⁺, c. 731, aut. 733, aut. 734, aut. 738, aut. 739, aut. 740, aut. 743, c. 744, aut. 747, aut. 752, c. 760⁺, c. 764, c. 779, v. B. 782, aut. 786, aut. d. f. 791⁺, aut. 793, c. 800, aut. 822, c. 829, c. 831, duo aut. 833, aut. 837, aut. 838, aut. 845, c. 849, aut. d. f. 870⁺, aut. 880, aut. 881. — officialis eius *v.* [Heidenricus].
BRUNTÁL *(ab Opava ad or.)*, iudex *v.* Bertholdus.
Budiš, abbas mon. in [Klášterní] Hradisko: c. 710, c. 797, c. 805, aut. 840.

KADAŇ *(a Chomutov ad m. — oc.)*, universitas civium: aut. 732. — iudex *v.* Sidelerus.
Kadoldus, filius quondam Eccardi de Miroslav: aut. 787; tutor eius *v.* Smilo de Bílkov.
— de Wehing (Weingen), relicta *v.* Agnes.
Kalocza *(Hungaria)*, archiepiscopus *v.* Stephanus.
CARINTHIA, duces *v.* Přemysl Otakarus II., Ulricus.
CARNIOLA, domini *v.* Přemysl Otakarus II., Ulricus.
Časta de Křelov: c. 818.
Černín de Popovice, camerarius Moraviae: aut. 600, c. 783.
CHEB, dominus *v.* Přemysl Otakarus II. — cives *v.* Bero, Rinoldus. — domus [hosp. s. Mariae] Theutonicorum fratres: aut. 575. — commendator et plebanus *v.* Hermannus.
Cyrus, archidiaconus Olomucensis: aut. 788, c. 812, aut. 827.
Cisterciensis ordinis abbates expresse nominati: aut. 611.
[KLÁŠTERNÍ] HRADISKO *(Olomouc)*, mon. ord. Praem.: c. 805, aut. 840. — abbas *v.* Budiš.
Clemens IV. papa, pontifex Romanus: c. 510, duo aut. 534, duo aut. 538, c. 539, c. 540, duo aut. 541, aut. 542, aut. 549, aut. 560.
Conradus, episcopus Frisingensis: aut. 588, aut. 603.
KORUNA *(a Svitavy ad s. — or.)*, mon. Eremitarum ord. s. Augustini: aut. 628. — prior *v.* Ulricus.
Cunegundis, regina Bohemiae, ducissa Austriae et Stiriae marchionissaque Moraviae: aut. d. f. 486⁺, aut. 581, aut. i. 643⁺⁺.
Cuno, decanus Wissegradensis: aut. 762.
Čúžkraj, cudarius Znoymensis: aut. 675.

DOBŘANY *(a Plzeň ad m.)*, mon. Magdalenitanarum: duo aut. 679, aut. 680. — priorissa *v.* Juta.
[DOLNÍ] KOUNICE *(a Bruna ad m. —*

oc.), mon. ord. Praem.: c. 756, aut. 785, aut. 810. — praepositus *v.* Nicolaus. — sanctimonialis *v.* Bliza.

Eberhardus, vicarius ecclesiae in Hradec [Králové]: aut. 646.
Eccardus de Miroslav, relicta *v.* Agnes. — filius *v.* Kadoldus.
EGRA *v.* Cheb.
[Engelbertus], decanus Wissegradensis: c. 613.
[Erfordia] *(Germania)*, civis *v.* Bertholdus de Musbach.

Fridericus, archiepiscopus Salzeburgensis: c. 831.
[—], scholasticus Wissegradensis: c. 613.
Frisinga *(Germania)*, episcopus *v.* Conradus.

Gerhardus, abbas mon. in Plasy: aut. 593.
Giselbertus, quondam iudex in Služovice: c. 638.
Godefridus, custos ecclesiae Wissegradensis: aut. 776.
—, abbas mon. in Strahov: c. 657, c. 835 (?).
Gregorius X. papa, pontifex Romanus: c. 659, c. 660, c. 661, c. 661 a, c. 669, aut. 670, aut. 671, aut. 672, c. 674, aut. 676, aut. 688, aut. 691, c. 692, aut. 694, c. 698, c. 699, aut. 704, c. 705, aut. 707, aut. 708, aut. 742, aut. 748.
Guido, tituli s. Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus: aut. 491, aut. 492, aut. 493, aut. 494, aut. 495, aut. 496, aut. 501, c. 502, aut. 504, aut. 506, aut. 507, c. 508, aut. 509, duo aut. 519, aut. 520.
Hanmannus, per Bohemiam et Moraviam urburarius: aut. 681.
Hartlebus de Dubno, camerarius Betoviensis: aut. 857, c. 858.
— de Loučka (seu idem atque praecedens, seu filius eiusdem): aut. d. f. 869⁺.
— de Myslibořice: aut. 632.
—, camerarius Moraviae, burggravius in Veveří: aut. 545, aut. 601, aut. 627.
Hartmannus de Čeblovice, [de Holštejn], camerarius Brunensis: aut. 551, c. 858.
[Heidenricus], officialis Brunonis, episcopi Olomucensis: aut. 497.
Helvicus, per Bohemiam et Moraviam urburarius: aut. 681.
— frater, commendator fratrum domus hosp. s. Mariae Theutonicorum per Bohemiam et Moraviam: aut. 580.
Henricus, landgravius Hessiae: aut. 826.
—, comes palatinus Rheni, dux Bavariae: aut. 735, c. 736.
—, dux Silesiae: aut. 625.
— de Lichtenburk: aut. 873. — fratres *v.* Raimundus, Smilo, Ulricus.
— advocatus de Plauen: c. 604⁺.
— de Rosenberg: aut. d. f. 656⁺, aut. 737, aut. 876, aut. 879. — frater eius *v.* Witko.
— Pechervol [Plena Scultela], iudex in Jihlava: aut. 570.
— dictus Sweller, [civis Brunensis]: aut. 871.
—, prior hosp. [Crucigerorum Stellatorum] s. Francisci: c. 854.
—, vices ord. mon. s. Mariae Magdalenae in Bohemia etc. gerens: aut. 755.
Herbipolis *(Germania)*, episcopus *v.* Bertholdus.
Herbordus, praepositus Olomucensis, praepositus Lutomericensis: aut. 530, c. 548, c. 577, c. 613.

Hermannus, domus [hosp. s. Mariae] Theutonicorum commendator et plebanus in Cheb: aut. 575.
HESSIA, landgravius *v.* Henricus.
HRADEC [KRÁLOVÉ], archidiaconatus duodecim sacerdotes: c. 614. — vicarius ecclesiae *v.* Eberhardus. — magister scholarum *v.* Svatoncius.
HUNGARIA, rex *v.* Stephanus. — regis cancellarius *v.* Stephanus. — sex episcopi expresse nominati: aut. 635.

CH *v.* C

Jacobus, praepositus ecclesiae Pragensis: aut. 536.
Jarosius de [Dolní seu Horní Slivno et de] Pušperk: c. 652.
JIHLAVA, iudex, iurati, cives: aut. 561, aut. 570, aut. 681. — iudex *v.* Henricus Pechervol [Plena Scultela].
Johannes XXI. papa, pontifex Romanus: c. 823 (I, II), aut. 830.
—, episcopus Pragensis, ordinis fratrum Minorum a sede apostolica deputatus conservator: aut. 490, aut. 498, c. 512, aut. 521, aut. 546, aut. 559, c. 559 a, c. 562, aut. 563, aut. 565, aut. 569, aut. 572, aut. 576, aut. 589, aut. 612, aut. 624, aut. 629, c. 642, aut. 645, aut. 654, aut. 673, c. 678+, aut. 716, aut. 720, aut. 721, aut. 723, c. 728, aut. 741, c. 745, aut. 749, duo aut. 751, aut. 761, aut. 772, aut. 773, aut. 775, aut. 817, aut. 862, c. 867, aut. 874, aut. 882.
— de Homburg, canonicus Olomucensis: c. 777.
— Romanus, canonicus Pragensis: aut. 788.
—, prior domus [fratrum Praedicatorum], Pragensis dioecesis: aut. 695.
—, abbas mon. in Waldsassen: aut. 574.
Johannis s. Hierosol. prior *v.* Praga.
Juta, priorissa mon. b. Mariae Magdalenae in Dobřany: duo aut. 679, aut. 680.
—, abbatissa mon. in Oslavany: aut. 847.

K *v.* C

Laurentius, Wissegradensis et Boleslaviensis canonicus: aut. 766.
Leo, episcopus Ratisbonensis: aut. 641, aut. 683, aut. 686, aut. 687, aut. 826, aut. 842.
LITOMĚŘICE, burggravius *v.* Lupus. — iudex provinciae *v.* Martinus.
—, communitas civium: v. B. 713. — civis *v.* Sigefridus, dictus de Misna.
—, praepositus *v.* Herbordus.
LOUKA *(Znojmo)*, mon. ord. Praem. c. 591. — abbas *v.* Theodericus.
Ludmannus, per Bohemiam et Moraviam urburarius: aut. 681.
Ludovicus, comes palatinus Rheni, dux Bavariae: aut. 822, aut. 826.
— dictus Merce, [civis de Most]: aut. 696.
—, provincialis commendator fratrum domus hosp. s. Mariae Theutonicorum per Bohemiam et Moraviam: c. 622.
Lupinus, abbas mon. in Velehrad: aut. 592, aut. 840.
Lupus, burggravius Lutomericensis: c. 828.

MARCHIA, dominus *v.* Přemysl Otakarus II.
Margareta, uxor Branislai [de Trstěnice]: aut. 863.
Marquardus de [Stará] Říše: aut. 872.
Martinus, iudex provinciae Lutomericensis: c. 828.

—, abbas mon. in Břevnov: aut. 503, c. 835.
—, abbas mon. in Třebíč: aut. 843.
Meingotus, civis Olomucensis: c. 861.
Minden *(Germania)*, episcopus *v.* Otto.
Minorum fratrum ordinis a sede apostolica deputatus censervator *v.* Johannes, episcopus Pragensis.
MORAVIA, marchio *v.* Přemysl Otakarus II. — marchionissa *v.* Cunegundis.
—, camerarius *v.* Černín de Popovice, Hartlebus, burggravius in Veveří. — marscalcus *v.* Bohuš de Drahotuše. — urburarii regis: aut. 561. — *v.* Hanmannus, Helvicus, Ludmannus.
—, provincialis commendator fratrum domus hosp. s. Mariae Theutonicorum *v.* Helvicus, Ludovicus.
MOST, [civis] *v.* Ludovicus dictus Merce.

Nicolaus III. papa, pontifex Romanus: c. 865, c. 866, c. 868.
—, frater, provincialis fratrum Praedicatorum per Poloniam: aut. 695.
—, praepositus mon. in [Dolní] Kounice: c. 756, aut. 784, aut. 785, aut. 810.

OLBRAMKOSTEL *(a Znojmo ad s. — oc.)*, praepositus *v.* Alexius.
OLOMOUC, cives *v.* Meingotus, Otto.
—, episcopus *v.* Bruno. — ecclesia, capitulum: c. 526 (II), c. 548, aut. 554, aut. 556, aut. 608, c. 609, c. 610, aut. 662, aut. 664, aut. i. 677++, c. 700, aut. 706, aut. 724, aut. 725, aut. 726, c. 727, aut. d. f. 730+, c. 731+, aut. 733, aut. 734, aut. 738, aut. 740, c. 760+, c. 779, aut. 793, aut. 827, aut. 845. — ecclesiae dignitarii: c. 548, aut. 788. — decanus *v.* Alexius. — praepositi *v.* Albertus, Herbordus. — archidiaconus *v.* Cyrus. — canonicus *v.* Johannes de Homburg.
OSLAVANY *(a Bruna ad m. — oc.)*, mon. ord. Cisterc.: aut. 847. — abbatissa *v.* Juta. — praepositus *v.* Wisento.
OSTROV *(apud Davle a Praga ad m.)*, mon. s. Johannis in Insula, ord. s. Benedicti: aut. 765. — abbas *v.* Otto.
Otto, marchio Brandeburgensis: aut. 822.
—, civis Olomucensis: aut. 537.
—, episcopus Mindensis: aut. 518.
—, magister hosp. [Crucigerorum Stellatorum] s. Francisci Pragae: c. 854.
—, abbas mon. in Ostrov: aut. 765.

Pardus de Horka [nad Moravou]: c. 630.
Patavia *(Germania)*, episcopus *v.* Petrus.
Petrus, episcopus Pataviensis: aut. 588.
—, praepositus Wissegradensis, regni Bohemiae cancellarius, domini papae capellanus, archidiaconus Pragensis: aut. 511, aut. 714, aut. 762, c. 883.
PLASY *(a Plzeň ad s.)*, mon. ord. Cisterc., abbas *v.* Gerhardus.
Plauen [an der Weißen Elster] *(Germania)*, advocatus *v.* Henricus.
POLONIA, provincialis fratrum Praedicatorum *v.* Nicolaus frater.
Portus Naonis *(Italia)*, dominus *v.* Přemysl Otakarus II.
Poto dictus Petřík de Mšené: aut. 535, c. 828.
PRAGA, episcopus *v.* Johannes.
— dioecesis, fratrum Praedicatorum domus prior *v.* Johannes.
— ecclesia (capitulum): aut. 536. — decanus *v.* Vitus. — praepositus *v.* Jacobus, Thobias. — archidiaconus *v.* Petrus. — canonicus *v.* Johannes Romanus.
— hospitale Crucigerorum Stellatorum s.

Francisci: aut. 568, c. 854. — magister *v.* Otto. — prior *v.* Henricus.
— prior hospitalis s. Mariae [apud pedem pontis s. Johannis Hierosol.]: aut. 695.
Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stiriae, Carinthiae, marchio Moraviae, dominus Stiriae, Carniolae, Marchiae, Egrae ac Portus Naonis: aut. 485, aut. 487, aut. 488, aut. 513, c. 514, aut. 522, aut. 525, c. 529, aut. 531, aut. 532, aut. 547, aut. i. seu d. f. 550++ seu +, aut. 553, aut. 557, aut. d. f. 558+, aut. i. 564++, c. 566, c. 571, aut. 579, aut. 582, aut. 583, aut. d. f. 584+, duo aut. 585, aut. d. f. 586+, duo aut. 587, aut. 590, aut. 598, aut. i. 599++, aut. 602, aut. i. 606++, aut. 615, aut. 616, aut. 617, aut. d. f. 618+, c. 619, aut. 625, c. 625 a, aut. 626, aut. i. 631++, c. 633, c. 637, aut. 639, c. 640, aut. 644, c. 647, aut. 650, aut. 651, c. 653, c. 655, c. 658+, aut. i. 665+++, c. 666+, aut. i. 667++, c. 668, aut. 682, aut. 689, aut. 693, c. 697, aut. 701, aut. 702, aut. 712, aut. 715, aut. 722, aut. 746, aut. d. f. 750+, aut. 757, c. 758, c. 759, c. 763, aut. 767, aut. 768, aut. 769, aut. 770, aut. d. f. 771+, aut. 774, c. 780, aut. 781, aut. 789, aut. 790, c. 792, aut. 794, c. 798, aut. 799, c. 804, duo aut. 806, duo aut. d. f. 807+, aut. 808, c. 811+, c. 813+, aut. 814, aut. 815, aut. 816, aut. 825, c. 832, duo aut. d. f. 834+, aut. 836 (I), aut. 839, c. 841, aut. 844, aut. 846, aut. 850, c. 851, aut. 856, aut. d. f. 859+, c. 864, aut. 877.
Příslav de [Režný] Újezd (Ujezen): v. B. 819.
Protivec de [Starý] Herštejn: c. 685.

Radoslaus de Heraltice, castellanus (burggravius) Znoymensis: aut. 675, aut. 703.
Raimundus de Lichtenburk: aut. 873. — fratres *v.* Henricus, Smilo, Ulricus.
Ratisbona *(Germania)*, episcopus *v.* Leo.
RHENI comites palatini *v.* Henricus, Ludovicus.
Riccardus, s. Angeli [Romae] diaconus cardinalis: aut. 690.
Rinoldus, [civis Egrensis]: aut. 821. — frater *v.* Bero.
Rogerus de Merlemont, canonicus Verdunensis: aut. 803.
Roma *(Italia)*, rex Romanorum *v.* Rudolphus.
— pontifices [papae] *v.* Clemens IV., Gregorius X., Johannes XXI., Nicolaus III. — Romanorum pontificum nuntii [legati] cardinales *v.* Guido, tituli s. Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, Riccardus, s. Angeli [Romae] diaconus cardinalis. — papae capellanus et [litterarum] contradictarum auditor *v.* Bartholomaeus, archidiaconus Ambianensis. — domini papae capellanus *v.* Petrus, praepositus Wissegradensis.
Rudolphus, rex Romanorum: c. 802, c. 824, aut. 825, c. 836 (II).
Rulco de Bieberstein: aut. 860.

Salomon, perpetuus vicarius Thobiae, praepositi Pragensis: aut. 778.
Salzeburga *(Austria)*, archiepiscopus *v.* Fridericus.
Secovia *(Austria)*, episcopus *v.* [Bernardus].
SEDLEC *(Kutná Hora)*, mon. ord. Cisterc., abbas *v.* Walthelmus.
Sidelerus, iudex de Kadaň: aut. 732.
Sigefridus, dictus de Misna, civis Lutomericensis: aut. 511.
—, abbas mon. in Strahov: aut. 503.
SILESIA, dux *v.* Henricus.

SLUŽOVICE *(ab Opava ad s. — or.)*, quondam iudex *v.* Giselbertus.
Smilo de Bílkov, burggravius Betoviensis, tutor Kadoldi, filii quondam Eccardi de Miroslav: aut. 787, aut. 837.
— de Lichtenburk: c. 517, aut. 578.
— de Lichtenburk [filius praecedentis]: aut. 873; fratres *v.* Henricus, Raimundus, Ulricus.
Sophia, uxor Bohuši de Drahotuše: c. 875.
[STARÁ] BOLESLAV *(a Praga ad s. — or.)*, ecclesia, capitulum: c. 801. — dignitarii expresse nominati: c. 801. — canonicus *v.* Laurentius.
Stephanus, rex Hungariae: c. 636. — cancellarius eius *v.* Stephanus, archiepiscopus Colocensis.
—, archiepiscopus Colocensis, aulae regis Hungariae cancellarius: aut. 635.
STIRIA, dux, (dominus) *v.* Přemysl Otakarus II. — ducissa *v.* Cunegundis.
STRAHOV *(Praga)*, mon. ord. Praem.: c. 657. — abbates *v.* Godefridus, Sigefridus.
Svatoncius, magister scholarum in Hradec [Králové]: aut. 646.

Theodericus, abbas mon. in Louka: c. 591.
Theutonicorum ordinis, domus hosp. s. Mariae magister *v.* Anno [de Sangerhausen]. — domus *v.* Bohemia, Cheb, Moravia.
Thobias, praepositus Pragensis, perpetuus vicarius eius *v.* Salomon.
Thomas, episcopus Vratislaviensis: c. 524, c. 649.
TIŠNOV *(a Bruna ad s. — oc.)*, mon. ord. Cisterc.: aut. 611.
TŘEBÍČ, mon. ord. s. Benedicti: aut. 843. — abbas *v.* Martinus.
Ulricus, dux Carinthiae, dominus Carniolae: aut. 573.
— de Drnholec, burggravius Znoymensis, miles eius *v.* Alexius.
— de [Jindřichův] Hradec: aut. 505.
— de Lichtenburk: aut. 873. — fratres *v.* Henricus, Raimundus, Smilo.
— magister, notarius [regis Bohemiae]: aut. 837.
—, prior Eremitarum ord. s. Augustini in Koruna: aut. 628.

Waldsassen *(Germania)*, mon. ord. Cisterc., abbas *v.* Johannes.
Walthelmus, abbas mon. in Sedlec: v. B. 809, aut. 853.
VELEHRAD *(ab Uh. Hradiště ad s. — oc.)*, mon. ord. Cisterc.: aut. 592, aut. 840. — abbas *v.* Lupinus.
Verodunum *(Francia)*, canonicus *v.* Rogerus de Merlemont.
VEVEŘÍ *(castrum a Bruna ad s. — oc.)*, burggravius *v.* Hartlebus, camerarius Moraviae.
Wilhelmus de Hustopeče: aut. d. f. 634+.
VYŠEHRAD *(Praga)*, canonici expresse nominati: aut. 762, aut. 776. — decanus *v.* Cuno, [Engelbertus]. — praepositus *v.* Petrus. — scholasticus *v.* [Fridericus]. — custos *v.* Godefridus. — canonicus *v.* Laurentius.
Wisento, praepositus in Oslavany: aut. 784, aut. 787.
Witko de [Český] Krumlov: aut. d. f. 753+, aut. d. f. 754+, aut. 848.
— de Rodenburch [Švábenice], uxor *v.* Agnes.
— de Rosenberg: aut. d. f. 656+, aut. 737; frater eius *v.* Henricus.
Vitus, decanus Pragensis ecclesiae: aut. 536.

Vratislavia *(Polonia)*, episcopus *v.* Thomas.

Vseborius de Náměšť [na Hané]: aut. 857, c. 858.

Zašit de Kurovice: aut. d. f. 795+.

ZNOJMO, burggravii (castellani) *v.* Radoslaus de Heraltice, Ulricus de Drnholec. — cudarius *v.* Čúžkraj. — archidiaconus *v.* Alexius.

485.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, monasterio in Lilienfeld donationem villae Grafenberg a Margareta, quondam Romanorum regina [et uxore sua], factam confirmat.

Viennae, in Laa [a. d. Thaya] 1267 ian. 19.

Autographum in membrana scriptum in archivo mon. in Lilienfeld (sub dato suo) asservatur (A). — Apographum saec. XVI. exstat in copiario „Codex secundus privilegiorum Campililiensium“ *intitulato, in archivo publico Viennensi (sign. Lilienfeld num. 2) asservato, pag. 77 num. 87 (B).*

Ed: Hanthaler, Fastorum I, pag. 1050 num. 18 (ad 1268 ian. 19; textum haud completum e quodam apographo praebet). — Lorenz, Deutsche Gesch., pag. 460 num. 11 (ex B).
Reg: Hanthaler, Recensus, pag. 184 num. 8 (ad 1268 ian. 19), II, pag. 12 num. 40. — Böhmer, Add. sec., pag. XXXVI s. num. (ad 1268 ian. 19). — Reg II, pag. 207 num. 534 (ad ian. 20).
Lit: Mitis, Studien II, pag. 425—426 (nota temporis chartae tractatur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 256, 257, 287, 288, 291, 303 n. 121, pag. 354 (L1 2).

Scriba: P II 60 = fortasse magister Ulricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 42.
Dictator: magister Ulricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Ulricus protonotarius (L).

⸗In nomine sante[a] et individue trinitatis amen.⸗ Nos Otackharus, dei gratia Boemie[b] ‖ rex, dux Austrie et Styrie ac marchio Moravie, omnibus in perpetuum. [C]um[c] nostra ‖ regia celsitudo largitiones seu donationes, per quemcunque pie devotionis zelo famulantibus ‖ deo factas, divine[d] remunerationis intuitu debitis prosequi effectibus iugiter sit intenta, scire volumus quoslibet presentium noticiam habituros tam presentes quam futuros, quod donationem seu legationem testamenti felicis memorie domine Margarete, quondam Romanorum regine,[1] factam monasterio in Lirenuelde, ubi sui elegit corporis sepulturam,[2] super villa in Gravenperg et suis attinentiis ac iuribus universis spectantibus ad eandem, secundum quod ipsa villa a nostris antecessoribus, quondam ducibus Austrie,

est possessa, iuxta continenciam privilegii ipsius domine Margarete iam dicte dati desuper monasterio prenotato,[3] ratam habere volumus nostris nichilominus privilegiis confirmantes. Et ne aliqua de huiusmodi donatione in testamento sepefate domine M. tam rite et legitime promulgata possit calumpnia in posterum a nostris successoribus exoriri, dicto monasterio in Lyrenuelde damus presentem paginam nostrorum sigillorum perpetuo munimine roboratam. Actum Wienne cum testibus, qui aderant, subnotatis, qui sunt: Otto camerarius de Perhtoltsdorf, Henricus[e] comes de Hardeck, Albertus dapifer de Velsperch, Khadoldus de Wehing, Henricus[e] de Sevelde, Heinricus dapifer de Lengenpach,[f] Gundackharus de Habspach, Erckhengerus de Landesee,[g] Vlricus de Vihoven, Henricus[c] de Stein, Sybboto de Cecking, Wolfkerus de Chogel; de Moravia: Hartlibus camerarius, Vlricus de Durrenholtz, Chunradus[h] plebanus de Heimburch et alii quam plures. Datum in La[g] per manus magistri Vlrici, nostri prothonotarii, anno Domini M°CC°LX°VII°, XIIII° kalendas februarii.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis rubri et viridis coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

485. [a]) *Ita A.* — [b]) ‚Bo̅em' *A.* — [c]) *Ad litteram maiorem depingendam spatium vacuum relictum est in A.* — [d]) *Altera littera* ‚i' *addita est in A.* — [e]) ‚Hn̅r' *A.* — [f]) *Littera* ‚L' *in loco raso addita est in A.* — [g]) *Litterae exeunti uncus superponitur in A.* — [h]) ‚Chn̅r' *A.*

[1]) *Quondam uxoris Přemysli Otakari II., quae 1266 oct. 29 defuncta est.* — [2]) *Vide chartam in n. 3 commemoratam.* — [3]) *Privilegium (testamentum)* ‚in castro nostro Chrumbenowe' *1266 oct. 27 datum est = BUB II, pag. 332 num. 465 nec non suo tempore in regestorum serie huius tomi.*

486.+

Cunegundis, regina Bohemiae, ducissa Austriae et Stiriae marchionissaque Moraviae, edocta chartis Přemysli, marchionis Moraviae, Venceslai I., regis Bohemiae, nec non episcoporum Olomucensium Roberti atque Brunonis, quarum omnium textus inseri facit, ius patronatus ecclesiae in Nowa Cerekwia monasterio in Oslavany confert.

Pragae 1267 ian. 22.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 27) asservatur (A).

Ed: CDM III, pag. 388 num. 386 (ex A).
Reg: Kopetzky, Regesten, pag. 123 num. 98. — Reg II, pag. 207 num. 536. — CDS VII. 2, pag. 150 num. 1248. — Šebánek, Archivy, pag. 36 num. 208 (ex A).
Lit: Dušková, Listiny rudíkovské, pag. 272 (stilus chartae). — KK, pag. 344—347 (charta diligenter nec non accurate arte diplomatica tractatur).

In tergo chartae manu registratoris mon. Oslavanensis saec. XIII. sriptum est: „Privilegium regine super Noua Ecclesia“ *(B = Os 4 a).*

Scriba: Cu II 3 = verisimillime destinatarii proprius. Exempla script. num. 1 b, 4.
Dictator: ignotus, in cuius stilo proprietates stili cancellariae reginae apparent; cf. chartam in Písek 1265 iul. 25 monasterio Sarensi datam (num. 451).
Pro certo haberi potest fundamentum huius chartae (cf. ea, quae de stilo eius superius dicuntur) sincerum esse. At verisimiliter coniciendum est non esse asservatam chartae forman genuinam. Consideranda sunt enim, quae sequuntur:
1) Etsi Cunegundis regina libello inter annos 1262—1266 apr. 14 (vide in num. 473) Brunoni, episcopo Olomucensi, misso de iure suo ad ecclesiam in Nowa Cerekwia cessit, conscium ei fuit monasterium in Oslavany ius suum chartis spuriis defendere velle (cf. ibidem verba reginae: „... licet multa discrimina oriri possent contra privilegia" *[scilicet privilegia a monasterio in Oslavany praesentata]). 2) Per chartam reginae duae chartae certo spuriae (CDB III, pag. 168 num. 135, pag. 211 num. 171), quae ei per nuntium monasterii praesentabantur, confirmantur. 3) Charta in forma nunc asservata in Oslavany videtur esse scripta. 4) Controversiae de iure patronatus ecclesiae in Nowa Cerekwia demum charta Theoderici, episcopi Olomucensis, apud Modřice 1281 sept. 18 (Reg II, pag. 542 num. 1257) data finem fecit.*
Vide: II. 1 b, Cunegundis (D), 3, Oslavany (T).

⁑ In nomine Domini amen. ⁑ Nos Chunegundis, dei gratia Boemorum regina, ducissa Austrie et Stirie, marchionissa Mora‖uie, omnibus in perpetuum. Cum super iure patronatus Noue Ecclesie, site in terminis Opauie, contraversia[a] inter nos ex una parte et dominam ..[1] abbatissam cum ‖ conventu ipsius de Ozlawan verteretur ex alia, nuntius dicte abbatisse et conventus nobis quedam privilegia quorumdam principum clarissimorum, in Domino quiescentium, ac episcoporum ‖ quorumdam super confirmatione iuris patronatus prefate Noue Ecclesie obtulerunt.[a] Privilegium domini P.,[2] clare memorie marchionis incliti Morauie, recepimus in hec verba: Omnibus presentia visuris Christi fidelibus P., dei gratia marchio Morauie, *etc.*[3] Privilegium etiam domini Wencezlai, pie recordationis regis gloriosissimi Boemorum IIII^{ti}, recepimus sub hac forma: In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Wencezlaus, dei gratia IIII^{us} Boemorum rex, *etc.*[4] Privilegium etiam domini Roberti, Olomucensis[b] episcopi, recepimus in hunc modum: In nomine sancte trinitatis amen. Robertus, dei gratia Olomucensis[b] episcopus, *etc.*[5] Privilegium etiam Brunonis, Olomucensis[b] episcopi, recepimus in hec verba: B., dei gratia Olomucensis[b] episcopus, *etc.*[6] Unde hiis privilegiis auditis venerabilem dominum patrem nostrum Io.,[7] Pragensis ecclesie episcopum, eisdem privilegiis sibi missis diligentissime duximus consulendum. Qui visis et perlectis nobis consuluit bona fide, ut ius patronatus prescripte Noue Ecclesie omnimode resignaremus. Ad memoriam igitur rei perpetuam gesta regalia calumpniarum scurpulis[a] exemptis quibuslibet, inviolabiliter ut serventur eadem, scriptorum vocabulis duximus mancipanda. Hinc est, quod tenore presentium scire volumus universos, tam posteros quam presentes, quod nos supradictis edocte privilegiis sufficienter et sepedicti domini Pragensis episcopi use consilio saniore ob remunerationem vite interminabilis et eterne nec non ob salutem mariti nostri karissimi O.,[8] serenissimi regis Boemorum quinti, et nostram nostrorumque liberorum[9] ius patronatus Noue Ecclesie domine abbatisse et ipsius conventui totaliter resignamus et conferimus eandem ecclesiam iure perpetuo pacifice possidendam. Verum ne pretextu malicie cuiusquam de facto queat aliqua in posterum processu temporis per nostros successores litigiosa calumpnia suboriri, in testimonium, memoriam et cautelam presens instrumentum super eo dictis abbatisse

et conventui nostri sigilli munimine decrevimus roborari. Datum Prage anno Domini M°CC°LXVII°, XI° kalendas februarii.

Sigillum: Cunegundis, reginae Bohemiae, etc., sine sigillo secreto in filis sericis viridis coloris fere illaesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 b, 2.

486.+ [a] *Ita A.* — [b] ‚Olom̃' *A.*

[1] *Fortasse Jutam.* — [2] *Přemysli.* — [3] *Sequitur tenor chartae Přemysli marchionis s. l. 1234 datae (CDB III, pag. 111 num. 96) cum variationibus lectionum minimi momenti testium nominibus praetermissis descriptus.* — [4] *Sequitur tenor chartae spuriae Venceslai I. regis apud Kamýk 1236 iul. 31 datae (CDB III, pag. 168 num. 135) cum variationibus minimi momenti descriptus.* — [5] *Sequitur tenor chartae spuriae Roberti episcopi in Zábrdovice anno 1237 datae (CDB III, pag. 211 num. 171) cum variationibus minimi momenti nomine destinatarii praetermisso descriptus.* — [6] *Sequitur tenor chartae Brunonis episcopi s. l. 1253 ian. 25 datae (CDB IV, pag. 445 num. 262) cum variationibus lectionum nec non pratermissionibus in editione modo citata (vide pag. 445 l. 21—22) indicatis descriptus.* — [7] *Johannem.* — [8] *Přemysli Otakari II.* — [9] *Anno 1267 Cunegundis solummodo unicam filiam (Cunegundem, anno 1265 natam) habuit.*

487.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, Bartholomaeo, capellano suo, decano Olomucensis ecclesiae, indulget, ut domum sibi suisque successoribus in castro Olomucensi construere possit.

Apud [Havlíčkův] Brod 1267 ian. 27.

Autographum in membrana scriptum in SAR Olomouc (archivum cap. Olomucensis, sign. A I a 31) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. F 4v (B).[1]

Ed: CDM III, pag. 391 num. 388 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 442 num. 186. — Reg II, pag. 207 num. 537.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 147 num. 47 (corr. lect. Ant. Boček). — KK, pag. 347—348 (sinceritas chartae). — Šebánek, Česká listina I, pag. 162 (sriba chartae). — Šebánek, Urkundenwesen, pag. 371, 372 n. 358. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 384 n. 392.[2]

Scriba: P II 63 = destinatarii (ecclesiae Olomucensis) proprius.[3] *Exempla script. num. 1 a, 45.*
Dictator: Bartholomaeus capellanus, chartae destinatarius. Cf. chartam Alberti de Šternberk, camerarii Olomucensis, s. l. 1296 aug. 7 datam (Reg II, pag. 739 num. 1722), ubi expressis verbis ad hanc chartam revocatur.
Vide: II. 1 a, P. O. II., Gregorius et Bartholomaeus capellani (L), 3, Olomouc, ecclesia capitularis (S).

O.,[4] dei gratia rex Bohemie,[a] dux Austrie et Stirie et marchio Morauie, dilecto cappellano[b] suo B.,[5] venerabilli ‖ decano ecclesie Olomucensis,[c] salutem cum plenitudine omnis boni. Fidelitatis obsequia retroacte pariter et ‖ presentis, que nobis et nostris progenitoribus exhibuisti et exhibes ex affectione sincera, memorie revocantes, ne ‖ nullam tibi vicem de premissis rependere videamur, indulgemus et admittimus de gratia

speciali, quod domum tibi et tuis successoribus, decanis Olomucensibus,[d] qui erunt in posterum, in castro nostro apud Olomuc[c] inter capellam sancte Marie Mangdalene et domum Benede de Dubicsco possis construere et eam tenere pro te libere et ipsi pro se tempore succedente, aream predictam tibi cum suis pertinenciis liberaliter conferentes. Datum anno Domini M°C°C°LX° VII° apud Brodam, VI° kalendas februarii.

Sigillum: in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

---

487. [a] ‚Bo͂he' *A.* — [b] *Altera littera* ‚l' *addita est in A.* — [c] ‚Olo͂m' *A.* — [d] ‚Olo͂mibus' *A.*

[1]) *In B decanus mendose Budislaus nominatur, qui demum ab anno 1276 munere suo fungebatur.* — [2]) *Notandum est utilem tractationem huius chartae discipulum nostrum et laboris nostri socium J. Bistřický in dissertatione sua (cuius manuscriptum in bibliotheca nostra exstat) praebuisse.* — [3]) *Cf. manum scribae electionis chartae Theoderici, episcopi Olomucensis, in Olomouc 1281 mart. 26 datae (Reg II, pag. 533 num. 1236).* — [4]) *Přemysl Otakarus II.* — [5]) *Bartholomaeo.*

488.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, attestatur se concessisse, ut Čéč, quondam summus iudex regni sui, possessiones expresse nominatas capellae Omnium sanctorum circa ecclesiam Pragensem conferret, donationem eidem ab ipso factam confirmans.

Pragae 1267 mart. 1.

Autographum in membrana scriptum in archivo arcis Pragensis Pragae (archivum cap. Pragensis, sig. II 26) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 208 num. 538. — Eršil—Pražák, Katalog, pag. 27 num. 53 (ex A).
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 342 n. 242, pag. 362, 383 n. 385.

In tergo manu registratoris ecclesiae Pragensis saec. XIII. „Privilegium capelle Omnium sanctorum in ambitu ecclesie Pragensis“ *(E); inferius manu saec. XIV. seu XV.* „Registrata III G“ *scriptum legitur.*

Scriba: P II 49 a = *ecclesiae Pragensis proprius, qui chartam Radoslai, archidiaconi Pragensis, Pragae 1264 febr. 1 datam (vide num. 400) scripsit. Exempla script. num. 1 a, 46.*
Dictator: destinatarii proprius, qui verba chartae Venceslai I., regis Bohemiae, Pragensi ecclesiae Pragae 1249 sept. 22 datae (CDB IV, pag. 283 num. 173) repetit, quae typis minoribus exprimuntur.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 3, Praga, ecclesia capitularis (M).

⁝ In ⁝ nomine sancte et individue trinitatis amen. Ottakarus qui et Premizl, dei gracia rex ‖ Boemie,[a] dux Austrye et Styrie et marchio Morawie, omnibus in perpetuum. ⁝ Ut ⁝ regi regum eterno rex ‖ complaceat temporalis, inter cetera pietatis opera, quibus eterni regis solium scanditur, regalis serenitatis excellencia debet ‖ pervigili studio meditari, qualiter piis locis ac viris devotis de bonis temporalibus taliter subveniat, ut a deo retributionis premium consequatur. Hinc est, quod notum esse volumus*

presentibus et futuris, quod nos ad honorem dei omnipotentis et beate Marie semper virginis ac omnium sanctorum liberalitate solita viro nobili Cheech nomine, pie memorie quondam summo iudici regni nostri,[1] concessimus conferre quasdam possessiones in Drihkow et in Wyssyn pro eius fideli servicio et laboribus honestis nobis inpensis ab ipso capelle Omnium sanctorum circa ecclesiam Pragensem a dicto iudice fabricate. In qua capella idem iudex, bene sanus corpore et mente, divina inspiratione duos instituit presbyteros ad officium divinum ibidem iugiter peragendum. Quandam eciam possessionem ad luminaria providit conferendo, ut die noctuque in dicta capella luceant incessanter. Quam donationem et sacerdotum institutionem piam et honestam supradicti iudicis regia dignitate approbamus ac laudando confirmamus, precipientes universis et singulis, ut nullus suppanorum vel nobilium nostrorum easdem possessiones occupare audeat ac eosdem presbyteros aliquo[b] molestare, seu eciam aggravare. Volumus eciam, ut in eadem capella omni die sabbati de beata virgine Maria missa celebretur pro nostra et nostre coniugis[2] ac prolis salute pariter et quiete.[c] Collationem autem sepedicte capelle, si quando vacare contigerit, domino . .,[3] Pragensi decano, conferendi liberam concedimus facultatem. Ut autem hec* donatio et institutio nostri iudicis ac nostre regie maiestatis confirmatio rata permane*at et inconvulsa,* presentem paginam conscribi et sigillorum nostrorum munimine iussimus roborari. Huius rei testes sunt nobiles viri: Harthlib subcamerarius Morawie, Willelmus burcravius de Frindeberk, Olricus Durnholch, Conradus frater Sdizlay, Cunchlinus[d] subcamerarius, Gregorius camerarius regine, Dyuo pedagogus regis, Iohannes et Bernardus physici regis et alii quam plures. Datum Prage per manum domini Petri, Wissegradensis prepositi, regni Boemie cancellarii, anno dominice incarnationis M°CC°LX°VII°, decima indictione, kalendas[e] marcii, regni nostri anno ⁝ sexto ⁝.[f]

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris paulum laesum appendet; in margine exteriore inscriptio apparet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III, 3 I.

---

488. [a]) ‚Boēm' *A.* — [b]) *Vox* ‚modo' *videtur deesse in A.* — [c]) *Prima littera* ‚e' *ex alia littera videtur esse corr. in A.* — [d]) *Littera* ‚l' *ex* ‚i' *videtur esse corr. in A.* — [e]) *Ita A.* — [f]) *Vox litteris distentis scripta est in A.*

[1]) *Obiit post a. 1263.* — [2]) *Cunegundis reginae.* — [3]) *Fortasse Engelberto.*

489.

Bertholdus, iudex de Bruntál, Henrico de Ulesie silvam Světlá Hora exstirpandam et hereditarie possidendam, ut ibidem [civitatem locaret et] iura civilia exerceat, confert.

[In Bruntál][1] *1267 mart. 8.*

Apographum vidimationis chartae civitatis Andělská Hora ibidem 1735 aug. 8 datae insertum est, cuius vidimationis autographum in convoluto chartaceo scriptum in archivo domus Theutonicorum Viennae (sub dato suo) asservatur (B).

Ed: Latzke, Drei Lichtewerderer Urkunden, pag. 74 num. 1 (ex B).
Lit: Latzke, Drei Lichtewerderer Urkunden, pag. 75 (argumentum chartae tractatur). — Kramplová, Z historie obce Světlé pag. 4 (idem, haud omnino recte).

Dictator: ignotus, civitatis Bruntál (editoris) fortasse proprius.
Vide: II. 4 b, De chartae apud locatores usu (L), 5, De chartae apud civitates usu (HH).
Imaginem phototypicam vidimationis chartae nobis v. d. B. Demel, S. O. T., archivi ordinis Viennae procurator, benignissime transmittendam curavit.

In nomine Domini amen. Quae geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, solent literis et testimoniis proborum virorum perhennari. Notum sit igitur tam praesentibus quam futuris, quod ego Bertoldus, judex de Vreudenthal, fideli viro Henrico de Waldow silvam quandam, quae dicitur Lichtenwerde,[2] ad quinquaginta duos laneos[a] contuli exstirpandam sibi suisque heredibus jure hereditario possidendam sub hac forma: Idem judex habebit tertium denarium de judicio et duos laneos[a] liberos ad usum; et sextum mansum obtinebit. Praeterea idem habebit unum molendinum liberum, pastorem, ecclesiam, tabernam, calcifactorem, carnificem, pistorem et fabrum. Et viginti annis praedicta libertate fruetur; hac vero transacta solvet de laneo[b] annuatim setenum[c] auri et nil amplius. Jura exercebit civilia et omnes causae ibidem exortae terminari debent ibidem exceptis illis causis, quae vitae supplicio puniuntur, de quibus ibi judicabitur usque ad ultimam sententiam, quae civitati reservabitur; in his tamen, si per pecuniam evadent, idem judex tertiam partem obtinebit. Poena etiam, quae infligetur incolis praedicti loci, debet esse dimidia, quae infligetur civibus; et haec adhuc ultimo dimidia[d] remittetur. Ut autem haec donatio stabilis perseveret, duplicis[e] sigilli munimine, videlicet meo et etiam burgensium[f] meorum constitui roborandam. Testes hujus donationis sunt: Gotfridus dictus de Schonow, Gernodus Crapplo, Gozalchus, Sifridus de Marburo, Frimundus et alii quam plures incolae civitatis. Datum anno Domini MCC^{mo}LX^{mo}VII^{mo}, VIII idus martii.

---

489. [a]) ‚lanceos' *B.* — [b]) ‚lanceo' *B.* — [c]) ‚setinum' *B.* — [d]) ‚dimidiae' *B.* — [e]) ‚dupplicis' *B.* — [f]) ‚bagensium' *B.*

[1]) *Charta in Bruntál videtur esse data.* — [2]) *Civitas in silva locata nomen silvae accepit.*

490.

Johannes, episcopus Pragensis, domui sanctae Mariae Theutonicorum limitationem parochiae ipsius domus in Miletín, factam per Johannem, decanum et plebanum in Hradec [Králové] confirmat, limitationis rescriptum eius inseri faciens.

Pragae 1267 mart. 14.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 695) asservatur (A).

Reg: Reg IV, pag. 724 num. 1815. — Schieckel, pag. 211 num. 864 (ex A).
Lit: Nový, Listiny, pag. 68, 71—72 (manus scribae, dictator haud omnino recte tractantur). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 60 (dictator chartae, observationes stilisticae). — ZMK 1971, pag. 357 ss (observationes topographicae).

In tergo chartae manu saec. XIII. scriptum est: „Confirmatio episcopi Iohannis super ecclesiam in Millitin" *(N).*

Scriba: J III 14 = ignotus, fortasse destinatarii proprius. Exempla script. num. 2 a, 16. Cf. manum scribae in num. 580.
Dictator: cancellariae episcopi proprius, qui stilo communi usus est, fortasse idem atque scriba J III 6. Cf. num. 614 inferius.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (BB), J III 6 (C), 3, Ordo militum Theutonicorum (S), Aliae ecclesiae (M).
Apud Fr: Simplex apographum cum descriptione chartae.

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino Ihesu Christo. Incumbit nobis ex debito pontificalis officii, ut || iusta petentium desideriis audientiam cum efficatia prebeamus, presertim cum eorum vota et puritas adiuvat et iuris explorati veritas non || relinquit. Noveritis igitur, quod nos[a] ecclesiam parrochialem de Myletin, in qua honesti et religiosi[b] viri, magister et fratres ordinis domus sancte || Marie Tevtonicorum ius obtinent patronatus, eo quod in bonis eorum situm habet, ex officii nostri debito ad peticionem ipsorum fratrum limitare volentes, super hiis, que ad dictam ecclesiam iure parrochiali pertineant, per virum providum et honestum Iohannem, decanum et plebanum Gradicensem, inquisitionem fecimus fieri diligentem; qui mandatis nostris in hac parte iustis obtemperans, inquisitione facta sollicite nobis super eadem sic rescripsit: Venerabili in Christo patri ac domino Iohanni, divina vocatione Pragensi episcopo, Io.,[1] decanus ac plebanus Gradeensis,[c] reverentiam tam voluntaram[d] quam devotam. Suscepto dominationis vestre mandato ad inquisitionem pro limitatione parrochie fratrum domus Teutonice in Myletin faciendum, ipsam parrochiam intravimus et dilenti[d] premissa inquisitione invenimus, quod ipsum forum Myletin, villa Rohochnice, villa Myletin, villa[e] Besdnich,[e] villa Borech, villa Seleyoue, villa Hrustowe, villa Threbehosze, villa Huleyowe, villa Ysdobin, villa[f] Trotina, villa Bucouina ac due nove ville, una Marti[d] de Horizc, altera Wiscze, item villa Schremesna et villa Vidone una cum hominibus in eisdem[g] locis habitantibus et agris et novalibus cultis[h] et incultis iure parrochiali pertinent ad ecclesiam supradictam. Hoc quoque homines, habitatores locorum superdictorum,[d] consensu unanimi et voce publica nobis requirentibus[i] et audientibus sunt professi. Quapropter, pater reverende, nostram inquisitionem confirmantes, memoratam parrochiam dignemini limitare, ut imposterum omnis concertatio, que suboriri posset super limitibus vel pertinentiis, penitus conquiescat. Et quia nichil creditur actum, cum aliquid superest ad agendum, non[k] tam dicti decani inquisitoris, quam prescriptorum magistri[2] et fratrum petitiones licitas et honestas ad exauditionis gratiam admittentes, prefatam de Myletin ecclesiam quo ad predicta loca omnia et singula cum universis ipsorum pertinentiis et habitatoribus limitamus, memoratam inquisitionem actoritate,[d] qua fungimur, ex certa scientia confirmantes. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli

nostri karactere fecimus insigniri. Datum Prage II° idus marcii, pontificatus nostri anno IX°,[1] anno vero Domini M°CC°LX°VII°.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

490. [a] *Vox super linea addita est in A.* — [b] *Littera ‚s' ex ‚r' corr. est in A.* — [c] ‚Grâdeen' *A.* — [d] *Ita A.* — [e-e] *In loco raso scriptum est in A.* — [f] *Vox in loco raso scripta est in A.* — [g] *Littera ‚s' addita videtur esse in A.* — [h] *Vox alio atramento addita est in A.* — [i] *Prima littera ‚e' ex ‚o' correcta est in A.* — [k] ‚nō' *pro* ‚nos' *legitur in A.* — [l-l] *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Johannes.* — [2]) *Magni (?).*

491.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, omnibus, qui fratribus domus hospitalis sanctae Mariae Theutonicorum pro defensione Terrae sanctae expensas multiplices sustinentibus manum porrexerint adiutricem, indulgentias concedit; qua de re fideles Salzeburgensis provinciae nec non Pragensis et Olomucensis civitatum et dioecesium certiores facit.

Pragae [1267] mart. 15.

Autographum in membrana scriptum in archivo domus Theutonicorum Viennae (sub dato 1268 mart. 15) asservatur (A).

Reg: Pettenegg, Urkunden des D. O. C. Archivs zu Wien, pag. 114 num. 446 (ex A, ad 1268 mart. 15).
Lit: Šebánek, Die Urkunden, pag 138 ss (specimen scripturae chartae praebetur, num. 1).

Scriba: cancellariae legati proprius, idem atque in num. 494, 496.
Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Ordo militum Theutonicorum (T).
Imagine phototypica nobis a v. d. B. Demel, S. O. T. archivi Viennae procuratore, benigne transmissa usi sumus.

⁑ Universis ⁑ Christi fidelibus per Salzeburgensem provinciam ac per Pragensem et Olomucensem civitates et dioceses constitutis frater ‖ Guido, miseratione divina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem in Domino. Quoniam, ut ait apostolus ... metet vitam eternam.[1] Cum itaque fratres de domo Theotonica, hospitalis sancte Marie in Ierusalem pro defensione Terre sancte contra Christiane fidei inimicos, que ab eisdem modernis temporibus miserabiliter inpugnatur, labores et expensas multiplices sustineant incessanter, propter quod fidelium indigent helemosinis et subventione condigna, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, vobis in remissionem peccaminum iniungentes, quatinus de bonis vobis a deo collatis pias helemosinas et grata eis fratribus caritatis subsidia erogetis, ita quidem, quod

per subventionem nostram dicti fratres a predictis fidei nostre hostibus se et prefatam Terram sanctam valeant defensare et vos per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, possitis ad eterne felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et auctoritate nobis a domino papa concessa confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem, centum dies de iniuncta ipsis penitentia misericorditer in Domino relaxamus; presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Prage, idus[a] martii, pontificatus domini Clementis pape IIII[ti] anno tercio.

Sigillum: Guidonis, tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, e cera minii coloris confectum in filis sericis rubri et violacei coloris, formae ex longo rotundae paulum laesum appendet. In medii sigilli parte superiore superius beata Virgo cum Iesu puero, inferius s. Laurentius in rubigine iacens, ab angelis adoratus, in medii sigilli parte inferiore figura episcopi genibus nixi conspicitur. Superscriptio haec est: + S·F͡RIS·GVIDONIS·T͡T·SC͡I·LA͡VR·IN·LV͡C·PB͡RI·CAR͡D·

---

491 [a]) *Ita A.*

[1]) *Cf. CDB III, pag. 34 num. 35 cum exigua variatione.*

492.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, omnibus, qui ecclesiam monasterii in Břevnov in certis festivitatibus visitaverint, indulgentias concedit.

Pragae [1267] mart. 18.

Autographum in membrana scriptum in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. num. 30) asservatur (A).

Reg: Reg II. pag. 209 num. 541. — Schramm, Regesten, pag. 79 num. 1 (ad apr. 18). — Winter, Nachtrag, pag. 433. — RI V. 2, pag. 1576 num. 10591.
Lit: KK, pag. 352 (scriba et dictator chartae). — Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss (specimen scripturae chartae praebetur, num. 2).

In charta replicata dextrorsus a medio manu coaeva (fortasse cancellariae Guidonis scribae cuiusdam) scripta nota „non solvit" *legitur, quae fere evanuit. Cf. num. 493, 504.*

Scriba: cancellariae legati proprius, idem atque in num. 493, 495, 506.
Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Břevnov-Rajhrad (Z).

Frater Guido, miseratione divina tituli sancti Laurencii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, di||lectis in Christo ..[1] abbati et conventui monasterii de Brewnou, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, salutem in Domino.|| Licet is, de cuius munere venit, ... apciores.[2] Cupientes igitur, ut ecclesia vestra congruis honoribus

frequentetur, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in dedicatione eiusdem et in festivitatibus sanctorum Benedicti et Dyonisii cum devocione ac reverencia visitaverint, confisi de misericordia dei et auctoritate nobis a domino papa concessa sexaginta dies de iniunctis sibi penitentiis annis singulis misericorditer in Domino relaxamus. Datum Prage XV kalendas aprilis, pontificatus domini Clementis pape IIII[ti] [a] anno tercio.[a]

Sigillum: Guidonis, tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, e cera minii coloris confectum sericis rubri et violacei coloris, formae ex longo rotundae laesum appendet; descriptionem sigilli in num. 491 vide.

---

492. [a–a]) *Verbis competenter distentis scriptum est A.*

[1]) *Martino.* — [2]) *Vide CDB IV, pag. 159 num. 70, cuius tenor cum paucis haud gravibus varietatibus repetitur.*

493.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, omnibus, qui ecclesiam [monasterii] Novae cellae in Campo sanctae Mariae [in Klášter nad Dědinou] in certis festivitatibus visitaverint, indulgentias concedit.

Pragae [1267] mart. 18.

Autographum in membrana scriptum in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. num. 29) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 208 num. 539. — RI V. 2, pag. 1576 num. 10589.
Lit: Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss (specimen scripturae chartae praebetur, num 7).

In charta replicata dextrorsus a medio manu coaeva (fortasse cancellariae Guidonis scribae cuiusdam) scripta nota „non solvit" *legitur. Cf. num. 492, 504. — In tergo chartae manu saec. XVIII. mendose dicitur:* „Quido cardinalis confert urbi et diecaesi *(sic)* Pragensi indulgentias quadraginta dierum".[1]

Scriba: cancellariae legati proprius, idem atque in num. 492, 495, 506.
Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Klášter nad Dědinou (A).

§ Universis § Christi fidelibus per civitatem et diocesim Pragensem constitutis frater Guido, miseratione divina tituli sancti Laurencii ‖ in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem in Domino. Licet is ... aptiores.[a] [2] Cupientes igitur, ut ecclesia de Noua cella in Campo sancte Marie, Pragensis diocesis, congruis ...,[3] qui ecclesiam ipsam in festo Assumptionis[b] beate Marie virginis, in cuius honore constructa est dicta ecclesia, et in dedicatione eiusdem cum devotione ac reverencia visitaverint, confisi de misericordia dei et auctoritate nobis a domino papa concessa quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis annis singulis misericorditer in Domino relaxamus. Datum Prage XV kalendas aprilis, pontificatus[c] domini Clementis pape IIII[ti] anno tercio.[c]

Sigillum: Guidonis, tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, e cera minii coloris confectum in filis sericis rubri et violacei coloris, formae ex longo rotundae laesum appendet; descriptionem sigilli in num. 491 vide.

---

493. *[a]) Ex* ‚abtiores' *radendo corr. est in A. — [b]) Ultima* ‚s' *ex* ‚b' *radendo corr. est in A. — [c–c]) Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) Notam scriba Olomucensis episcopi (archiepiscopi) scripsit, cum haec charta aliis pluribus chartis monasteriorum Brevnoviensis nec non Raygradensis in possessione dicti episcopi (archiepiscopi) fuerit, priusquam (anno 1838) denuo extradita sit. Cf. notas eadem manu scriptas ex. gr. in num. 55, 492, 509. Chartam modo typis excusam ‚in archivo archiepiscopali Olomuc' *se vidisse Ant. Boček attestatur; vide apud Fr sign. 4, 250. —[2]) Vide CDB IV, pag. 159 num. 70, cuius tenor cum paucis haud gravibus varietatibus repetitur. —[3]) Vide num. 492.*

494.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, omnibus, qui ecclesiam [monasterii] de Valle sanctae Mariae [in Pohled] in certis festivitatibus visitaverint, indulgentias concedit.

Pragae [1267] mart. 18.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Pohled, sign. L IV ŘC Pohled num. 7)asservatur (A).

Reg: Reg. II, pag. 208 num. 540. — RI V. 2, pag. 1576 num. 10590.
Lit: KK, pag. 352. — Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss.

Scriba: cancellariae legati proprius, idem atque in num. 491, 496.
Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Pohled (C).

§ Universis[a] § Christi fidelibus per Pragensem civitatem et diocesim constitutis frater Guido, miseratione divina tituli sancti ‖ Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem in Domino. Loca sanctorum omnium ... optinere.[1] Cupientes igitur, ut ecclesia de[b] Valle[b] sancte Marie, Cistertiensis ordinis, Pragensis diocesis, congruis ...[2] omnibus vere ...[2] ipsam in die dedicationis ipsius et in festivitatibus beate Marie virginis causa devotionis annis singulis visitaverint, quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Datum Prage XV kalendas aprilis, pontificatus domini Clementis pape[c] IIII[ti] anno tertio.[c]

Sigillum: Guidonis, tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, e cera minii coloris confectum in filis sericis rubri et violacei coloris, formae ex longo rotundae laesum appendet; descriptionem sigilli in num. 491 vide.

494. *[a]) Ita A. — [b-b]) In loco raso scriptum est in A. — [c-c]) Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) Vide num. 25, cuius tenor mutatis mutandis cum paucis haud gravibus varietatibus repetitur. — [2]) Vide num. 492.

495.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, omnibus, qui ecclesiam in Vyšehrad in certis festivitatibus visitaverint, indulgentias concedit.

Pragae [1267] mart. 25.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 51) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 209 num. 543. — RI V. 2, pag. 1576 num. 10592.
Lit: Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss.

In tergo chartae, cuius inferior pars mutilata exstat, (cf. notam b) manu saec. XIII. scribae ecclesiae Wissegradensis scriptum legitur: „Indulgencia centum dierum cardinalis domini Guidonis et legati" *(F). Sinistrorsus nota manu saec. XIV.—XV. scripta „R[ta]" exstat.*

Scriba: cancellariae legati proprius, idem atque in num. 492, 493, 506.
Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (R).

§ Frater § Guido, miseratione divina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, || dilectis filiis ..[1] preposito, decano[2] et capitulo Wissegradensibus, salutem in Domino. Sanctorum meritis inclita gaudia || fideles Christi assequi minime dubitamus, qui per condigne[a] devocionis obsequia eum venerantur in illis, quorum || gloria ipsa est et retributio meritorum. Ad promerenda igitur sempiterna gaudia causam dare fidelibus populis cupientes, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam vestram in die dedicationis ipsius et in festivitatibus beatorum apostolorum Petri et Pauli cum reverencia ac devotione visitaverint, centum dies de iniunctis sibi penitenciis annis singulis de misericordia dei et auctoritate nobis a domino papa concessa confisi [mise]ricorditer[b] in Domino relaxamus. Datum Prage VIII kalendas aprilis, pontificatus domini Clementis pape IIII[ti] an[no tercio].

Sigillum: cum membrana destructa avulsum et deperditum est.

---

495. *[a]) ‚ꝯ' additum videtur esse in A. — [b]) Quae hoc loco nec non inferius uncis clauduntur, membranae parte inferiore abrupta deleta sunt in A.*

[1]) Petro. — [2]) Cunoni.

496.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, omnibus, qui ecclesiam [monasterii] in Kladruby in certis festivitatibus visitaverint, indulgentias concedit.

Pragae [1267] mart. 26.

Autographum in membrana scriptum, interpolatum[1] in SÚA Pragae (archivum mon. in Kladruby, sign. L IV ŘB Kladruby num. 21) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 209 num. 544. — RI V. 2, pag. 1576 num. 10593.
Lit: KK, pag. 352. — Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss (interpolatio chartae tractatur, specimen scripturae eiusdem praebetur, num. 9).

In tergo manu iam saec. XIV. annotatum est: „Indulgencie CLX dierum".

Scriba: cancellariae legati proprius, idem atque in num. 491, 494.
Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Kladruby (E).

§ Universis § Christi fidelibus per Pragensem civitatem et diocesim constitutis frater Guido, miseratione divina || tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem in Domino. Loca sanctorum ... optinere.[2] Cupientes igitur, ut ecclesia sancte Marie[b] de Cladorubi,[b] Pragensis diocesis, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in festivitatibus beate Marie virginis et sanctorum Iohannis[c] Baptiste,[c] Benedicti, Nicholay et in die ipsius ecclesie dedicationis causa devotionis annis singulis visitaverint, centum[d] sexsaginta[e] dies de iniuncta ipsis penitencia misericorditer in Domino relaxamus. Datum Prage VII kalendas aprilis, pontificatus[f] domini Clementis pape IIII[ti] anno tertio.[f]

Sigillum: Guidonis, tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, e cera minii coloris confectum in filis sericis rubri et violacei coloris, formae ex longo rotundae appendebat; de sigillo parvum fragmentum tantummodo restat; descriptionem sigilli in num. 491 vide.

---

496. [a]) *Cum titulo superfluo scriptum est in A.* — [b-b]) *In loco raso, ubi vestigia principalium litterarum apparent, scriptum est in A.* — [c]) *In loco raso scriptum est in A; scriba praeterea in initio vocis* ‚Iohannis' *primo litteram* ‚I' *scripsit, quam in* ‚I' *correxit.* — [d]) *Vox alia manu posteriore nec non alio atramento addita est in A.* — [e]) *Ex* ‚quadraginta' *radendo alia manu alioque atramento correctum est in A.* — [f-f]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Vide notas d, e.* — [2]) *Vide num 25, cuius tenor mutatis mutandis cum paucis haud gravibus varietatibus repetitur.*

497.

Abbas in Vilémov ex parte una et [Lupinus], abbas de Velehrad, ex parte altera in lite super solutione unius carratae vini ecclesiae in Uherčice mota ad praestandum iuramentum citantur per [Heidenricum], officialem Brunonis, episcopi Olomucensis.

In Kroměříž 1267 mart. 30.

Autographum etiam in reversa parte membranae scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Břevnov, sign. ŘB Břevnov num. 42) asservatur (A).

Ed: Dobner, Monumenta IV, pag. 275 num. (ex A). — CDM III, pag. 392 num. 389 (ex Dobnero).
Reg: Dobner, Monumenta VI, pag. 384 num. 5. — Reg II, pag. 209 num. 545.
Lit: Šebánek, Žarošická legenda, pag. 87 (totius rei deliberatio). — KK, pag. 348—349. — Šebánek, Česká listina 1, pag. 166. — Boháček, Das Römische Recht, pag. 289 (dictator chartae).

In tergo chartae manu coaeva registratoris monasterii in Vilémov (?) scriptum est: „Litis contestatio" *(B).*

Scriba: ignotus, verisimiliter e circulo diplomatico Olomucensi, qui scripturae ductu Conrado, notario Brunonis, episcopi Olomucensis, affinis est.
Dictator: fortasse Heidenricus, officialis Brunonis episcopi, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 b, Heidenricus, officialis episcopi (A), 3, Velehrad (H), Vilémov (C).

Hotizlaus, procurator seu actor abbatis in || Wilhelmow,[1] patroni ecclesie in Hursit, nomine eiu||sdem abbatis, et Eberwinus, eiusdem ecclesie in Hursit[a] || plebanus, petiverunt per officialem[2] domini B.,[3] episcopi Olomucensis,[b] conpelli abbatem de Welegrad[4] ad respondendum eisdem super solutione unius carrate vini solvende eidem ecclesie in Hursit annis singulis ab abbate et monasterio in Welegrad pro decimis prediorum in Chorzit, que nobilis vir[c] Conradus[c] de Hardek monasterio de Welegrad ea conditione contulerat, ut dicta carrata annis singulis solveretur.[5] Item petiverunt, cum predicta ecclesia in Hursit in possessione percipiendi huiusmodi carratam annis pluribus fuerit, se ad possessionem restitui vel responderi sibi, quare ecclesie in Hursit eam subtraxerint. Item petebant XIIII carratas per XIIII annos ecclesie in Hursit subtractas. Ad quos abbas de Welegrad litem contestando respondit se non teneri ad solutionem predicte carrate, cum nullam solutionem de predictis prediis ecclesie in Hursit facere teneretur, nec ipsa ecclesia restitui in hac parte debebat,[b] cum nunquam in possessione precipiendi[e] huiusmodi fuerit et ob hoc eciam XIIII carratas petitas minime solvere teneretur. Lite igitur contestata dictus officialis predictos abbates Cremeser citavit, ut iuramentum de veritate seu de calumpnia prestarent et alia facerent, que tunc de iure incumberent facienda, diem eis peremptoriam ad hoc secundam feriam proximam post octavam Phylippi et Iacobi[f] assignando.[g] Actum Cremeser anno Domini M°C°C°LX°VII°, III kalendas aprilis presentibus || Conrado scolastico et canonico Olomucensi,[b] Io.[7] de || Kecser canonico Cremeserensi et preposito Hermanno de Moasterio.[h]

Sigillum: fortasse Heidenrici, officialis Brunonis episcopi, in scidula membranacea valde laesum, nunc autem conservatione integratum appendet. Vide Sigilla num. 3, 42.

---

497. [a] ‚Hur.' *A.* — [b] ‚Olom' *A.* — [c-c] ‚Conradus vir' *legitur in A, sed signis reclamatoriis verborum ordo mutatus est.* — [d] *Littera ‚a' in fine lineae super eadem posita est in A.* — [e] *Ita pro* ‚percipiendi' *A.* — [f] *Syllaba ‚bi' in fine lineae super eadem posita est in A.* — [g] *Abinde usque ad finem in tergo chartae scriptum est in A.* — [h] *Ita A pro* ‚Monasterio' = *(?) Kremsmünster.*

[1]) *Nomen ignoramus.* — [2]) *Heidenricum.* — [3]) *Brunonis.* — [4]) *Lupinum.* — [5]) *Vide chartam Conradi, comitis de Hardegg, s. l. 1220 s. d. datam (CDB II, pag. 182 num. 197).* — [6]) *Maii 9.* — [7]) *Johanne.*

498.

Johannes, episcopus Pragensis, monasterio in Žďár [nad Sázavou] donationem ecclesiae in Chotěboř per Smilonem de Lichtenburk factam confirmans indulget, ut ibidem sub certis condicionibus duo aut tres fratres ordinis sui habere possit.

Pragae 1267 apr. 16.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. A 10) asservatur (A). — *Apographum praebet codex mnscrus chart. saec. XVII.* „Diplomatarium monasterii Zarensis 1252—1642 ..." *intitulatus, ibidem (sign. 60/7) asservatus, pag. 20—21 num. 11 (B).*

Ed: Steinbach, pag. 23 num. 12 (ex A). — *CDM III, pag. 393 num. 390 (ex A).*
Reg: Reg II, pag. 211 num. 547. — *Šebánek, Archivy, pag. 36 num. 209 (ex A).*
Lit: KK, pag. 350. — *Nový, Listiny, pag. 58 ss (passim; singulae notae).* — *Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 59 (dictator chartae, observationes stilisticae).* — *Dušková, Neznámá křižovn. listina, pag. 307 (corroboratio chartae).*

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide etiam num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: fortasse idem atque scriba. Cf. infra num. 507.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (CC), J III 6 (D), 3, Žďár (L).

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, honorabilibus[a] et religiosis viris ..[1] abbati et conventui Fontis[b] sancte Marie in Zar salutem ‖ in Domino sempiternam. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter ‖ enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, fratres in Christo dilecti, vestris et nobilis viri Smilonis ‖ de Luhtenburk piis et rationabilibus precibus inclinati, ut in bonis et dote ecclesie de Hoteborz, quam ipse nobilis cum omnibus suius pertinentiis perpetuo possidendam pietatis intuitu donavit liberaliter et concessit vobis et ecclesie vestre,[2] duos vel tres ordinis vestri[3] fratres continue habere possitis presbytero seculari, qui parrochianos eiusdem de Hotebor ecclesie in administratione spiritualium una cum ipsis fratribus procurabit, tantum de premisse dotis reditibus et possessionibus assignantes, quod sustentationem vite sufficientem[c] habere et archidiaco-

nalia iura et nostra persolvere valeat, tenore vobis presentium indulgemus, donationem predictam vobis et ecclesie vestre factam per Smilonem, virum nobilem supradictum, de prefata de Hoteborz ecclesia et ipsius pertinentiis universis auctoritate, qua fungimur, confirmantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis paginam et indulti qualibet temeritate infringere, aut eis ausu temerario contraire, alioquin quilibet, qui contrarium attemptare presumpserit, excommunicationis sententiam, quam in hiis scriptis exigente iusticia proferimus, ipso facto se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri caractere fecimus insigniri. Actum et datum Prage XVI° kalendas maii, anno Domini M°C°C°LX° septimo, indictione decima, pontificatus vero nostri favente divina clementia anno nono.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis flavi et rubri coloris laesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

498. *a) honorablis A. — b) Dextrorsus a littera ‚s' locus apparet in A. — c) Revera ‚sussicientem' exaratum est in A.*

1) Winrico. — 2) Vide chartam Smilonis de Lichtenburk in Ronovec 1256 nov. 30, dec. 2 datam (num. 460); in ea autem loco ecclesiae capella in Chotěboř traditur. — 3) Videlicet ordinis Cisterciensis.

499.

Bruno, episcopus Olomucensis, magistro Johanni, archidiacono Znoymensi in ecclesia Olomucensi, concessionem unius terrae in Drozdovice ab ipso factam sub certis condicionibus confirmat.

In Olomouc 1267 apr. 19.

Apographum saec. XV. servavit Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis chart. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 28) asservatus, fol. 56 — 56v num. 84 (B).

Ed: CDM III, pag. 394 num. 391 (ex B).
Reg: Reg II, pag. 211 num. 548.
Lit: KK, pag. 350—351.

Dictator: Conradus, notarius episcopi.
Cf. num. 172+.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (AAA), Conradus notarius (KK), 3, Olomouc, ecclesia capitularis (T), Aliae ecclesiae (N).

In nomine Domini amen. Nos Bruno, dei gracia episcopus Olomucensis,[1] notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod cum terram unam in Drozdowicz ad nos pertinentem dilecto filio, magistro Iohanni, archidiacono Znoemensi in ecclesia Olomucensi,[a] concessissemus, quamdiu viveret, possidendam, idem redempto iure,

quod dicitur purkrecht, a Hodone, sororio Morauconis, capellani[b] Pragensis episcopi,[1] qui terram eandem iure possidebat predicto, Rihwino, servienti suo, et Margarethe, uxori eiusdem, nepti ipsius magistri Iohannis, ac eorum heredibus iure prefato concessit perpetuo possidendam ita, quod iidem in festo sancti Galli,[2] licet prefatus H. non solverit nisi fertonem argenti, dimidiam marcam argenti liberi ab omnibus talliis et exaccionibus annuatim solvere teneantur. Propter quod idem magister Iohannes suppliciter petivit a nobis, ut concessionem ratam habentes, eandem ipsam auctoritate nostra confirmare vellemus. Nos autem eius precibus inclinati propter multa servicia nobis et ecclesie nostre exhibita concessionem eandem ratam habemus et ipsam presenti pagina confirmamus ac in huius rei testimonium ipsam sigilli nostri iussimus munimine roborari. Actum Olomucii[a] XIII kalendas maii, anno Domini M°CC°LXVII° presentibus Herbordo [c] preposito, Allexio preposito in Wlframskirch, Heidolfo preposito in Cremsir,[d] canonicis Olomucensibus[a] et aliis quam pluribus. Datum per manus Conradi, notarii nostri, canonici Olomucensis,[a] die et loco prefatis.

499. [a]) ‚Olom̃' *B.* — [b]) ‚cap̃lani' *B.* — [c]) ‚Heberhardo' *B.* — [d]) ‚Crems' *B.*

[1]) *Verisimillime Johannis episcopi.* — [2]) *Oct. 16.*

500.

Boreš de Rýzmburk Eremitis ordinis sancti Augustini [postea in Koruna residentibus] dimidiam villam Tatenice nec non alias possessiones expresse nominatas donat.

In [Dlouhá] Loučka 1267 apr. 26.

Autographum, quod olim in archivo mon. s. Thomae in Antiqua Bruna asservabatur, nunc latet (A).[1] — *Apographum exstat in confirmatione Karoli IV., Romanorum imperatoris, Pragae 1364 dec. 30 data (CDM XV, pag. 82 num. 100), cuius confirmationis autographum in membr. scriptum in SAR Brunae (archivum mon. superius dicti, sign. 39 a) asservatur (B).*[2] — *E pluribus simplicibus apographis illud ex B descriptum commemoretur, quod in mnscro chart. saec. XVIII.* „Liber magnus et novissimus" *intitulato, a Mathaeo Pertscher, Brunae ad s. Thomam priore, anno 1745 conscripto, ibidem (sign. 41, I. 12) asservato invenitur, fol. 123[v] (C).* — *Versio Germanica confirmationis chartae B cum inserto textu chartae Boršonis exstat in convoluto chart. saec. XVII.—XVIII. in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. F, Koruna Svatá) asservato (T 1).* — *Altera versio Germanica eiusdem confirmationis cum inserto textu chartae Boršonis anno 1669 scripta (seu ex exemplo anno 1669 scripto descripta) in convoluto chart. in SAR Brunae (inter Cerronianos, sign. II, 122/39) asservato invenitur (T 2). Germanicam versionem inferius sub* praebemus.*[3]

Ed: CDM III, pag. 394 num. 392 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 211 num. 549 (fortasse ex C).[4]
Lit: KK, pag. 351. — Dušková, Česká listina 2, pag. 190—191 (scriba et dictator chartae).

Dictator: fortasse Meraynus (Meragnus), scriba Boršonis, in charta nominatus.
Vide: II. 3, [Koruna (A)] 4, De chartae apud nobiles usu (PPP).

In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Ea, que fiunt sub tempore, simul cum tempore discedunt, nisi stilo memorie fuerint commendata. Hoc attendens[a] ego Borsso de Rysemburg notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod ego pro remedio anime mee et antecessorum meorum et Rychardis, uxoris mee, et liberorum meorum[5] de voluntate et consensu eorum dedi dimidiam villam Tetnycz, habentem viginti quatuor laneos, cum omni iurisdictione fratribus Heremitarum ordinis sancti Augustini; item dedi eisdem fratribus quatuor laneos in Tryberdorf et molendinum, quod redemi a[b] Cunrado, villico eiusdem ville, et decimam de equariis[c] meis. Et ut hec rata permaneant nec in[d] posterum[d] alicuius possint violari calumpnia, presentem paginam sigilli mei munimine iussi roborari. Acta sunt hec in Luscz in terra Morauie anno Domini millesimo C°C°LXVII° coram domino Iordano sacerdote, Sygmundo de Wart, Mutysone de Honstein, Merayno scriptore et Syderlino[e] advocato de Tribouia, VI° kalendas maii.

---

500. [a]) ‚attendente' *B.* — [b]) ‚de' *B.* — [c]) ‚equasiis' *B.* — [d–d]) *Deest in E.* — [e]) ‚Sedlino' *E.*

[1]) *Cf. Švábenský, Aug. kláštery I, pag. 72.* — [2]) *Latinum textum chartae ex B praebemus, textum apud Boček (E) excusum, ubi opus est, respicientes; textum C haud respicimus.* — [3]) *Ex T 1, apertis erroribus partim ex T 2 correctis.* — [4]) ‚E cod. Thomaeo' *inaccurate dicitur in Reg.* — [5]) *Quorum nomina Boreš et Slávek erant.*

500.*

Im namen unsers herrn Jesu Christi amen. Alle ding, so mit der zeit geschehen, gehen auch mit der zeit wieder wek, wann man dieselbe nicht mit wahrer und fester gedächtnus vormerket. Dieses betrachtend tue ich Borsso von Rysenburg jedermänniglich zu wissen, so wohl denen lebendigen als zukünftigen, daß ich meiner armen seelen zum besten und zum heil meiner vorfahrer und Richardis, meiner ehefrau, und kinder, mit welcher aller vorwissen und einwilligung, hab ich geben das halbe dorf Tetnitz in sich begreifend vier und[a] zwanzieg[a] lahn mit aller gerechtigkeit den geistlichen brüdern des ordens sankt Augustini; item hab ich geben vorgedachten geistlichen brüdern vier lahn in Triebendorf und die mühl, so ich erkauft hab[a] von dem Conrad, hausgesessenen in selbigen dorf und den zehend von meinen gestitwiesen alda. Und damit alles dieses kräftig seie und verbleibe und niemand darwider[b] frebentlich handlen möge, hab ich diesen brief mit meinem[c] petschaft bekräftiget und mein insiegl daran hängen lassen. Actum zu Lissitz in Mähren im jahr Christi tausend zwei hundert sieben und sechsig in beisein des herrn Jordans pristers, des Sigmunds von Wortis, des Mutissons von Hochstein, des Margans offentlichen schreibers und des Sidelmi advocaten zu Trübau den 2. tag des monats maii 1267.

500.* [a]) *Deest in T 1.* — [b]) ‚darwieder' *in T 1.* — [c]) ‚meinen' *in T 1.*

501.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, omnibus, qui ecclesiam monasterii in Vyšší Brod in certis festivitatibus visitaverint, indulgentias concedit.

Viennae [1267] apr. 30.

Autographum in membrana scriptum in SAR Třeboň (archivum mon. in Vyšší Brod, sign. HA 4/1 B) asservatur (A).

Ed: Pangerl, Urkundenbuch von Hohenfurt, pag. 23 num. 16 (ex A).
Reg: Millauer, Der Ursprung, pag. 117 num. 1. — Reg II, pag. 212 num. 551. — RI V. 2, pag. 1576 num. 10595.
Lit: Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss (specimen scripturae chartae praebetur, num. 3).

In tergo chartae manu saec. XIII. scriptum est: „Gwidonis super LX diebus in festis“ *(A).*

Scriba: cancellariae legati proprius, idem atque in num. 504, 507, 509.
Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Vyšší Brod (O).

: Frater Guido:, miseratione divina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis || in Christo ..[1] abbati et conventui monasterii de Alto Uado, Cisterciensis ordinis, Pragensis dyocesis, salutem in Domino.|| Loca sanctorum omnium ... obtinere.[2] Cupientes igitur, ut ecclesia vestra congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis,[a] qui ecclesiam ipsam in festivitatibus beate Marie virginis,[b] Nativitatis dominice, Pentecostes, beatorum Petri et Pauli apostolorum et sancti Iohannis Baptiste causa devotionis venerabiliter visitaverint, de omnipotentis dei misericordia et auctoritate nobis a domino papa concessa confisi sexaginta dies de iniunctis sibi penitentiis annis singulis misericorditer in Domino relaxamus. Datum Vienne II kalendas maii, pontificatus[c] domini Clementis pape quarti anno tercio.[c]

Sigillum: in filis sericis rubri et viridis coloris appendebat; sed avulsum et deperditum est.

---

501. [a]) *Littera ‚o‘ ex alia littera corr. est in A.* — [b]) *Littera ‚n‘ ex alia littera corr. est in A.* — [c–c]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Ottoni.* — [2]) *Vide num. 25, cuius tenor mutatis mutandis cum paucis haud gravibus varietatibus repetitur.*

502.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, omnibus, qui monasterio in Vyšší Brod ad ecclesiam reaedificandam manum porrexerint adiutricem, indulgentias concedit.

Viennae [1267] apr. 30.

Apographum saec. XVI. exstat in convoluto chart. „Exempla descripta fundationis donationum et id genus privilegiorum, spectantium ad monasterium Alti Vadi 1597" *intitulato, in SAR Český Krumlov (sign. I 3 Kβ Nº 1 p) asservato, fol. 14ᵛ—15 (B).*

Lit: Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss.

Dictator: stilo communi usus est.[1]
Vide: II. 3, Vyšší Brod (P).

Universis Christi fidelibus per Pragensem civitatem et dioecesim constitutis frater Guido, miseratione divina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, salutem in Domino. Quoniam ... aeternam.[2] Cum itaque, sicut accepimus, ..[3] abbas et conventus monasterii de Alto Vado, Cisterciensis ordinis, Pragensis dioecesis, ecclesiam suam reedificare inceperint opere sumptuoso et ad hoc propriae[a] non suppetant facultates, propter quod fidelium indigent subventione condigna, universitatem vestram rogamus, monemus et adhortamur, attente vobis in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus de bonis vobis a deo collatis pias eleimosinas et grata charitatis subsidia pro consumatione dictae ecclesiae erogetis, ut per subventionem vestram dicta possit ecclesia consumari et vos per haec et alia bona, quae Domino inspirante feceritis, possitis ad aeternae foelicitatis gaudia pervenire. Nos enim confisi de misericordia dei et authoritate nobis a domino papa concessa omnibus vere poenitentibus et confessis, qui[b] ad consumationem dicti operis manum porrexerint charitatis, centum dies de iniuncta ipsis poenitentia misericorditer in Domino relaxamus; praesentibus post consumationem ipsius operis minime valituris. Quod mitti per quaestuarios districtius[c] inhibemus, quod si secus fiat, ipsas carere viribus decernentes. Datum Viennae 2 calendas maii, pontificatus domini Clementis papae 4[i] anno tercio.

---

502. [a]) ‚proprie' *B.* — [b]) ‚quae' *B.* — [c]) ‚districtios' *B.*

[1]) *Cf. ex. gr. num. 382, 508.* — [2]) *Vide CDB III, pag. 34 num. 35, cuius tenor cum paucis haud gravibus varietatibus repetitur.* — [3]) *Otto.*

503.

Martinus Brevnoviensis et Sigefridus Strahoviensis abbates, auditores causae, quae vertebatur inter Wissegradensem praepositum ex una parte et decanum nec non capitulum eiusdem ecclesiae ex altera parte, a Přemyslo Otakaro II. constituti, quattuor coadiutores expresse nominatos ad causam decernendam a partibus electos et acceptos esse testantur.

In capitulo Pragensi 1267[1] maii 1.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 52) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 212 num. 552 (ad annum et diem supradictum). — Schramm, Regesten, pag. 79 num. 2 (ad a. 1267).
Lit: Boháček, Das Römische Recht, pag. 287 (iud. deleg.). — Hageneder, Die geistliche Gerichtsbarkeit, pag. 165 (idem).

In tergi chartae medio manu scribae eius (?) scriptum legitur: „Acta prepositi cum capitulo“ *(N = W 1). Vocem* „acta“ *posterior quidam scriba una linea delevit voce* „compromissio“ *suprascripto et* „abbatum“ *inferius addito. Dextrorsus manu registratoris ecclesiae Wissegradensis in transversum scriptum est:* „De decano et preposito“ *(O).*

Scriba: ecclesiae Wissegradensis proprius (= W 1). Exempla script. num. 3, 5.
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Cf. chartam eorumdem editorum anno 1277 sine die et loco datam (inferius num. 835), quam post terminum maii 1 anni 1277 posuimus, quamquam ibidem abbas Strahoviensis haud Sigefridus sed Godefridus nominatur, quia se ad A non solum re sed etiam verborum tenore directe applicat.
Vide: II. 3, Břevnov—Rajhrad (AA), Strahov (D), Vyšehrad, ecclesia capitularis (S).

Nos M.[2] Breunowensis et S.[3] Montis Syon, divina miseracione abbates, auditores cause, que vertitur inter honorabilem dominum Wissegradensis ecclesie prepositum[4] || ex una parte et decanum[5] et capitulum eiusdem ecclesie ex altera, a serenissimo domino nostro rege[6] constituti, notum esse volumus universis, quod in die Philippi et Iacobi || apostolorum, partibus predictis coram nobis conparentibus in capitulo Pragensi, diversis hinc et inde habitis tractatibus, tandem deventum est ad hanc formam, quod videlicet || utraque parcium fide data no[m]ine[a] iuramenti in manus nostras Brevnowensis abbatis nomine et vice omnium predicte cause coauditorum sub pena ducentarum marcarum chamere domini regis persolvendarum promiserunt, quod quicquid nos et alii coauditores nostri in causis eorum nobis ad audiendum commissis[b] eis iniungeremus, deberent acceptare. Tali igitur iuramento et compromisso ab eisdem acceptis mandavimus, quatenus quatuor viri ecclesiastici, prolocutoribus decretistis, qui causam protrahere possent, dumtaxat exclusis, partibus el[i]gerentur ab utrisque et coram nobis electi exprimerentur nominatim. Hiis itaque taliter a nobis ordinatis dictus dominus prepositus in sua parte elegit et nominavit publice coram nobis honorabiles viros dominum Gregorium, decanum Pragensem,[7] et Radoslaum;[8] decanus vero et capitulum in sua parte elegerunt et nominave-

runt viros religiosos Iohannem lectorem et Stephanum, fratres ordinis Predicatorum de domo sancti Clementis,[9] ut hii quatuor iam dicti in termino, quem dominus Domaslaus, regni Boemie chamerarius,[10] cum super eo requisitus fuerit, assignabit, una cum ipso Do. et nobis inspecta utriusque partis iust[ic]ia causam modo iudiciario seu arbitrario[c] terminarent. Quicumque autem partium nostrum iudicium seu arbitrium contempnerent aut negligerent in toto aut in parte adimplere, domino regi ad penam ducentarum marcarum obnoxii tenerentur. In cuius rei testimonium[d] domino decano et capitulo memorato petentibus presentes tradimus nostris sigillis communitas. Acta sunt hec anno Domini millesimo CCLXVII,[11] die et loco supradictis in presentia honorablium[e] virorum: domini Heinrici cellerarii Strahoviensis quondam prioris, prioris Nycolay et subprioris Cristofori fratrum ordinis Predicatorum domus sancti Clementis,[9] fratrum eciam ordinis Minorum de domo sancti Iacobi gardiani,[9] Theoderici dicti de Grezc de sancto Francisco,[9] Theoderici[f] confessoris domicelle[12] et Mathei quondam ministri, dominorum[g] etiam: Onsonis pincerne domini regis,[13] Conradi, Vlrici burchraviorum Pragensium et aliorum quam plurimorum.

Sigilla: in scidulis membranaceis illaesa appendent; 1) abbatis de Břevnov. Vide Sigilla num. 3, 2; 2) abbatis Strahoviensis. Vide Sigilla num. 3, 24/III.

---

503. [a] *Quae hoc loco nec non inferius uncis clauduntur, cum membrana destructa perierunt in A.* — [b] ‚omissis' *A.* — [c] ‚arbittario' *potius legitur in A.* — [d] *Ex* ‚testimonio' *corr. est in A.* — [e] *Ita A, titulus enim deest.* — [f] *Ex* ‚Theoderico' *corr. est in A.* — [g] *Ex* ‚dominis' *corr. est in A.*

[1] *Ita A; charta anno 1277 adiudicanda est, scribae incuria in temporis indicio numeri ‚X' nota est omissa. Vide etiam inferius in notis introductoriis nec non in notis, quae ad textum spectant.* — [2] *Martinus.* — [3] *Sigefridus.* — [4] *Petrum.* — [5] *Cunonem.* — [6] *Přemyslo Otakaro II.* — [7] *Anno 1267 decanus Pragensis Vitus erat, qui anno 1271 morte obiit; Gregorius (postea episcopus Pragensis) successor Viti erat.* — [8] *Fortasse canonicum Pragensem.* — [9] *Pragae.* — [10] *Antecessor Domaslai camerarii Andreas de Všechrom adhuc 1267 mart. 13 nominatur; vide num. 806; cf. etiam, quae minus recte Novotný I. 4, pag. 328 l. 20 dicit.* — [11] *Vide n. 1.* — [12] *Fortasse beatae Agnetis.* — [13] *Přemysli Otakari II.*

504.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, monasterio in Vyšší Brod omnes relaxationes et indulgentias ipsi ab archiepiscopis et episcopis concessas approbat.

Viennae [1267] maii 12.

Autographum in membrana scriptum in SAR Třeboň (archivum mon. in Vyšší Brod, sign. HA 4/II B) asservatur (A).

Ed: Pangerl, Urkundenbuch von Hohenfurt, pag. 23 num. 17 (ex A).
Reg: Millauer, Der Ursprung, pag. 117 num. 1. — Reg II, pag. 213 num. 553. — RI V. 2, pag. 1576 num. 10597.

Lit: Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss (specimen scripturae chartae praebetur, num. 8).

In charta replicata sinistrorsus a medio manu scribae chartae pallidiore atramento scripta nota „[non] solvit" *legitur (cf. num. 492, 493).*

Scriba: cancellariae legati proprius, idem atque in num. 501, 507, 509.
Dictator: stilo communi usus est.
Cf. chartam Johannis, episcopi Pragensis, Pragae [1270] iun. 16 datam (num. 612).
Vide: II. 3, Vyšší Brod (Q).

Frater Guido, miseratione divina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, || religiosis viris ..[1] abbati et conventui de Alto Vado, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, salutem in || Domino. Cisterciensis ordinis meretur honestas, ut nos, qui eiusdem ordinis sumus voto filius || et protectione patronus, illa vobis libenter concedamus, que fructus dulcedinis vobis[a] proferant et saporis. Eapropter vestris supplicationibus[b] inclinati relaxationes et indulgentias, quas vobis et fratribus vestris ac ecclesie vestre archiepiscopi et episcopi concesserunt, prout in eorum litteris continetur,[2] ratas et gratas habentes, sicut iuste et rationabiliter facte sunt, auctoritate presentium approbamus. Datum Vienne IIII idus maii, pontificatus domini[c] Clementis pape IIII[ti] anno tercio.[c]

Sigillum: Guidonis, tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, e cera minii coloris confectum in filis sericis viridis et violacei coloris, formae ex longo rotundae illaesum appendet; descriptionem sigilli in num. 491 vide.

---

504. *[a]) Sequitur iterum vox* ‚vobis' *in initio alterius lineae scripta, quae una linea deleta est in A. — [b]) Scriba* ‚ac' *scripsit, litteram* ‚a' *erasit,* ‚c' *sine rasura in* ‚s' *correxit et porro scripsit in A. — [c–c]) Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Ottoni.* — [2]) *Cf. num. 186, 188, 286[+], chartam archiepiscopalem mon. in Vyšší Brod datam ignoramus.*

505.

Ulricus de [Jindřichův] Hradec, quaecunque antecessores sui domui hospitalis s. Mariae Theutonicorum contulerunt, ecclesiae parochiali in [Jindřichův] Hradec possidenda confirmat nec non novas possessiones expresse nominatas tradit.

In [Jindřichův] Hradec 1267 maii 13.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 704) asservatur (A).

Reg: Schieckel, pag. 213 num. 874 (ex A).

In tergo chartae manu saec. XIII.—XIV. scriptum „Confirmatio domini Vlrici super ecclesia in Noua Domo et quibusdam aliis prediis" *(E) et* „Noua Domus" *legitur (E (?)).*

Scriba: ignotus, fortasse destinatarii proprius; in testium formula enim Ulricus in tercia persona inducitur.
Dictator: fortasse idem atque scriba; in prooemii initio aperte ad Summam prosarum dictaminis (Rockinger, Briefsteller I, pag. 337) alluditur.
Vide: II. 3, Ordo militum Theutonicorum (U), 4, De chartae apud nobiles usu (QQQ).

⁑ In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. ⁑ Quoniam generacio preterit et generacio advenit[1] et mortalium mortalis preterit etas, ideo provida deliberacio ad depressionem tocius calumpnie et caliginose oblivionis statuit || huiusmodi gesta forti caucione roborare et maxime per litteram, que est baculus memorie, indicium veritatis et certitudinis argumentum. Noscat igitur tam presens hominum etas quam in Christo successura posteritas, quod ego V̊lricus || de Noua Domo, quecumque dominus Wittigo, pie memorie pater meus,[2] ceteri quoque antecessores mei divine pietatis intuitu et ad remedium anime sue, parentum quoque et heredum suorum domui hospitalis sancte || Marie Thevtunicorum Ierosolimitani contulit, ecclesie parrochiali in Noua Domo cum omni iure ac dote et attinenciis suis ratum habens, factum ipsorum predecessorum meorum, habito expresso consensu et voluntate filii fratris[3] mei Zezema,[a] una et filiorum meorum Wittigonis et V̊lrici, libere in perpetuum corroboro et confirmo, nichil iuris mihi aut ipsis filio fratris mei et filiis meis aut heredibus eorundem in eadem parrochiali ecclesia et omnibus suis pertinenciis retinendo aut in posterum usurpando. Insuper, imitari desiderans vestigia parentum meorum[4] in operibus pietatis, salubre providi non solum moe[a] anime, sed et posterorum meorum, hereditatis mee particulam cuiusdam predii, partim redacti in agriculturam, partim adhuc silvestrem, curie prefate parrochie Canzelhoue nomine proximam et vicinam ac per me et meos circumcirca equitando nec non positis terminis limitatam limite, qui vulgariter greniz dicitur, cum omnibus suis attinenciis predicte domui et fratribus tribuendam, actualiter nichilominus ipsis fratribus, habito consensu supradictorum filii fratris mei et filiorum meorum, tradens iure veri dominii possidendam. Ne autem huiuscemodi facta negocii possint deinceps periclitari quorumdam caligine emulorum, testimonio tam militum quam servorum confidenter duximus anotandum. Sunt autem hii: dominus Stiborius de Chleban, dominus V̊lricus dictus Aratrum de Sar, dominus Pribizlaus de Wilmowice, dominus Pertoldus de Diewschek, dominus Sporlo de Trvnsch milites, Boztiech de Criechs, Hozteus de Wolkers, Chvnradus et Hnievca fratres de Radisch, Heinricus de Drahcov, Pertoldus filius Pertoldi de Diewscheke, Bvdislaus de Marschw, Grillo de Hardek, Zvdimirus de Dubrawice, Rinoldus de Mlazice, Nicolaus de Heremita, Arnoldus iudex prowincialis domini V̊lrici de Noua Domo. Ut autem hec robur firmitatis obtineant et ne alicui in posterum tempore procedente ambiguitatis oblivio debeat exoriri, presentem litteram nostri sigilli munimine statuimus roborandam. Acta sunt autem hec ⁑ anno[b] incarnacionis Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo in Noua Domo, tercio ydus mayi.⁑[b]

Sigillum: Ulrici de [Jindřichův] Hradec in filis sericis flavi et rubri coloris fere illaesum appendet. Vide Sigilla num. 4, 14.

505. *[a]) Ita A. — [b-b]) Verbis competenter distentis scriptum est A.*

[1]) Eccl. 1, 4. — [2]) Anno 1259 defunctus. — [3]) Fortasse Henrici. — [4]) Nomen matris Ulrici ignoramus.

506.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, monasterio in Žďár [nad Sázavou] donationem ecclesiae in Chotěboř per Smilonem de Lichtenburk factam confirmat.

Viennae [1267] maii 13.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. A 13 b) asservatur (A). — Apographum praebet codex mnscrus chart. saec. XVII. „Diplomatarium monasterii Zarensis 1252—1642 ..." *intitulatus, ibidem (sign. 60/7) asservatus, pag. 24—25 num. 14 (B).*

Reg: Šebánek, Archivy, pag. 37 num. 211 (ex A).
Lit: KK, pag. 333. — Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss.

Scriba: cancellariae legati proprius, idem atque in num. 492, 493, 495.
Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Žďár (M).

Frater Guido, miseratione divina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, || apostolice sedis legatus, dilectis filiis ..[1] abbati et conventui Fontis sancte Marie in Zar, || ordinis Cisterciensis,[a] Pragensis diocesis, salutem in Domino. Iustis petentium desideriis ... complere.[2] Eapropter, dilcti[b] in Christo, vestris precibus favorabiliter inclinati, donacionem et concessionem vobis factas per nobilem virum Smilonem de Luhtenburk ecclesie de Chotenbork[c] cum suis pertinentiis, Pragensis diocesis, sicut rite, iuste, provide ac sine iuris preiuditio alieni facte sunt,[3] auctoritate, qua fungimur, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Datum Vienne III idus maii, pontificatus domini Clementis[d] pape IIII[ti] anno tercio.[d]

Sigillum: avulsum et deperditum est.[4]

---

506. *[a]) Vox atramento obscuriore, prima littera eius in loco raso scripta est in A. — [b]) Ita A; titulus enim deest. Scriba primum* ‚dilctis' *scripsit, postea ultimam litteram erasit in A. — [c]) Scriba primum* ‚Cuh' *scripsit, ‚u' in ‚h' correxit, litteram ‚h' erasit et porro scripsit in A. — [d-d]) Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) Winrico. — [2]) Vide CDB II, pag. 27 num. 30. — [3]) Videlicet per chartam Smilonis in Ronovec 1265 nov. 30, dec. 2 datam, vide num. 460. — [4]) Sigillum in filis sericis appendebat.

507.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, monasterio in Žďár [nad Sázavou] donationem iuris patronatus ecclesiae in Chotěboř per Smilonem de Lichtenburk factam nec non indulgentiam a Johanne, episcopo Pragensi, dictae ecclesiae concessam confirmat.

Viennae [1267] maii 13.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. A 13 a) asservatur (A).

Ed: Steinbach, pag. 26 num. 14 (ex A, ad annum 1268). — CDM IV, pag. 15 num. 13 (idem).
Reg: Markgraf, Ueber die Legation, pag. 106. — Reg II, pag. 238 num. 615 (ad annum 1268). — RI V. 2, pag. 1577 num. 10598. — Šebánek, Archivy, pag. 36 num. 210 (ex A).
Lit: KK, pag. 352. — Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss.

Scriba: cancellariae legati proprius, idem atque in num. 501, 504, 509.
Dictator: stilo communi, praeterea chartis num. 498 et 506 usus est, quae numeris in margine positis (II, I) nec non typis minoribus exprimuntur.
Vide: II. 3, Žďár (N).

Frater Guido, miseratione divina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, || religiosis viris ..[1] abbati et conventui monasterii Fontis sancte Marie in Zar, Cisterciensis ordinis, Pragensis || dyocesis, salutem in Domi-
(I) no. Iustis petentium desideriis ... complere.[2] Eapropter, dilecti in Christo, vestris precibus favorabiliter inclinati, donationem et concessionem iuris patronatus ecclesie in Chotenbork per nobilem virum Smilonem de Luhtenburk[a] vobis et monasterio vestro per vos factas,[3] necnon indulgentiam et concessionem, quas concessit[b] vobis venerabilis pater Iohannes, dei gratia
(II) Pragensis episcopus,[4] videlicet, quod in dicta ecclesia de Chotenbork* tres fratres monasterii vestri continue habere possitis,* qui fratres parrochianis eiusdem* ecclesie cum uno presbytero seculari divina officia ministrabunt, cui dicto presbytero seculari de* reddicibus[c] et possessionibus dicte ecclesie tantum debet assignari, quod exinde vivere et iura episcopalia et archidya-
(I) conalia persolvere valeat, ratas et gratas habentes, prout iuste et rationabiliter facte sunt, auctoritate, qua fungimur, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Datum Vienne III idus maii, pontificatus domini Clementis pape quarti[d] anno tercio.[d]

Sigillum: Guidonis, tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, e cera minii coloris confectum in filis sericis viridis et violacei coloris, formae ex longo rotundae laesum appendet; descriptionem sigilli in num. 491 vide.

---

507. *[a]) Scriba primum ‚Lut' scripsit et correxit in A. — [b]) Primam litteram ‚s' scriba voce iam scripta supplevit in A. — [c]) Ita A. — [d-d]) Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Winrico.* — [2]) *Vide CDB II, pag. 27 num. 30.* — [3]) *Videlicet per chartam Smilonis in Ronovec 1265 nov. 30, dec. 2 datam, vide num. 460.* — [4]) *Videlicet per chartam Pragae 1267 apr. 16 datam, vide num. 498.*

508.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, omnibus, qui monasterio in Vyšší Brod ad ecclesiam aedificandam manum porrexerint adiutricem, indulgentias concedit; qua de re fideles Pataviensis civitatis et dioecesis certiores facit.

Viennae [1267] maii 13.

Apographum saec. XVI. exstat in convoluto chart. „Exempla descripta fundationis donationum et id genus privilegiorum, spectantium ad monasterium Alti Vadi 1597" *intitulato, in SAR Český Krumlov (sign. I 3 K$^{\beta}$ N° 1 p) asservato, fol. 15 — 15^{v} (B).*

Lit: Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss.

Dictator: stilo communi usus est.[1]
Vide: II. 3, Vyšší Brod (R).

Universis Christi fidelibus per civitatem et diocoesim[a] Pataviensem constitutis frater Guido, miseratione divina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus, ... metet vitam aeternam.[2] Cum itaque, sicut accepimus,[b] dilecti filii ..[3] abbas et conventus de Alto Vado, ordinis Cisterciensis, dioecesis Pragensis, ecclesiam suam edificare inceperint opere sumptuoso, ad cuius consumationem fidelium subsidium esse dinoscitur quam plurimum oportunum, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur, attente ... grata[4] eis charitatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram aliorumque fidelium dicta possit ecclesia consumari et ... pervenire.[5] Nos autem[c] de misericordia dei et authoritate nobis a domino papa concessa confisi, omnibus vere[d] poenitentibus et confessis, qui ad hoc manum porrexerint adiutricem, centum dies de iniuncta ipsis poenitentia misericorditer in Domino relaxamus, praesentibus post consumacionem operis minime valituris. Quod mitti per questuarios inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum Viennae III idus maii, pontificatus domini Clementis papae 4^{ti} anno tertio.

---

508. [a]) ‚diocoesin' *legitur in B.* — [b]) *Punctum geminatum superfluum sequitur in B.* — [c]) ‚aut' *B.* — [d]) ‚vero' *B.*

[1]) *Cf. num. 382, 502.* — [2]) *Vide CDB III, pag. 34 num. 35, cuius tenor cum paucis haud gravibus varietatibus repetitur.* — [3]) *Otto.* — [4]) *Vide num. 502.* — [5]) *Vide num. 502 verborum ordine paululum mutato.*

509.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, omnibus, qui ecclesiam monasterii in Rajhrad in certis festivitatibus visitaverint, indulgentias concedit.

In Vyškov [1267] iun. 15.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Rajhrad, sign. A g 44) asservatur (A). — Apographum fere coaevum exstat in codice membr. mon. in Rajhrad, Lectionarium de tempore etc. continenti, nunc in UK Brunae (sign. R 637, FK I a 16) asservato, fol. 90 (B).

Ed: CDM III, pag. 395 num. 393 (ex A).
Reg: Markgraf, Ueber die Legation, pag. 106. — Reg II, pag. 213 num. 554. — RI V. 2, pag. 1577 num. 10602.
Lit: KK, pag. 351—352. — Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss.

In chartae replicatae dextro angulo ad textum chartae in transversum nota manu coaeva (fortasse scribae cancellariae legati) scripta „Raygrad“ *fere evanuit. In tergo chartae manus registratoris mon. saec. XIII. scripsit:* „Super indulgencis“ *(ita) (A).*

Scriba: cancellariae legati proprius, idem atque in num. 501, 504, 507.
Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Břevnov-Rajhrad (BB).

Frater Guido, miseratione divina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice || sedis legatus, religiosis viris ..[1] preposito et fratribus in Raygrad, ordinis sancti Benedic||ti, Olomucensis diocesis, salutem in Domino. Loca sanctorum omnium ... obtinere.[a 2] Cupientes igitur ...,[3] qui ecclesiam ipsam in quatuor festivitatibus beate Marie virginis ac in festo beati Petri apostoli ac in aniversario die dedicationis eiusdem ecclesie[4] cum devotione et reverentia visitaverint, confisi de misericordia[b] dei et auctoritate nobis a domino papa concessa quadraginta dies de iniuncta ipsis penitentia singulis annis misericorditer in Domino relaxamus. Datum Wisschowe XVII kalendas iulii, pontificatus domini Clementis[c] pape IIII[ti] anno tercio.[c]

Sigillum: Guidonis, tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, e cera minii coloris confectum in filis sericis viridis et violacei coloris, formae ex longo rotundae laesum appendet; descriptionem sigilli in num. 491 vide.

---

509. *[a]) Littera ‚b‘ ex alia littera correcta est in A. — [b]) Secunda littera ‚i‘ ex ‚c‘ correcta est in A. — [c-c]) Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Nomen ignoramus.* — [2]) *Vide num. 25, cuius tenor mutatis mutandis cum paucis haud gravibus varietatibus repetitur.* — [3]) *Vide num. 492, verbis* ‚Christi fidelibus‘ *praetermissis.* — [4]) *Dec. 29; vide CDB IV, pag. 218 num. 124.*

510.

Clemens IV. papa dignitariis Wissegradensis ecclesiae expresse nominatis mandat, ut quaerimoniam prioris et fratrum hospitalis [s. Johannis] Hierosolymitani Poloniae in Boleslaum, ducem Silesiae, ratione ecclesiae in Złotoryja decidant.

Viterbii [1267] iul. 1.

Apographum saec. XVIII. in archivo civitatis Vratislaviae asservabatur,[1] nunc autem latet (B).

Ed: Delaville, Cartulaire III, pag. 160 num. 3266 (ex B).
Reg: CDS VII. 2, pag. 156 num. 1266 (ex B). — CDS XVI, pag. 109 num. 2942 (mendose ad 1307 iul. 1, ex B).

Textum litterarum ex Delavillo(E) manifestis erroribus correctis praebemus.

Clemens episcopus,[a] servus servorum dei,[a] dilectis filiis decano,[2] preposito[3] et scholastico[4] ecclesie Wisseradensis, Pragensis diocesis, salutem et[a] apostolicam benedictionem.[a] Dilecti filii prior[5] et fratres hospitalis Jerosolimitani in Polonia nobis conquerendo monstrarunt, quod nobilis vir Boleslaus, dux Slesie, Wratislaviensis diocesis, super ecclesia de Aureo Monte, ad eosdem priorem et fratres pleno iure spectante, in decimis, terris, aquis,[b] redditibus, debitis, possessionibus[c] et rebus aliis iniuriatur eisdem. Ideoque discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis causam et appellacione remota fine debito decidatis, facientes, quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari; proviso, ne in terram dicti nobilis excommunicacionis vel interdicti sententiam proferatis, nisi super hoc a nobis mandatum receperitis speciale. Testes autem[a] ... perhibere.[a] [6] Quod si non omnes ... exequantur.[6] Datum Viterbii[d] kalendis iulii, pontificatus nostri anno III.

---

510. [a-a]) *In E* ‚etc.' *legitur.* — [b]) ‚suis' *legitur in E, ubi in* ‚sive' *mendose corr. est.* — [c]) *Vox* ‚rebus' *sequitur mendose in E.* — [d]) ‚Viterbi[i]' *E.*

[1]) ‚In der Senitz Sammlung' *dicitur in CDS VII,* ‚angefertigt v. Baro' *dicitur in CDS XVI.* — [2]) *Cunoni.* — [3]) *Petro.* — [4]) *Friderico.* — [5]) *Nomen ignoramus.* — [6]) *Vide CDB IV, pag. 125 num. 41.*

511.

Petrus, praepositus Wissegradensis, regni Bohemiae cancellarius, archidiaconus Pragensis, quaestione, quae vertebatur inter ipsum et Sigefridum dictum de Misna, civem Lutomericensem, super certis agris ad curiam suam in Žitenice pertinentibus per arbitros diffinita, se XX marcas dicto Sigefrido solvere velle promittit; Sigefridus arbitrium sub poena L marcarum observare velle se obligat; ad quas persolvendas cum Sigefrido sponsores expresse nominati se obligant.

In domo fratrum Minorum Lutomericensium 1267 iul. 12.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 53) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 213 num. 555.
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 157, 3, pag. 128 (charta arte diplomatica tractatur).

In tergo chartae manu saec. XIII. scribae ecclesiae Wissegradensis scriptum legitur: „Littera domini P., prepositi Wissegradensis, super redempcione quorumdam agrorum in Sithenitz pro sumpma *(sic)* viginti marcarum" *(F).*

Scriba: ignotus, ecclesiae Wissegradensis seu fratrum Minorum in Litoměřice proprius.
Dictator: fortasse idem atque scriba; praeterea (in corroborationis formula) ad stilum magistri Petri cancellarii, chartae primi editoris, alluditur.
Charta in membrana sine ordine scissa scripta est.
Vide: II. 1 a, magister Petrus cancellarius (B), 3, Ordo fratrum Minorum (E), Vyšehrad, ecclesia capitularis (T), 5, De chartae apud civitates usu (II).

Nos[a] divina[a] miseratione Petrus, prepositus Wissegradensis, regni Boemie cancellarius, Pragensis archidiaconus, notum esse volumus universis || presentium per tenorem, quod cum inter nos ex parte una et Sifridum dictum de Misna, civem Lutomiricensem, ex altera super quibusdam agris || ad curiam nostram in Sitenitz pertinentibus, quos idem Sifridus sibi venditionis titulo vendicavit, questio verteretur, super ea fu||isset diucius et diversis modis hinc inde disceptatum, tamdem per arbitros communiter electos[b] eadem decertatio exstitit diffinita, videlicet quod cum sepe nominatus Sifridus fide hinc inde prestita firmiter asseverasset dictos agros emisse pro viginti marcis argenti ad pondus Lutomiricense, licet alias eosdem agros multis expensis et laboribus meliorasset, nos ipsi Sifrido viginti marcas sub eodem pondere usque ad octavam Assumptionis beate Marie[1] persolvemus tali adiecta pena, nisi eodem termino dicta summa fuerit persoluta, extunc idem Sifridus ac liberi sui[2] plenum ius habebunt eosdem agros retinendi ac alienandi seu vendendi pro ipsorum placito sine qualibet contradictione; et hoc faciemus sibi et suis liberis per Wissegradense capitulum comfirmari.[c] Ego etiam Sifridus sub testimonio subscriptorum obligo me ad penam quinquaginta marcarum, quod dictum arbitrium pro me et meis tam uxore[3] quam eis, quorum interesse posset ad repetendum vel questionem aliquam movendum in posterum vel ad presens, inviolabiliter observabo et dictum prepositum et successores suos faciam ab omni impetitione quieta gaudere possessione. Alioquin nos Iohannes, filius Herberti, Cunradus de Sandowe, Petrus de Sandowe fratres et ego Sifridus cum filiis meis Cunrado et Iohanne cum nostris rebus omnibus, quas nunc possidemus vel in futurum poterimus adipisci, mobilibus et inmobilibus, obligamus nos dictas marcas quinquaginta preposito presenti, vel qui in posterum fuerit substitutus, persoluturos sine qualibet contradictione. Huius rei testes sunt et ad hoc rogati: Engelbertus decanus, Fridericus scolasticus et Engelbertus canonici Wissegradenses, Iohannes de Aschafenburch, Absalon, Bohuslaus et Arnoldus canonici Lutomiricenses, Gallus canonicus sancti Egidii,[4] Herbertus iudex, Antonius, Henricus de Hildensim, Cunradus de Misna, Henricus de Pernis et alii quam plures cives cum predictis civibus Lutomiricensibus. Acta sunt hec in domo fratrum Minorum Lutomiricensium anno Domini mille-

simo ducentesimo LXVII°, in vigilia beate Margarete. Et ut premissis fides valeat adhiberi, nos prepositus, idem arbitrium acceptantes, presentes litteras[d] sigilli nostri munimine confirmamus. Ego etiam Sifridus, quia sigillum non habeo, sub testimonio prescriptorum civium et in communi iudicio Lutomiricensi me observaturum omnia predicta promitto et sigillum civitatis peto presentibus appendi.

Sigilla: duo in scidulis membranaceis appendebant; sed avulsa et deperdita sunt.

---

511. [a-a]) *Atramento pallidiore scriptum est in A.* — [b]) ‚l' *ex* ‚c' *correctum est in A.* — [c]) *Ita A.* — [d]) *Littera* ‚s' *ex* ‚e' *videtur esse correcta in A.*

[1]) *Aug. 22.* — [2]) *Nomina vide inferius.* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Pragae.*

512.

Johannes, episcopus Pragensis, litteras Alexandri IV. papae ad commodum ordinis fratrum Minorum datas vidimat, tenorem earum inseri faciens.

In Týn [nad Vltavou] (?) 1267 iul. 31.

Apographum insertum est vidimationi Wilhelmi, episcopi Nicopolitani, archidiaconi Brunensis, episcopi Olomucensis vicarii, Brunae 1473 sept. 8 datae, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum in archivo civitatis Brunae (sub dato suo) asservatur (B).

Ed: Dřímal, Biskup Vilém z Kolína, pag. 40 num. 2 d (ex B).

Dictator: fortasse cancellariae episcopi proprius.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (DD), 3, Ordo fratrum Minorum (F).

Nos Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis facimus manifestum, quod litteras domini pape Alexandri non cancellatas, non abolitas nec viciatas[a] sub bulla papali de verbo ad verbum, sicut infra positum est, vidimus in hac forma: Alexander episcopus, servus servorum dei, *etc.*[1] Et quia autentica circumferre periculosum est, rescripta ipsorum autenticorum, sicut supra posita sunt, sigilli nostri testimonio confirmamus. Datum in Tyn anno gratie M°CC°LX°VII°, pridie kalendas augusti.

---

512. [a]) ‚vicias' *legitur in B.*

[1]) *Sequitur tenor litterarum Alexandri IV. papae Laterani [1257] febr. 2 omnibus ecclesiarum praelatis per Bohemiam, Poloniam et Moraviam ad usum fratrum Minorum datarum, quarum textum apud Dřímal, l. c. pag. 41 num. 2 d, extractum suo tempore in regestorum serie huius tomi vide.*

513.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, monasterio in [Klášterní] Hradisko chartam avi sui Přemysli Otakari I. confirmat, tenorem eius inseri faciens.

In Budyně [nad Ohří] 1267 aug. 7.

Autographum in membrana scriptum, laesum, haud prospere conservatum, in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. I 6) asservatur (A). — Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 15—16 num. 12 (B). — Apographum saec. XVII. servavit M. Siebenaicher* „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis", *cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, fol. 91^{v} — 93 (C).*

Ed: CDM III, pag. 396 num. 394 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 442 num. 188. — Reg II, pag. 214 num. 556. — Šebánek, Archivy, pag. 37 num. 212 (ex A).
Lit: Teige, Zpráva, pag. 50 (sinceritatem chartae in dubium vocat). — Šebánek, Archivy, pag. 37 n. 39 (chartam sinceram esse demonstrat). — Fiala, Kancelář, pag. 238 (manus scribae — haud omnino recte — statuitur). — KK, pag. 352—353. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 257, 263, 287—288, 291, 357, 378 n. 379 (Gr 1).

Scriba: P II 60 = fortasse magister Ulricus protonotarius, cancellariae regiae (partis Austriacae) tunc proprius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 42.
Dictator: magister Ulricus modo dictus.
Cf. CDB IV, pag. 278 l. 7—9.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Ulricus protonotarius (M), 3, Kl. Hradisko (E).
Quod ad apographum B pertinet, eius imagine phototypica (vide in prooemio) uti potuimus.

⁑In nomine Domini amen. ⁑ Nos Otackarus, dei gratia Boemie[a] rex, dux Austrie et Styrie ac marchio Moravie, omnibus in ‖ perpetuum. [C]um[b] opera pietatis et piam devotionem progenitorum nostrorum factam circa religiosorum loca seu monasteria deo dedita ‖ ampliare velimus ob reverentiam dei omnipotentis cunctis temporibus[c] vite nostre, scire volumus presentium quoslibet noticiam habituros ‖ tam presentes quam futuros, quod gratiam seu libertatem factam per dominum Primislavum, felicis memorie quondam regem Boemorum, karissimum avum nostrum, cenobio in Hradisch, quod favore prosequimur singulari, ratam habere volumus, per omnia renovare, auctoritate presentium et[d] iuxta sui privilegii continentiam finaliter confirmare. Cuius tenor talis est: Anno dominice incarnationis M° CC° primo, *etc.*[1] Et ut hec singula iam premissa dicto cenobio in Hradisch iuxta sui continentiam a nostris successoribus in posterum inviolabiliter observentur, in signum renovationis et confirmationis eorumdem ipsi damus presentem pagin[a]m nostrorum sigillorum munimine roboratam testibus, qui aderant, subnotatis, qui sunt: Nezabitz pur[chra]vius Olom[ucensis], Vlricus burchra[v]ius de Znoym, Heincko burchravius de Ponte, Albertus burchravius de Vren, Onscho pinc[erna], Hermannus de [Ri]chenowe,[e] Domazlavs pincerna karissime domine uxoris nostre,[2] Schazlaus dapifer

eiusdem, Myzthindruh [c]amerarius eiusdem, Rehnickus subcamerarius eius, Dluhomilus de Wezzele et alii quam plures. Actum et datum[f] in Budin per manus magistri Petri, venerabilis prepositi Wischegradensis, regni nostri cancellarii, a[nno Domini] M°CC°LX°VII°, VII° ydus[g] augusti, regni nostri anno septimo.[3]

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

513. [a]) ‚Boẽm' *A.* — [b]) *Quae hoc loco nec non inferius uncis clauduntur, cum membrana iam olim (vide notam f) destructa perierunt in A.* — [c]) *Littera* ‚b' *ex alia littera correcta est in A.* — [d]) *Vox in chartam iam scriptam addita est in A.* — [e]) [Ri]chenow̃' *A.* — [f]) *Post vocem cum membrana destructa circiter tres litterae (vox* ‚est' *(?)) perierunt, quas nullo modo (ne copiariorum supradictorum auxilio) supplere potuimus.* — [g]) *Sequuntur lineolae quaedam, quae spatio vacuo a scriba ideo appictae sunt, ut ultima linea expleretur in A.*

[1]) *Sequitur tenor chartae Přemysli Otakari I. regis s. l. anno 1201 datae (CDB II, pag. 17 num. 21) cum variationibus minimi momenti descriptus.* — [2]) *Cunegundis reginae.* — [3]) *Recte anno sexto.*

514.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, fratribus domus [hospitalis s. Mariae] Theutonicorum, qui se obligaverunt ipsum in terris expresse nominatis acquirendis iuvare, ad recuperandum alias terras, quae iterum expresse nominantur, astare se velle promittit.

Pragae 1267 sept. 19.

Apographum confirmationi Clementis IV. papae Viterbii [1268] ian. 31 datae (= num. 542) insertum est, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Coronae regni Bohemiae, sign. num. 16) asservatur (B). — Apographum earumdem litterarum (cum inserta charta Otakari) exstat in Clementis IV. registris in archivo secreto Vaticano asservatis (Reg. Vat. 32), fol. 192[v] num. 144 (R).

Ed: CD Prussicus I, pag. 163 in num. 157 (e copiario saec. XIX. privilegiorum pontificum Romanorum olim in archivo domus Theutonicorum Regiomontano asservato). — CDM VII, pag. 767 num. 128 (ad sept. 20, ex CD Prussico). — Woelky-Saage, Codex dipl. Warmiensis (dipl.), pag. 90 in num. 51 (ex eadem editione). — Theiner, Vet. monum. Pol., pag. 81 in num. 155 (ex R). — ACRB I, pag. 26 in num. 14 (ex B, R).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 442 num. 189. — Woelky-Saage, Codex dipl. Warmiensis (reg.), pag. 30 num. 114 (ad sept. 18). — Perlbach, Preußische Regesten, pag. 207 num. 760. — Philippi, Preußisches UB I, pag. 192 num. 268. — Reg II, pag. 215 num. 558.
Lit: Daniłowicz, Skarbiec, pag. 114 in num. 218 (translatio chartae in linguam Polonicam). — Novotný I. 4, pag. 156 (totius rei deliberatio). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 363 n. 322 (Th).

Dictator: destinatarii proprius, sed etiam (in dispositionis et corroborationis formulis) vestigia stili magistri Ulrici, protonotarii regis, apparent.
Verborum iuncturae, quae destinatario adiudicandae sint, ex instrumentis deperditis fratrum ordinis (vide n. 1 inferius) videntur esse receptae.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Ulricus protonotarius (N), 3, Ordo militum Theutonicorum (V).

Nos Othakarus, dei gratia Boemie[a] rex, dux Austrie et Stirie ac marchio Morauie, omnibus hanc litteram inspecturis salutem in perpetuum. Regalis celsitudinis gloria elargiente bonorum omnium datore decorati, multiplicibus potentatibus divitiarum et virium precellentes, zelo ducti fidei ad ampliandum titulos et cultus nominis christiani in elisiones et exterminationes gentilium insidiantium fidei christiane, ut refrenetur tyrampnidis[b] eorundem, nos, nostros et potentiam nostram participii eterne intuitu beatitudinis defensorem exponimus atque murum ad occupandum et capiendum terras ipsorum gentilium et terminos partium eorundem cultui divini nominis subiugandos; ita videlicet, ut fratribus militie domus Theutonicorum in partibus terrarum Pruscie, quas iidem fratres occuparunt et in sua potestate iam detinent occupatas, vel in partibus terrarum a fide apostatarum, quas dicti fratres aliquando habuerunt in sua potentia et possessione, videlicet terra Culmensi, Lubonia,[c] Soysim, Pomczania,[d] Pazluch, Landesen, Sambia, Pogzania, Warmia, Natangia et Barchia cum territoriis et attinentiis earundem, nullum[e] unquam[f] per nos vel nostros successores ratione dominii, nominis, dominationis, seu iuris nobis ascribendi,[g] quantum ad predicta loca nunc vel in posterum preiudicium generetur. In quibus sepedictis fratribus plenum ius, quod et ante habuerant, iurisdictionis, dominationis, proprietatis, possessionis et acquisitionis eorundem, quietum et liberum profitemur a nobis et nostris posteris remanere. Scriptoque promittimus in presenti, quod ad recuperandum terras iam dictas, a fide scilicet[h] apostatas,[h] ipsis fratribus astabimus pro viribus auxilio, consilio et favore. Iidem quoque fratres ad acquirendum et occupandum Galandiam,[i] Gethwesiam,[k] Lettouiam[l] et alios inimicos crucis Christi, quantum possunt, pro viribus nos iuvabunt, ut eedem terre cultui fidei christiane ac nostre dicioni[m] regie applicentur, prout in instrumentis super hoc nobis traditis plenius est expressum.[1] In cuius rei testimonium et vigorem dictis fratribus damus presens scriptum nostrorum sigillorum munimine roboratum. Acta sunt hec Prage anno Domini millesimo[n] ducentesimo sexagesimo septimo.[n] Datum ibidem per manum magistri Petri, Wissegradensis prepositi, regni nostri cancellarii, tertio[o] decimo[o] kalendas octobris.

---

514. [a] ‚Boēm' *B, R.* — [b] ‚tyrannidis' *R.* — [c] ‚Lubouia' *R.* — [d] ‚Ponizania' *R.* — [e] ‚nullus' *R.* — [f] ‚umquam' *R.* — [g] ‚ascribendis' *B, R.* — [h-h] ‚silicet apostatatas' *in B,* ‚scilicet apostatatas' *in R legitur.* — [i] ‚Galendiam' *R.* — [k] ‚Getwesiam' *R.* — [l] ‚Lutouiam' *R.* — [m] ‚ditioni' *R.* — [n-n] ‚M° CC° LX° VII' *R.* — [o-o] ‚XIII' *R.*

[1]) *Instrumenta ignoramus.*

515.

Bruno, episcopus Olomucensis, ad favorem monasterii in Žďár [nad Sázavou] super decimis villae Zaječí ordinationem facit.

In Blansko 1267 oct. 3.

Duo autographa in membrana scripta in SAR Brunae (primum in archivo mon. Aulae regiae in Antiqua Bruna, sign. Staré Brno cist. D 1,' alterum in archivo mon. in Žďár, sign. A 12) asservantur (A 1, A 2). — Apographum A 2 praebet codex mnscrus chart. saec. XVII. „Diplomatarium monasterii Zarensis 1252—1642 ..." *intitulatus, in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. 60/7) asservatus, pag. 21—22 num. 12 (B 2).*

Ed: CDM III, pag. 397 num. 396 (ex A 2, quamquam re vera solummodo ad A 1 revocatur).
Reg: Reg II, pag. 216 num. 561. — Šebánek, Archivy, pag. 37 num. 214 (ex A 2, A 1).
Lit: KK, pag. 356—357.

Scriba A 1 : B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4; A 2 : B 21 = destinatarii proprius; idem, qui num. 516++ scripsit; ille igitur, qui in monasterio Sarensi modo brevi post annum 1267 munere suo videtur fungi. Exempla script. num. 2 b, 17.
Dictator: Conradus, notarius episcopi.
Quamquam exemplar A 2 manu scribae exaratum est, qui chartam spuriam (num. 516++) scripsit, non est, cur de sinceritate eius dubitemus; cum A 1 enim fere (vide notam e-e) consonum est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (BBB), Conradus notarius (LL), 3, Žďár (O).

Bruno,[a] dei gratia episcopus Olomucensis, universis Christi fidelibus in perpetuum. Cupi‖entes, quod ea, que[b] per nos rationabiliter ac rite geruntur, firma semper et illibata ‖ persistant, tenore presentium notum[b] facimus, quod nos inspectis necessitatibus monasterii ‖ de Saar, ordinis Cisterciensis,[c] super decimis plenis ville[b] de Zhayetz, nostre diocesis,[d] quas bone memorie dominus Boceko,[2] fundator ipsius monasterii, pie devotionis intuitu eidem contulit monasterio,[3] sic deliberatione provida duximus ordinandum, quod ipsum monasterium duas partes et rector ecclesie in villa de Zhayetz, qui pro tempore fuerit, terciam partem nomine dotis decimarum annuatim percipiat earumdem. Quod autem hec ordinatio nostra robur obtineat perpetue firmitatis nullusque ipsam presumat infringere, quod anathematis interminatione districtius inhibemus, presentem paginam inde[e] conscribi[e] nostrique ac capituli nostri sigillorum munimine fecimus roborari. Datum in Planceke V nonas octobris,[f] anno Domini M°CC°LX°VII.[f g]

Sigilla: [1]) Brunonis, episcopi Olomucensis, in filis sericis rubri et violacei coloris (in A 1), rubri coloris (in A 2), paulum laesum (in A 1), illaesum (in A 2) appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num 12; [2]) ecclesiae Olomucensis in filis sericis rubri et violacei coloris (in A 1), viridis coloris (in A 2), valde laesum (in A 1), illaesum (in A 2) appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.[4]

---

515. *[a])* ‚Brvno' *A 2. — [b]) Finis lineae in A 2. — [c])* ‚Cysterciensis' *A 2. — [d])* ‚dyocesis' *A 2. — [e-e]) Incuria scriptoris verba in A 2 desunt. — [f-f]) Verbis competenter distentis scriptum est in A 1. — [g])* ‚M° CC° LX° VII° ' *A 2.*

[1]) *Sicut ex notis in tergo exemplaris A 1 scriptis apparet, illud olim (cum A 2) in archivo mon. in Žďár asservabatur. Cum autem anno 1668 dictum monasterium ecclesiam in Zaječí cum iure patronatus monasterio Aulae regiae in Antiqua Bruna vendiderit, exemplar A 1 in archivum huius monasterii translatum est. —* [2]) *Obiit 1255 dec. 20; vide FRB II, pag. 550. —* [3]) *Cf. CDB IV, pag. 440 l. 34—35. —* [4]) *Fila serica sigillorum 1 et 2 appendendorum causa usitata eiusdem qualitatis atque in num. 516++ sunt.*

516.++

Bruno, episcopus Olomucensis, ratum habet, ut monasterium in Žďár [nad Sázavou] de bonis ipsi a fundatore collatis nec non de bonis aliis plenas decimas percipiat.

In Blansko 1267 oct. 3.

Charta autographi instar in membrana scripta in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. A 11) asservatur (B). — Apographum praebet codex mnscrus chart. saec. XVII. „Diplomatarium monasterii Zarensis 1252—1642 ..." *intitulatus, ibidem (sign. 60/7) asservatus, pag. 22—24 num. 13 (C).*

Ed: Steinbach, pag. 25 num. 13 (ex B). — CDM III, pag. 397 num. 395 (ex B).
Reg: Reg II, pag. 216 num. 560. — Šebánek, Archivy, pag. 37 num. 213 (ex B).
Lit: KK, pag. 354—356 (quaestio falsitatis chartae haud omnino recte disseruitur). — Šilhan, Domnělá falsa (VVM XXV), pag. 126 ss (fides chartae frustra defenditur).

Quae primum in tergo chartae manu ignota saec. XIII. scripta erant, fere evanuerunt; solommodo litterae: „N ..., cium a͡bbi[s]]" *legi possunt.*

Scriba: B 21 = destinatarii proprius, qui in monasterio Sarensi modo brevi post annum 1267 munere suo videtur fungi, idem, qui exemplar A 2 chartae num. 515 scripsit. Cf. Exempla script. num. 2 b, 17.
Dictator: destinatarii proprius, fortasse idem atque scriba chartae, qui verbis sincerae chartae Brunonis episcopi nunc deperditae (A), quam Conradus, notarius episcopi, dictavit, usus est. Verba, quibus dictator B fraudulenter textum deperditi A certe amplificavit, uncis acutis clausimus; praeterea etiam articulus „Hoc nobis ... possint habere" *ab eodem dictatore additus esse possit.*
Ex editione nostra iam apparet falsarium probare voluisse ad monasterium Sarense decimas non solum de bonis a fundatore collatis, sed etiam de bonis heredum fundatoris spectare debere.
B in membrana, in qua primum alia charta exarata erat, videtur esse scriptum.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (CCC), Conradus notarius (MM), 3, Žďár (P).

Brvno, dei gratia Olomucensis episcopus, universis Christi fidelibus in perpetuum. Cum iustis petentium desideriis facilem debeamus || prebere consensum, nos viri venerabilis et dilecti nobis in Christo fratris Winrici, abbatis monasterii de Saar, ordinis Cysterciensis, precibus || inclinati, gratum habemus et ratum, quod dictum monasterium, ut plenius in ipso divinum agatur obsequium, de bonis per fundatorem || suum bone memorie dominum Botzkonem[1] sibi collatis, videlicet per circuitum de Boberowe, de Saar et de Botzkenowe, plenas decimas percipiat annuatim; ⟨et hoc tam de bonis ipsi monasterio plene pertinentibus, quam de bonis aliis heredum fundatoris predicti,[2] de quibus eciam, minorando censum suum, plenas decimas pietatis et devotionis intuitu monasterio contulit prenotato⟩. Hoc nobis et successoribus nostris salvo, quod nichilominus decimales denarii iuxta consuetudinem per nostram dyocesem diutius observatam de predictis bonis omnibus annis singulis persolvantur et quod ecclesie in ipsis bonis fundate ac fundande de nostro et successorum nostrorum sive archidiaconi loci, qui pro tempore fuerit, consilio sic dotentur, quod rectores earum iura episcopalia persolvere ac congruam et honestam sustentationem inde possint habere. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum nostri et capituli nostri sigillorum munimine fecimus roborari. Datum in Planceke quinto nonas[a] octobris, anno Domini M°CC°L°XVII°.[a]

Sigilla: 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, in filis sericis rubri coloris per chartam replicatam binis foraminibus traiectis, quamquam tria in chartam replicatam incisa praesto erant, illaesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) ecclesiae Olomucensis in filis sericis viridis coloris iterum binis foraminibus per chartam replicatam traiectis, quamquam tria praesto erant, illaesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.[3]

516.[+ + a-a] *Verbis competenter distentis, ut ultima linea expleretur, scriptum est in B.*

[1]) *Vide supra num. 515 n. 2.* — [2]) *Videlicet filiorum eius, Smilonis (iam anno 1268 defuncti) et Gerhardi filiaeque Agnetis. Vide Cronica domus Sarensis, pag. 243.* — [3]) *Fila serica sigillorum 1 et 2 appendendorum causa usitata eiusdem qualitatis atque in num. 515 (A 2) sunt.*

517.

Smilo de Lichtenburk de omni iure suo in villa Pohled cedit, quam fratres Bodislaus et Bartholomaeus nec non Osanna, relicta fratris eorundem Boslai militis, burggravii dicti Smilonis, Jutae, relictae Cunonis nobilis de Kováň, ad claustrum construendum vendiderunt.

In Lichtenburk 1267 oct. 17.

Apographum saec. XIV. praebet codex mnscrus membr. „Chartularium et urbarium monasterii Vallis s. Mariae“ *intitulatus, in UK Pragae (sign. XIV E 13) asservatus, fol. 8 — 8' lit. A (B). — Aliud apographum insertum est vidimationi Jacobi Felicis Pacher, sedis apostolicae notarii Romae iurati, decani in Měřín, ibidem 1730 dec. 4 datae, cuius vidimationis autographum in plagula chart. scriptum in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. F) asservatur (C). — Aliud apographum insertum est vidimationi Heidenrici Winter, ... Sedlecii profesi, ibidem subprioris, authoritate pontificia notarii apostolici iurati, in Sedlec 1739 ian. 16 datae, cuius vidimationis autographum in plagula chart. scriptum in archivo arcis Pragensis Pragae (archivum cap., sign. vetusta II 22) asservatur (D).*

Ed: Jongelin, Not. abb. O. C. V, pag. 41—42 s. num. (e quadam copia). — Sommersberg, Silesiacarum rerum scriptores I, pag. 928 num. 10 (idem). — Feyfar, Das Stift Frauenthal, pag. 119 s. num. (idem).
Reg: Reg II, pag. 216 num. 562. — Eršil—Pražák, Katalog, pag. 27 num. 54 (ex D).
Lit: KK, pag. 333 n. 2. — Dušková, Česká listina 2, pag. 183 (dictator chartae).

Dictator: Gerlacus, domini Smilonis notarius, cuius stili proprietates etiam in charta eiusdem editoris monasterio Sarensi in Ronovec 1265 nov. 30, dec. 2 (num. 460) data apparent.
Vide: II. 3, Pohled (D), 4, De chartae apud nobiles usu (RRR).

Nos Zmilo de Luchtenburch[a] universis presentem[b] paginam inspecturis salutem. Presentibus profitemur, quod Bodizslaus, Bartholomeus fratres et Osanna, relicta fratris eorumdem[c] Bozslai militis, quondam burgravii[d] nostri, villam, que vulgariter Polet[e] nunccupatur,[f] quam dicti fratres et eorum antecessores a nobis et a[g] nostris antecessoribus ob eorum merita probitatis eis collatam sub proprietatis forma liberam habuerunt, cum villis, agris, aquis, molendinis, pratis et universis quibuscumque ab antiquo ad dictam villam spectantibus matura habita deliberacione[h] cum iure patronatus ecclesie eiusdem ville coram nobis

vendiderunt nobili domine Vte,[i] relicte C̊vnonis[k] nobilis, bone memorie quondam dicti de Chowan, cum pleno iure et perfecta libertate, quemadmodum predicti B.[l] et B.[m] fratres cum suis antecessoribus bona eadem habuerunt, consensu nostro nec non puerorum[1] nostrorum super hoc requisito tam benigne quam liberaliter accedente. Et quia prefata domina V.[n] sepedictam villam cum universis et singulis prenominatis attinentiis magne pietatis zelo comparavit, ut videlicet in ecclesia sepedicte ville, videlicet Polet,[o] claustrum sanctimonialium ordinis Cysterciensis[p] cum sepedictis bonis in honorem beate Virginis fundare velit cooperante Domino et iam fundare inchoaverit,[q] nos una cum pueris nostris ad honorem beate Virginis in huiusmodi pii propositi promocionem, confirmacionem cedimus de omni iure nostro, videlicet de iudiciis universarum causarum, seu maiorum seu minorum, de exaccionibus, de[r] serviciis quibuscumque, per que dicti loci conventus posset in posterum a nostris posteris seu aliis quibuscumque indebite aggravari. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus eidem domine V.[s] cum annotacione testium, qui intererant, sigilli nostri karactere[t] consignitas.[u] Sunt autem hii[v] testes: Heinricus[w] filius noster marscalcus[x] Boemie,[y] Natschepluk,[z] Welizslaus[aa] de Sbizlav,[bb] Bozlaus[cc] filius Nelesi,[dd] Gallus de Lypoliticz,[ee] Bodizlaus de Zobecu,[ff] Georius[gg] Pohuba, Nemoy pincerna noster, Martinus de Kralewicz, Zacharias de Conitz milites, Iacobus, Heinricus[w] capellani nostri et alii quamplures. Acta[hh] sunt hec in Luchtenburch[ii] anno Domini M°CC°LXVII°,[kk] datum ibidem per manus notarii nostri Gerlaci XVI° [ll] kalendas[mm] novembris.[nn]

---

517. [a] ‚Lichtenburg' C, ‚Lüchtenbrurg' D. — [b] *Hoc loco nec non inferius saepius* ‚ae' *ponitur pro* ‚e' *in C, D.* — [c] *Hoc loco nec non inferius* ‚n' *ponitur pro* ‚m' *in C, D.* — [d] ‚burggravii' *C.* — [e] ‚Pohled' *C.* — [f] ‚nuncupatur' *C, D.* — [g] *Deest in C, D.* — [h] *Hoc loco nec non inferius saepius* ‚t' *ponitur pro* ‚c' *et* ‚j' *pro* ‚i' *in C, D.* — [i] ‚Vttae' *C,* ‚Uttae' *D.* — [k] ‚Cunonis' *C, D.* — [l] ‚Bodizslaus' *C, D.* — [m] ‚Bartholomaeus' *C, D.* — [n] ‚Vtta' *C,* ‚Utta' *D.* — [o] ‚Pohled' *C,* ‚Bolet' *D.* — [p] ‚Cisterciensis' *C, D.* — [q] ‚inhoavit' *C,* ‚inchoavit' *D.* — [r] ‚et' *C.* — [s] ‚Vttae' *C,* ‚Uttae' *D.* — [t] ‚charactere' *C, D.* — [u] ‚consignatis' *C, D.* — [v] ‚hi' *C, D.* — [w] ‚Henricus' *C, D.* — [x] ‚marssalcus' *C,* ‚marscaltus' *D.* — [y] ‚Bohemiae' *C.* — [z] *Deest C.* — [aa] ‚Velizslaus' *D.* — [bb] ‚Zbislaw' *C, D.* — [cc] ‚Bozslaus' *C,* ‚Bozlavus' *D.* — [dd] ‚Nelefi' *C.* — [ee] ‚Lipotitiz' *C,* ‚Lipoiticz' *D.* — [ff] ‚Zebetu' *C,* ‚Zobetu' *D.* — [gg] ‚Georgius' *C, D.* — [hh] ‚facta' *C.* — [ii] ‚Lichtenburg' *C,* ‚Lüchtenburg' *D.* — [kk] ‚1267' *C, D.* — [ll] ‚XVI' *C, D.* — [mm] ‚calendas' *C, D.* — [nn] ‚Id est die 17 oct.' *sequitur in D.*

[1]) *Anno 1278 filii Smilonis Henricus, Smilo, Ulricus et Reimundus nominantur, vide num. 873.*

518.

Otto, episcopus Mindensis, omnibus, qui ecclesiae cathedrali Olomucensi per incendium totaliter destructae manum porrexerint adiutricem, indulgentias concedit.

In Kroměříž 1267 oct. 18.

Autographum in membrana scriptum in SAR Olomouc (archivum cap. Olomucensis, sign. A I a 32) asservatur (A).

Ed: CDM III, pag. 399 num. 398 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 218 num. 564. — Hoogeweg, Westfälisches Ukb. VI, pag. 271 num. 883.[1]
Lit: KK, pag. 358—359.

Scriba: Conradus, notarius Brunonis, episcopi Olomucensis, (= B 1). Cf. Exempla script. 2 b, 4.
Dictator: idem Conradus, notarius Brunonis episcopi, qui exemplo litterarum curialium, quibus indulgentiae conceduntur, usus est.
In sinistra parte membranae, quae madefacta est, singulae litterae haud legi possunt.
Vide: II. 2 b, Conradus notarius (NN), 3, Olomouc, ecclesia capitularis (U).

Otto, miseratione divina et sedis apostolice providentia episcopus Myndensis, universis || Christi fidelibus salutem in auctore salutis. Cupientes, quod ecclesia katedralis || Olomucensis, que ad reparationem sui, cum per incendium totaliter destructa fuerit,[2] || bonorum et fidelium Christi indiget elemosinis sublevari, vestris subventionibus et impendiis adiuvetur, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis a deo collatis vobis in subventionem ipsius ecclesie pias elemosinas grataque caritatis subsidia erogetis, ut per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia confisi ad petitionem venerabilis in Christo patris domini Brunonis, episcopi Olomucensis, omnibus vere penitentibus et confessis, qui eidem ecclesie Olomucensi moti caritatis stimulo manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia relaxamus existentibus per Olomucensem diocesim et usque ad consumationem operis valituris. Datum in Cremeser in die beati Luce ewangeliste, anno Domini M°CC°LX°VII.

Sigillum: scidula membranacea ex autographo ipso scissa dependebat; nunc avulsum et deperditum est.

---

518. [1]) *Hoogeweg in charta de ecclesia in* ‚Chemnitz' *agi erronee opinatus est.* — [2]) *Cf. chartas num. 462, 481.*

519.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, litteras Honorii III. papae monasterio in Louka datas vidimat, tenorem earum inseri faciens.

In monasterio Lucensi [1267] oct. 22.

Duo autographa in membrana scripta in SAR Brunae (primum in archivo mon. in Louka, sign. C 3, alterum in FM, collect. dipl. sign. I/10) asservantur (A 1, A 2). — Apographum A 1 seu A 2 (sine litteris vidimatis) exstat in codice mnscro membr. saec. XV. „Matricula Lucensis" *intitulato, in eodem archivo (inter Cerronianos II, 253) asservato, fol. 38' num. 55 (B). — Aliud apographum saec. XVII. A 1 seu A 2 (sine litteris vidimatis, ad annum 1266) exstat in codice mnscro chart.* „Liber seu matricula [Lucensis] ...

a. 1662 ... noviter erecta et in meliorem ordinem redacta" *intitulato, ibidem (Collect. mnscr. num. 10) asservato, fol. 25—25' num. 28 (C).*

Ed: CDM III, pag. 400 num. 399 (ex A 1).
Reg: Markgraf, Ueber die Legation, pag. 106. — Reg II, pag. 218 num. 565. — Bretholz, Regesten, pag. 147 num. 10 (ex A 2). — RI V. 2, pag. 1577 num. 10616. — Šebánek, Archivy, pag. 37 num. 215 (ex A 1, A 2).
Lit: KK, pag. 359—360.[1] *— Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss (specimen scripturae chartae A 1 praebetur, num. 4).*

In tergo A 1, A 2 manu registratoris mon. in Louka saec. XIII. scriptum legitur: „Honorii pape super Schatow et aliis ecclesiis. Guido cardinalis" *(C).*

Scriba A 1, A 2: fortasse cancellariae legati proprius.
Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Louka (E).

Universis presentes litteras inspecturis frater Guido, miseratione divina tituli sancti Laurencii || in Lucina presbyter cardinalis,[a] apostolice sedis legatus, salutem in Domino. Noverit[b] universitas || vestra nos litteras felicis recordationis domini[c] Honorii pape III[tii] non cancellatas, non abrasas, non || abolitas nec in aliqua parte sui viciatas cum vera bulla et[d] integro filo vidisse et diligenter inspexisse in hec verba: Honorius episcopus, servus servorum dei, *etc.*[2] In cuius[e] rei testimonium presenti transcripto sigillum[f] nostrum duximus apponendum. Datum in monasterio Lucensi XI[o] kalendas novembris, pontificatus domini Clementis pape IIII[ti] anno tercio.

Sigillum: Guidonis, tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, e cera minii coloris confectum in scidula membranacea, formae ex longo rotundae laesum (in A 1), illaesum (in A 2), appendet; descriptionem sigilli in num. 491 vide.

---

519. [a] ‚cardi‖nalis' *finis primae lineae in A 2.* — [b] ‚it' *ex* ‚u' *corr. est in A 1.* — [c] *Finis secundae lineae in A 2.* — [d] *Finis tertiae lineae in A 2.* — [e] ‚c' *A 1.* — [f] *Littera* ‚s' *in loco raso scripta est in A 1.*

[1]) *Cf. dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscrum in UK Brunae asservatur, pag. 85.* — [2]) *Sequitur tenor litterarum Honorii III. papae Laterani [1224] maii 20 datarum (CDB II, pag. 246 num. 256) cum varietatibus in villarum nominibus (quorum forma correcta est) descriptus in A 1, A 2; cf. CDB II, pag. 246 n. d.*

520.

Guido, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, litteras Gregorii IX. papae monasterio in Louka datas vidimat, tenorem earum inseri faciens.

In monasterio Lucensi [1267] oct. 22.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Louka, sign. F 9) asservatur (A). — Apographum exstat (sine litteris vidimatis) in codice mnscro membr. saec. XV. „Matricula Lucensis" *intitulato, in eodem archivo (inter Cerronianos II, 253) asservato, fol. 38^{v} num. 56 (B).*

Ed: Eisler, Geschichte Brunos (ZVGMSch 12 (1908)), pag. 191 num. 8 (ex A).
Reg: Šebánek, Archivy, pag. 38 num. 216 (ex A).
Lit: KK, pag. 1—2.[1] — Šebánek, Die Urkunden, pag. 138 ss (specimen scripturae chartae praebetur; num. 5).

In tergo manu registratoris mon. in Louka saec. XIII. scriptum legitur: „Gregorius papa super Primetiz et Prosmerriz ecclesiis, Guido cardinalis" (C).

Scriba: fortasse destinatarii proprius, cuius manus insignem similitudinem cum manu Iohannis, scribae Lucensis, (vide ex. gr. num. 588, 675, 739) exhibet.
Dictator: verba chartae num. 519 repetit, quae typis minoribus exprimuntur.
Vide: II. 3, Louka (F).

Universis presentes litteras inspecturis frater Gvido, miseratione divina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem in Domino. Noverit || universitas vestra nos litteras felicis recordationis domini Gregorii pape VIIII non can||cellatas ... in hec verba:[2] Gregorius episcopus, servus servorum dei, *etc.*[3] In cuius ... apponendum.[2] Datum in monasterii[a] Lucensi XI[o] kalendas novembris, pontificatus domini Clementis pape IIII anno III.

Sigillum: Guidonis, tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, e cera minii coloris confectum in scidula membranacea, formae ex longo rotundae leasum appendet; descriptionem sigilli in num. 491 vide.

---

520. [a]) *Ita A; littera ‚s' ex ‚t' seu ‚r' correcta est.*

[1]) *Cf. num. 519 notam 1.* — [2]) *Vide num. 519.* — [3]) *Sequitur tenor litterarum Gregorii IX. papae Laterani [1241] iul. 2 datarum (CDB IV, pag. 66 num. 7) cum varietatibus minimi momenti (vide ibidem notas competentes) descriptus.*

521.

Johannes, episcopus Pragensis, labores, quos fratres domus hospitalis s. Mariae Theutonicorum pro defensiones fidei christianae contra paganos in Pruscia sustinent, laudans, universis fidelibus suae dioecesis mandat, ut illa, quae fratribus ultimis voluntatibus legantur nec non modo alio nominatim expresso relinquuntur in subsidium Terrae sanctae, ipsis sub poena excommunicationis dent.

Pragae [1267][1] nov. 1.

Autographum in membrana scriptum in archivo domus Theutonicorum Gotingae (sign. scr. 23 num. 4) asservatur (A).

Ed: CD Prussicus I, pag. 64 num. 55 (ex A, ad a. 1307). — Philippi, Preußisches UB I. 2, pag. 192 num. 270 (ex A).

Reg: Millauer, Ritterorden, pag. 116 num. 11. — CD Prussicus I, pag. IX (ad a. 1307). — Perlbach, Preußische Regesten, pag. 207 num. 761. — Reg II, pag. 218 num. 567. — Joachim-Hubatsch, Regesta ord. Theut. II, pag. 26 num. 209 (ex A).

Scriba: J III 15 = ignotus, fortasse destinatarii (ordinis Theutonicorum) proprius. Exempla script. num. 2 a, 17.
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (EE), 3, Ordo militum Theutonicorum (W).

Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, universis Christi fidelibus nostre dyocesis, ad quos hec littere pervenerint, salutem in eo, || qui est omnium vera salus. Ex devocionis fervore, quam nos ad quamlibet religionem habemus, specialiter autem || ad fratres hospitalis sancte Marie de domo Tewtonica, inducimur, ut ad ea, que sancte religionis incrementum || et precipue christiane fidei hoc respiciunt, quantum cum deo possumus, intendere debeamus. Attendentes igitur labores et expensas multiplices, quos et quas pro defensione fidei christiane contra paganos in terra Pruscie incessanter et continue subsistentis,[a] volentesque ipsis consolacionis et gracie munus inpertire, quod possumus, cum ipsos huiusmodi auctoritatem et potestatem plenam habere sciamus, sicut vidimus in ipsorum validis instrumentis,[2] mandamus vobis et singulis auctoritate ordinaria, quatenus illa, que de terra episcopatus nostri ab hominibus fidelibus et ultimis voluntatibus pro suarum remedio animarum legantur sive relinquntur[b] vel iam relicta sunt in subsidium Terre sancte, item illa, que a parentibus decedencium subitanea morte vel inprovisa pro salute animarum ipsorum moriencium stipendiariis[c] largiuntur, ut personaliter vadant in Prusciam, nisi fuerint certe persone a testatoribus nominate, que in expensis sibi dimissis peregrinacionis agrediantur laborem, item illa, que pro remedio voto crusis Pruscie erogantur, ipsis dari sub pena excommunicacionis integraliter debeatis. Nam, sicut firmiter credimus, per ipsos fratres melius quam per stypendiarios, per quos sepe fraudes committuntur, utpote qui vel accepta peccunia peregrinacione[d] peragenda, ad alias partes, non ad terram Pruscie, se transferunt, vel si ad ipsam terram accedunt, nimis mature ab ea recedentes, parvum aut nullum subsidium eidem terre faciunt; mandamus eciam vobis sub virtute obediencie, quatenus ipsis fratribus exponere et dicere debeatis, si aliis aliquibus quam ipsis aliqui boni christiani huiusmodi elemosinas sunt largiti, sicuti est prescriptum, quantum vel quo tempore fuerit assignatum; contradictores et neglectores huius facti ipso facto se fuisse noverint excommunicatos. Datum Prage kalendis[e] novembris, pontificatus nostri anno decimo.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in scidula membranacea fere illaesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

521. *[a] Ita pro* ‚sustinent' *A. — [b] Ita A. — [c] Sequitur vox* ‚relinquntur' *punctis subpositis deleta in A. — [d] Ita pro* ‚pro peregrinacione' *A. — [e]* ‚k̄l' *A.*

[1]) *Cf. num. 148 n. 1. — [2]) Vide privilegia nec non litteras pontificum Romanorum apud Joachim — Hubatsch, Regesta ord. Theut. II, pag. 454—475, nominatim num. 4206, 4265, 4373, 4375, 4424.*

522.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, iudicibus et officialibus suis per Austriam constitutis praecipit, ne fratribus et hominibus monasterii in Zwettl, nominatim in Krems et Eggenburg, ullam exactionem imponant.

Brunae 1267 nov. 5.

Autographum in membrana scriptum in archivo mon. in Zwettl (sign. num. 142) asservatur (A). — Apographum saec. XIII. ex. aut XIV. in. servavit „Liber fundationum mon. Zvetlensis“ *in eodem archivo asservatus, fol. 41ᵛ—42 (B).*
Ed: Ludewig, Reliquiae IV, pag. 47 s. num. (ex B). — CDM V, pag. 251 num. 38 (ex A). — FRA (DD) III, pag. 160—161 s. num. (ex B).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 442 num. 190. — Reg II, pag. 219 num. 568. — Brunner, Die Rechtsquellen, pag. 3 num. 6 (ad mensem nov.). — Pferschy, Urkundenbuch IV, pag. 161 num. 269.
Lit: Fiala, Kancelář, pag. 238 (manus scribae — haud omnino recte — statuitur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 257, 258, 287, 288 (Zv 1).

In chartae tergo manu saec. XIII. scriptum est: „Super libertate hominum nostrorum in Chrems et in Egenburch“.

Scriba: P II 60 = fortasse magister Ulricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 42.
Dictator: magister Ulricus protonotarius; sed eius stili proprietates neque in prooemio neque in chartae dispositione apparent.
Cf. mandatum s. d. (post terminum 1267 nov. 5) monasterio in Zwettl datum, nondum typis editum, suo tempore in regestorum serie huius tomi.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Ulricus protonotarius (O).

O.,[1] dei gratia Boemie[a] rex, dux Austrie et Styrie ac marchio Moravie, omnibus iudicibus et officialibus suis per Austriam || constitutis gratiam suam et omne bonum. Quoniam piis religiosorum precibus honor noster stabilitur et regnum omnisque || prosperitas nostra accipit incrementum, sollicitudinis est, sicut esse debet, ipsorum comodis[b] et profectibus tanto || amplius intendere, quanto nos confidimus eorum orationibus efficacius adiuvari. Cum autem fratres de Zvetel etiam in hospitalitatis exhibitione sint promptissimi et hominibus nostris, utpote[c] in strata publica constituti, frequenter per eorum fines transitum facientibus ad honorem nostrum pro suarum copia facultatum ministrare necessaria cognoscantur, hac vicissitudine eorum duximus obsequiis respondendum,[d] ut eorum colonos ubique in terris nostris ab omni violentorum iniuria defendamus. Eapropter universitati vestre districte precipimus nostre gratie per optentum, quatenus eiisdem[b] fratribus et hominibus ipsorum nullam exactionem inponere nullumque vobis de ipsis presumatis dominium usurpare. Et licet hoc in omnibus locis circa predictos fratres et homines ipsorum velimus generaliter observari, in Chrems tamen et in Egenburch teneri precipimus[e] et mandamus, ne videlicet quisquam vestrum ibidem de hominibus predictorum fratrum advocatiam[c] audeat sibi[f] assumere sine nostro mandato, nisi quem ipsi frarres[b] a nobis petiverint et optinuerint nominatim. Ad exactionem vero et steuras, quas ibidem civibus nostris inponimus, sepedictorum fratrum homines per vos nullatenus cogi debent. Si[g] vero nos aliquam summam eiisdem[b] fratribus pro nostra et

terrarum nostrarum necessitate duxerimus inponendam, ipsi fratres hanc a suis hominibus debebunt colligere et per se, quibus iusserimus, assignare. Quod si ab eis pretextu literarum nostrarum, in quibus forsan ponimus, quod tam cives, quam etiam hii, qui extra menia fuerint, dare, quod inponimus, teneantur, aliquid fuerit postulatum, quod hanc nostram gratiam minuat aut infringat, presentium auctoritate liberam habeant facultatem, quod postulatum fuerit, denegare. Si qui autem eos ulterius pro aliqua exactione captivare aut res ipsorum invadere violenter presumpserint, eos tanquam mandati nostri contemptores secundum iusticiam puniemus. Si quid preterea questionis in aliqua magna causa universi iudices habuerint contra ipsos, in nostra decernimus presentia iudicandum. Unde si ab aliquo iudicum secus factum fuerit in hac parte, nostre pro certo gratie se offensam noverit graviter incurrisse. Et ut hec singula premissorum in suo vigore maneant inconfulsa,[b] in signum renovacionis et perpetue firmitatis predictorum prefatis abbati et conventui monasterii in Zvetel damus presentem paginam nostrorum sigillorum munimine roboratam testibus, qui aderant, subnotatis, qui sunt: Hartlibus camerarius Moravie, Znato dapifer, Nezabitz pincerna, Vlricus de Durrenholtz, magister Petrus prepositus Wischegradensis cancellarius nostri regni et alii quam plures. Actum in Brunna anno Domini M°CC°LX°VII° et datum per manus magistri Vlrici, plebani de Hartperch, nonis[i] novembris.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis viridis coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III. Sigillum in sacculo pellicio albo est, in cuius una parte manu saec. XIII.: „Privilegium domini Otakari, regis Bohemie, super libertatibus hominum nostrorum in Chremsa et in Egenburch“ *nec non ‚h' et ‚c'; inferius denique* „Anno M° CC° LXVII° “ *scriptum legitur.*

---

522. [a] ‚Boẽm' *A.* — [b] *Ita A.* — [c] *Voci uncus superponitur in A.* — [d] *In fine vocis exarando scriba litterae* ‚u' *unam hastam superfluam addidit in A.* — [e] *Litterae* ‚preci' *in fine lineae in loco raso scriptae sunt in A.* — [f] *Vox* ‚sibi' *in margine lineae addita est in A.* — [g] *Post vocem* ‚si' *scriba litteram* ‚i' *scripsit, eandem (sine lineola superposita) erasit et porro scripsit in A.* — [h] *Ita pro* ‚Nezamysl' *legitur in A.* — [i] ‚non' *A.*

[1]) *Přemysl Otakarus II.*

523.

Bruno, episcopus Olomucensis, monasterio in Oslavany chartam Roberti, episcopi Olomucensis, renovat, tenorem eius inseri faciens.

In Modřice 1267 nov. 5.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (FM, collect. dipl. sign. I/11) asservatur (A).[1] — *Apographum totidem verbis sine inserta charta descriptum confirmatio Theoderici, episcopi Olomucensis, in Olomouc 1298 apr. 2 data (Reg II, pag. 770 num. 1790) continet, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum in archivo civitatis Brunae (sub dato suo) asservatur (B). — Aliud apographum teste Ant. Boček in codice mnscro ecclesiae sancti Jacobi exstabat, nunc autem latet (C).*[2]

Ed: CDM III, pag. 400 num. 400 (ex C, ad nov. 7).

Reg: Bretholz, Regesten, pag. 148 num. 11 (ex A).
Lit: KK, pag. 360.
In tergo chartae manu registratoris Oslavanensis saec. XIII. scriptum est: „De ecclesia sancti Iacobi in Brunna" *(B = Os 4 a).*

Scriba: B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.
Dictator: Conradus, notarius episcopi.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (DDD), Conradus notarius (OO), 3, Oslavany (U).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, dilectis in Christo .. [3] abbatisse ac conventui sanctimonialium in Ozlaua || salutem in Domino. Peticionis vestre, quam nobis obtulistis, series continebat, ut privilegium, quod pie memo||rie dominus Rubertus episcopus, predecessor noster, vestro dedit monasterio, antiquatum adeo, quod renovationem requirat, sub || nostro curaremus renovare sigillo. Cum igitur desideria[a] iusta conveniat exaudiri, nos vestris, que honestatem continent, precibus inclinati, dictum privilegium, quod diligenter perspeximus, quodque vidimus non abolitum, non cancellatum nec in parte sui aliqua viciatum, duximus renovandum, tenorem ipsius de verbo ad verbum nullo addito vel minuto presentibus inseri facientes, qui talis est: In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Nos dei gratia Rubertus, *etc.*[4] Quod autem ea, que per huiusmodi privilegium monasterio vestro concessa noscuntur, non pereant, set futuris temporibus permaneant inconvulsa, nos presens transcriptum ad ampliorem rei memoriam nostri iussimus sigilli munimine roborari. Datum in Moderiz anno[b] Domini M°CC°LXVII°, nonis novembris presentibus: Heydolfo preposito de Cremeser, Heydenrico decano, Theoderico canonico eiusdem ecclesie, Iohanne plebano de Crisanewiz, Iohanne et Conrado notariis nostris[c] et aliis quampluribus.[c]

Sigillum: in filis sericis flavi, viridis et violacei coloris appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

523. [a]) *Altera littera ‚i' in loco raso ex ‚e' videtur esse correcta in A.* — [b]) *Sequitur foramen in membrana, quod scriba vitavit in A.* — [c–c]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *J. E. Horky asserit se autographum A anno 1819 in archivo in Jevišovice vidisse. Vide in analectis suis in SAR Brunae (Collect. mnscr. G. V. (G 13) num. 28) asservatis, fol. 11 num. 244.* — [2]) *Codex num. 144 in archivo civitatis Brunae asservatus (cf. Šebánek, Moderní padělky, pag. 463 n. 1) non est idem ac codex modo commemoratus.* — [3]) *Fortasse Jutae.* — [4]) *Sequitur tenor chartae Roberti, episcopi Olomucensis, in Modřice 1231 s. d. datae (CDB III, pag. 12 num. 14) cum variationibus minimi momenti totidem verbis descriptus.*

524.

Thomas, episcopus Vratislaviensis, Cursico, servienti suo, villam Bukovice confert.
In Otmuchów 1267 nov. 8.

Apographum saec. XIV. in. olim in bibliotheca civitatis Vratislaviensis in mnscro „Acta Thomae" *appel-*

lato, quod bibliothecae Thomae Rehdinger proprium erat, exstabat, fol. 20^{v} – 21; ubi nunc asservaretur, cognoscere non potuimus (B).

Ed: Stenzel, Übersicht der Arbeiten 1844, pag. 106 lit. M (ex B).
Reg: Grünhagen–Korn, Reg, pag. 61 s. num. – CDS VII. 2, pag. 158 num. 1276. – Scholz-Babisch-Wendt, Quellen zur Handelsgeschichte, pag. 173 num. 248.

Dictator: cancellariae episcopi proprius. Cf. num. 649.
Vide: II. 4 b, De chartae apud locatores usu (M).
Imagine xerographica B benignissime nobis a v. d. H. Appelt ex apparatu diplomatico editionis „Schlesisches Urkundenbuch", *qui Marburgae asservatur, tradita usi sumus.*

In nomine Domini amen. Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod nos Thomas, dei gracia Wratislaviensis[a] episcopus, inspectis serviciis Cursici, servientis nostri, que nobis exhibuit fideliter et honeste, contulimus sibi villam prope Vriwald, que Wissoka dicitur, ab eo et suis heredibus perpetuo possidendam cum omnibus proventibus census, iudiciorum et omnium iurium aliorum, exceptis dumtaxat maioribus causis sanguinum et homicidii et membri mutilati pena seu satisfaccione,[b] que ad nostrum et nostrorum successorum debebit dominium pertinere. Omnes autem alias mulctas[c] seu quascunque satisfacciones memoratus serviens noster pro se cum suis heredibus retinebit. Decima prefate ville nobis et nostris successoribus secundum consuetudinem villarum circa Wriwald iacencium persolvetur. In cuius rei memoriam et evidens argumentum hoc[d] sigilli nostri munimine duximus roborandum. Predictam autem donacionem nostram tamdiu volumus esse ratam,[e] quamdiu predictus serviens noster vel sui heredes[f] nobis vel nostris successoribus servicia debita exhibebunt. Datum in Otmuchow per manum Iohannis Romce VI ydus novembris, anno Domini millesimo CC°LXVII° presentibus magistro Stephano archidiacono, domino Leonardo procuratore canonicis Wratislaviensibus," Iohanne subdapifero nostro, Nicolao Celina et Iohanne Kzelz et quampluribus aliis fidedignis.

---

524. [a] ‚Wrāt' *B.* – [b] ‚satisfacco' *B.* – [c] ‚mulītas' *B.* – [d] *Vox deest in B.* – [e] *Vox iterum repetitur in B.* – [f] ‚heredens' *in B.*

525.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, Smiloni [de Střílky], [castellano] de Brumov, concedit, ut de hereditate sua habeat legandi cuicunque monasterio liberam facultatem.

Brunae 1267 nov. 15.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. A I a 3) asservatur (A).

Ed: CDM III, pag. 401 num. 401 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag 442 num. 191. – Reg II, pag. 219 num. 569.

Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 147 ad num. 401 (notae in tergo, sigillum). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 688 num. 40 (idem). — KK, pag. 360—363 (non omnes conclusiones probandae sunt). — Dušková, Šlechtické archivy, pag. 62, 71 (prima depositio chartae, resonantia eius in libro formarum). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 260, 261, 262, 290, 291, 292, 299, 312, 324, 325, 357, 363, 470 (Sm).

Scriba: P II 64 = cancellariae regiae proprius, qui (olim inferiori quodam officio obligatus) chartam Ratmiri, burggravii de Přimda, monasterio in Böhmischbruck datam in Lestkov 1257 — (num. 141) scripsit. Exempla script. num. 1 a, 47; cf. Exempla script. num. 4, 2.
Dictator: magister Ulricus protonotarius.
In codice mnscro membr. saec. XIII. bibliothecae Nationalis Viennensis, qui Liber formarum Cunegundis reginae appellatur (sign. num. 526), fol. 63 (= Palacký, Über Formelbücher, pag. 309 num. 101 b), nec non in mnscro membr. saec. XIV. libri formarum Henrici Italici (UK Pragae, sing. I E 48), fol. 32 num. 90 (= Reg II, pag. 1023 num. 2354) textus chartae cum quibusdam praetermissionibus nec non mutationibus, quae in libris formarum occurrere solent, invenitur; cuius textum suo loco vide. Cf. Kalousek, O starém právu děd., pag. 12.
Vide: II. 1 a, P. O. II., P II 64 (B), magister Ulricus protonotarius (P), 3, Vizovice (C), 4, De chartae apud nobiles usu (SSS).

⁑In nomine Domini amen.⁑ Nos Otakarus, dei gracia Boemie[a] rex, dux Austrie et Styrie ac marchio Moravie, omnibus in perpetuum. Ne res geste in || tempore simul cum pretericione temporis evanescant, expedit, ut quilibet tractatus, qui debet in posterum recitari, litterarum firmetur serie iuxta sue forme debitam quantitatem. || Hinc est, quod scire volumus presencium quoslibet inspectores, tam modernos quam futuros, quod considerata fidelitate et devotis obsequiis dilecti nobis Zmylonis de Brumowe || exhibitis nobis iugiter et inpensis ipsi hanc graciam specialiter duximus faciendam suis ad hoc precibus racionabilibus inclinati, quod de hereditate sua, cum prole careat, hereditario successore, habeat legandi, cuicunque monasterio decreverit, donandi eciam vel vendendi, seu quicquid voluerit, ordinandi plenariam facultatem, nostra ad hoc accedente voluntate pariter et consensu, ratum et gratum habituri, quicquid in hiis per dictum Zmylonem fuerit ordinatum.[2] In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis ipsi damus presentem paginam nostrorum sigillorum munimine roboratam. Huius rei testes sunt: Nezamyzl pincerna, Bznatha dapifer, Bohuse marschalcus, Kuna camerarius Olomucensis,[b] Hartlybus subcamerarius, frater eius Boleborius, Cernycius[c] frater camerarii,[3] Wylhelmus Zlauyborii filius, Budys camerarius Brunnensis. Actum in Brunna anno Domini millesimo CC°LX°VII, XVII kalendas decembris et datum ibidem per manus magistri Petri, prepositi Wyssegradensis, regni nostri cancellarii iam predicti.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis viridis coloris filis argenteis artificiose circumflexis valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

525. *a)* ‚Boẽm' *A.* — *b)* ‚Olom̃' *A.* — *c) Littera ‚n' ex ‚c' correcta est in A.*

[1]) *Charta primum vix apud destinatarium suum, potius in archivo mon. in Vizovice a Smilone fundati (cf. num. 263, 290*++*, 366*++*) videtur esse asservata. Quo tempore eadem archivo archiepiscopali inserta est, nescimus.* — [2]) *Cf. notam 1.* — [3]) *Videlicet subcamerarii Hartlebi.*

526.

I. Bruno, episcopus Olomucensis, successoribus suis et capitulo ecclesiae Olomucensis testamentum suum pronuntiat, exsecutores testamenti constituens.

II. Bruno, episcopus Olomucensis, successoribus suis testamentum suum pronuntiat consensu capituli ecclesiae Olomucensis adhibito.

In Olomouc 1267 nov. 29.

Autographum versionis I in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. C I a 9) asservatur (A 1). — Apographum eiusdem versionis saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. C 6 — D 1^{v} (B 1). — Aliud apographum eiusdem versionis itidem saec. XIV. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 42^{v} — 46 (C 1).

Apographum versionis II. saec. XIV. confirmationis litteris Gregorii X. papae apud Urbem Veterem [1273] ian. 23 datis inclusum (inferius num. 692) exstat in Libro privilegiorum membr., superius iam adducto, in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. K 5 — K 7^{v} (B 2).

Imago phototypica vers. I: Závěť olom. biskupa Bruna (in appendice). — Hrabová, Listina biskupa Bruna (in appendice).

Ed: Richter, Augustini Olom. ep. series, Append., pag. 298 — 304 (e quodam apogr., versio I). — CDM III, pag. 402 num. 402 (ex A 1, versio I). — Závěť olom. biskupa Bruna, pag. 6—20 (ex A 1, versio I).

Reg: Perlbach, Preußische Regesten, pag. 208 num. 762 (versio I). — Reg II, pag. 219 num. 571 (idem). — CDS VII. 2, pag. 159 num. 1279 (idem). — Seraphim, Preußisches UB, pag. 193 num. 271 (idem).

Lit: Dudík, Das Herzogthum Troppau, pag. 262—265 (quaestiones topographicae). — Loserth, Das Granum catalogi, pag. 59 (cohaerentia chartae cum Grano). — Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 147 num. 48 (solummodo versio I chartae commemoratur). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 688 num. 41 (idem). — Válek, Poznámky k mapě Valašska, pag. 99 (cf. inferius notam a2). — KK, pag. 363—366 (primo etiam versio II commemoratur). — Závěť olom. biskupa Bruna (translatio versionis I in linguam Bohemicam, versio I et II tractantur). — Hrabová, Listina biskupa Bruna (quaestiones topographicae).

In tergo chartae A 1 registratores episcopi Olomucensis saec. XV.—XVIII. integrum argumentum eius comprehendere curaverunt, sed registrator saec. XIV. (idem, qui Librum privilegiorum in Kroměříž asservatum, superius iam citatum scripsit) ibidem solummodo „Testamentum et ordinacio Brunonis episcopi de bonis in Hoczenplocz“ *annotavit.*

Scriba A 1 : B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.

Dictator versionis I: Conradus, notarius episcopi, versionis II: fortasse Johannes, notarius episcopi; hic autem maxima ex parte verba versionis I repetit, haec cohaerentiae in dextra columna typis minoribus exprimuntur.

Coniciendum est deperditum autographum versionis II a Johanne, notario episcopi, scriptum fuisse.

Textus B 1 solummodo bis (vide notas g2, o5) respicitur.

Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (EEE), Conradus notarius (PP), Johannes notarius (A), 3, Olomouc, ecclesia capitularis (V).

[A 1]

⁑ Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, ⁑ ..,[1] successori suo, qui pro tempore fuerit, et capitulo eiusdem eccle-

[B 2]

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Cum nichil hominibus sit salubrius deoque acceptabilius, quam

sie Olomucensis ad perpetuam rei memoriam. Cum rerum gestarum certissima representatio sit scriptura || sitque vivus et efficax sermo, qui de hiis construitur attendendis,

in piis causis et ampliacione divini cultus, maxime[a] in ecclesiasticis ministeriis honorificenciam intendere creatoris, nos Brumo, dei gracia Olomucensis[b] episcopus, notum fieri volumus universis tam nostris successoribus quam omnibus inspecturis presentem paginam ad*[c] memoriam sempiternam, quod

nos propositum nostrum, quod[d] ad honorem dei et christianitatis[e] profectum in Prusciam proficiscendi concepimus,[e] exequentes[f] [2] consedimus prius cum canonicis nostris || Bartholomeo decano, Herbordo preposito, magistro Iohanne, archidiacono Olomucensi,[b] Symone custode, Alexio, preposito in[g] Wolframskirghen,[h] archidiacono[i] Znoemensi,[k] Heydolfo, preposito et archidiacono[l] Cremeserensi,[m] et aliis

tunc de nostro capitulo

presenti||bus et omnia per nos ordinata in ecclesia nostra tam de possessionibus suis quam de aliis diligenter conscribi[n] fecimus, nomine testamenti; et

ut rerum gestarum certissima representacio sit scriptura;

debitam[o] habendo considerationem[r] ad deum nec proprie salutis inmemores, set[p] eidem tam sollerter et provide prospicere[q] in presenti vita studentes, ut deo propitio retributio nobis proveniat in futura,[s] ordinationem quandam piam, rationabilem et honestam in ecclesia nostra statuimus

accedente consensu nostri capituli

observari, vivis utilem et non minus defunctis quoad[t] animarum remedia salutarem, prout ordinationis ipsius in[u] scripto[u] continentia patefacit.

Cuius seriem inferius presentibus annotatam nostri et capituli nostri, ut nullius eis possit adversitatis obesse calumpnia nec quicquam de hiis scrupulus dubietatis elidat, sigillorum fecimus appensione muniri.

[1] Sciendum itaque,[v] quod ante introitum nostrum[3] dominus noster Otakarus[w] rex,[x] tunc[x] puer et marchio Morauie,[y] [4] quandam silvam et villas aliquas circa Hocenpla,[z] que prius fuerant in possessione domini Ruberti episcopi,[5]

quas prius venerabilis pater et dominus episcopus Rubertus, predecessor noster, habuerat in possessione nomine ecclesie Olomucensis,[b]

per provincialem suum et venatores terre occupari fecisset ipsumque circuitum[a1] Andree[6] dedisset; nos tempore succedente[b1] in guerra,[c1] que erat inter patrem et filium,[7] eundem circuitum recepimus, et dum facta fuit concordia inter ipsos, idem circuitus in ipsius concordie tractatu[8] nobis salvus remanere debebat, set per mortem domini regis senioris[9] ab eodem Andrea questione nobis renovata ad arbitrium domini nostri,[d1] qui nunc est,[10] datis per nos centum et viginti marcis[e1] iuri suo cessit Andreas et dominus noster[f1] nobis et ecclesie nostre eundem circuitum perpetuo confirmavit.[11] Sunt autem iste ville, quas in eodem circuitu posuimus extirpatas:[g1] Peterswalde, Ianestorph,[h1] Henrikestorph,[i1] Arnoldestorph,[k1] Bertoldestorph,[l1] Bicerne,[m1] Leuendal,[n1] Renfridestorph,[o1] Pizkerstorph,[p1] ville vero in eodem circuitu prius locate[q1] sunt hee: Wiztogh,[r1] Paulowiz[s1] Minus totum et Paulowiz[s1] Maius dimidium, Zadik,[t1] Deuziz[u1] et Minus Glynik.[v1] Emimus eciam undecim laneos in villa de Petrowiz, solventes undecim marcas in censu. Fecimus eciam piscinam in Keytser[w1] et molendinum cum quinque rotis.

[2] Emimus eciam a Francone, comite de Hukeswaghen,[x1] circuitum,[12] qui incipit ab aqua, que vocatur Zedelniz, et habet ex una parte terminum Oderam, ex alia parte Bruneswerde cum septuaginta laneis. Hunc circuitum de Bruneswerde[y1] eminus[d] [12] a domina Conradi de Plawz[13] et heredibus eius et est totus ecclesie nostre. In tercia vero parte Rosenowe[z1] et Grabowe, que sunt ab antiquo circuitu[a2] ecclesie nostre, set ville per nos locate. In quarta parte Oztraua,[b2] secundum quod descendit ab Vngaria, et quicquid ex ista[c2] parte[c2] Oztraue[d2] versus Vngariam invenitur. Medietatem vero huius circuitus versus Morauiam tenet idem comes in feodo ab ecclesia nostra tam pro se quam[e2] suis heredibus masculis et feminis.[12] Sunt autem quedam bona in eodem circuitu, que Petrus Heroldi dicebatur emisse a comite, quorum medietatem in quadam compositione[f2] ecclesia requisivit,[g2] [12] et ipsa medietas tam ecclesie quam comiti est communis. Quicquid autem provenerit[h2] utilitatis[h2] in melle per totum circuitum tam ecclesie quam comitis, inter episcopum et comitem equaliter dividetur; et[d] similiter si mineras auri vel argenti aut[i2] cuiuslibet metalli sive salis inveniri[k2] continget. Situs vero et[l2] utilitas terre[l2] taliter dividetur; quicquid est versus Morauiam, comitis[m2] est solius,[m2] set est feodum ab ecclesia; quicquid autem versus Poloniam est, ad Olomucensem[b] episcopum plene spectat preter bona, que obtenta sunt a predicto Petro, et preter silvam[n2] in Paztecowe,[o2] que obtenta est per iudicium a Bludone;[14] in quibus et episcopo et comiti adhuc utilitas est communis. Sunt autem hee ville iam locate in circuitu, quem pro se habet episcopus: villa de Stariz[p2] cum septuaginta laneis, villa forensis de Frideberch[q2] cum quadraginta laneis, villa de[d] Zwenser[r2] cum quadraginta laneis.

[3] Item dominus noster rex pro laboribus et serviciis, que frequenter inpendimus ipsi, dedit et contulit in perpetuum nobis et ecclesie nostre mere liberalitatis[s2] affectu oppidum forense de Hullyn,[t2] villas de Praweziz,[u2] de[d] Aldendorph[v2] et de Nemziz[w2] cum omnibus iuribus et attinentiis suis, prout in privilegio[x2] super huiusmodi donatione confecto[x2] plenius continentur.[15] Dedit eciam ad petitionem nostram villam de Lexziz[y2] ad preposituram de Cremeser.[z2] [12] Item emimus apud Wiscowe[a3] duo molendina et septem[b3] laneos a domina Ierozlaua,[c3] filia Sbizlai[d3] de Moriz.[12] Preterea emimus undecim[e3] laneos apud

Wiscowe[f3] in villa de Brennan apud Razlaum,[g3] laicum[h3] de Selziz,[i3] ad quorum solutionem vendidimus quatuor[k3] laneos et pomarium[l3] in villa de Myzlagowiz[m3] Herbordo preposito et prepositure Olomucensi[b] in perpetuum.[12] Emimus eciam tredecim[n3] laneos apud Planceken[o3] in villa de Willemslaghen[p3] apud nobilem dictum Mucare.[q3 12] Item apud Mohelniz[r3] emimus terram ad tres araturas apud Petrum de Lossiz,[s3 12] theloneum etiam de Wiscowe[a3] et ipsum oppidum forense, quod ante introitum nostrum ablatum fuit ecclesie nostre, serviciis nostris recuperavimus apud dominum nostrum seniorem regem, filii sui, nunc domini nostri, accedente consensu.[16] Quantum eciam per industriam et circumspectionem nostram in locationibus et extirpationibus[t3] circa Gestuboriz,[u3] Suitauiam,[v3] Mohelniz[w3] et Oztrauiam[x3] et hincinde accreverit,[y3] ecclesie nostre plene ac liquido canonicis nostris constat;

et hec sufficiant quoad ea, que nostris temporibus accreverunt.

et quia proventus ecclesie nostre taliter accreverant, quod cum augmento antiquarum prebendarum desuper excrescentibus divinus cultus poterat ampliari.

[4] Ceterum ordinamus et statuimus

[4] Ordinamus et statuimus una cum nostro capitulo

deliberatione provida et perpetuum desideramus firmitatis robur habere, quod villa episcopalis de[d] Ghelziz[z3] cum omnibus attinentiis suis et due marce, que de curticulis apud Olomuz[a4] annuatim proveniunt, ad canonicos nostros ad ministrandum ipsis panem cottidianum perpetuo debeant pertinere. Danturque de proventibus istis annuis cottidie et per totum annum canonico cuilibet presenti una simila[b4] et panis unus[d] albus et viginti scolaribus, qui chorum frequentant cottidie, dantur quolibet die viginti panes et totidem ciphi cervisie; et totum in certa mensura et debita[c4] quantitate. Item ut canonici de superpelliciis bonis sibi provideant et honestis, octo talenta de decimalibus denariis per Olomucensem archidiaconatum percipient annuatim. Item ad quatuor prebendas per[d4] nos[d4] creatas in Olomucensi[b] ecclesia[17] damus sexaginta laneos in villa de Fritzendorph,[e4] consenciente capitulo,

que sita[f4] est in[f4] districtu bonorum, que apud comitem emimus,[12] adiuncta villula episcopali, que vocatur Witaniz,[g4] circa Creliz;[h4] et habet octo laneos adiectis eciam decem talentis de decimalibus denariis Olomucensis[b] archidiaconatus, quorum annis singulis quinque cedent[i4] preposito Olomucensi[b] et quinque obedientiario, ut illarum prebendarum canonici in cottidianis distributionibus cum aliis canonicis sint participes et communes.

[5] Item in eodem districtu et de silva adhuc extirpanda[k4] conferimus et damus centum laneos ad conventualem canonicorum[l4] ecclesiam[l4] sancti Mauricii in Cremeser,[m4] ad quam damus eciam capituli nostri interveniente consensu villulas episcopales de Merteniz,[n4] de Belen,[o4] de Cassiz,[p4] que habent[q4] omnes triginta octo[q4] laneos, ut ad prebendas ipsius ecclesie perpetuo debeant pertinere. Villa vero de Merteniz[r4] prius pertinebat ad corpus unius prebende Olomucensis,[b] set quia adiacet ecclesie de Cremeser,[z2] in permuta-

tionem ipsius dedimus villam episcopalem de Biscopiz[s4] apud Ghewiz,[t4] consensum super hoc capitulo adhibente.[u4] [18] Ad prepositurum vero de Cremeser[z2] damus villulam episcopalem de Gernowiz,[v4] que habet sex[w4] laneos et allodium unum; quod habet unicam araturam. Item quindecim sunt et esse debent altaria in ipsa ecclesia de Cremeser,[z2] quorum quatuor sunt dotata. Ad undecim alia conferimus et damus in dotem triginta[x4] tres[x4] marcas argenti, ut ad quodlibet tres marce nomine dotis pertineant. Ista quidem[y4] summa XXXIII marcarum de annuo censu in bonis per nos comparatis, scilicet in villa de Stariz[z4] et in villa de Petrowiz,[a5] singulis percipi debet[b5] annis. Episcopus vero iudicium et alia servicia, et si quid in censu supererit, obtinebit.

[6] Item statuimus, quod[c5] post obitum nostrum pro remedio et salute anime nostre et omnium predecessorum nostrorum episcoporum et eciam successorum anniversarius perpetuo celebretur. Et est taliter celebrandus: Decanus, prepositus et archidiaconus Olomucensis,[b] cum anniversarius iste fuerit, omnes presbyteros civitatis Olomucensis,[b] tam religiosos quam seculares, et vicinos[d5] civitati[d5] ad unum aut[e5] duo miliaria convocabunt et dicent sollempnes vigilias; et mane in ecclesia maiori missam unam sine nota[d] dicet ipsorum quilibet pro defunctis et debent esse[f5] presbyteri[f5] numero ducenti; et si non sufficient[g5] altaria, ponantur ubique[h5] mense per ecclesiam et fiant altaria circumquaque. Hora vero debita omnes[d] debent maiori misse personaliter interesse et illa dicetur sollempniter pro defunctis; et est purpura per medium ecclesie prosternenda[i5] et circa ipsam quatuor candele ponentur; missaque[k5] completa presbyteri omnes induti et stolis circumdati sollempniter peragent omnia in commendationibus,[l5] orationibus ac aliis omnibus, veluti funus eciam presens esset.[m5] Hiis rite completis dabuntur cuilibet presbytero duodecim denarii tam religioso quam seculari; ad habendum et distribuendum hos denarios inter presbyteros deputamus[d] octo marcas argenti, de quibus fabricabuntur sedecim talenta denariorum absque ulla inpressione[m5'] forme, quorum decem cedent ad distributionem inter presbyteros[n5] convocatos.[o5] Item inter canonicos presentes tantum dividentur duo talenta et cuilibet[p5] ipsorum per[q5] XXIIII[r5] denarios;[19] de hiis duobus talentis cuilibet eciam vicario in maiori ecclesia perpetuato dabitur per XII[s5] denarios; [20] et si quid in hiis distributionibus erit superfluum, debet pauperibus erogari. Item duo talenta dabuntur religiosis: ad claustrum sancti Stephani in Greditz dimidium talentum, ad claustrum sancti Petri in Olomuz[b] dimidium, fratribus Predicatoribus dimidium et fratribus Mininoribus[t5] tantumdem[u5] pro piscibus illo die. Item talentum unum inter scolares et singulis per singulos denarios dividetur; de quo eciam cuilibet campanario dabuntur XII[v5]
denarii, qui deserviunt ecclesia in maiori. denarii.

Item unum talentum distribuendum est inter pauperes et singulis per singulos denarios; de quo ad hospitale, quod est apud ecclesiam fratrum[w5] Minorum,[w5] dabuntur denarii sexaginta. Item post obitum domini nostri Otakari,[x5] regis Boemorum[y5] illustris, pro salute anime sue, patris sui [21] omniumque progenitorum suorum, Boemie regum et Morauie marchionum, et omnium benefactorum ecclesie Olomucensis[b] est anniversarius[z5] sub eadem forma et observatione simili celebrandus;[a6] ad quem cedent similiter VIII[b6] marce.

Item in crastino Sanctorum[c6] omnium[c6] [22] in memoriam et salutem omnium fidelium[d] defunctorum anniversarium[d6] similem statuimus celebrandum. Ad hos tres anniversarios[e6] cedent annis singulis XXIIII[f6] marce, que in tres partes divise facient pro quolibet octo marcas. Ista summa ante[g6] omnia recipienda est[g6] de[h6] censu bonorum[h6] in Bruneswerde,[i6] in Frideberch[k6] et in Zwenser.[l6] Episcopus vero iudicium et alia servicia, et si quid in censu erit[m6] superfluum,[m6] obtinebit; sunt enim bona per nos empta.

[7] Item statuimus, ut instaurentur et fiant in continenti tres apum orti, unus in Suitauia,[n6] unus in Ghelz[o6] et in [p6] Mohelniz unus;[p6] et quod tam orti quam eciam[d] apes in silvis per loca iam dicta sint in cura et custodia custodis Olomucensis,[b] qui pro tempore fuerit; ad procurandum vero et custodiendum ortos predictos et ad[d] conquirendum pro ipsis queque necessaria deputamus duodecim marcas argenti recipiendas annis singulis de censu predictorum locorum, ita quod quatuor marce in quolibet loco tollantur. Volumus eciam, ut in loco quolibet predictorum duos laneos cum censu, decimis et omnibus aliis serviciis excepto iudicio, quod reservabitur[q6] episcopo, habeat perpetuo pro suis laboribus dictus custos. Mel, quod de ortis et de silva[r6] proveniet, cedet totaliter episcopo; sed cera tota de utroque melle pro Olomucensi[b] et Cremeserensi[s6] ecclesiis, ita quod due partes sint Olomucensis[t6] et una Cremeserensis,[u6] annis singulis relinquetur.

[8] Si quis vero successorum nostrorum, quod non credimus, hanc nostram ordinationem infringere attemptaverit, recolligendo proventus ad mensam episcopalem, quos deputavimus et dedimus ad premissa, cum proventus episcopales temporibus nostris et per industriam nostram multo sint amplius, quam de ipsis in hac ordinatione abstraxerimus, augmentati, volumus, ut de bonis,

que comparavimus et emimus ecclesie nostre, que propriis superius vocabulis exprimuntur, hec ordinatio nostra, que pietatem et honestatem continere videtur, effectui debeat mancipari.

[9] Executores huiusmodi ordinationis et testamenti nostri facimus et constituimus dominum nostrum Otakarum, regem Boemorum illustrissimum, Bartholomeum decanum, Herbordum prepositum, magistrum Iohannem, archidiaconum

[8] Ut autem hec ordinacio perpetue habeatur rata atque firma, presens pagina est nostri sigilli robore communita. Nos quoque decanus, prepositus et archidiaconus totumque capitulum Olomucense[b] hiis statutis et ordinamentis consencientes, ymmo pocius cum ipso venerabili patre ac domino nostro episcopo Olomucensi[b] existentes unanimes statutores in signum nostri consensus et efficax argumentum presenti pagine nostrum sigillum duximus apponendum. Et quoniam ipsa statuta dei honorem et regiam salutem videntur contingere, nos Ottakarus, dei gracia Boemie rex et marchio Morauie, qui patroni sumus Olomucensis[b] ecclesie, ipsa statuta curavimus nostrorum sigillorum munimine roborari.

Olomucensem, et magistrum Petrum, prepositum Wissegradensem, Olomucensem canonicum, petentes et obnixius supplicantes, ut ipsi, sicut convenit, non permittant a quoquam effectum presentium impediri. Actum Olomuz III kalendas decembris,[v6] anno Domini M°CC°LX°VII.[v6 w6]

Actum in Olomucz,[b] et datum per manus Iohannis, notarii nostri, anno Domini millesimo CC°LXVII°, III° kalendas decembris.

Sigilla: in filis sericis rubri coloris appendent (appendebant); 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, paulum laesum, verumtamen conservatione integratum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) avulsum et deperditum, seu potius numquam chartae additum videtur esse; 3) ecclesiae Olomucensis fere illaesum atque conservatione integratum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.

---

526. [a] *Cum titulo superfluo in B 2.* — [b] ‚Olom̄' *in B 2.* — [c] *Vox* ‚rei' *videtur deesse in B 2.* — [d] *Vox deest in B 2.* — [e–e] ‚profectum christianitatis conceptum in Prucyam proficiscendi' *in B 2.* — [f] ‚exsequi intendentes' *in B 2.* — [g] ‚de' *in B 2.* — [h] ‚Wolframschyrchen' *in B 2.* — [i] ‚archid³aco' *in A 1,* ‚archydiacono' *in B 2.* — [k] ‚Znoymensi' *in B 2.* — [l] ‚archidyacono' *in B 2.* — [m] ‚Chremsyrensi' *in B 2.* — [n] *Cum titulo superfluo eraso in A 1.* — [o] *Vox* ‚itaque' *sequitur in B 2.* — [p] *Hoc loco nec non inferius saepius* ‚d' *ponitur pro* ‚t' *in B 2.* — [q] ‚propiscere' *in B 2.* — [r] *Hoc loco nec non inferius saepius* ‚c' *ponitur pro* ‚t' *seu* ‚t' *ponitur pro* ‚c' *in B 2.* — [s] ‚futuro' *in B 2.* — [t] ‚ad' *in B 2.* — [u–u] ‚infra scripta' *in B 2.* — [v] ‚igitur' *in B 2.* — [w] ‚Ottakarus' *in B 2.* — [x–x] ‚rex Bohemie, aliquando' *sequitur in B 2.* — [y] ‚Morawie' *in B 2.* — [z] ‚Hozenpla' *in B 2.* — [a1] ‚suo baroni' *sequitur in B 2.* — [b1] ‚procedente' *in B 2.* — [c1] ‚gwerra' *in B 2.* — [d1] ‚regis' *sequitur in B 2.* — [e1] ‚argenti' *sequitur in B 2.* — [f1] ‚rex' *sequitur in B 2.* — [g1] ‚nemoribus exstirpatis' *in B 2.* — [h1] ‚Ianesdorf' *in B 2.* — [i1] *Deest in B 2.* — [k1] ‚Arnodesdorph' *in B 2.* — [l1] ‚Perchtoldesdorph' *in B 2.* — [m1] ‚Bytterne' *in B 2.* — [n1] ‚Lybental' *in B 2.* — [o1] ‚Reynfridesdorph' *in B 2.* — [p1] ‚Pyschersdorph' *in B 2.* — [q1] ‚fundate' *in B 2.* — [r1] ‚Wyzoch' *in B 2.* — [s1] ‚Paulowicz' *in B 2.* — [t1] ‚Zadic' *in B 2.* — [u1] ‚Dewtsis' *in B 2.* — [v1] ‚Glinicz' *in B 2.* — [w1] ‚Kecsyr' *in B 2.* — [x1] ‚Hugeswalde' *in B 2.* — [y1] ‚Brunswerde' *in B 2.* — [z1] ‚Rosnowe' *in B 2.* — [a2] *Fortasse pro* ‚circuitus' *in A 1, B 2.* — [b2] ‚Ostrauia' *in B 2.* — [c2–c2] ‚parte ista' *in B 2.* — [d2] ‚Ostrauie' *in B 2.* — [e2] ‚pro' *sequitur in B 2.* — [f2] ‚conposicione' *in B 2.* — [g2] ‚reacquisivit' *in B 1.* — [h2–h2] ‚utilitatis provenerit' *in B 2.* — [i2] ‚vel' *in B 2.* — [k2] ‚invenire' *in B 2.* — [l2–l2] ‚terre et utilitas' *in B 2.* — [m2–m2] ‚est comitis solius' *in B 2.* — [n2] ‚silvuam' *in B 2.* — [o2] ‚Pazthethowe' *in B 2.* — [p2] ‚Staricz' *in B 2.* — [q2] ‚Vriborch' *in B 2.* — [r2] ‚Swenser' *in B 2.* — [s2] ‚libertatis' *in B 2.* — [t2] ‚Hulyn' *in B 2.* — [u2] ‚Prawicz' *in B 2.* — [v2] ‚Aldendorf' *in B 2.* — [w2] ‚Nemsicz' *in B 2.* — [x2] *Sequitur vox* ‚suo' *in B 2.* — [x2] ‚confectum' *in B 2.* — [y2] ‚Leschicz' *in B 2.* — [z2] ‚Chremsir' *in B 2.* — [a3] ‚Wisschow' *in B 2.* — [b3] ‚VII' *in B 2.* — [c3] ‚Iaroszlawa' *in B 2.* — [d3] ‚Swiszlai' *in B 2.* — [e3] ‚XI' *in B 2.* — [f3] ‚Wisschowe' *in B 2.* — [g3] ‚Raczlaum' *in B 2.* — [h3] ‚laycum' *in B 2.* — [i3] ‚Zelcicz' *in B 2.* — [k3] ‚IV^{or} ' *in B 2.* — [l3] ‚pomerium unum' *in B 2.* — [m3] ‚Miszlahewicz' *in B 2.* — [n3] ‚XIII' *in B 2.* — [o3] ‚Blanczk' *in B 2.* — [p3] ‚Willenzlag' *in B 2.* — [q3] ‚Mukar' *in B 2.* — [r3] ‚Mohelnicz' *in B 2.* — [s3] ‚Lolicz' *in B 2.* — [t3] ‚exstirpacionibus' *in B 2.* — [u3] ‚Gestiwocz' *in B 2.* — [v3] ‚Czwitauiam' *in B 2.* — [w3] ‚Mohelnicz' *in B 2.* — [x3] ‚Ostrauiam' *in B 2.* — [y3] ‚acreverit' *in B 2.* — [z3] ‚Gelczicz' *in B 2.* — [a4] ‚Olomucz' *in B 2.* — [b4] ‚simula' *in B 2.* — [c4] *Sequitur vox* ‚et' *in B 2.* — [d4–d4] *Verba mendose repetuntur in B 2.* — [e4] ‚Vrisendorf' *in B 2.* — [f4–f4] *Scriba primum* ‚que sita in' *scripsit, vocem* ‚est' *addidit in A 1;* ‚est sita in' *in B 2.* — [g4] ‚Witanicz' *in B 2.* — [h4] ‚Krelicz' *in B 2.* — [i4] ‚cedant' *in B 2.* — [k4] ‚exstirpanda' *in B 2.* — [l4–l4] ‚ecclesiam canonicorum' *in B 2.* — [m4] ‚Chremsir' *in B 2.* — [n4] ‚Mertinicz' *in B 2.* — [o4] ‚Belan' *in B 2.* — [p4] ‚Cassicz' *in B 2.* — [q4–q4] ‚omnes habent XXXVIII' *in B 2.* — [r4] ‚Mertinicz' *in B 2.* — [s4] ‚Biscupicz' *in B 2.* — [t4] ‚Tewicz' *in B 2.* — [u4] *Ita in A 1, B 2.* — [v4] ‚Gernowicz' *in B 2.* — [w4] ‚VI' *in B 2.* — [x4–x4] ‚XXXIII' *in B 2.* — [y4] ‚quidam' *in B 2.* — [z4] ‚Staricz' *in B 2.* — [a5] ‚Petrowicz' *in B 2.* — [b5] *Ita in A 1;* ‚debent' *in B 2.* — [c5] ‚ut' *in B 2.* — [d5–d5] ‚vicarios civitatis' *in B 2.* — [e5] ‚vel ad' *in B 2.* — [f5–f5] ‚presbyteri esse' *in B 2.* — [g5] ‚sufficiant' *in B 2.* — [h5] ‚ubicumque' *in B 2.* — [i5] ‚prosternanda' *in B 2.* — [k5] ‚missa' *in B 2.* — [l5] ‚et' *in A 1 erasum, in B 2 haud erasum sequitur.* — [m5] ‚est' *in B 2.* — [m5'] ‚impressione' *in B 2.* — [n5] ‚plures' *in B 2.* — [o5] ‚canonicos' *in B 1.* — [p5] ‚quilibet' *in B 2.* — [q5] ‚habebit' *in B 2.* — [r5] ‚XXIIII^{or} ' *in B 2.* — [s5] ‚duodecim' *in B 2.* — [t5] *Ita in A 1,* ‚Minoribus' *in B 2.* — [u5] ‚dimidium' *in B 2.* — [v5] ‚duodecim' *in B 2.* — [w5–w5] ‚Minorum fratrum' *in B 2.* — [x5] ‚Ottakari' *in B 2.* — [y5]

‚Boemie' *in B 2.* — [z5]) ‚aniversarius' *in B 2.* — [a6]) ‚le' *in loco raso scriptum est in A 1; sequitur vox* ‚et' *in B 2.* — [b6]) ‚octo' *in B 2.* — [c6–c6]) ‚Omnium sanctorum' *in B 2.* — [d6]) ‚aniversarium' *in B 2.* — [e6]) ‚aniversarios' *in B 2.* — [f6]) ‚viginti quatuor' *in B 2.* — [g6–g6]) ‚recipienda est ante omnia' *in B 2.* — [h6–h6]) *Deest in B 2.* — [i6]) ‚Brunswerd' *in B 2.* — [k6]) ‚Vridberch' *in B 2.* — [l6]) ‚Swenser' *in B 2.* — [m6–m6]) ‚supererit' *in B 2.* — [n6]) ‚Czwitauia' *in B 2.* — [o6]) ‚Gelcz' *in B 2.* — [p6–p6]) ‚unus in Mohelnicz' *in B 2.* — [q6]) ‚servabitur' *in B 2.* — [r6]) ‚silvis' *in B 2.* — [s6]) ‚Chremsirensi' *in B 2.* — [t6]) ‚Olomucz' *in B 2.* — [u6]) ‚Chremser' *in B 2.* — [v6–v6]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A 1.* — [w6]) ‚millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo' *in B 1.*

[1]) *Immediatus successor Brunonis episcopi Theodericus episcopus erat.* — [2]) *Cf. Novotný I. 4, pag. 157 ss., episcopus exeunte anno 1267 iter in Prusciam arripuit, 1268 febr. 22 iterum in Olomouc morabatur.* — [3]) *Exeunte anno 1246 seu intrante anno 1247; vide Šebánek—Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 112 ss.* — [4]) *Přemysl Otakarus II., qui tunc 13 annis completis post obitum fratris sui Vladislai, marchionis Moraviae, 1247 ian. 1 marchio Moraviae factus est.* — [5]) *Anno 1240 e sede episcopali amoti et defuncti; in chartis possessionis ipsius in Osoblaha nulla mentio fit.* — [6]) *Videlicet Andreae de Všechrom.* — [7]) *De guerra inter Venceslaum I. regem et Přemyslum Otakarum, vide Novotný I. 3, pag. 784 ss.* — [8]) *Fortasse 1249 ian. 10; concordia tantummodo viva voce videtur finita esse.* — [9]) *Venceslai I., qui 1253 sept. 22 morte obiit.* — [10]) *Přemysl Otakarus II.* — [11]) *Confirmationem ignoramus; terminus eius ante 1251 aug. 1 ponendus est, quo die iam Bruno in Osoblaha moratur; vide CDB IV, pag. 383 num. 219.* — [12]) *Chartam ignoramus.* — [13]) *Nomen dominae ignoramus.* — [14]) *Fortasse Bludone, castellano Olomucensi.* — [15]) *Vide chartam Přemysli Otakari II. Brunoni episcopo in Písek 1261 maii 23 datam (num. 283).* — [16]) *Vide chartam Venceslai regis Brunoni episcopo Brunae 1248 dec. 11 datam (CDB IV, pag. 251 num. 151); ibi autem de consensu Přemysli Otakari dato mentio nulla fit neque etiam fieri potest, quia hoc tempore discordia inter patrem et filium versabatur.* — [17]) *Vide chartam Brunonis episcopi ecclesiae Olomucensi in Olomouc 1258 ian. 3 datam (num. 145).* — [18]) *Vide chartam Brunonis episcopi ecclesiae Olomucensi in Olomouc 1262 mart. 5 datam (num. 315).* — [19]) *Numerus canonicorum Olomucensium tunc 17 erat.* — [20]) *Numerus vicariorum incertus est.* — [21]) *Venceslai I. regis.* — [22]) *Nov. 2.*

527.

Bruno, episcopus Olomucensis, anniversaria patris sui et matris suae in ecclesia Olomucensi ordinat.

In Olomouc 1267 nov. 29.

Apographum saec. XV. exstat in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis chart. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 28) asservato, fol. 85 num. 136 (B).

Ed: CDM III, pag. 408 num. 403 (ex B). — *v. Aspern, Codex comitum Schauenburgensium II, pag. 221 num. 129 (ex B).* — *Nordalbingische Studien 5, pag. 284 num. 9 (ex B).*
Reg: Reg II, pag. 220 num. 572. — *Hasse, Schleswig—Holstein—Lauenb. Regesten II, pag. 154 num. 367.*
Lit: KK, pag. 366—367. — *Šebánek—Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 117 (dictator chartae statuitur).* — *bei der Wieden, Schaumburgische Genealogie, pag. 18, 19 (termini obitus parentum Brunonis).*

Dictator: Conradus, notarius episcopi.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (FFF), Conradus notarius (QQ), 3, Olomouc, ecclesia capitularis (W).

Brumo,[a] dei gracia episcopus Olomucensis,[b] universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in auctore salutis. Cum sit pium et salubre cogitare[1] ac aliquid ordinare de remediis animarum, nos, ut convenit, pro animabus patris et matris nostre

solicite cogitantes, ordinavimus de consilio et consensu dilectorum in Christo Bartholomei decani, Herbordi prepositi, magistri Iohannis, archidiaconi Olomucensis,[b] Simonis custodis, Allexii, prepositi in Wolframskirchen, archidiaconi Znoymensis, Heydolphi, prepositi et archidiaconi Cremsirensis, et aliorum canonicorum nostrorum tunc presencium, quod III° nonas ianuarii[2] agatur perpetuo aniversarius[a] patris nostri comitis Adolphi in ecclesia Olomucensi[b] in vigiliis et officio misse sollempniter[c] decantandis et aniversarius[d] matris nostre Adelheydis VII idus aprilis[3] similiter peragetur. Ad hos duos aniversarios celebrandos deputamus quatuor talenta, duo quidem ad aniversarium patris et totidem ad matris aniversarium. Et dabuntur cuilibet canonico presenti XII denarii et cuilibet vicario perpetuo VI denarii, et hoc de uno talento. Item de alio thalento dabitur dimidium talentum scolaribus, de quo eciam quatuor denarii dandi sunt cuilibet campanario, qui deserviunt in ecclesia maiori. Item dimidium talentum inter pauperes dividetur; et sic est in utroque aniversario faciendum. Hec quatuor talenta recipienda sunt annis singulis de bonis et de censu in Bruneswerde, in Ffrideberg et in Zwenser, cum et eundem censum deputaverimus, ut in aliis apparet litteris,[4] pro aniversariis eciam aliis celebrandis. Quod autem hec ordinacio, cum sit pia et salubris, robur obtineat perpetue firmitatis et nullatenus postponatur, presentem paginam ad rei memoriam sempiternam nostri et capituli nostri sigillorum appensione fecimus communiri.[e] Actum Olomucz[f] III kalendas decembris, anno Domini M°CCLXVII°.

---

527. *a) Ita B.* — *b)* ‚Oloc̃en' *B.* — *c)* ‚sollepniter' *B.* — *d)* ‚aniversariis' *B.* — *e)* ‚comuniri' *B.* — *f)* ‚Oloc̃z' *B.*

[1]) *Cf. 2 Mach 12, 46.* — [2]) *Ian. 3; annus obitus Adolphi II., patris episcopi, 1225 fuit.* — [3]) *Apr. 7; annus obitus Adelaidis de Querfurt, matris episcopi, inter annos 1210 et 1224 ponitur.* — [4]) *Vide num. 526.*

528.+

Agnes, relicta Eccardi de Miroslav, donationem iuris patronatus ecclesiae in Troskotovice per maritum suum monasterio in Oslavany factam confirmat, renuncians omni iuri, quod videbatur in ecclesia antedicta habere.

In Myslibořice 1267 nov. 30.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 28) asservatur (A).

Ed: CDM III, pag. 409 num. 404 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 220 num. 573. — Šebánek, Archivy, pag. 38 num. 217 (ex A).
Lit: KK, pag. 263—264, 366—367 (scriba et dictator chartae). — Dušková, Česká listina 2, pag. 185, 195 (idem; sigillum).

In tergo chartae manu registratoris mon. Oslavanensis saec. XIII. scriptum est: „Domine Ag. super donatione ecclesie in Droskwiz" *(B = Os 4 a).*

Scriba: destinatarii proprius (= Os 2), cuius manus in chartis Oslavanensibus cum notis annorum 1260—1270 datis, quae autem re vera demum brevi ante annum 1270 aut dicto anno scriptae sunt, occurrit. Vide ex. gr. num. 227+ (A 2), 228, 355+ (A 1). Cf. Exempla script. num. 3, 3.
Dictator: destinatarii proprius, qui proprietatibus stili, quae inter annos 1259—1275 in monasterio Oslavanensi usurpari solebant, utitur nec non in textu chartae conficiendo directe charta Alexii, archidiaconi Znoymensis, in Znojmo 1268 febr. 8 data (num. 543) videtur uti; quae typis minoribus exprimuntur.
Omnibus superius dictis consideratis charta vix pro sincera haberi potest.
Vide: II. 3, Oslavany (V), 4, De chartae apud nobiles usu (TTT).

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris ego Agnes, relicta domini Ek-||hardi, viri nobilis de Mirslaus.[1] Ne ea, que legittime et pia devotione ordinantur[a] || propter Christum, futuris temporibus possint a malignis malignorum hominum suggestionibus || retractari, necesse est litterarum apicibus eternari. Ad tocius igitur litis et calumpnie depressionem* notum sit presencium inspectoribus et auditoribus universis, quod donacionem et resignacionem iuris patronatus ecclesie ville de Droscuwitz, quam felicis recordationis maritus meus abbatisse et conventui de Osla contulit propter deum, ius suum in ipsas transfundendo, quod habebat in eadem, sicut in litteris exinde confectis plenius dinoscitur contineri,[2] ratam, gratam et firmam habeo[b] et ob salutem anime sue et carorum nostrorum tam vivorum quam mortuorum renunccio omni iuri, quod habere videbar de ecclesia antedicta, abbatisse[c] et conventui memorato; et quia sigillo proprio carui,* ad ampliorem rei memoriam domini Heinrici, plebani de Mirslaus, rogavi sigillo [robo]rari,[d] ut exinde reciperet firmamentum. Datum in Miselboricz anno Domini M°CC°LX VII°, pridie kalendas decembris domino Hartlibo, Heinrico de Mirslaus et Gundackaro de Miselboricz plebanis, Westone, Wolvrammo, Ir.[3] subpriorissa, domina D.[4] et Gertrude[e] monialibus de Osla et aliis quam pluribus tunc ibidem collectis presentibus.

Sigillum: Henrici, plebani de Miroslav, in filis cannabinis rubri et viridis coloris illaesum appendet. Vide Sigilla num. 3, 62.

528.+ *a)* ‚ordinā̄‘ *A.* — *b) Littera* ‚o‘ *ex* ‚e‘ *(?) correcta est in A.* — *c)* ‚ab͡be‘ *A.* — *d) Quae uncis clausimus cum membrana putrefacta perierunt in A.* — *e)* ‚Ger.‘ *A.*

[1]) *Ekhardus post 1263 dec. 1 morte obiit; ad hunc terminum enim ultima mentio eius adhuc vivi fit. Vide num. 395+.* — [2]) *Vide num. 227 (A 1, A 2) nec non num. 354.* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Dymudi.*

529.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, monasterio in Marienthal villam cum iudicio in [Ober]- Seifersdorf, quam idem monasterium apud Reinkonem de Temritz, militem suum, emit, perpetuo possidendam confirmat.

Apud Pragam 1267 [dec. 1].[1]

Apographum exstat in vidimatione capituli Budissinensis Budissae 1509 nov. 9 data, cuius vidimationis apographum saec. XVI. valde laesum, in convoluto membr. scriptum in archivo mon. in Marienthal (sign. codex num. 119[t]) asservatur, fol. 1 (B).

Ed: Schöttgen—Kreysig, Diplomatische Nachlese 12, pag. 214—216 num. 4 (ex quodam mendoso apographo, ad nov. 15). — CDLS, pag. 91 num. 57 (e Schöttgen, ad eundem terminum). — Kobuch, Die angeblich gefälschte Urkunde, pag. 65 (ex B, ad eundem terminum).
Reg: Zobel, Urk. Verz. I, pag. 13 (ad nov. 15). — Böhmer, Add. sec., pag. XXXVI s. num. (ad eundem terminum). — CDM VII, pag. 768 num. 129 (ad eundem terminum, sinceritas chartae in dubium vocatur). — Reg II, pag. 219 num. 570 (ad eundem terminum, charta tribus crucibus signatur). — Doehler, Urkk. d. Kl. St. Marienthal, pag. 21 num. 13 (ad eundem terminum). — Prochno, Regesten, pag. 18 (96) num. 31 (ad dec. 1 (?)). — Kobuch, Die gegenwärtige Überlieferung, pag. 12 num. 11 (ad nov. 15). — Kobuch, Dochování listin, pag. 723 num. 11 (ad nov. 15).
Lit: Fiala, Kancelář, pag. 235, 243 n. 44 (sinceritas chartae impugnatur). — Kobuch, Die angeblich gefälschte Urkunde, pag. 55 ss (charta arte diplomatica — partim recte — tractatur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 323, 324 n. 185, 186, pag. 326, 363 (Sf 1).

Dictator: ignotus, fortasse cancellariae regiae proprius, in cuius stilo proprietates stili magistri Petri, cancellarii regni Bohemiae, apparent.
Vide: II. 1 a, P.O.II., magister Petrus cancellarius (C).
Imaginem phototypicam apographi B valde laesi v. d. Manfred Kobuch, archivi publici Dresdensis procurator, benignissime nobis transmittendam curavit.

In nomine Do[mini][a] amen. Ottakarus, dei gr[acia rex] Bohemie, dux Austrie [et Stirie] ac marchio Morauie, omnibus in [perpetuum. Regi] regum immortali, invisibili, soli deo, amatori[b] castitatis in suis spon[sis, que sibi abiec]tis delectacionibus huius mundi die noctuque iugiter famulantur, comp[lacere volentes], tam presentibus quam futuris presenti pagina volumus esse notum, quod nos de [consueta] benignitatis nostre clemencia villam et iudicium in Sifriddorff sitam prope Zittaviam, [quam] domina Elizabet abbatissa et conventus sanctimonialium de Syfritsdorff nostro accedente consensu apud Reinkonem[c] de Themeritz,[d] militem nostrum, pro trecentis[e] marcis argenti cum iudicio et aliis omnibus appendiciis suis sub eisdem iuribus, quibus idem R.[f] eam a nobis tenuit, perpetuo possidendam emerunt coram hiis testibus, videlicet Gallo pincerna, Henrico de Gurcke, Alberto[g] de Gurcke, Wilrico, Petro et Friderico fratribus de Landescrone, Ottone de Rubetritz, Reithone et Heynrico fratribus de Schreibersdorff, fidelibus nostris et aliis quampluribus fide dignis, pro remedio anime nostre ac progenitorum nostrorum auctoritate nostra regia confirmavimus iure proprietario perhenniter possidendam, omne ius feodi, census, servicii seu[h] iudicii, quod nobis in eadem villa competit, ipsis plenius largientes, eas divine propiciacionis obtentu in nostre regalis magnificencie presidium recipimus et tutelam; volentes, ut ad nos super gravaminibus sibi in prefata villa vel aliis bonis suis a quocumque illatis semper debeant fiducialem habere recursum. Et ne premissa valeant a quocumque in posterum irritari, presentem ipsis paginam dari mandavimus sigillorum nostrorum appensionibus insignitam. Datum apud Pragam anno Domini M°CC°LXVII°[i] kalendis[j] decembris, per manus magistri Petri, venerabilis prepositi Wissengradensis, dilecti nostri cancellarii, indictionis decime, anno regni nostri[k] sexto.

529. [a]) *Quae hoc loco necnon inferius uncis clausimus, cum destructa membrana perierunt in B, sed aliis competentibus chartis comparatis (vide in apparatu sub titulo Dictator) reconstrui possunt.* — [b]) ‚amatore' *B.* — [c]) ‚Beinkonem' *seu* ‚Benikonem' *in B.* — [d]) *Etiam* ‚Thomeritz' *legi potest in B.* — [e]) ‚trescentis' *B.* — [f]) ‚B' *B.* — [g]) ‚Albertus' *B.* — [h]) ‚sew' *B.* — [i–i]) ‚M° CC° LXVII° , septimo decimo kalendas' *legitur erronee in B.* — [k]) ‚nostro' *B.*

[1]) *Vide notam i—i nec non in apparatu superius; 1267 nov. 15 rex non apud Pragam sed Brunae morabatur; vide num. 525.*

530.

Herbordus, praepositus Olomucensis, in causa, quam [Theodericus], abbas de Louka, movit contra Jezdoncium, rectorem ecclesiae in Přímětice, sententiam definitivam promulgans, eundem Jezdoncium ecclesia in Přímětice privat.

In domo domini decani Olomucensis [in Olomouc] 1267 dec. 8.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Louka, sign. F 10 b) asservatur (A). — Apographum cum verborum variationibus minimi momenti confirmationis charta Brunonis, episcopi Olomucensis, in Pustiměř 1268 apr. 15 data continet (num. 555), cuius confirmationis autographum ibidem (sign. F 10 a) asservatur (B). — Apographum exstat in codice mnscro membr. saec. XV. „Matricula Lucensis" *intitulato, in eodem archivo (inter Cerronianos II, 253) asservato, fol. 34 (C).*

Ed: CDM IV, pag. 11 in num. 10 (ex B).
Reg: CDM V, pag. 253 num. 39. — Reg II, pag. 220 num. 574. — Eisler, Geschichte Brunos (ZVGMSch 12 (1908)), pag. 192 num. 9. — Šebánek, Archivy, pag. 38 num. 218 (ex A, B).
Lit: Šebánek—Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 64 (sigillum Herbordi).

In tergo manu saec. XIII. ex. registratoris mon. Lucensis „Diffinitiva sentencia contra G" *legitur (D).*

Scriba: ignotus, aperte ecclesiae Olomucensis proprius.
Dictator: stilo communi usus est.
Charta parte replicata caret: Sigilla sine dubio, antequam textus scriptus esset, appensa sunt; quae res ex lacunis in ultima linea a scriba evitatis apparet. Cf. n. 1 (bis).
Vide: II. 3, Louka (G), Olomouc, ecclesia capitularis (X).

Cum reverendus pater noster dominus B.,[1] Olomucensis[a] episcopus, super causa inquisicionis multorum articulorum, quam dominus . .,[2] || abbas de Lvca, Premonstradensis ordinis, Olomucensis[a] dyocesis, patronus ecclesie de Premtiz, coram magistro H.,[3] || officiali eiusdem episcopi, movit contra Yezsdoncium, rectorem eiusdem ecclesie de Premtiz, nobis Herbordo, Olomucensi[a] preposito, || deffinitivam sententiam commiserit[b] terminandam, cum omnia coram predicto officiali rite fuerint celebrata, sicut in actis habitis coram eo liquide demonstratur;[4] quam diffinitivam predictus episcopus ex relatione eiusdem officialis debebat promulgare in sua generali synodo, que in crastino beati Mauricii[5] fuit in Cremesir celebrata, quam tunc non protulit, set eam proferendam nobis commisit[c] multis et arduis negociis occupatus. Unde nos nostrorum habito consilio assessorum, videlicet domini B.[6] decani et domini B.,[7] canonicorum Olomucensium, consideratoque,

quod licet quedam crimina, que ipsi Yezsdoncio[d] opponuntur, sint semiprobata, utpote ex publica fama, que scandalum in ecclesia dei videntur inducere, quedam[e] tamen sunt sufficienter probata, maxime crimen manifesti concubinatus et celebrationis[f] sub interdicto, sicut in predictis actis apparet;[4] unde in nomine patris et filii et spiritus sancti contra antedictum Yeczsdoncium[g] diffinitivam sententiam promulgando, eundem Yezsdoncium[h] sine spe restitutionis predicta ecclesia in Premtiz perpetuo privamus propter irregularitates, quas ex predictis duobus criminibus ipsum Yezsdoncium[i] non est dubium incurrisse; ex quo constat predictum episcopum in manifestos concubinarios excommunicationis[k] sententiam promulgasse. Lata fuit hec sentencia diffinitiva anno Domini M°CC°LXVII°, quinta feria post beati Nycolai in domo domini decani Olomucensis[a] presentibus Arnoldo, Reinoldo cappellanis eiusdem prepositi[l] ac Thechoncio plebano sancti Petri ibidem[l] sigillataque sigillis predictorum iudicis et assessorum.

Sigilla tria in scidulis membranaceis illaesa appendent; 1) Herbordi, Lutomericensis praepositi et Pragensis custodis. Vide Sigilla num. 3, 43/II; 2) Bartholomaei, decani Olomucensis. Vide Sigilla num. 3, 39; 3) Bartholomaei, canonici Olomucensis. Vide Sigilla num. 3, 40.

---

530. [a] ‚Olom̃' *A.* — [b] ‚omiserit' *A.* — [c] ‚omisit' *A.* — [d] ‚Yezsd[s]' *A.* — [e] *Littera* ‚q' *ex* ‚e' *correcta est in A.* — [f] *Prima littera* ‚e' *ex* ‚o' *correcta est in A.* — [g] ‚Yeczs·' *A.* — [h] ‚Yezs·' *A.* — [i] ‚Yez·' *A.* — [k] ‚exomm̃unicatonis̃' *A.* — [l] *Post vocem spatium vacuum, ubi sigillum appensum est, apparet in A.*

[1] *Bruno.* — [2] *Theodericus.* — [3] *Heidenrico.* — [4] *Acta ignoramus.* — [5] *Sept. 23.* — [6] *Bartholomaei.* — [7] *Bartholomaei.*

531.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, Bartholomaei, capellani sui, decani Olomucensis, obsequia sibi exhibita memoriae revocans, officio sacristiae Wissegradensis ab eo constituto capellam sancti Stephani in Zlíchov iungit, ut in ea sacrista perpetuus habeatur, cui certum officium imponitur.

Pragae 1267 dec. 11.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 54) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum eccl. Wissegradensis membr. in eodem archivo (sign. KVš lib. 26) asservato, fol. num. 94 (B).[1]

Ed: Hammerschmid, Gloria Wissegr. ecclesiae, pag. 216 § 11 (ex quodam apogr., textus non est integer).[2]
Reg: Reg II, pag. 221 num. 576.
Lit: Šebánek, Urkundenwesen, pag. 371, 372 n. 358 (V). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 362, 384 n. 392.[3]

In tergo chartae manu saec. XIII. scriptum legitur: „Super donatione capelle in Zlechow et de anniversario domini Bartholomei custodis, qui procurari debet de eadem ecclesia" *(A).*

Scriba: P II 65 = destinatarii (ecclesiae Wissegradensis) proprius, cuius manus in tergo chartae Johannis, episcopi Pragensis, Pragae 1258 s. d. datae (num. 173) occurrit (K). Exempla script. num. 1 a, 48.
Dictator: Bartholomaeus, decanus Olomucensis, possessor dotatae capellae, qui verba chartae Přemysli Otakari II. apud [Havlíčkův] Brod 1267 ian. 27 (num. 487) datae repetit, quae typis minoribus exprimuntur.
Vide: II. 1 a, P. O. II., Gregorius et Bartholomaeus capellani (M), 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (U).

In nomine Domini amen. Ottakarus, dei gracia rex Boemie,[a] dux Austrie et Stirie et marchio Morauie, dilecto || cappellano suo B.,[4] venerabili decano ecclesie Olomucensis,[b] salutem cum plenitudine omnis boni. Fidelitatis obsequia || retroacte pariter et presentis, que nobis et nostris progenitoribus exhibuisti[c] et exhibes ex affectione sincera, memorie || revocantes, ut dignam tibi vicem de premissis rependere videamur, cappellam sancti Stephani de Zlechow, quam a nostris progenitoribus felicis recordacionis illustribus regibus Boemie[a] ex confirmacione venerabilium in Christo patrum episcoporum Pragensium iure parrochiali annis pluribus pacifice possedisti, in qua etiam postmodum a nostra munificencia ius patronatus obtinuisti,[5] pro terra in Wrutich ad tuam quondam in Wissegrad spectante prebendam, quam Luthomericensibus dederamus civibus, que iam est ad eandem prebendam reducta cum cappella rotunda in Wissegrad in curia nostra sita, diu dilapsam, sed tuis sumptibus ad honorem divine magestatis honorifice reparata[d] et per venerabilem in Christo patrem dominum Iohannem, nunc Pragensem episcopum, ad tuam instanciam in honore sancti Stephani prothomartiris dedicatam,[6] quasi ex nova donacione, prout prius disposueras, auctoritate venerabilis patris domini Iohannis, eiusdem Pragensis episcopi, de consensu Wissegradensis capituli in ipsa ecclesia officium constituere, quo hactenus caruit, sacristie, super quo tam ipsius domini episcopi quam capituli Wissegradensis[e] ecclesie instrumenta confecta nomine Wissegradensis[e] ecclesie,[7] eidem iungimus et confirmamus sacristie obtinendam in perpetuum pleno iure, ut in eadem sacrista perpetuus habeatur, revocatis in irritum privilegiis seu aliis patentibus nostris instrumentis super hoc editis quoquo modo;[8] ea condicione adiecta, quod tempore vite tue in dedicacione altaris sancti Gereonis, quod per tuam industriam in Wissegradensi[e] ecclesia est constructum, capitulo eiusdem ecclesie prandium ministretur et te sublato de medio[9] idem prandium ad tuum anniversarium convertatur. In cuius rei testimonium et memoriam sempiternam presentem paginam nostrorum sigillorum munimine mandavimus consignari. Actum Prage anno Domini M°CC°LX°VII°, III° idus decembris, datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis prepositi Wissegradensis, cancellari regni nostri, anno et die superius annotatis, coronacionis vero nostre anno sexto.

Sigillum: in scidula membranacea appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

---

531. [a]) ‚Boēm' *A.* — [b]) ‚Olom̄' *A.* — [c]) *Scriba primum* ‚exhibuistis' *scripsit, sed ultimam litteram* ‚s' *erasit in A.* — [d]) *Ita pro* ‚reparatam' *A.* — [e]) ‚Wiss3' *A.* — [f]) *Ita pro* ‚cancellarii' *A.*

[1]) *Ubi haud completus textus chartae praebetur.* — [2]) *Usque ad verba* ‚in eadem sacrista perpetuum habeatur' *textus praebetur, de dati formula solummodo anni coronationis afferuntur.* — [3]) *Notandum est utilem tractationem huius chartae olim v. d. J. Bistřický in disertatione sua (cuius mnscrum in bibliotheca nostra exstat) anno 1953 confecta praebuisse.* — [4]) *Bartholomaeo.* — [5]) *Vide chartam Přemysli Otakari II. in castro Pragensi 1257 febr. 13 datam (num. 119). Cf. etiam chartam Nicolai, episcopi Pragensis, Pragae 1257 febr. 13 datam (num. 120).* — [6]) *Vide chartam Johannis, episcopi Pragensis, Pragae 1258 s. d. datam (num. 173).* — [7]) *Vide chartam Johannis, episcopi Pragensis, Pragae, in domo episcopi 1264 febr. 9 datam (num. 401); chartam* ‚nomine Wissegradensis ecclesie' *datam ignoramus.* — [8]) *Cf. chartam Přemysli Otakari II. Pragae 1259 [mense iul.] datam (num. 196), quae autem vix in censum venire possit.* — [9]) *Dies obitus Bartholomaei mart. 2 fortasse anni 1269 erat.*

532.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, monasterio in Lilienfeld ad expensas evitandas, quas illud faciebat pro repetendis duobus talentis, deputatis a Leopoldo, quondam duce Austriae, de urbura apud Krems, eosdem reditus de duabus curiis Salzeburgensibus eosdem recipere concedit.

Pragae 1267 dec. 11.

Autographum in membrana scriptum in archivo mon. in Lilienfeld (sub dato suo) asservatur (A).

Reg: Hanthaler, Recensus, pag. 184 num. 9 (cum notis diplomaticis, vide ibidem notam g). — Böhmer, Add. sec., pag. 442 num. 193. — Reg II, pag. 221 num. 575. — Quellen zur Gesch. der Stadt zur Wien I 1, pag. 181 num. 859. — Pferschy, Urkundenbuch, pag. 162 num. 271.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 257, 258, 287, 289, 291, 292, 299 n. 106, pag. 303 n. 121, pag. 354, 372, 386 n. 396 (L1 3).

Scriba: P II 60 = fortasse magister Ulricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 42.
Dictator: magister Ulricus protonotarius.
In membrana lineae stilo ex transverso incisae exstant.
Vide: II. 1 a, P.O. II., magister Ulricus protonotarius (Q).

Nos Otackharus, dei gratia Boemie[a] rex, dux Austrie et Styrie ac marchio Moravie, scire || volumus presentium quoslibet noticiam habituros, quod ad comodum[b] et labores sive expensas, || quas faciebant religiosi de Linvelde singulis annis pro repetendis duobus talentis ab || urbara[c] nostra a domino L.,[1] felicis memorie quondam duce Austrie,[2] ad lumen altaris sancti Andree apostoli deputatis, ammodo evitandas, ipsis in remedium anime nostre hanc gratiam duximus faciendam, quod redditus eorumdem duorum talentorum, quos de nostra urbara[c] apud Chrems recipere consueverunt, percipere debeant de duabus curiis Salczburgensibus, quarum una solvit decem solidos et alia, que spectat ad sanctum Petrum, sex solidos perpetuo absque inpedimento quolibet libere et quiete. In cuius rei testimonium et perpetue memorie firmitatem monasterio et religiosis in Linvelde presens porrigimus instrumentum nostrorum sigillorum munimine roboratum testibus, qui aderant, subnotatis, qui sunt: Otto camerarius de Perhttolczdorf, Otto in Foro

camerarius Austrie, Paltrammus comes camere nostre, Otto iudex Wiennensis, Hermannus notarius noster et alii plures fidedigni. Actum in Praga anno Domini M°CC°LX°VII° et datum ibidem per manus magistri Vlrici, nostri notarii, plebani de Hartperch, III° ydus decembris.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis viridis, flavi et rubri coloris paulum laesum atque conservatione integratum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

532. [a]) ‚Boẽm' *A.* — [b]) *Ita A.* — [c]) *Voci uncus superponitur A.*

[1]) *Leopoldo.* — [2]) *Anno 1230 defuncto.*

533.

Bruno, episcopus Olomucensis, membris capituli ecclesiae sancti Mauricii in Kroměříž facultatem dat, ut canonicos ad praebendas et decanum de gremio suo libere eligere possint, collationem praepositurae in eadem ecclesia sibi et successoribus suis reservans.

In Kroměříž 1267 dec. 13.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. F I a 3) asservatur (A). — Apographum insertum est vidimationis chartae Johannis, officialis episcopi Olomucensis, in Olomouc 1388 nov. 1 datae (CDM XI, pag. 439 num. 521), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum in SAR Olomouc (archivum cap. Olomucensis, sign. A I d 1) asservatur (B). — Alterum apographum insertum est vidimationis chartae Donaldi, abbatis Scotorum Viennensium, Viennae 1392 maii 21 datae (CDM XII, pag. 70 num. 85), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. A I d 11) asservatur (C). — Simplex apographum saec. XV. exstat in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis chart. ibidem (sign. E I 28) asservato, fol. 26—26' num. 41 (D).

Ed: CDM III, pag. 411 num. 406 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 222 num. 577. — Kobliha, Urkundensammlung, pag. 59 (ex A—D).
Lit: Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 689 num. 42 (notae in tergo chartae). — KK, pag. 368.

Scriba: B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.
Dictator: Conradus, notarius episcopi.
Sub membrana replicata in margine sinistro scriba chartae (Conradus, notarius episcopi) pennam probans „hndum hn̄du" *scripsit.*
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (GGG), Conradus notarius (RR), 3, Kroměříž, ecclesia capitularis (B).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis eternam in Domino salutem. Cupien‖tes, quod ea, que per nos deliberatione pia et provida statuuntur, firma semper et illibata persistant ac per scripti memoriam ‖ ad futurorum noticiam perducantur, tenore presentium notum facimus, quod dilectis in Christo capitulo ecclesie sancti Mauricii in ‖ Cremeser, nostre diocesis, quam nos cepimus edificare de novo, in ipsa creando prebendas, ut per se deinceps ad prebendas easdem canonicos et decanum de gremio ipsius ecclesie libere possint eligere, plenam

damus et concedimus facultatem; ita quod canonici omnes conveniant et debitam observent formam secundum canonum statuta in electionibus huiusmodi celebrandis.[1] Collationem vero prepositure in eadem ecclesia Cremeserensi nobis et nostris successoribus reservamus; et est Olomucensis ecclesie canonico et non alterius ecclesie, dum vacaverit, conferenda. In cuius rei testimonium et evidentiam ac memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Datum in Cremeser idus[a] decembris,[b] anno Domini M°CC°LX°VII.[b]

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, in filis sericis rubri coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

---

533. *[a]) Ita A; vox in loco raso scripta est. — [b-b]) Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) Vide Decr. Gregor. IX., 1. 6 (Friedberg I, col. 48 ss).

534.

Clemens IV. papa [Brunoni], episcopo Olomucensi, curare iniungit, ne thelonearii sui Olomucensis civitatis et dioecesis de rebus usui fratrum hospitalis [s. Johannis] Hierosolymitani deputatis quicquid exigant.

Viterbii [1267] dec. 21.

Duo autographa in membrana scripta, primum in archivo (bibliotheca) in La Valleta (Malta) (sub sign. nobis ignota), alterum in SÚA Pragae (archivum magni prioratus Melitensium, sign. Jo XXVIII, Bully č. velkopřevorství num. 84) asservantur (A 1, A 2).

Ed: Delaville, Cartulaire III, pag. 168 num. 3287 (ex A 1 seu A 2).
Reg: CDM V, pag. 253 num. 40 (ad a. 1268). — Potthast II, pag. 1627 num. 20196.

In autographo A 2 hae notae legentur: in marginis superioris medio „c̄ ul G̃“, inferius (super voce „Olomucēn“) vestigia vocis cuiusdam; sub charta replicata sinistrorsus in prima linea „..ṣ“ in altera „Bpm“, in charta replicata dextrorsus „plR“; in tergi chartae parte superiore signum ‚+‘; quae omnia in circulo cancellariae apostolicae videntur esse scripta. In tergo chartae inferius manu saec. XIII.—XIV. destinatarii scriptum legitur: „Libertas super collectis et theoloniis“ *(K).*

Textum A 1 nec inspicere nec imaginem phototypicam eius acquirere potuimus, quapropter solummodo autographi A 2 in editione nostra usi sumus.

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri ..,[1] episcopo Olomucensi,[a] salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii, ..[2] magister et fratres hospitalis Ierosolimitani[b] || petitione monstrarunt, quod, licet felicis recordationis Innocentius papa IIII., predecessor noster,[3] universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis || et aliis ecclesiarum prelatis suis dederit[c] litteris in preceptis, ut

universis parrochianis eorum sub interminatione anathematis prohibere curaret,[d] ne a prefatis || magistro et fratribus vel eorum hominibus de victualibus, vestimentis, pecudibus seu de aliis rebus eorundem magistri et fratrum usibus deputatis pedagium, vendam, passagium, caucagium[e] seu aliam quamlibet consuetudinem exigere vel extorquere presumerent, et illos, qui contra prohibitionem suam venirent, ut a presumptione huiusmodi monitione premissa non differrent[f] per excommunicationis sententiam coercere et in terris eorum, si quas haberent, omnia ecclesiastica sacramenta preter baptisma[g] parvulorum et penitentias morientium ministrari nec non et divina officia celebrari appellatione postposita prohiberent.[4] Nichilominus tamen thelonearii tui et alii etiam ad colligendam[h] huiusmodi thelonea deputati Olomucensis civitatis et diocesis de victualibus, vestimentis, pecudibus et rebus aliis eorumdem magistri et fratrum usibus deputatis pedagium, vendam, passagium, caucagium[e] et alias consuetudines ab eisdem magistro et fratribus et eorum hominibus contra prohibitionum[i] predictarum tenorem exigere ac extorquere presumunt et, si fratres vel homines predicti exactiones huiusmodi eis exhibere nolunt, prout etiam nec tenentur, thelonearii et collectores predicti ipsos compellunt ad solvendum eis certam summam pecunie nomine pene per detentionem pignorum et captionem personarum pro sue libito voluntatis. Quare dicti magister et fratres super hoc petierunt sibi de benignitate sedis apostolice provideri. Quocirca fraternitati tue[k] apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, thelonearios et collectores predictos, quod ab huiusmodi presumptione omnino desistant, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota previa ratione compellas. Datum[l] Viterbii XII kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno tertio.[l]

Bulla: Clementis IV. papae in filis cannabinis illaesa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533 typ. II.

---

534. [a]) *Prima littera ‚O' in loco raso scripta est, super ‚u' titulus erasus exstat in A 2.* — [b]) ‚Ierlmitân' *A 2.* — [c]) *Littera ‚t' in loco raso scripta est in A 2.* — [d]) *Ita pro* ‚curarent' *in A 2.* — [e]) *In secunda syllaba ‚c' ex ‚t' videtur esse atramento obscuriore manu correctoris correctum in A 2.* — [f]) *Scriba primum* ‚diferrent' *scripsit; manu correctoris ‚i' erasum et ‚if' atramento obscuriore additum est in A 2.* — [g]) ‚bapt' *in loco raso manu correctoris atramento obscuriore scriptum est in A 2.* — [h]) *Ita pro* ‚colligendum' *A 2.* — [i]) *Littera ‚u' manu correctoris atramento obscuriore scripta est in A 2.* — [k]) *Vox* ‚per' *videtur deesse in A 2.* — [l]) *Verbis competenter distentis, ut ultima linea expleretur; scriptum est in A 2.*

[1]) *Brunoni.* — [2]) *Nomen ignoramus.* — [3]) *Anno 1254 defunctus.* — [4]) *Nonnullae litterae (vide in Delavillo) in censum venire possunt.*

535.

Poto dictus Petřík de Mšené formam concordiae factae in causa, quae vertebatur inter ipsum ex parte una et Jacobum praepositum, Vitum decanum totumque capitulum Pragensis ecclesiae ex parte altera, conscribi petit.

— 1267 —.

Autographum in membrana scriptum in archivo arcis Pragensis Pragae (archivum cap. Pragensis, sign. II 25) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 223 num. 580. — Eršil—Pražák, Katalog, pag. 27 num. 52 (ex A).
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 160. — Dušková, Česká listina 2, pag. 196, 204. — Šebánek—Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 95—97 (Přísnobor notarius scriba et dictator chartae). — Šebánek, Urkundenwesen, pag. 309—310 (idem) (M).

In tergo chartae manu saec. XIV. seu XV. (registratoris Pragensis ecclesiae) „R[a] Ih" *scriptum legitur.*

Scriba: Přísnobor, quondam Přemysli Otakari II. notarius (P II 48), tunc scholasticus ecclesiae Pragensis. Cf. Exempla script. num. 1 a, 29.
Dictator: Přísnobor, scholasticus Pragensis, destinatarii notarius.
Vide: II. 1 a, Přísnobor (H), 3, Praga, ecclesia capitularis (N), 4, De chartae apud nobiles usu (UUU).

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod ego Poto dictus Petricus de Mseni in causa, que vertebatur || inter me ex una parte super puteis ad nostram villam Podole spectantibus et I.[1] prepositum, W.[2] decanum totumque || capitulum Pragense super villa obediencie dicta Wirbiche,[a] quam tunc temporis dominus Thobias de Benesow, canonicus eiusdem || ecclesie, possidebat,[3] concordavimus per honorabiles viros magistrum Sulizlaum de domo Templi et Zbrazlaum de Predbor sub hac forma, quod[b] pauperes de Wirbiche usum puteorum cum meis hominibus tantum de Podole proxima villa habeant et silvam, que fuit estimata[c] ad quinque iugera, dictum capitulum mihi et heredibus meis darent imperpetuum possidendam, ita quod nec ego, nec mei heredes pro usu aque ab hominibus de Wirbiche aliqua servitia vel exactiones debeant extorquere. In cuius rei testimonium et maiorem certitudinem habendam presentem paginam conscribi petivi et sigillis dominorum Andree, summi camerarii, et Olrici, purcrawii Pragensis, et Iarosii baronis communiri.[d] Acta sunt hec anno Domini M°CC°LX°VII° presentibus hiis testibus: Wikel de Martinawecz, Bechlino de Bacow, Sdata de Retchinawez, Petro de Positowich, Predzlao[e] de Budezostich, Predborio de Rathcinawez, Choteborio de Gimlina, Borihnew de Chmelni, Zbrazlao cum filio suo Chotevoyo de Predbor[e] et aliis quam pluribus.

Sigilla: in filis sericis rubri, viridis et flavi coloris appendent seu appendebant; 1) Andreae, summi camerarii, valde laesum. Cf. Sigilla num. 4 a, 1; 2) avulsum et deperditum est; 3) Ulrici, burggravii Pragensis, valde laesum. Vide Sigilla num. 4 a, 10.

---

535. *a)* ‚Wirbich' *A.* — *b) Littera* ‚q' *ex* ‚l' *radendo videtur esse corr. in A.* — *c) Loco litterae* ‚s' *scriba primum litteram* ‚x' *scribere coepit, quam in* ‚s' *correxit in A.* — *d)* ‚muniri' *A.* — *e)* ‚d' *ex* ‚b' *corr. est in A.*

[1]) *Jacobum.* — [2]) *Vitum.* — [3]) *Thobias 1241—1260 praepositus Pragensis erat; anno 1260 adhuc vivus commemoratur. FRB II, pag. 297.*

536.

Jacobus praepositus, Vitus decanus totumque capitulum Pragensis ecclesiae formam concordiae factae in causa, quae vertebatur inter ipsos ex parte una et Potonem dictum Petřík de Mšené ex parte altera, conscribi faciunt.

— 1267 —.

Autographum in membrana scriptum in archivo arcis Pragensis Pragae (archivum cap. Pragensis, sign. II 24) asservatur (A).[1]

Imago phototypica: Eršil — Pražák, Katalog, tab. 2.
Reg: Eršil—Pražák, Katalog, pag. 27 num. 51 (ex A).
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 160. — Dušková, Česká listina 2, pag. 196, 204. — Šebánek—Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 95—97 (Přísnobor scriba et dictator chartae). — Šebánek, Urkundenwesen, pag. 309—310 (idem) (N).

In tergo chartae manu saec. XIV. seu XV. (registratoris Pragensis ecclesiae) „R[ta] I h" *scriptum legitur.*

Scriba: Přísnobor, quondam Přemysli Otakari II. notarius (P II 48), tunc scholasticus ecclesiae Pragensis. Cf. Exempla script. num. 1 a, 29.
Dictator: Přísnobor, scholasticus Pragensis, editoris chartae notarius, qui verba chartae num. 535 repetit, quae (quoad etiam verborum ordo servatus mansit) typis minoribus exprimuntur.
Vide: II. 1 a, Přísnobor (I), 3, Praga, ecclesia capitularis (O), 4, De chartae apud nobiles usu (VVV).

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos I.[2] prepositus, W.[3] decanus totumque || capitulum Pragensis ecclesie in causa, que vertebatur inter nos ex una parte super puteis ad nostram villam || Wirbiche spectantibus et dominum Pottonem dictum Petricum de Mseni in contrarium proponente, concordavimus || per* magistrum Zulizlaum de domo Templi et Zbrazlaum de Predbor sub hac forma, quod dominus P. silvam ad nostram villam spectantem, que fuit estimata ad quinque iugera, iure hereditario possideret et nostri pauperes cum vicinis pauperibus iam dicti P. tantum de villa dicta Podole proxima usum puteorum sine quibuslibet iniuriis seu exactionibus haberent imperpetuum, ita quod nec ipse, nec sui heredes dictam concordiam seu ordinationem ullatenus violarent. Et ut hec permutatio seu compositio[a] inviolabilis perseveret, presentem paginam conscribi fecimus et nostre ecclesie sigillo roborari. Acta sunt hec anno Domini M° CC° LX° VII° presentibus hiis testibus, quorum nomina subscribuntur: Wikel de Martinawez, Bechlin* de Bachow, Sdata de Ratchinawez, Petrus de Positowich, Predzlaus de Budehoztich, Predbor* de Rathcinawez, Chotebor* de Gimlina, Borihnew de Chmelni, Zbrazlaus cum filio suo Chotiwogio de Predbor[b] et alii* plures.

Sigillum: ecclesiae Pragensis in filis sericis rubri, viridis et flavi coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 3, 47.

---

536. [a]) ‚ɔpositio' *A.* — [b]) *Littera* ‚d' *ex* ‚b' *corr. est in A.*

[1]) *Autographum chartae, quod destinatarius eius (Poto) aperte nullius pretii esse existimabat, in archivo ecclesiae Pragensis (editoris eius) repositum est, ubi etiam mansit.* — [2]) *Jacobus.* — [3]) *Vitus.*

537.

Otto, civis Olomucensis, iure duorum laneorum in Topolany ad manus Roberti, abbatis monasterii [Klášterní] Hradisko, resignato se sub condicionibus expresse nominatis unum laneum in Řepčín a dicto abbate in possessionem accepisse protestatur.

[In Olomouc] 1267 —.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. I 7) asservatur (A). — Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 36—37 num. 43 (B). — Aliud apographum exstat in fragmento mnscri chart. saec. XVIII.* „Varia memorabilia" *intitulati, qoud ad M. Siebenaicheri Historiam, cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, agglutinatum est, fol. 286' (C).*

Ed: CDM III, pag. 410 num. 405 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 223 num. 581. — Šebánek, Archivy, pag. 38 num. 219 (ex A).
Lit: Teige, Zpráva, pag. 51 (corr. lectiones Ant. Boček). — KK, pag. 367—368. — Šebánek, Česká listina 3, pag. 136—137.

Scriba: ignotus, destinatarii verisimiliter proprius.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Charta parte replicata caret.
Vide: II. 3, Kl. Hradisko (F), 5, De chartae apud civitates usu (KK).

Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

Deperire potest[a] omnis humana promissio, que firmari non videtur robore literarum. Pateat igitur universis tam presentibus quam futuris presentem ‖ notulam inspecturis, quod ego Otto, humilis civis Olmucensis,[b] una cum filiis meis[2] omne ius, quod in bonis duorum laneorum in Thopolan[c]‖ videbar habere, sub testimonio proborum virorum, civium Olmucensium,[b] primo Stephani, tunc advocati, deinde Heyczonis de Noua Ciuitate, Conradi, ‖ Pertoldi, Sdizlai ad manus venerabilis domini R.,[3] abbatis Gradicensis, et conventus totaliter resignavi. Quare idem venerabilis dominus R., abbas Gradicensis, considerans me sibi et ecclesie sue plurima servicia inpendisse et posse inpendere, ratione dictorum bonorum in Thopolan unum laneum in villa nominata Repsin mihi contulit quiete ac pacifice perpetuo possidendum; ita tamen, quod, si filii mei post terminos vite mee ad serviendum dicte ecclesie fuerint minus apti aut ipsorum servicium non placuerit, non tantum ipsi filii mei, verum eciam alii, qui dicti lanei possessores extiterint, sepe dicto domino R. abbati et suis successoribus tres fertones argenti in festo beate Valpurgis[4] solvere teneantur, tres vero presentas,[d] que visitationes vocantur, scilicet in Nativitate Domini[5] IIII^{or} pullos, in Pasca XL[a] ova, in Penthecosten IIII^{or} caseos,[e] quorum quivis IIII^{or} denarios valeat, singulis annis reddere non obmittant salvis collectis. Si vero me aut filios meos nominatum laneum[f] vendere contigerit, de voluntate ipsius domini R. abbatis et suorum successorum talibus tenemur vendere, qui sibi boni ac utiles videantur, Et ut hoc factum permaneat illibatum, presentem litteram duorum sigillorum munimine, meo videli-

cet ac ecclesie[g] Olmucensis,[h] roboravi. Huius rei testes sunt hii: frater Budis tunc prior, Cornelius suprior,[i] Matheus, Florencius, Vrbanus, Heyricus Caluuus, Voyzlaus custos, Anthonius, Michael, Valerianus,[k] Heyricus kamerarius, sacerdotes; de ordine vero fratrum Predicatorum frater Chualko tunc prior et frater Lucianus lector, cives autem Olmucenses,[h] primo Stepanus tunc advocatus, deinde Heyczo de Noua Ciuitate, Conradus, Pertoldus, Sdizlaus. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LX°VII°.

Sigilla: in scidulis membranaceis per inferiorem marginem chartae traiectis appendent seu appendebant; 1) nunc avulsum et deperditum est; 2) civitatis Olomucensis[g] laesum appendet. Vide Sigilla num. 5, 6.

---

537. [a]) ‚p̄' *A.* — [b]) ‚Olm̄c' *A.* — [c]) *Sequitur locus rasus latitudinis 2—3 litterarum in fine lineae in A.* — [d]) *Ita pro* ‚presentatas' *in A.* — [e]) *Syllaba* ‚ca' *obscuriore atramento scripta est in A.* — [f]) ‚l.' *A.* — [g]) *Ita in A pro* ‚civitatis', *vide superius sub Sigilla.* — [h]) ‚Olm̄cn' *A.* — [i]) *Ita A.* — [k]) *Cum titulo superfluo in A.*

[1]) *Charta utique in Olomouc videtur esse data.* — [2]) *Nomina ignoramus.* — [3]) *Roberti.* — [4]) *Maii I.* — [5]) *Dec. 25.* — [6]) *Cf. superius notam g.*

538.

Clemens IV, papa [Přemyslo Otakaro II.], regi Bohemiae, concedit, ut, si terram Lettoviae de manibus inimicorum suo ministerio eripi contigerit, in illa regni solium erigere valeat.

Viterbii [1268] ian. 20.

Duo autographa in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum Coronae regni Bohemiae, sign. num. 13, 12) asservantur (A 1, A 2). — Apographum[1] exstat in Clementis IV. registris in archivo secreto Vaticano asservatis (Reg. Vat. 32), fol. 189 ep. 139 (R).

Ed: Raynaldus, Annales 14, pag. 150 § 46 (ex R, ad a. 1267). — Balbín, Miscellanea, dec. I, lib. VI. 2, pag. 86 num. 7 (ex Raynaldo, erronee ad a. 1262). — Ibidem dec. I, lib. VIII, pag. 16 num. 17 (ex Raynaldo, ad a. 1267). — Lambacher, Österreichisches Interregnum, pag. 48 num. 34 (ex Balbíno, ad a. 1267). — CD Prussicus I, pag. 161 num. 156 (ex apogr. saec. XIX. ex R desumpto). — CDM III, pag. 390 num. 387 (ex Raynaldo atque Balbíno l. VIII, ad a. 1267). — CDM V, pag. 249 num. 35 (ex Balbíno l. VIII, ad a. 1264, editor litterarum Urbanus papa nominatur). — Theiner, Vet. monum. Pol. I, pag. 79 num. 151 (ex R). — Philippi, Preußisches UB I. 2, pag. 197 num. 279 (ex R nec non ex apographo in CD Prussico commemorato). — ACRB I, pag. 21 num. 12 (ex A 1, A 2).
Reg: Palacký, Reise, pag. 41 num. 312 (ex R et A 1 seu 2). — CDM VII, pag. 769 num. 132 (ex CD Prussico, ad ian. 30). — Daniłowicz, Skarbiec, pag. 113 num. 217 (extractus textus Polonice praebetur). — Reg II, pag. 170 num. 438 (ad 1264 ian. 20, editor litterarum Urbanus IV. nominatur), pag. 228 num. 593 (omnia recte intelliguntur). — Potthast II, pag. 1481 num. 18217 (ad a. 1262, editor litterarum Urbanus IV. nominatur), pag. 1522 ad num. 18785 (ad a. 1264, editor litterarum Urbanus IV. nominatur), pag. 1629 num. 20229 (omnia recte intelliguntur). — Perlbach, Preußische Regesten, pag. 209 num. 769. — RI V. 2, pag. 1443 num. 9271 (ad a. 1262, editor litterarum Urbanus IV. nominatur), pag. 1503 num. 9859 (omnia recte intelliguntur). — Jordan, Les registres, App. IV, pag. 193 num. 570 (ex R). — Koss, Archiv, pag. 17 num. 13 (ex A 2, A 1, R). — Haas, Archiv Č. Koruny, pag. 4 num. 12, 13 (ex A 2, A 1).
Exstant quidem nonnulla opera antiquiora, in editionibus suprascriptis commemorata, quae omittimus.
Lit: Novotný I. 4, pag. 161. — KK, pag. 347. — Hledíková, Prokurátoři, pag. 89.

In A 1: in chartae margine superiore sinistro ‚R', paulo dextrorsus tres litterae duabus lineis cassatae, in medio „Rex", sub chartae replicatae parte sinistra ‚V' inferius „Bpu." seu „Rpn.", in chartae replicatae parte dextra „B. comes." in chartae tergo in medio margine superiore bis „Guills", inferius signum registratoris ‚R' in eodem „scpt", dextrorsus „cap° C XXX° VIIII" legitur. Quae omnia in circulo cancellariae apostolicae videntur esse scripta.
In A 2: In medio margine superiore locus rasus apparet; sub chartae replicatae parte sinistra ‚V' in chartae replicatae parte sinistra „Ro.", in chartae tergo in medio margine superiore bis „Guills" legitur; quae omnia in circulo cancellariae apostolicae videntur esse scripta.

Ex R, quorum imagine phototypica a v. d. G. Batttelli nobis benignissime transmissa usi sumus, solummodo verborum lectiones varias, non autem orthographicas, respeximus.

: Clemens :[a] episcopus, servus servorum dei, carissimo in Christo filio ..,[2] regi Boemie illustri, salutem et apostolicam benedictionem.[a] In tui magnificentia culminis mater[b] ecclesia || quam plurimum delectatur, dum intentis et devotis studiis elaboras statum magnificare[c] fidelium et procurare christiane religionis augmentum. Hoc igitur providentia sedis apostoli||ce[d e] digne considerans, tibi per suas litteras olim dicitur concessisse, ut terras, quas de manibus Litvanorum[f] et aliorum infidelium, si tamen Tartaris vel aliis christiani nominis inimi||cis[g] se, prout[h] ferebatur, dampnabiliter copularant, eriperes, illis dumtaxat exceptis, que ad dilectos filios ..[3] magistrum et fratres hospitalis sancte Marie Theutonicorum[i] vel ad alios Christi fideles pertinebant, ad manus tuas libere posses ac licite retinere.[4] Unde cum, sicut asseris, signo vivifice[k] crucis assumpto, proponas in brevi favente divina clementia extento potentie tue[l] brachio procedere contra illos ac tandem in finibus locorum, que predictis infidelibus remanere contigerit, magnum constituere presidium bellatorum ad infidelium eorundem[m] locorum populum saltem per vexationis angustias ad caulam Domini reducendum,[5] nos zelum tue devotionis, qua circa cultum orthodoxe fidei ampliandum fervere dinosceris,[n] tuumque pium in hac parte propositum, utpote laude dignum, multipliciter in Domino commendantes et intendentes te prosequi favoris gratia plenioris, regiis supplicationibus inclinati, de fratrum nostrorum consilio presentium tibi auctoritate concedimus, ut, si terram Letowie, de qua predicte sedis auctoritate regnum extitit constitutum, presidente illi clare memorie Mindota, qui post receptum baptismatis sacramentum auctoritate apostolica coronatus in regem,[6] fuit tandem a quibusdam perditionis filiis crudeliter interfectus,[7] de manibus inimicorum tuo ministerio eripi Domino prestante contigerit, in illa regni solium, sicut prius, erigere libere valeas ac illius regimini personam fidelem et ecclesie Romane devotam preficere, prout bono statui fidelium et augmento catholice fidei videris utilius expedire. Nolumus tamen per hoc predictis magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum quoad terras, bona et iura, spectantia ad eosdem, sive ea teneant sive ab aliis etiam infidelibus teneantur, in aliquo preiudicium generari. Nulli ergo[o] [8] ... nostre concessionis ... contraire. [8] Si quis autem ... incursurum.[o] [8] Datum[p] Viterbii XIII kalendas februarii, pontificatus nostri anno tertio.[p]

Bulla: Clementis IV. papae in A 1, A 2 in filis sericis flavi et rubri coloris illaesa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533 typ. II.

538. [a-a] ‚Regi Boemie illustri' *R.* — [b] ‚ma‖ter'; *finis primae lineae in A 2.* — [c] *Altera littera* ‚a' *in loco raso scripta est in A 1.* — [d] *Super littera* ‚p' *locus rasus apparet in A 1.* — [e] *Post vocem finis secundae lineae in A 2.* — [f] *Littera* ‚i' *per rasuram ex* ‚a' *corr. est in A 1.* — [g] *Littera* ‚c' *in loco raso atramento obscuriore corr. est in A 1.* — [h] *Finis tertiae lineae in A 2.* — [i] *Prima littera* ‚o' *ex* ‚u' *fortasse per rasuram videtur esse correcta in A 1.* — [k] ‚vivice' *legitur in A 1.* — [l] *Post vocem locus rasus apparet in A 1.* — [m] *Littera* ‚n' *per rasuram ex* ‚m' *corr. est in A 1.* — [n] *Inter* ‚i' *et* ‚n' *littera* ‚g' *videtur esse erasa in A 1.* — [o-o] ‚nostre concessionis etc.' *R.* — [p-p] *Verbis competenter distentis, ut ultima linea expleretur, scriptum est in A 1, A 2;* ‚Datum Viterbii XIII. kalendas februarii, anno III[o]', *legitur in R.*

[1]) *Ex A 1 confectum; vide superius notas in tergo chartae.* — [2]) *Přemyslo Otakaro II.* — [3]) *Annonem de Sangerhausen.* — [4]) *Vide litteras Urbani IV. papae apud Urbem Veterem [1264] iun. 4 datas (num. 413).* — [5]) *Rex post dec. 11 anni 1267 iter ad expeditionem arripuit.* — [6]) *Anno 1253.* — [7]) *Anno 1263.* — [8]) *Vide CDB II, pag. 46 num. 53.*

539.

Clemens IV. papa [Přemyslo Otakaro II., regi Bohemiae], qui contra infideles, fratres [domus] hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Prusciae partibus affligentes, profecturus petiit, ut de terris subiciendis metropolis statueretur et Olomucensis ecclesia archiepiscopali dignitate praesigniretur, respondet se votis eius sine praeiudicio ecclesiae Maguntinae annuere non posse, sed super his provisurum esse, prout expedire viderit.

Viterbii [1268] ian. 20.

Apographum exstat in Clementis IV. registris in archivo secreto Vaticano asservatis (Reg. Vat. 32), fol. 189[v] ep. 141 (R).

Ed: CD Prussicus I, pag. 160 num. 155 (ex quodam apographo saec. XIX.). — CDM IV, pag. 1 num. 1 (ex R). — Theiner, Vet. monum. Pol. I, pag. 79 num. 152 (ex R). — Rodenberg III, pag. 692 num. 670 (ex R). — Philippi, Preußisches UB I. 2, pag. 196 num. 278 (ex Rodenbergo). — Pferschy, Urkundenbuch, pag. 166 num. 280 (ex R).
Reg: Palacký, Reise, pag. 41 num. 313 (ex R). — Woelky-Saage, Codex dipl. Warmiensis, pag. 30 num. 115. — Daniłowicz, Skarbiec, pag. 113 num. 216 (extractus textus Polonice praebetur). — Reg II, pag. 229 num. 594. — Potthast II, pag. 1629 num. 20230. — Perlbach, Preußische Regesten, pag. 209 num. 770. — RI V. 2, pag. 1503 num. 9860. — Jordan, Les registres, App. IV, pag. 193 num. 572 (ex R). — Martin, Regesten, pag. 68 num. 518.
Exstant quidem nonnulla opera antiquiora in editionibus suprascriptis commemorata, quae omittimus.
Lit: Novotný I. 4, pag. 162.

Dictator: ad verba litterarum num. 538 alludit, quae typis minoribus expressimus.
Imagine phototypica R a v. d. G. Battelli nobis benignissime transmissa usi sumus.

Eidem.[a] [1] Significavit nobis regia celsitudo, quod tu in brevi contra infideles in Galandia, Getuesia, Letowia et aliis adiacentibus provinciis existentes, qui dilectos filios, fratres hospitalis sancte Marie Theutonicorum et alios Christi fideles in Pruscie partibus constitutos incessanter affligunt, iuxta conventionem inter te ac fratres ipsos habitam[2] proponis in manu forti procedere ac illos divina favente clementia convertere ad cultum fidei christiane,[3] quodque venerabilis frater noster . .,[4] Olomucensis episcopus, signo vivifice

crucis assumpto tecum se conferre proponit ad ipsum negotium fidei promovendum.[5] Quare nobis devota precum instantia supplicasti, ut, cum in regno Boemie, marchionatu[b] Morauie, Austrie ac Stirie ducatibus tibi subiectis nulla sedes archiepiscopalis existat, licet antiquitus in Morauia sedes huiusmodi fuisse dicatur, venerabili fratri nostro . .,[6] archiepiscopo Salzeburgensi, committere curaremus, ut si dictas Letowiam, Galandiam et Getuesiam vel ex eis tantum de predictorum infidelium manibus eripi Domino permittente contingeret, quod possit exinde metropolis statui congruenter, Olomucensem ecclesiam archiepiscopali dignitate presignire curaret ac alias in terris eisdem ecclesias erigeret cathedrales, que ipsi Olomucensi ecclesie tanquam metropolitane subessent.[7] Profecto, fili carissime, tuum in hac parte desiderium, quod ex zelo magne devotionis prodire percipimus, dignis in Domino laudibus commendamus.[c] Sed quia dicta Olomucensis ecclesia subiecta est, sicut te ignorare non credimus,[d] Maguntine,[e] votis tuis super hoc annuere sine ipsius ecclesie Maguntine[f] preiudicio nequiremus. Nichilominus autem propter hoc in tam laudabili proposito non tepescas, quinimmo prosequens fortitudinis spiritum, quem assumpsisse videris, contra prefatos infideles sperans de superne clementie virtute procedas. Nam si fuerit tibi ex alto permissum, quod de predictis terris tantum conquirere valeas, quod ad statuendum metropolim sufficere dinoscatur, super hiis providere curabimus, prout tuis iustis desideriis congruere ac utilitati partium illarum viderimus expedire. Datum Viterbii XIII kalendas februarii, anno III°.

---

539. *a) Superscriptio alio atramento scripta est in R.* — *b)* ‚marchiatu' *R.* — *c)* ‚mendamus' *R.* — *d) Vox in margine alio atramento addita est in R.* — *e)* ‚Maguntin', *altera littera* ‚n' *addita videtur esse in R.* — *f)* ‚Magúntin' *R.*

[1]) *Scilicet* [Přemyslo Otakaro], regi Boemie illustri', *in R enim his litteris litterae num. 541, 538 praecedunt, quarum destinatarius rex Bohemiae est.* — [2]) *Vide num. 514, 542.* — [3]) *Rex post dec. 11 anni 1267 iter ad expeditionem arripuit.* — [4]) *Bruno.* — [5]) *Cf. num. 526 n. 2.* — [6]) *Vladislao.* — [7]) *Supplicationem ignoramus.*

540.

Clemens IV. papa [Brunoni], episcopo Olomucensi, proponenti cum [Přemyslo Otakaro II.], rege Bohemiae, contra barbaras nationes proficisci, concedit, ut, si terras expresse nominatas de manibus infidelium eripuerit, easdem interim in spiritualibus regere valeat.

Viterbii [1268] ian. 25.

Apographum exstat in Clementis IV. registris in archivo secreto Vaticano asservatis (Reg. Vat. 32), fol. 190 ep. 142 (R).

Ed: CDM IV, pag. 2 num. 2 (ex R). — *Theiner, Vet. monum. Pol. I, pag. 80 num. 153 (ex R).* — *Philippi, Preußisches UB I. 2, pag. 198 num. 280 (ex Theinero).*
Reg: Palacký, Reise, pag. 41 num. 314 (ex R). — *Reg II, pag. 229 num. 595.* — *Potthast II, pag. 1629 num.*

20239. — Perlbach, Preußische Regesten, pag. 210 num. 771. — Jordan, Les registres, App. IV, pag. 193 num. 573 (ex R).

Dictator ad verba litterarum num. 538 nec non 539 alludit, quae typis minoribus expressimus. Imagine phototypica R a v. d. G. Battelli nobis benignissime transmissa usi sumus.

. .,[1] episcopo Olomucensi.[a] Ad exercendum opus dominicum, videlicet catholice fidei negotium promovendum, tanquam vir magnanimus et devotus exurgens proponis, sicut accepimus, una cum carissimo in Christo filio nostro . .,[2] illustri rege Boemie, contra barbaras nationes, inimicas eiusdem fidei, vivifice crucis assumpto signaculo proficisci.[3] Unde, cum eidem regi per apostolicas litteras duxerimus sub certa forma inter alia concedendum, ut si terras Galandie et Getuesie de manibus eorumdem infidelium per potentiam dicti regis eripi Domino permittente contigerit, idem rex possit illas ad manus suas libere* ac licite retinere;[4] nos dicti regis supplicationibus annuentes,[5] fraternitati tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, presentium auctoritate concedimus, ut terras easdem, cum fuerint deo propitio taliter acquisite, valeas in spiritualibus regere, dirigere ac earum nationes doctrinis salubribus informare, sine iuris preiudicio alieni, donec super hiis duxerimus aliter providendum. Nulli ergo nostre concessionis etc.[6] Datum Viterbii VIII kalendas februarii, anno III°.

---

540. [a]) *Superscriptio alio atramento scripta est in R.*

[1]) *Brunoni.* — [2]) *Přemyslo Otakaro II.* — [3]) *Cf. num. 526 n. 2.* — [4]) *Vide num. 538.* — [5]) *Supplicationes ignoramus.* — [6]) *Vide CDB II, pag. 46 num. 53.*

541.

Clemens IV. papa [Přemyslo Otakaro II.], regi Bohemiae, indulget, ut terras, quas de manibus infidelium eripuerit, non solum ad manus suas retinere, sed etiam de ipsis libere absque fratrum [domus] hospitalis s. Mariae Theutonicorum praeiudicio disponere valeat.

Viterbii [1268] ian. 26.

Duo autographa in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum Coronae regni Bohemiae, sign. num. 15, 14) asservantur (A 1, A 2). — Apographum[1] exstat in Clementis IV. registris in archivo secreto Vaticano asservatis (Reg. Vat. 32), fol. 189[v] ep. 140 (R).

Ed: Theiner, Vet. monum. Pol. I, pag. 80 num. 154 (ex R). — Philippi, Preußisches UB I. 2, pag. 199 num. 281 (ex apogr. saec. XIX. ex R desumpto). — ACRB I, pag. 23 num. 13 (ex A 1, A 2).
Reg: Palacký, Reise, pag. 41 num. 315 (ex R et A 1 seu A 2). — Daniłowicz, Skarbiec, pag. 113 num. 216 (extractus textus Polonice praebetur). — Reg II, pag. 230 num. 596. — Potthast II, pag. 1630 num. 20246. — Perlbach, Preußische Regesten, pag. 210 num. 772. — RI V. 2, pag. 1504 num. 9866. — Jordan, Les registres, App. IV, pag. 193 num. 571 (ex R). — Koss, Archiv, pag. 17 num. 14 (ex A 1, A 2, R). — Haas, Archiv Č. Koruny, pag. 4 num. 14, 15 (ex A 2, A 1).

Lit: Novotný I. 4, pag. 161. — Hledíková, Prokurátoři, pag. 89.

In A 1: in chartae margine superiore sinistro, paulo dextrorsus nec non in medio eaedem notae atque in num. 538 (A 1) leguntur, sub charta replicata in parte sinistra „.⁵.", inferius „Rpm", in chartae replicatae parte dextra „Bpm" legi potest; in chartae tergo eaedem notae atque in num. 538 (A 1) leguntur. Quae omnia in circulo cancellariae apostolicae videntur esse scripta.
In A 2 sub chartae replicatae parte sinistra „.⁵.", in chartae replicatae parte dextra :A·S·", in chartae tergi marginis superioris medio bis „Gũills" legitur. Quae omnia in circulo cancellariae apostolicae videntur esse scripta.

Dictator: verba litterarum num. 538 repetit, quae typis minoribus expressimus.
Ex R, quorum imagine phototypica a v. d. G. Battelli nobis benignissime transmissa usi sumus, solummodo verborum lectiones varias, non autem orthographicas respeximus.

§ Clemens §[a] episcopus, servus servorum dei, carissimo in Christo filio .,[2] regi Boemie illustri, salutem et apostolicam benedictionem.[a] Ad ex‖tollendam fidei catholice[b] gloriam tanquam[c] princeps christianissimus studio devote mentis[d] intendens, obtinuisse diceris per apostoli‖cas[e] tibi litteras[e] indulgeri,[3] ut terras,[f] quas de manibus Litwanorum vel aliorum infidelium, si tamen ipsi Tartaris et aliis christia‖ni nominis inimicis essent, prout ferebatur, dampnabili[f] * federe copulati, per[g] tuam potentiam divine presidio maiestatis eriperes, posses ad manus tuas libere ac licite retinere, illis terris prorsus exceptis,[h] que ad dilectos filios*, fratres hospitalis sancte Marie Theotonicorum[i] seu quoscumque alios Christi fideles pertinere noscuntur, licet illas ad presens alii teneant etiam infideles. Nunc autem celsitudini[k] tue pleniorem gratiam fatientes,[l] ut terras easdem, taliter tue devotioni concessas, postquam per tuum ministerium deo propitio extiterint acquisite, non solum ad manus tuas[m] iuxta[m] prescriptam formam retinere libere valeas,[n] sed et de ipsis absque dictorum fratrum preiudicio disponere, prout tua discretio salubriter expedire viderit, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli[o] ergo ... contraire.[4] Si quis autem ... incursurum.[o 4] Datum[p] Viterbii VII kalendas februarii, pontificatus nostri anno tertio.[p]

Bulla: Clementis IV. papae in filis sericis flavi et rubri coloris, in A 1 laesa, in A 2 illaesa, appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533 typ. II.

---

541. [a–a)] ‚Eidem' *alio atramento scriptum legitur in R.* — [b)] ‚catho‖lice', *finis primae lineae in A 2.* — [c)] ‚tamquam' *A 2.* — [d)] *Ex* ‚meritis' *corr. est in A 1.* — [e–e)] ‚apostolicas litteras tibi' *legitur, sed verborum ordo signis reclamatoriis mutatus est in R.* — [f)] *Finis lineae in A 2.* — [g)] *Littera* ‚p' *in loco raso scripta est in A 1.* — [h)] *Littera* ‚s' *in loco raso scripta est in A 1.* — [i)] *Ex* ‚Theotucorũm' *corr. est in A 1.* — [k)] *Ultima littera* ‚i' *in loco raso scripta est in A 1.* — [l)] *Ita A 1,* ‚facientes' *legitur in A 2.* — [m–m)] *Verba in loco raso scripta sunt in A 1.* — [n)] *Ex* ‚valeat' *per rasuram corr. est in A 1.* — [o–o)] ‚Nulli ergo nostre concessionis etc.' *legitur in R.* — [p–p)] *Verbis competenter distentis scriptum est in A 1, verba* ‚pontificatus nostri' *desunt in R.*

[1]) *Ex A 1 confectum, vide superius notas in tegro chartae.* — [2]) *Přemyslo Otakaro II.* — [3]) *Vide num. 538 n. 4.* — [4]) *Vide CDB II, pag. 46 num. 53.*

542.

Clemens IV. papa contestationem a Přemyslo Otakaro II., rege Bohemiae, qui in Prusciam potenti manu disponeret proficisci, magistro et fratribus [domus] hospitalis s. Mariae Theutonicorum factam confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Viterbii [1268] ian. 31.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Coronae regni Bohemiae, sing. num. 16) asservatur (A).[1] *— Apographum*[2] *exstat in Clementis IV. registris in archivo secreto Vaticano asservatis (Reg. Vat. 32), fol. 192[v] ep. 144 (R).*

Ed: CD Prussicus I, pag. 162 num. 157 (ex apogr. saec. XIX. ex R desumpto). — Woelky-Saage, Codex dipl. Warmiensis I, pag. 89 num. 51 (ex CD Prussico). — Theiner, Vet. monum. Pol., pag. 81 num. 155 (ex R). — ACRB I, pag. 24 num. 14 (ex A et (haud consequenter) ex R).
Reg: Palacký, Reise, pag. 41 num. 316 (ex R et A). — Böhmer, Add. sec., pag. 442 num. 189 (nota). — Daniłowicz, Skarbiec, pag. 114 num. 218 (extractus textus Polonice praebetur). — Woelky-Saage, Codex dipl. Warmiensis I, pag. 30 num. 116. — CDM VII, pag. 769 num. 133. — Perlbach, Preußische Regesten, pag. 210 num. 773. — Philippi, Preußisches UB I. 2, pag. 200 num. 282. — Reg II, pag. 230 num. 597. — Potthast II, pag. 1630 num. 20252. — Jordan, Les registres, App. IV, pag. 193 num. 575 (ex R). — Koss, Archiv, pag. 18 num. 15 (ex A, R). — Haas, Archiv Č. Koruny, pag. 4 num. 16 (ex A).
Lit: Novotný I. 4, pag. 162. — Hledíková, Prokurátoři, pag. 89.

In chartae replicatae parte dextra „L·G·", in tergi chartae margine superiore medio bis „Guills", legitur. Quae omnia in circulo cancellariae apostolicae videntur esse scripta.

Dictator: verba chartae insertae Přemysli Otakari II. (num. 514) repetit, quae typis minoribus exprimuntur.
Ex R, quorum imagine phototypica a v. d. G. Battelli nobis benignissime transmissa usi sumus, solummodo verborum lectiones varias, non autem orthographicas respeximus.

: Clemens :[a] episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..[3] magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Pruscia salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur ... effectum.[a] [4] Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat,[5] quod cum carissimus in Christo filius noster O.,[6] illustris rex Boemie, zelo ductus fidei[b] || tam ad ampliandum titulos et cultum nominis christiani ac gentilium* refrenandam tyrampnidem, quam ad ipsorum occupandum et capiendum terminos eosque divino cultui circa Prusciam et regiones conterminas subiugandos potenti manu disponeret profi||cisci,[b] [7] tandem, ut iura vestra in posterum illibata seu conservata vobis plenius apparerent, contestatus est se ita premissa debere prosequi, quod vobis exinde in partibus terrarum Pruscie, quas acquisivistis ibidem et iam in vestra potestate tenetis, vel in partibus terrarum, que apostatarunt a fide quasque vos aliquando in vestra possessione ac potentia habuistis, videlicet in terra Culmensi, Lubouia, Soysim, Pomzania,[c] Pazluch, Landesen, Sambia, Pogzania, Warmia, Natangia et Barthia cum territoriis et attinentiis earundem, nullum unquam per eundem regem vel suos successores ratione dominii, nominis, dominationis seu iuris sibi ascribendis, quantum ad predicta loca tunc vel in posterum preiudicium generetur. In quibus dictus rex vobis plenum ius, quod et ante habueratis, iurisdictionis, dominationis, proprietatis, possessionis et acquisitionis eorum,* quietum et liberum professus fuit a se et suis posteris

remanere.* Promisit quoque idem rex, quod ad recuperandum dictas terras, que a fide scilicet apostataverant, vobis assistet pro viribus auxilio, consilio et favore. Vos autem ad acquirendum et occupandum Galandiam,[d] Getwesiam, Lettouiam[e] et alios inimicos crucis Christi* pro viribus eum iuvabitis, ut* terre ipse cultui fidei christiane ac* dicioni regis applicentur eiusdem, sicut in patentibus litteris ipsius regis confectis exinde suoque sigillo munitis plenius continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super premissis provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari. Qui talis est: Nos Othakarus, dei gratia Boemie[f] rex, *etc.*[8] Nulli[g] ergo ... nostre confirmationis ... contraire.[9] Si quis autem ... incursurum.[g 9] Datum[h] Viterbii II kalendas februarii, pontificatus nostri anno tertio.[h]

Bulla: Clementis IV. papae in filis sericis flavi et rubri coloris illaesa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 num. 3, pag. 533 typ. II.

---

542. [a–a]) „. magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Pruscia' *alio atramento scriptum est in R; ibidem sequuntur verba* ‚Cum a nobis petitur, quod iustum est, et cet.' — [b]) *Finis secundae (tertiae) lineae in A.* — [c]) *Littera* ‚m' *in loco raso scripta est in A.* — [d]) *Altera littera* ‚a' *ex* ‚e' *corr. est in A.* — [e]) *Littera* ‚e' *ex* ‚i' *corr. est in A.* — [f]) ‚Boẽm' *A.* — [g–g]) ‚Nulli ergo nostre confirmationis et cet.' *legitur in R.* — [h–h]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A, verba* ‚pontificatus nostri' *desunt in R.*

[1]) *Litterarum duo exemplaria, primum domui hospitalis s. Mariae Theutonicorum, alterum Přemyslo Otakaro II., videntur esse data, quarum primum ignoramus.* — [2]) *Fortasse ex primo (deperdito) exemplari descriptum.* — [3]) *Wernhero de Battenberg.* — [4]) *Vide CDB II, pag. 46 num. 53.* — [5]) *Petitionem ignoramus.* — [6]) *Přemysl Otakarus II.* — [7]) *Rex post dec. 11 anni 1267 iter ad expeditionem arripuit.* — [8]) *Sequitur tenor chartae Přemysli Otakari II. fratribus domus [hospitalis s. Mariae] Theutonicorum Pragae 1267 sept. 19 datae (num. 514).* — [9]) *Vide CDB II, pag. 46 num. 53.*

543.

Alexius, archidiaconus Znoymensis et praepositus in Olbramkostel, testatur Agnetem, relictam Ekhardi de Miroslav, protestatam esse maritum suum ipsius mediante consensu ius patronatus ecclesiae in Troskotovice monasterio in Oslavany contulisse.

In Znojmo 1268 febr. 8.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 31) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 3 num. 3 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 231 num. 598. — Šebánek, Archivy, pag. 38 num. 220 (ex A).
Lit: Dušková, Listiny rudíkovské, pag. 250—251 (scriba chartae). — KK, pag. 339 l. 1 (idem). — Dušková, Česká listina 2, pag. 185 n. 47 (idem).

In tergo chartae manu registratoris mon. Oslavanensis saec. XIII. scriptum est: „Privilegium magistri Alexii, archidiaconi Znoemensis, super Droscowiz" *(B = Os 4 a). Ultima vox in loco raso scripta est.*

Scriba: Os 4 = destinatarii proprius, cuius manus in chartis inter annos 1266—1275 monasterio in Oslavany datis occurrit. Cf. Exempla script. num. 3, 4.
Dictator: destinatarii proprius, qui proprietatibus stili, quae inter annos 1259—1275 in monasterio Oslavanensi usurpari solebant, utitur.
Vide: II. 3, Oslavany (W), Aliae ecclesiae (O), 4, De chartae apud nobiles usu (WWW).

Nos Alexius, miseracione divina archidiaconus Znoemensis et prepositus in Wolframskirchen, omnibus hanc litteram || inspecturis salutem in nomine Ihesu Christi. Ad tocius litis et calumpnie depressionem successoribus in futurum notum sit || presencium inspectoribus et auditoribus universis, quod domina Agnes, relicta domini Ekhardi, viri nobilis de Mirz||laus, protestata est, quod eius mediante consensu idem nobilis felicis recordacionis[1] ius patronatus ecclesie ville de Droszcowiz, cuius collacio ad eum libere spectabat, contulerit abbatisse et conventui de Ozla, Cisterciensis ordinis, propter deum, recedentes[a] una cum ipso ab omni iure,[a] quod in ipsa videbantur[b] habere, prout in litteris exinde confectis plenius dinoscitur contineri.[2] Verum quia proprio sigillo caruit, super huiusmodi protestacione, collacione et recessu presens transcriptum ad ampliorem rei memoriam inde conscribi petivit et sigilli nostri munimine recipere firmamentum. Datum in Znoim VI idus februarii, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo VIII° presentibus: domino Henrico plebano de Mirzlaus,[c] domino Bartholomeo decano Znoimensi, Hermanno quondam decano Znoimensi, Iordano[d] de Wischnowe, Petro de Vrenen plebanis, Peregrino capellano plebani de Vrenen et aliis quam pluribus.[e]

Sigillum: Alexii, [archidiaconi Znoymensis], praepositi [in Olbramkostel], in filis sericis viridis coloris illaesum appendet. Vide Sigilla num. 3, 63.

---

543. *[a-a]) Ita in A; cf. num. 227 (A 1, A 2), pag. 352 l. 28—31, ubi verba* ‚recedentes ab omni iure' *occurrunt. — [b]) Ita in A; vide num. 227 (A 2), pag. 352 l. 31—32, ubi verba* ‚quam videbamur habere' *occurrunt. — [c]) Scriba* ‚Mirozlaus' *scripsit et* ‚o' *puncto subposito delevit in A. — [d]) Scriba primum* ‚Iordanus' *scripsit, postea* ‚s' *erasit et* ‚u' *in* ‚o' *correxit in A. — [e]) E* ‚plurimis' *corr. est in A.*

[1]) *Ekhardus post 1263 dec. 1 morte obiit, ad hunc terminum enim ultima mentio eius adhuc vivi fit; vide num. 395+. —* [2]) *Cf. num. 528+, quia autem haec charta anno 1268 nondum exstabat (vide ibidem), aperte ad chartam Ekhardi de Miroslav in Oslavany, in Znojmo 1260 iun. 29 datam (num. 227 (A 1)) seu ad chartam eiusdem nobilis in Znojmo 1262 nov. 29 datam (num. 354) revocatur.*

544.

Alexius, miles Ulrici de Drnholec, burggravii Znoymensis, testatur se dudum a monasterio in Oslavany villam Martinice excepto iure patronatus sub condicionibus expresse nominatis emisse.

In Znojmo [1267][1] maii 14, ibidem [in iudicio provinciali][2] 1268 febr. 8.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 30) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 4 num. 4 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 231 num. 599. — Šebánek, Archivy, pag. 39 num. 221 (ex A).
Lit: Dušková, Listiny rudíkovské, pag. 252, 254, 272 (scriba-haud omnino recte-, dictator-recte-statuuntur).
— Dušková, Česká listina 2, pag. 186 (modus probationis actus tractatur).

In tergo chartae manu registratoris mon. Oslavanensis saec. XIII. scriptum est: „Privilegium domini Alexii super Martiniz“ *(B = Os 4 a).*

Scriba: Os 4 a = destinatarii proprius (vide superius). Cf. Exempla script. num. 3, 4 a.
Dictator: destinatarii proprius, qui proprietatibus stili, quae inter annos 1259—1275 in monasterio Oslavanensi usurpari solebant, utitur.
In membrana, quae prius sigillis munita erat, scriptum est A.
Vide: II. 3, Oslavany (X), 4 a, De chartae apud milites usu (H).

In nomine Domini amen. Ego Alexius, miles viri nobilis domini Vlrici de Dvrrenholz, burgravii Znoimensis, omnibus || hanc litteram inspecturis ad rei memoriam sempiternam. Actiones, que racione pietatis congrue ac iuste fiunt ex[a] || devocione[b] propter Christum, ut stabiles ac firme permaneant et ut tollatur litis occasio successoribus in futurum, decens || est et necesse, ut litterarum apicibus ad repressionem tocius calumpnie perhennentur. Inde est, quod protestor et notum esse cupio presencium inspectoribus et auditoribus universis, quod dudum ante contractum matrimonium per verba de presenti cum domina mea, domina Zwiezla, uxore mea, de voluntate liberalissima et consensu serenissimi domini Othackari, regis Boemorum quinti, inter abbatissam[3] et conventum monialium de Ozla, Cisterciensis ordinis, ex parte una et me ex altera quidam contractus de facto intervenit, scilicet de emptione cuiusdam ville Mertiniz nomine pro nonaginta marcis puri argenti, que habet XXXII[os] laneos et XIII subsides, prata et pascua quam plurima, quam eedem abbatissa et conventus de Ozla iusto titulo ab ipsa cenobii fundatione quiete et pacifice possederunt;[4] interposita dumtaxat pia conditione[c] et consuetudine approbata, ut post mortem meam exclusis uxore mea et filiis, si quos habiturus fuero in futurum, et heredibus universis villa dimidia de Mertiniz pro remedio anime mee et salute carorum meorum sine omni contradictione et cavillatione qualibet ad proprietatem pristinam et usus dominarum rediret, excepto iure patronatus ecclesie ville de Mertiniz, quam ad collationem et presentationem[d] prefate abbatissa et conventus sibi ipsis specialiter reservarunt; hoc eciam adiecto, quando carnis debitum solvero moriendo, si qui lanei in eadem villa inhabitabiles fuerint et inculti, cum aliis laneis bene cultis inter abbatissam et conventum et heredes equa sorte cum pratis et pascuis dividantur. Actum in Znoim II idus maii.[e] In huiusmodi debiti contractus, condicionis pie, consuetudinis approbate memoriam, testimonium et cautelam, quia sigillo proprio carui, presentem paginam sigillo domini mei, domini Vlrici, viri nobilis de Dvrrenholz, burgravii Znoimensis, et sigillo domini Idikonis, camerarii Vetoviensis, volui recipere firmamentum. Datum in Znoim VI° idus februarii, anno Domini M°CC°LXVIII presentibus: Alexio archidiacono Znoimensi et preposito in Wolframskirchen, domino Hartlebo de Miszelboriz, domino Stephano Vngaro, domino Gerozlao de Kneniz, Ranciro zudario Znoimensi, Zvzcreio et Orrtlino fratre suo, Hadmaro provinciali Znoimensi et aliis quam pluribus ibidem collectis.

Sigilla: duo in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris appendent; 1) Ulrici de Drnholec, burggravii Znoymensis, paulum laesum. Vide Sigilla num. 4, 7; 2) Egidii, camerarii in Bítov, fere illaesum. Cf. Sigilla num. 4 a, 5.

---

544. *a) Vox in fine lineae addita est in A. — b) Vox super linea addita est in A. — c) Ita A. — d)* ‚p̊sentõnem' *A. — e)* ‚m̃ii' *A.*

1) In acti formula chartae inditio anni deest; annus 1267 in uncis positus non nisi verisimilis est; protestatio Alexii enim etiam ante annum 1267 fieri potuit. — 2) Sicut e testium nominibus clare apparet. — 3) Jutam (?). — 4) Vide chartam Přemysli Otakari I. Pragae 1225 iun. 26 datam, CDB II, pag. 266 num. 272.

545.

Hartlebus, camerarius Moraviae, burggravius in Veveří, testatur Alexium, militem Ulrici de Drnholec, burggravii Znoymensis, dudum a monasterio in Oslavany villam Martinice excepto iure patronatus sub condicionibus expresse nominatis emisse.

In Znojmo [1267][1] maii 14, Brunae [in iudicio provinciali][2] 1268 febr. 10.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 29) asservatur (A).

Imago phototypica: Dušková, Listiny rudíkovské, tab. 4.
Ed: CDM IV, pag. 5 num. 5 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 232 num. 600 (ad febr. 11). — Šebánek, Archivy, pag. 39 num. 222 (ex A).
Lit: Dušková, Listiny rudíkovské, pag. 252, 254—255, 272 (scriba et dictator recte statuuntur). — Dušková, Česká listina 2, pag. 186 n. 52 (consensus regis).

In tergo chartae manu registratoris mon. Oslavanensis saec. XIII. scriptum est: „Hartliebi burcgravii super Mertiniz" *(B = Os 4 a).*

Scriba: Os 4 = destinatarii proprius, cuius manus in chartis inter annos 1266—1275 monasterio in Oslavany datis occurrit. Cf. Exempla script. num. 3, 4.
Dictator: destinatarii proprius, qui proprietatibus stili, quae inter annos 1259—1275 in monasterio Oslavanensi usurpari solebant, utitur nec non in textu chartae conficiendo directe charta praecendente Alexii, militis Ulrici de Drnholec (num. 544) usus est, quae typis minoribus exprimuntur.
Vide: II. 3, Oslavany (Y), 4, De chartae apud nobiles usu (XXX), 4 a, De chartae apud milites usu (I).

Nos Hartlibus,[a] camerarius Moravie et burgravius in Eichorns,[a] ad rei memoriam sempiternam. Malicia temporis et || hominum exigit ac requirit, ut ea, que legitime, congrue ac pie ordinata fuerint ex devocione propter Christum, litterarum || apicibus et testium subscripcionibus roborentur. Ad repressionem igitur tocius litis et calumpnie successoribus || in futurum notum esse volumus presencium inspectoribus et auditoribus universis, quod* inter abbatissam[3] et conventum* de Ozla, Cisterciensis ordinis, ex parte una et dominum Alexium militem viri nobilis domini Vlrici de Dvrrenholz, burgravii Znoimensis, ex altera quidam contractus de facto intervenit* de consensu et voluntate liberalissima* domini regis Othakkari Boemorum[b] quinti;* dudum tamen ante contractum

matrimonium per verba de presenti cum domina sua, videlicet domina Zweizla, uxore sua,[3] de emptione cuiusdam ville Mertiniz nomine pro nonaginta marcis puri argenti, que habet XXXII[or] laneos et XIII subsides, prata et pascua quam plurima, quam eedem abbatissa ac moniales iusto titulo ab ipsa cenobii fundacione quiete et pacifice possederunt;[4] interposita dumtaxat pia condicione et consuetudine approbata, ut post mortem suam exclusis uxore sua et filiis, si quos habiturus in futurum fuerit, et heredibus universis villa dimidia de Mertiniz pro remedio anime sue et* carorum suorum sine omni contradiccione et cavillacione qualibet ad proprietatem pristinam et usus rediret dominarum, excepto iure patronatus ecclesie ville de Mertiniz, quam prefate abbatissa et conventus ad collationem et presentationem* sibi ipsis specialiter reservarunt; hoc eciam adiecto, quando sepedictus[c] miles carnis debitum per solverit moriendo, si qui lanei in eadem villa inhabitabiles fuerint et inculti, cum aliis laneis bene cultis inter abbatissam et conventum et heredes equa sorte cum pratis et pascuis dividantur. Actum in Znoim pridie idus maii.[d] In huius* debiti contractus, condicionis pie, consuetudinis approbate memoriam, testimonium et cautelam* presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum in Brunna anno Domini M°CC°LXVIII, IIII° idus februarii presentibus dominis: Bohvsone et Hartmanno fratribus de Zeblowiz, Bznatone de Tazzowe, Cvnone quondam burgravio in Eychorns, Matheo de Gabbals, Leone zudario Brunnensi et aliis quam pluribus.*

Sigillum: Hartlebi camerarii in filis sericis flavi et rubri coloris illaesum appendet. Vide Sigilla num. 4 a, 6.

---

545. *[a-a]) In loco raso scriptum est in A. — [b]) ‚Boẽm' A; cf. in num. 544. — [c]) ‚c' ex ‚i' corr. est in A. — [d]) ‚mii', cf. num. 544 n. e.*

[1]) *Vide num. 544 n. 1.* — [2]) *Vide num. 544 n. 2.* — [3]) *Jutam (?).* — [4]) *Vide chartam Přemysli Otakari I. Pragae 1225 iun. 26 datam, CDB II, pag. 266 num. 272.*

546.

Johannes, episcopus Pragensis, homines villae Žitenice iuxta Drobovice parochiae in Potěhy deputat, concedens, ut qui eorum Theutonici sunt, quamdiu clericus Theutonicus ibidem non exstiterit, Drobovicensem capellam [fratrum domus hospitalis s. Mariae Theutonicorum] privilegio exemptionis eiusdem salvo frequentare possint.

In Drobovice 1268 febr. [10].[1]

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 715 b) asservatur (A).

Reg: Reg IV, pag. 725 num. 1818 (ad mensem febr.). — Schieckel, pag. 216 num. 888 (ex A, ad mensem febr.).
Lit: Nový, Listiny, pag. 72 (quaestio scribae, dictatoris nec non sigillatoris chartae (haec minus recte) examinatur).

In tergo manu saec. XIV. scriptum: „De Drobo[wicz]" *legitur.*

Scriba: J III 16 = ignotus, destinatarii (ordinis Theutonicorum) certe proprius. Exempla script. num. 2 a, 18.[2]

Dictator: destinatarii proprius,[3] *idem fortasse atque scriba.*
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (FF), 3, Ordo militum Theutonicorum (X), Aliae ecclesiae (P).
Apud Fr: Apographum (vide notam 1) cum descriptione chartae.

Iohannes, dei gratia ecclesie Pragensis episcopus, universis presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Significatum || est nobis, quod homines ville, que Sitinez nuncupatur, site iuxta Drobowiz, non habentes certum plebanum, quasi acephali || pro sacramentis ecclesiasticis recipiendis quam sepius disperguntur, ex quo sane intelligentibus congnoscitur imminere certum periculum || animarum. Unde ad voluntatem eorumdem eis parrochiam ecclesiam in Potech et ipsos eidem parrochie deputamus, concedentes eis, quod quamdiu clericus Theutonicus ibidem non exstiterit, qui eos, cum Theutonici sint, in confessionibus et aliis saluti necessariis valeat expedire, Drobowicensem capellam pro sacramentis ecclesiasticis possint libere frequentare nec ex huiusmodi frequentatione ipsi capelle prefate volumus aliquod preiudicium, quo ad privilegium exemptionis, quod hactenus habuit, generari.[4] In cuius rei testimonium nostrum sigillum duximus appendendum testibus nichilominus ad hoc specialiter invitatis, rogatis pro testimonio perhibendo, quorum nomina sunt hec: Petrus notarius, Moraws capellanus domini episcopi,[5] [Conr]adus[a] plebanus de Chrudin, Andreas plebanus de Horec, Stizlauus pincerna, Gallus de Lupoliz, [...][b] Churadus de Nebewige et alii quam plures. Datum in Drobowiz pontificatus nostri anno XI,[6] [IIII id]us [fe]bruarii, anno Domini M°C°C°LX°VIII a nativitate Domini[c] conputato.[c]

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis flavi et rubri coloris laesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

546. [a]) *Quae hoc loco nec non inferius uncis clausimus, cum membrana destructa perierunt in A.* — [b]) *Cum membrana destructa cca tres litterae (vox ‚dominus' fortasse) perierunt in A.* — [c–c]) *Verbis (syllabis) competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Viris doctis G. Friedrich nec non L. Klicmann testibus indicatio diei seu ‚IIII idus' seu ‚IIII nonas' (febr. 2) legi possit.* — [2]) *Scripturam similem cf. in charta monasterii in Vilémov fratribus domus hospitalis s. Mariae Theutonicorum ibidem 1265 sept. 10 data (num. 455, A 2).* — [3]) *Cf. notas 2, 5, 6.* — [4]) *Privilegium ignoramus.* — [5]) *Scilicet editoris chartae, qui hoc loco in tertia persona inducitur.* — [6]) *Ad chartae notas chronologicas recte annus pontificatus episcopi Johannis X. pertineret.*

547.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, Stephano, civi Olomucensi, officium de vasis trahendis in Olomouc confirmat.

Pragae 1268 febr. 16.

Autographum in membrana scriptum in OA Olomouc (archivum civitatis Olomouc, sign. num. 2) asser-

vatur (A). — Apographum saec. XVI. exstat in mnscro chart. Privilegiorum Olomucensium in SAR Brunae (Collect. mnscr. num. 760) asservato, fol. 25 (B).

Ed: CDM IV, pag. 6 num. 6 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 443 num. 194. — Reg II, pag. 232 num. 601. — Gradl, Monumenta, pag. 96 num. 263. — Parsch, Das Stadt-Archiv zu Olmütz, pag. 3 num. 2 (ex A).
Lit: Fiala, Kancelář, pag. 201 (promulgationis formula chartae). — Šebánek, Česká listina 3, pag. 109 (scriba chartae). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 323—326, 363 (Sp).

Scriba: P II 66 = fortasse circuli diplomatici cudae Olomucensis proprius. Cf. num. 746. Exempla script. num. 1 a, 49.
Dictator: ignotus, fortasse cancellariae regiae proprius, in cuius stilo proprietates stili magistri Petri cancellarii apparent.
Chartae replicatio bis facta est; foramina sigilli appendendi causa excisa bina sunt, fila serica, in quibus sigillum appensum est, filis sericis viridis coloris inepte circumflexa exstant. Inde apparet sigillationem chartae, quae nunc est, genuinam esse non posse. De sinceritate chartae (vide scriba et dictator) non est autem dubitandum.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (D), 5, De chartae apud civitates usu (LL).

⁝ In nomine sancte et individue trinitatis amen. ⁝ Nos Otthakarus, dei gratia ‖ Bohemie[a] rex, dux Austrie et Styrie ac marchio Morauie, omnibus in perpetuum. Ab hu‖mana sepe memoria facta mortalium processu temporis evanescunt, nisi scriptis autenticis iux‖ta celeberrimas veterum traditiones fuerint perhennata. Ad noticiam igitur tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod Chepano, civi nostro Olomoncensi, pensatis sue meritis probitatis et obsequiis patri nostro clare memorie[1] et nobis dudum exhibitis et ad huc[b] vita comite in posterum exhibendis, officium de vasis trahendis vulgo shroambeth[c] seu lyzne vocatum in Olomous, sicut hactenus tam a patre nostro quam a nobis tenuit, auctoritate regia de consueta benignitatis gratia confirmamus cum omni plenitudine sui iuris sibi suisque heredibus, masculini tantum sexus, perpetuo[d] possidendum pacifice ac quiete; indulgemusque nichilominus eidem de gratia speciali prefatum officium beneficiumve pro sue libito voluntatis legandi, dandi, obligandi, locandi, vendendi atque donandi, cuicumque voluerit, liberam facultatem, concedentes eidem in testimonium huius confirmationis presentem paginam sigillorum nostrorum appensionibus insignitam testibus, qui aderant, annotatis, qui sunt hii: Andreas camerarius Bohemie, Gerossius burcravius de Egra et Cubito, Hartleuus camerarius Morauie, Mylotha frater condam Benesii, Seborius filius Egidii, Cheirnein et Bolibor fratres Hartleui camerarii, dilecti fideles terrarum nostrarum Bohemie et Morauie et alii quam plures. Actum Prage anno Domini M°CC°LXVIII°, XIIII° kalendas marcii, datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis prepositi Wissegradensis, cancellarii regni nostri, anno et die superius annotatis.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis flavi et rubri coloris paulum laesum, modo superius descripto alligatum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

547. [a]) ‚Bo͡hem' *A.* — [b]) *Ita A pro* ‚adhuc'. — [c]) *Ita A pro* ‚shrotambeth'. — [d]) *Littera* ‚o' *ex* ‚e' *corr. est in A.*

[1]) *Venceslao I. regi 1253 sept. 22 defuncto.*

548.

Herbordus praepositus, alii expresse nominati dignitarii totumque capitulum Olomucensis ecclesiae protestantur, sub qua forma cum Bartholomaeo, decano Olomucensi, super medietate villae Příkazy convenerint quaeque divisio eiusdem inter maiorem ecclesiam Olomucensem et capellam s. Johannis Baptistae in atrio eiusdem ecclesiae sitam de villa Příkazy exstiterit.

In Olomouc, in capitulo generali 1268 febr. 22.

Apographum saec. XIV. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 25^{v} — 26 (B). — Apographum saec. XV. exstat in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis chart. ibidem (sign. E I 28) asservato, fol. 30^{r} num. 52 (C).

Ed: CDM IV, pag. 7 num. 7 (ex B, C).
Reg: Reg II, pag. 232 num. 602.

Dictator: ecclesiae Olomucensis proprius (fortasse idem atque in num. 552), qui stilo communi usus est. Vide: II. 3, Olomouc, ecclesia capitularis (Y).

In nomine Domini amen. Honorabili et dilecto in[a] Christo[a] Bartholomeo, Olomucensi decano, Herbordus prepositus, magister Iohannes Olomucensis, Symon[b] Brechzlaviensis,[c] Alexius[d] de Wolbramskirch et Heydolphus[e] de Cremsyr[f] prepositi, Znoymensis et[g] Preroviensis[g] archidiaconi, Bartholomeus, Petrus, Iohannes, Cuno canonici totumque capitulum Olomucensis[h] ecclesie sinceram in Domino cum reverencia puritatem. Tenore presencium universi et singuli protestamur, quod una vobiscum super medietate ville de Prekaz,[i] quam ex donacione bone memorie nobilis viri Martinconis[k] de Prekaz[l] possidetis pacifice in presenti, in capitulo generali ad kathedram sancti Petri ex antiqua consuetudine[l] hactenus in Olomucz[m] observata[n] vobis liberaliter annuentibus et nobis consencientibus convenimus sub hac forma, quod vos eandem partem dimidiam tempore vite vestre sine contradiccione qualibet cum suis pertinenciis et fructibus libere obtineatis dabitisque capitulo Olomucensi in aniversario dicti Martinconis[k] annuatim marcam argenti et vicariis et pauperibus clericis eodem die competentem[o] refeccionem cum LX denariis ad offertorium et totidem candelis ad missas fidelium defunctorum. Preterea inter maiorem ecclesiam et capellam sancti Iohannis Babtiste[p] in atrio eiusdem ecclesie sitam de villa Prekaz divisio extat talis: capitulum Olomucensis ecclesie habet VI laneos in superiori parte integros cum pratis, piscacionibus spectantibus inmediate ad eos, in alia parte inferiori versus aquam capella[q] sancti Iohannis Baptiste habet sex laneos minus quartali et unam tabernam[r] pro illuminanda capella cum pratis, piscacionibus et pertinenciis inmediate ad eos secundum iustam et equalem divisionem. Et instituetis capellanum eiusdem capelle in vita vestra; et vobis sublato de medio, capitulum de capellano pro sue libito voluntatis deinceps providebit, qui officio misse hora debita in capella cottidie per se vel per alium decenter expleto chorum maioris ecclesie iuxta aliorum vicariorum consuetudinem frequentabit. Verum post decessum vestrum de parte ville Prekaz capitulum contingente in

aniversario Martinconis[k] marca argenti annuatim capitulo assignetur et XII candele cum totidem denariis offerantur ad missam fidelium defunctorum; et reficiantur vicarii et pauperes clerici ipso die. In aniversario vero vestro alia marca argenti capitulo et XII denarii cum totidem candelis ad missam animarum annis singulis ministrentur; de reliquis proventibus partis eiusdem ville, que cedet capitulo, capitulum ordinabit, prout ei videbitur expedire. Et ut hec rata et firma permaneant, hanc paginam nostre universitatis sigillo dignum duximus communiri.[s] Ceterum una vobiscum a venerabili patre in Christo domino Brunone, Olomucensi episcopo, fundatore et dedicatore ipsius capelle, instanter petivimus et impetravimus hanc paginam sue auctoritatis sigillo ad perpetuam memoriam roborari. Acta sunt hec in Olomucz[t] anno Domini millesimo[u] CC°LXVIII°, die et loco superius assignatis.

---

548. *[a–a] Deest in C. — [b] ‚Simon' C. — [c] ‚Brzeczlauiensis' C. — [d] ‚Allexius' C. — [e] ‚Heidolfus' C. — [f] ‚Cremser' C. — [g–g] ‚Prerouiensis' C. — [h] ‚Olm' C. — [i] ‚Prekas' C. — [k] ‚Martynkonis' C. — [l] ‚conswetudine' C. — [m] ‚Olom̃' C. — [n] ‚observato' B, C. — [o] ‚petentem' C. — [p] ‚Baptiste' C. — [q] ‚cap̃lla' C. — [r] ‚thabernam' C. — [s] ‚muniri' C. — [t] ‚Olom̃' B, C. — [u] ‚M°' C.*

[1]) *Dies obitus Martinconis nov. 8, annus fortasse 1267 fuit; in Necrologio Olomucensi (cf. AÖG 65, pag. 577) legitur:* ‚obiit Martinco Parsatka, donator ville de Prechaz, fundator capelle s. Iohannis Baptiste, in qua quiescit'.

549.

Clemens IV. papa [Přemyslum Otakarum II.], regem Bohemiae, hortatur, ut priorem et fratres hospitalis [s. Johannis] Hierosolymitani praesertim in Moravia habeat commendatos seque ipsis exhibeat gratiosum.

Viterbii [1268] mart. 1.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum magni prioratus Melitensium, sign. Jo XXVIII, Bully č. velkopřevorství num. 85) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 9 num. 8 (ex A). — Delaville, Cartulaire III, pag. 181 num. 3304 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 234 num. 604. — Potthast II, pag. 1632 num. 20281.

In margine superiore notae erasae apparent. In chartae replicatae parte dextra „Aba. Su", *sub. chartae replicatae parte sinistra* „. .", *inferius* „Iac̃ Romanus", *in tergi chartae angulo superiore sinistro nota* ‚y' *scripta legitur, in medio signum* ‚+' *apparet; quae omnia in circulo cancellariae apostolicae videntur esse scripta. In tergi chartae medio scriba destinatarii saec. XV. annotavit:* „Bulla Clementis pape quarti [recomm]endacionis ad dominum regem Bohemie „valde bona."

Clemens episcopus, servus servorum dei, carissimo in Christo filio ..,[1] illustri regi Boemie, salutem et apostolicam benedictionem. Si velit excellentia regia catholicorum facta principum memorari, profecto comperiet ‖ per ipsorum clementiam pia loca defensata non solum ab incursibus malignorum, sed ea donata libertatibus et possessioni-

bus aliisque bonis multipliciter ampliata; propter quod honori || tuo convenit et saluti, ut eorum imitando vestigia loca eadem et personas ecclesiasticas divinis obsequiis deputatas toto corde diligas eaque defendas favoris presidio specialis. || Cum igitur dilecti filii ..[2] prior et fratres hospitalis Ierosolimitani in Boemia cupiant, sicut asserunt, tui favoris obtinere presidium, ut a malignantium expediti molestiis liberius possint servitiis intendere Redemptoris, serenitatem tuam rogandam duximus attentius et hortandam, quatinus pie considerans, quod iidem prior et fratres non solum sua, verumetiam semetipsos salubriter abnegantes contra inimicos crusis Christi pro fidei defensione pugnando se morti exponere non formidant, pensans etiam, quod eorum bona in conversatione[a] Terre sancte ac alia pietatis opera convertuntur, eosdem priorem et fratres ac homines suos, et presertim in Morauia, pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius habeas commendatos teque ipsis exhibeas in regio favore munificum et in cunctis eorum oportunitatibus gratiosum, non permittens eos vel dictos homines ab aliquibus tue ditioni subiectis, quantum in te fuerit, molestari, ita quod eisdem priore ac fratribus gaudentibus te ipsis reperisse propicium, tibi exinde a bonorum retributore omnium perennis[b] vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum[c] Viterbii kalendis martii, pontificatus nostri anno quarto.[c]

Bulla: Clementis IV. papae in filis cannabinis paulum corrosa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533 typ. II.

---

549. *[a]) Ita, titulus enim deest, in A. — [b]) Quattuor ultimae litterae in loco raso scriptae sunt in A. — [c–c]) Verbis competenter distentis, ut ultima linea expleretur, scriptum est in A.*

[1]) *Přemyslo Otakaro II.* — [2]) *Nomen ignoramus.*

550.[+ +(seu +)]

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae,[1] ecclesiae Wissegradensis antiqua privilegia renovat atque confirmat, tenorem privilegii Soběslai I., ducis Bohemiae, inseri faciens.

In castro Pragensi 1268 mart. 4.

Charta autographi instar seu dubiae fidei in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 55) asservatur (B). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum eccl. Wissegradensis membr. in eodem archivo sign. KVš lib. 26) asservato, fol. 6—6[v] num. 7 (C).[2] — Apographum saec. XVI. servavit Liber memorabilium minor membranaceus dictus in OA Prachatice (archivum civitatis Prachatice, sign. II, 3) asservatus, fol. 154 (D).[2]

Ed: Pontanus, Bohaemia pia, pag. 71—72 (ex B (?), haud integrum textum chartae praebet). — Hammerschmid, Gloria Wissegr. ecclesiae, pag. 207 (ex C (?)).
Reg: Reg II, pag. 234 num. 606. — Gradl, Monumenta, pag. 97 num. 264.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 362 n. 321, pag. 382 n. 384, pag. 396 (charta pro dubia — falsa habetur, scriba et sigillum tractantur).

In tegro chartae scriba destinatarii saec. XIV. in. annotavit: „Otakarus, quintus rex, confirmat decimam [‚t' *puncto supposito deletum sequitur*] marcam de annuo tributo accipiendam a quibusdam civitatibus et confirmat quinquaginta prandia sive servicia et in unoquoque servicio sive prandio danda *[sic]* esse iuvencam sterilem estivo tempore et cet."; *alia manus addidit* „item totum naulum sub Wyssegrado fratribus".

Scriba: P II 67 = destinatarii proprius, cuius scripturae ductus similitudinem quandam cum scriptura chartae Nicolai, provincialis fratrum ordinis Praedicatorum Poloniae, et Johannis, prioris domus Pragensis, ecclesiae Wissegradensi s. l. 1273 febr. 19 datae (num. 695 (= W 2)) exhibent. Exempla script. num. 1 a, 50. Cf. etiam num. 3, 5 a.
Dictator: destinatarii proprius, qui verba chartae Venceslai I. ecclesiae Wissegradensi in Starý Hrádek 1251 iun. 4 datae (CDB IV, pag. 378 num. 213) repetit, quae typis minoribus exprimuntur.
Titulus Otakari in B (ex CDB IV, num. 213 haustus) non est rectus; charta in B inserta pro spuria habetur (vide Hrubý, Tři studie, pag. 160 ss); sigillum, quo charta munita est, ex alia charta ad B fraudulenter videtur esse translatum. His tribus argumentis nisi B pro charta sincera habere non possumus. Erraret, qui contradiceret chartam in B insertam iam per chartam Venceslai I. regis in Starý Hrádek 1251 iun. 4 (CDB IV, num. 215) datam fuisse confirmatam. Etiam haec charta enim dubiae fidei est, non sincera, sicut suo loco arbitrabamur. Econtra scripturam chartae B respicientes ortum eius re vera non diu post annum 1268 ponere possumus. Eundem titulum Otakari sicut in B in charta Otakari Pragae 1269 apr. 10 data (num. 584+) reperimus; sed etiam haec charta dubiae fidei est.
Adiciendum est in codice mnscro membr. saec. XIII. bibliothecae Nationalis Viennensis, qui Liber formarum Cunegundis reginae appellatur (sign. num. 526), fol. 69, cum verborum praetermissionibus, quae in libris formarum occurrere solent, textum chartae asservatum esse, qui cum textu chartae B concordat; huic chartae autem loco chartae Soběslai I. versio C chartae spuriae Vratislai II. (CDB I, num. 387) inserta est. Cf. Palacký, Über Formelbücher, pag. 231 num. 112; suo tempore vide etiam in editione Libri formarum Cunegundis reginae.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (V).

℣ Otakarus, dei gratia ℣ quintus Bohemorum rex, dilectis fidelibus suis preposito et capitulo Wissegradenſibus" eorumque legittimis successoribus in perpetuum. Dei filius, cuius misericordie non est numerus, cuius regni ‖ meta nullis concluditur terminis, secundum divisiones linguarum et gentium in signum divine potentie diversa sibi regna constituit, in quibus ad sui gloriam nominis et decorem suam ab exordio fidei christiane fundavit ecclesiam ‖ supra petram. Ac licet post resurrectionem suam suis parem universis discipulis dederit potestatem, Petro tamen pre omnibus ex illo generali privilegio, „quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celis, et quod‖cumque super terram ligaveris, in celis ligatum erit",[3] insigniorem tradidisse noscitur potestatem. Quod exinde liquido deprehendi potest, quia cum ceteris diceretur apostolis „laxate recia",[4] veritatis verbum organo dominice vocis emissum Petro precipit „duc in altum".[4] Quam sit pium itaque, quam salutare, quam equm quamque commendatione[b] dignum illum a viventibus operibus preveniri pietatis, illum debitis l e n i r e k a r i t a t i s subsidiis, in cuius gratia vinculum pendet animarum et solutio, naturalis quemquam ignorare ratio non permittit. Nam etsi cuuuslibet[c] principis ianitor reverentia debita et honestorum mulciri debeat erogatione munerum, ut facilem prebeat desiderantibus ad tribunal terreni regis aditum, tanto Petrus, curie regni celestis ianitor, sollempnioribus debet muneribus preveniri, quanto rex, ad cuius per ipsum presentiam aditus queritur, sole et luna excellentior ac principibus sublimior esse noscitur universis. Inter huiusmodi sane nostrarum considerationum curas, quibus nostro semper creatori, prout ipsius clementia nos permittit, placere proponimus, piam progenitorum nostrorum devotionem, et maxime fundatorum ecclesie vestre, que ad honorem est principis apostolorum instituta, altiori mente revolvimus, qualiter tam sanctum, tam sollempnem, tam pium excelsi regis placatum possimus nobis reddere ianitorem, lenientes ipsum in veneratione sue sancte Wissegradensis ecclesie, que ad sanctissimum patrem nostrum Romanum pontificem nullo medio noscitur pertinere, pietatis nostre possibilitatis operibus, ut facilius nobis in terris eveniant successus prosperi et placatus n o s hostiarius debito* excipiens post huius vite tripudio transitum ad presentiam eterni regis, tam hostiarii quam

mediatoris gerens officium, cum sanctorum deducat canticis angelorum. Sane fervore debite devotionis accensi et ad instantiam karissimi ac familiaris nostri venerabilis[d] Wissegradensis prepositi magistri Petri inclinati, privilegia ecclesie vestre a nostris antecessoribus pie ac religiose contemplatione divine retributionis indulta, que vetustate superveniente nimia consumptionem minari videntur, auctoritate[e] regia duximus innovanda, presentibus ipsorum tenorem nullo addito vel diminuto, per quos[f] sensus vel intentio concedentis mutari possit, verbo ad verbum inseri facientes, rata habentes et confirmantes omnia de plenitudine regie maiestatis nostre, si qua forsitan in eis propter desidiam vel antiquorum simplicitatem minus plene sint dicta vel non rationabiliter pretermissa. Est igitur primi privilegii tenor talis: In nomine sancte et individue trinitatis *etc.*[5] Cum igitur omnia premissa privilegia serenitati nostre exhibita diligenter inspexerimus[g] et ea nichilominus* inspici et examinari fecerimus studiosius eaque invenerimus in prima figura* non viciata, non cancellata, non in aliqua sui parte abolita, fecimus innovari volentes,*[h] cum suis originalibus vim obtineant tam in iuditio quam extra, etiam si deinceps ipsa originalia numquam fuerint exhibita vel ostensa. Que omnia nostrorum appositione sigillorum ad rei memoriam sempiternam fecimus roborari, supplicantes nichilominus domino nostro summo pontifici, ut hanc nostre serenitatis innovationem ratam habens sui dignetur scripti patrocinio confirmare et apostolice sedis presidio communire.[i] Actum in castro Pragensi anno Domini M°CC°LX°VIII°,[k] indictione XI, epacta[l] IIII, concurente VII, datum per manum magistri Petri, venerabilis Wissegradensis prepositi, cancellarii regni Boemie, IIII nonas marcii. Testes autem, qui tunc aderant, sunt: Andreas camerarius Boemie, Vlricus burgravius Pragensis, Iarosius burgravius Egrensis, Gallus pincerna regis, Iaroslaus patruus Galli, Marcuardus de Sarfnstain, Diuisius dapifer regis, Onso subpincerna, Dirsislaus generalis iudex Boemie, Domaslaus pincerna regine, Mstidruh camerarius regine, Gregorius subcamerarius.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis flavi et rubri coloris illaesum sed a latere incisum et iterum (sed non accurate) conglutinatum appendet; in margine exteriore inscriptio, solummodo autem reversae partis sigilli, apparet. Cf. Sigilla 1 a, 1 I, 2 III, 3 I.

---

550. + + (seu +) *a) Ita in B pro* ‚Wissegradensibus'. — *b) „*mendatione' *B.* — *c)* ‚cuu̯libet' *B.* — *d)* ‚veña' *B.* — *e)* ‚aũct'; *recentiore manu super linea litterae* ‚late' *additae sunt in B.* — *f) Ita pro* ‚quod' *legitur in B.* — *g) Littera* ‚x' *ex* ‚c' *corr. est in B.* — *h) Verba* ‚ut parem' *desunt in B.* — *i) „*munire' *B.* — *k) Scriba primum* ‚VIJ.' *scripsit, ductum ultimae* ‚J' *erasit et in* ‚VIIJ' *correxit in B.* — *l)* ‚c' *ex* ‚r' *correctum videtur esse in B.*

[1]) *Ceteri tituli (vide inferius) in textu chartae desunt.* — [2]) *Vide inferius notam 5.* — [3]) *Cf. Matth. 16, 19.* — [4]) *Luc. 5, 4.* — [5]) *Sequitur tenor chartae Soběslai I., Bohemorum ducis, anno 1130 datae (CDB I, pag. 111 num. 111) cum variationibus verborum minimi momenti totidem verbis insertus. In C solummodo verbis* ‚Et inseritur totus tenor usque ibi' *nec non nota introductoria* ‚Hic ponitur tenor privilegii Ottakari regis, confirmatorii et renovatorii primi privilegii Sobeslay' *ad chartam modo dictam revocatur. Articuli* ‚Quod exinde liquido — deducat canticis angelorum' *desunt in D. Ibidem verbis* ‚In nomine sanctae et individuae trinitatis. Notum sit cunctis tam modernis quam posteris in unitate fidei congregatis et congregandis, quod ego Sobieslaus, dei gratia Bohemorum monarcha, etc.,' *ad chartam Soběslai I. revocatur. Porro etiam haec revocatio fit:* ‚Secundi privilegii tenor est, etc.,' *qua ad chartam, cuius textum Liber formarum Cunegundis reginae servavit (vide superius in apparatu), alluditur.*

551.

Hartmannus de Čeblovice, [de Holštejn] monasterio in Zábrdovice villam Bukovina cum omnibus suis pertinentiis praeter silvam post mortem suam confert.

— 1268 mart. 5.

Autographum in membrana scriptum quondam in archivo mon. in Zábrdovice,[1] postea in archivo parochiae in Křtiny asservabatur,[2] nunc autem latet (A).[3]

Scriba: ignotus, vix editoris, potius destinatarii proprius.
Dictator: idem fortasse atque scriba chartae.
Cf. chartam eiusdem probabiliter editoris Brunae 1283 dec. 1 datam (Reg II, pag. 562 num. 1303).
Charta membrana replicata caret.
Vide: II. 3, Zábrdovice (G), 4, De chartae apud nobiles usu (YYY).
Imagine phototypica chartae cum descriptione anno 1951 a nobis facta usi sumus.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis dominus Hartmannus de Zeblowiz || salutem in omnium salvatore. Quoniam temporis instabilitas factorum veterum oblivionem ad||ducit, necesse est bene gesta scripti testimonio confirmari. Vestre igitur universitati notum || esse volumus, quod nos sani mente ac corpore villam nostram dictam Pvchwan cum omnibus suis pertinenciis preter silvam fratribus et conventui de Zabrawiz iure proprietatis contulimus post mortem nostram libere possidendam. Ne autem aliquod super eo dubium oriatur, presentem litteram ipsis dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Huius rei testes sunt: dominus Brvno episcopus Olomvncensis, dominus Hartliebus camerarius, dominus Zmilo de Srilz, dominus Chůno, dominus Mylota, dominus Drahozlavs, dominus Zuzlavs,[a] dominus Mathyas de Gobals, dominus Weliz, milites Mucker,[b] Bvzlaus de Petrawiz, Chvnradus advocatus de Iedawiz et alii quam plures. Datum anno Domini M°CC°LXVIII, III° nonas marcii.

Sigillum: Hartmanni [de Čeblovice] de Holštejn e cera viridis coloris in scidula membranacea paulum laesum appendet. Vide Sigilla 4, 12.

---

551. [a]) *Etiam* ‚Luzlavs' *legi potest in A.* — [b]) *Etiam* ‚Mucerker' *legi potest in A.*

[1]) *Sicut annotationes in tergo chartae scriptae demonstrant; cf. notas in tergo chartarum CDB II, pag. 77 num. 83, III, pag. 129 num. 107 (A 2).* — [2]) *Parochia in Křtiny olim ad monasterium in Zábrdovice pertinebat; in archivo parochiae autographum chartae adhuc anno 1951 erat.* — [3]) *Sicut a procuratore OA Blansko J. Skutil certiores facti sumus.*

552.

Bruno, episcopus Olomucensis, testatur se termino praeterito capellam s. Johannis Baptistae infra atrium maioris ecclesiae suae sitam dedicavisse, reliquias in ara capellae contentas nec non dotem capellae diligenter enumerat omnibusque ad capellam certis diebus convenientibus indulgentias concedit.

In Olomouc 1268 mart. 21.

Apographum saec. XV. exstat in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis chart. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 28) asservato, fol. 32 — 32' num. 55 (B).

Ed: CDM IV, pag. 21 num. 17 (ex B).
Reg: Reg II, pag. 235 num. 607.

Dictator: ecclesiae Olomucensis proprius (fortasse idem atque in num. 548), qui stilo communi nec non testamento fundatoris capellae, sicut verba „dat venerabili in Christo patri domino Brunoni, Olomucensi episcopo", *significant, usus est.*
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (HHH), 3, Olomouc, ecclesia capitularis (Z).

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Anno Domini M°CC°LXII°, VII° idus iulii[1] nos Bruno, dei gracia Olomucensis episcopus, capellam sancti Iohannis Baptiste infra maioris ecclesie nostre atrium sitam,[a] studio et diligencia felicis recordacionis nobilis viri Martynkonis de Prekaz[2] et dilecti nobis in Christo Bartholomei, Olomucensis decani,[3] quem idem Martynko testamentarium et manufidelem suum instituit coram nobis,[4] in qua capella iidem locum sepulture de nostra speciali licencia elegerunt, auctoritate eciam nostra opere sumptuoso constructam, dedicavimus in honorem victoriosissime sancte Crucis, beate Marie virginis, omnium supernorum civium et beatorum patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martirum, confessorum atque virginum et omnium sanctorum. In ara autem ipsius capelle horum reliquie continentur sanctorum: de ligno Domini, de loco Betlehem, ubi Christus natus est, et de cunabulis, de sepulcris Domini, de candela sepulcri Domini, de peplo et vestimento matris Domini, Iohannis Baptiste, Petri et Pauli, Andree, Iacobi, Iohannis, Thome, Iacobi, Philippi, Bartholomei, Mathei, Simonis et Thadei, Barnabe, Mathie apostolorum, Marci, Luce ewangelistarum, Stephani prothomartiris, Laurencii, Viti, Wenceslai, Adalberti, Mauricii et sociorum eius, Gereonis et sociorum eius, quinque fratrum, Sebastiani, Crisogoni, Pancracii, Victoris, Marcialis martirum; Martini, Nicolai, Briccii, Procopi, Iusti, Maximini, Leonardi, Augustini episcopi Anglorum,[b] Henrici imperatoris, Gotardi, Sigismundi regis confessorum; Marie Magdalene, Margarethe, Katherine, Cecilie, Barbare, Sabine, Cunegundis, Albine, Vrsule, Cordule, Elizabeth, Ludmille virginum et aliorum sanctorum. Tytulus autem sancto Iohanni Baptiste annotatur. Hec est autem dos ipsius capelle: in medietate ville de Prekaz sunt XII lanei minus quartali, taberna, ortus, piscaciones, prata et alia pertinencia, de quibus omnibus capella sancti Iohannis Baptiste habet in dote VI laneos minus quartali, tabernam, ortum cum piscacionibus, pratis et aliis pertinenciis. In inferiori parte ville prope aquam unus[c]

laneus,[c] laneus,[c] quem eciam laneum idem decanus iure purkrecht suis sumptibus exsolutum dederit capelle sancti Iohannis Baptiste, dotans eundem cum seminibus ad estivalia et hiemalia sufficientibus; dedit eciam duos boves, duos equos ad ipsum collendum, duas vaccas, XII oves, scrophas duas cum X porcellis, X aucas, XX pullos et domum, quam cepit edificare ibidem in orto, ubi posuit allodium; preterea intrinsecus taliter ornavit et dotavit ipsam capellam: missalem suum egregium dedit ei, pallam[d] de aurifrisio[e] et aliis duobus pallis cum totidem mensalibus et pannis lineis de opere Gallico cum quatuor cornibus altaris, tribus albis, ad quamlibet albam cum suis stolis et apparatibus, cum casula de aurifrisio[e] et alia purpurea, subducta rubeo cendato, tercia de alba saga; calicem unum totaliter deauratum et alium de argento, turribulum et duas ampulas argenteas ad calices et quatuor ampulas de stangno cum cista ferrata, in qua in ipsa capella hec omnia conservantur. Tapete grecum recens et novum cum aliis IIII[or] maioribus et minoribus et cortinas tres cum organis et ceteris rebus minutis, sicut corporalibus, cum rebus eorum et cruce deaurata; altare viaticum, plenum magnis reliquiis et specialiter oleo de digito sancti Nicolai, ex lapide ruffo marmoreo deargentato cum cruce eburnea in capella sancti Iohannis posita legat beato martiri Wenceslao; et aliud altare viaticum cum rubeo et nigro colore in albo marmore distinctum, argento circumdatum, dat venerabili in Christo patri domino Brunoni, Olomucensi episcopo. Nos autem de omnipotentis dei confisi misericordia in dedicacione capelle et annuis[f] festivitatibus sancti Iohannis omnibus ad ipsam convenientibus XL dies de iniuncta eis penitencia misericorditer relaxamus. Ut autem hec singula et universa rata et firma permaneant, ea nostre auctoritatis sigillo duximus roboranda. Actum in Olomuc[g] anno Domini M°CC°LX°VIII°, in die beati Benedicti.

---

552. [a] ‚situm' *B.* — [b] *Cum titulo superfluo in B.* — [c–c] *Deest in B.* — [d] ‚pallū' *B.* — [e] ‚aurifisio' *B.* — [f] ‚aūis' *B.* — [g] ‚Olom̄' *B.*

[1]) *Iul. 9.* — [2]) *Dies obitus Martinkonis nov. 8, annus fortasse 1267 fuit; in Necrologio Olomucensi (cf. AÖG 65, pag. 577) legitur:* ‚Obiit Martinco Parsatka, donator ville de Prechaz, fundator capelle s. Iohannis Baptiste, in qua quiescit.' — [3]) *Dies obitus Bartholomaei mart. 21, annus fortasse 1269 fuit; in Necrologio Olomucensi (cf. AÖG 65, pag. 533) legitur:* ‚Obiit Bartholomeus, decanus huius ecclesie, qui ex industria sua procuravit donari huic ecclesie per Martinikonem militem XII laneos in Precaz cum attinenciis omnibus, qui etiam edificavit una cum ipso Martinikone capellam sancti Iohannis Baptiste et etiam legavit dicte capelle missalem et calicem, duas ampullas argenteas cum thuribulo argenteo et aliis preparamentis; item ecclesie maiori legavit matutinalem novum in duobus voluminibus cum organis pro duabus marcis argenti et alia quam plura.' — [4]) *Videlicet in testamento suo non equidem asservato, ad cuius textum autem inferius alluditur. Cf. superius in apparatu.*

553.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, precibus Hrzonis, burggravii de Zvíkov, annuens, donationem bonorum expresse nominatorum sub certis condicionibus monasterio in Zlatá Koruna ab eo factam confirmat.

In Písek 1268 mart. 27.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Zlatá Koruna, sign. L IV ŘC Zlatá Koruna num. 2) asservatur (A). — Apographum insertum est confirmationi Mariae Theresiae, Romanorum imperatricis, datae Viennae 1750 sept. 7, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. num. 70) asservatur (B).

Ed: Species facti, s. pag. num. 4 (ex A). — Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 466 num. 22 (ex A). — Pangerl, Urkundenbuch von Goldenkron, pag. 15 num. 3 (ex A).
Reg: Hormayr, Archiv 1827, pag. 9. — Hormayr, Taschenbuch 1842, pag. 464. — Böhmer, Add. sec., pag. 443 num. 195. — Reg II, pag. 236 num. 608 (ad mart. 17). — Köpl, Urkundenbuch der Stadt Budweis in B., pag. 6 num. 10.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 290—293, 296, 299, 312, 357, 382 n. 382 (SC).

In tergo chartae manu saec. XIV. — XV. scriptum legitur: „Privilegium Otakari super donacione Mokraw per Hirzonem de Chlingberk".

Scriba: P II 68 = destinatarii proprius. Exempla script. num. 1 a, 51.
Dictator: magister Ulricus protonotarius.
In codice mnscro saec. XIII. membr. bibliothecae Nationalis Viennensis, qui Liber formarum Cunegundis reginae appellatur (sign. num. 526), fol. 67, textus chartae A cum praetermissionibus, quae in libris formarum occurrere solent, nec non cum alia testium formula invenitur. Cf. Palacký, Über Formelbücher, pag. 231 num. 108; vide suo tempore in editione Libri formarum Cunegundis reginae.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Ulricus protonotarius (R), 3, Zlatá Koruna (B).

In[a] nomine sancte et individue trinitatis amen. [N]os Otackanrus,[b] dei gratia Boemie[c] rex, dux Austrie et Stirie ac marchio Moravie, omnibus in perpetuum. [C]um ob reverentiam omnipoten‖tis dei, in cuius manu vita principum est dependens, qui etiam bonorum omnium dulcissimus est largitor et retributor habundantissimus meritorum, religiosos quoslibet deo iugiter famulantes non solum velimus ‖ elemosinarum propriis largitionibus promovere, immo in hiis, que ipsis aliunde a nostris fidelibus subsidiis poterunt provemire,[d] nostra regia magnificentia confovere, divine laudis cultum augeri cu‖pientes temporibus vite nostre multiplicibus incrementis, scire volumus tam presentes quam futuros presentium noticiam[e] habituros, quod consideratis obsequiis et fidelitatis constantia, quibus dilectus et fidelis noster[f] Hyrzo,[f] purchravius de Chlyngenberch, patri nostro pie memorie adhuc viventi[1] et nobis ipsi postmodum in regno succedentibus adhesit fideliter et servivit, de consilio fidelium nostrorum suis precibus annuentes, donacionem sive collacionem talium bonorum, videlicet Nakhlenwe hore, Vgerc, Vmladone, Naochruhle, Vyanka, Nabelem chlume, Vdirka, Vmica, Nemochrich, Vhlimi, Natschernerece, Nabliznerich[g] et Nahirzowe villarum, que ipsi Hyrz pater noster iure perpetario[h] racione suorum dede-

rat meritorum, factam in remedium animarum progenitorum nostrorum, nostre ac coniugis nostre karissime[2] ac ipsius Hyrsonis et uxoris sue[3] claustro nostro in honore Sancte spinee corone domini nostri Ihesu Christi a nobis constructo pariter et fundato ratam habere volumus atque firmam, nostram ad hoc voluntatem prestantes finaliter et consensum. Huiusmodi vero bonorum collacio ab ipso Hyrzone talibus distinccionibus est subiuncta, videlicet quod ipse et uxor[i] uxor[i] sua eadem bona, quamdiu vixerint, libere possidebunt et post utriusque obitum ipsa bona in possionem[k] dicti cenobii devolventur finaliter pacificam et quietam. Si vero Hyrso predictus prior decesserit et domina relicta sua cum alio viro forte matrimonium duxerit contrahendum, tunc ipsa prefata bona manebunt integraliter cenobio supradicto et ipse abbas, quicumque fuerit, dicte domine pro eisdem bonis centum marcas argenti libere assignabit, nullum racione dictorum bonorum habens respectum de cetero ad eandem. Sin autem non contraxerit et elegerit vidua permanere, tunc usque ad finem vite sue bona prehabita possidebit, omnem, quam potest, operam et auxilium ipsi cenobio impensura. Si vero dicta domina huius mundi statum lubricum et infirmum decreverit immutare, in religione eligens aliqua, ut deo serviat, commanere,[l] tunc ipsa iam prefata bona sepedicto claustro cedent absolute et libere pleno iure. Si vero ipsa domina prior mortua fuerit et dictus Hyrzo superstes aliam dominam ducere voluerit in uxorem, ipse Hyrzo racione talis contractus de prefatis bonis, ut dotalitium aliquod statuat ad uxorem, ordinandi nullam habebit penitus facultatem iuxta priorem suam ordinacionem usque post decursum vite sue in bonis remanens supradictis. Prenominatus autem Hyrzo et domina uxor sua Daruza, quamdiu simul vixerint vel alter eorum superstes fuerit, debent unum esocem vel pecuniam equippollentem ad dictum cenobium dare singulis annis in memoriam premissorum. Et ut hec iam prehabita robore firmitatis perpetue solidentur, ipsi monasterio Sancte spinee corone Domini tytulo denominato presens porrigimus instrumentum nostrorum sigillorum munimine roboratum, statuentes firmiter et precise singula supradecta[m] a nostris heredibus, quicumque nobis in regno[n] nostro[n] successerint, ipsi iam supradicto monasterio inviolabiliter observari, sicut iuditium omnipotentis dei et iram evitare voluerint necnon salutem propriam conservare dierum suorum longitudinem congaudendo. Testes vero, qui hiis omnibus interfuerunt, hii sunt: Andreas camerarius Boemie, Vlricus purgravius Pragensis, Zmilo de Lyhtenberch, Purchardus marsalcus, Bawarus de Zrachoniz,[o] Checho de Budiwogevich, Gothfridus prepositus Tynensis, Wesoborius et Hradis filii Egidii, Hyncho filius Schechonis, Vnscho subpincerna, Potho filius Prothiwe, Mrachota de Csartobor, Iacobus de Kuneho et alii quamplures. Actum et datum in Pezka anno M°CC°LX°VII°,[p] VI° kalendas aprilis.[p]

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis flavi et rubri coloris illaesum fere appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

553. [a] *Ad litteram maiorem depingendam hoc loco nec non inferius spatium vacuum relictum est in A.* — [b] *Ita, videlicet cum titulo superfluo* (‚Otackar') *in A.* — [c] ‚Boem' *A.* — [d] *Ita pro* ‚provenire' *in A.* — [e] ‚ncca' *legitur in A.* — [f–f] ‚noster Hyr' *in loco raso videtur esse scriptum in A.* — [g] *Etiam* ‚Nablizmirch' *legi potest in A.*

— [h]) *Ita pro* ‚perpetuario' *in A.* — [i–i]) *Ita in fine unius et in initio alterius lineae in A.* — [k]) *Ita pro* ‚possessionem' *titulus enim deest in A.* — [l]) ‚manere' *A.* — [m]) *Ita pro* ‚supradicta' *in A.* — [n–n]) *Ex* ‚regnum nostrum' *per rasuram corr. est in A.* — [o]) ‚Zrachon' *A.* — [p–p]) *Verbis distentis scriptum est in A.*

[1]) *Venceslao I. anno 1253 sept. 22 defuncto.* — [2]) *Cunegundis.* — [3]) *Daruze; vide inferius.*

554.

Bruno, episcopus Olomucensis, Gallo de Lvová (Lemberk) *et suis fratribus cum consensu capituli Olomucensis villam episcopalem Chotouň iure feudali confert.*

In Olomouc 1268 apr. 7.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. S I a 4) asservatur (A). — Apographum saec. XV. exstat in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis chart. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 28) asservato, fol. 106[v] num. 193 (B).

Ed: CDM IV, pag. 10 num. 9 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 237 num. 610.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 149 ad num. 9 (corr. lect. Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 689 num. 43 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (dictator chartae).

Scriba: B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.
Dictator: Conradus, notarius episcopi, qui auctor est formularii II. chartarum iura feudalia tangentium (cf. num. 373, 408, 409, 664).
Cf. chartam Brunonis episcopi Gallo de Lvová (Lemberk) *1249 febr. 22 datam in Jablonné [v Podještědí] (CDB IV, pag. 264 num. 161).*
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (III), Conradus notarius (SS), 4, De chartae apud nobiles usu (ZZZ).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, nobili viro domino Gallo de Lewenberch in Boemia et suis || fratribus[1] in perpetum. Honestati proximum et rationi non dissonum arbitramur, ut hiis, qui || nostris et ecclesie nostre student inherere serviciis, nos pronos et faciles exhibeamus ad gratiam faciendam. || Hinc est, quod nos inspectis servicis vestris multiplicibus et gratuitis, que nobis et ecclesie nostre promptis et sinceris affectibus hactenus impendistis et deinceps dante Domino impendetis, cum preteritorum exhibitio spem certam et fiduciam prebeat futurorum, damus et conferimus vobis ex consulta deliberatione ac deliberato consilio capituli nostri interveniente consensu villam episcopalem de Kothun in Boemia sitam per vos et fratres vestros, filios dumtaxat et non filias, cum omnibus suis attinentiis nullo diminuto penitus vel excepto titulo feodi perpetuo possidendam, ut fortius et quodammodo ex debito nobis, successoribus nostris et ecclesie nostre ad id deinceps sitis astrictus, in quo vos hactenus suggestu benivolentie ac probitatis vestre promptum sensimus et modis omnibus studiosum. Quod autem super premissis nullus dubietatis scrupulus oriatur, sed firma semper et illibata consistant, presentem paginam inde confectam sigilli nostri iussimus munimine roborari. Et nos Olomu-

cense capitulum, ego videlicet Herbordus prepositus, ego magister Iohannes archidiaconus Olomucensis, ego Symon custos, ego Alexius prepositus in Wolframskirghen, ego Heydolfus Cremeserensis prepositus et nos ceteri presentes nostrum[a] super huiusmodi collatione liberaliter adhibentes consensum et presentibus exprimentes per manum Conradi scolastici, concanonici nostri, subscribimus et sigillum nostrum in testimonium et evidentiam apponi iussimus eciam huic scripto. Datum Olomuz sabbato sancto,[b] vigilia Pasche,[c] anno Domini M°CC°LX°VIII.[c]

Sigilla: in filis sericis flavi et rubri coloris appendent; 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, illaesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num 12; 2) ecclesiae Olomucensis valde laesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.

---

554. [a]) *Scriba primum ‚nr̄a' scripsit et radendo in ‚nr̄m' correxit in A.* — [b]) *Vox ‚in' videtur deesse in A.* — [c–c]) *Verbis distentis scriptum est in A.*

[1]) *Jaroslao de Turnov et Zdislao de Zvířetice.*

555.

Bruno, episcopus Olomucensis, monasterio in Louka definitivam sententiam a Herbordo, praeposito Olomucensi, contra Jezdoncium presbyterum, quondam rectorem ecclesiae in Přímětice, promulgatam confirmat, tenorem eiusdem inseri faciens.

In Pustiměř 1268 apr. 15.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Louka, sign. F 10 a) asservatur (A). — Apographum exstat in codice mnscro membr. saec. XV. „Matricula Lucensis" *intitulato, in eodem archivo (inter Cerronianos II, 253) asservato, fol. 33^{v} (B).*

Ed: CDM IV, pag. 11 num. 10 (ex A, ad apr. 14).
Reg: Reg II, pag. 237 num. 611 (ad apr. 14). — Šebánek, Archivy, pag. 39 num. 223 (ex A).
Lit: Šebánek, Žarošická legenda, pag. 87 n. 11 (scriba chartae). — KK, pag. 349 n. 2 (idem). — Šebánek, Listiny přímětické, pag. 92–93 (rei deliberatio diplomatica). — Boháček, Das Römische Recht, pag. 289 (observationes iuridicae).

In tergo chartae manu saec. XIII. ex. registratoris mon. Lucensis „Diffinitive sententie confirmatio domini B., Olomucensis episcopi, contra Gesdontium" *(E). Inferius folium herbae cuiusdam depictum (eadem manu ?) conspicitur.*

Scriba: B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.
Dictator: Conradus, notarius episcopi.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (KKK), Conradus notarius (TT), 3, Louka (H).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, dilectis in Christo Th.[1] abbati et conventui monasterii de Luca, ordinis Premonstratensis, salutem in ‖ Domino. Ea, que iudicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere, et ne in recidive contentio-

nis scrupulum || relabantur, scriptis convenit autenticis communiri.[a] Sane cum causam, que inter vos et Gezdontium presbyterum, quondam rectorem ecclesie || de Primetiz, nostre diocesis, vertebatur, magister Heydenricus, officialis noster, audiverit plene et usque ad diffinitivam sententiam, quam nobis reservavit, processerit in eadem, ut in actis apparet,[2] nos dilecto in Christo Herbordo, preposito Olomucensi,[b] commisimus,[c] ut actis diligenter inspectis et cognitis cause meritis nec non observato iuris ordine diffinitivam in predicta causa sententiam auctoritate nostra proferret. Qui tandem partibus presentibus diffinitivam contra predictum Gezdontium sententiam promulgavit, sicut in litteris confectis exinde ipsius prepositi et assessorum sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Nos itaque vestris precibus inclinati, quod a prefato preposito super hoc factum est, ratum habentes et gratum, illud auctoritate ordinaria confirmamus. Tenor autem predictarum litterarum talis est: Cum reverendus pater noster dominus B., *etc.*[3] § Quod autem huiusmodi sententia diffinitiva debitam obtineat executionem, inhibemus firmiter sub anathematis interminatione, ut nullus hanc nostram confirmationem presumat infringere vel ei ausu temerario contraire. Datum in Puztimer anno Domini M°CC°LX°VIII, in crastino beatorum Tiburtii et Valeriani martirum.

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, in scidula membranacea valde laesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

---

555. [a]) ‚muniri' *A.* — [b]) ‚Olom̃' *A.* — [c]) ‚misimus' *A.*

[1]) *Theoderico.* — [2]) *Acta ignoramus.* — [3]) *Sequitur tenor chartae Herbordi, praepositi Olomucensis, in domo decani in Olomouc 1267 dec. 8 datae (num. 530) cum variationibus lectionum minimi momenti totidem verbis insertus.*

556.

Bruno, episcopus Olomucensis, Meinhardo de Modřice, militi suo, mansos expresse nominatos cum attinentiis in villis Želeč, Žatčany et Modřice iure feudali cum consensu capituli sui confert.

In Olomouc 1268 apr. 17.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. D I a 2) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. G 7—G 8 (B). — Aliud apographum itidem saec. XIV. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 77[v] — 78 (C).

Ed: CDM IV, pag. 12 num. 11 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 237 num. 612.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 149 num. 49 (corr. lect. Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 689 num. 44 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (stilus chartae).

— Šebánek—Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 118 n. 28 (scriba et dictator chartae). — Šebánek, Listiny na modřická léna, pag. 12 ss (totius rei deliberatio, translatio chartae in linguam Bohemicam).

Scriba: B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.
Dictator: Conradus, notarius episcopi, qui auctor est formularii I. chartarum iura feudalia tangentium (cf. CDB IV, pag. 383 num. 219 et inferius num. 608, 609, 610 etc.).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (LLL), Conradus notarius (UU), 4 a, De chartae apud milites usu (K).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, dilecto sibi Meynardo de Moderiz, militi suo, et heredibus suis in perpetuum. Digne agimus || et ratione movemur, dum eorum, qui se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et fideles, recompensamus servicia favore ac || gratia speciali, ut ferventius nostris insistant obsequiis, dum favorem nostrum sibi senserint affuisse. Hinc est, quod inspectis sinceritatis tue || serviciis, que nobis in ecclesie nostre negociis et utilitatibus non parcendo rebus et persone promptitudine grata iam diucius impendisti et intendas[a] in huiusmodi persistere serviciis incessanter, cumque benefecisse bonis et fidelibus sit omni parte lucrosum, nos tibi, qui te tam fidei puritate quam serviciorum exigentia retributionis premio dignum reddis, damus et conferimus[b] libenter et liberaliter in feodum capituli nostri accedente consensu quinque mansos in villa nostra de Sals, in villa de Zezans quatuor mansos et in villa de Moderiz duos mansos cum quibusdam agris per nos additis ad mansos eosdem et molendinum unum apud ipsam villam, quod sumptibus et expensis propriis contruxisti,[a] ut omnes prefatos mansos simul et molendinum cum censu, decimis, iudicio, steuris omnibusque proventibus et attinentiis nullo diminuto vel excepto per te ac heredes tuos, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneas et possideas ac ratione ipsius feodi ius vassallorum Magdeburgensis ecclesie in omnibus habeas indistinctum, quod omnibus concedimus infeodatis a nobis, quodque heredes tui, filii tantum, sicut premissum est, gaudeant ipso iure. Dabis eciam annis singulis in recognitionem bonorum ipsorum canonicis nostris Olomucensibus de manso quolibet mensuram tritici, quemadmodum infeodati ceteri dare tenentur. Ceterum statutum est per nos de consilio capituli nostri, ut quilibet vassallorum nostrorum infeodatorum a nobis alia de propria pecunia debeat comparare bona, que extimatione[a] facta bonorum sibi collatorum ab ecclesia tertiam partem valere debeant eorumdem. Illaque bona comparata sive empta recipere debent a nobis et ab ecclesia nostra et tenere similiter iure ac titulo feodi, quemadmodum bona episcopalia; sed ad distinctionem bonorum emptorum et episcopalium non dabunt de bonis emptis mensuram tritici predictam. Illaque non solum ad filios, verumeciam ad filias transferentur. Te vero ab huiusmodi statuto exemptum fore volumus, specialem in hoc consentiente capitulo nostro tibi gratiam facientes, ut nullum exinde quo ad dictum feodum tuum tibi preiudicium generetur.[c] Quod autem omnia premissa perpetuam obtineant firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense capitulum, ego videlicet Herbodus prepositus, ego magister Iohannes archidiaconus Olomucensis, ego Symon custos, ego Alexius prepositus in Wlframskirghen archidiaconus Znoemensis, ego Heydolfus prepositus et archidiaconus in Cremeser et nos ceteri

presentes super premissis omnibus consensum nostrum liberaliter adhibentes per manum Conradi scolastici, concanonici nostri, subscribimus presensque scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum Olomunz XV[d] kalendas maii, anno Domini M°CC°LX°VIII.[d]

Sigilla: in filis sericis flavi et viridis coloris appendent: 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, illaesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) ecclesiae Olomucensis paulum laesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.

---

556. [a]) *Ita A.* — [b]) *Litterae* ‚im' *in loco raso scriptae sunt in A.* — [c]) ‚genẽtur' *A.* — [d–d]) *Verbis competenter distentis scriptum est A.*

557.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, monasterio in Litomyšl indulget, ut non obstante constitutione sua de tabernis solummodo in civitatibus habendis sex tabernas in bonis ipsius possideat.

Pragae 1268 apr. 24.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Litomyšl, sign. L IV ŘP Litomyšl num. 8) asservatur (A).

Imago phototypica: Sickel, Monumenta graphica, fasc. VI tab. 7.
Ed: CDM IV, pag. 14 num. 12 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 443 num. 196. — Reg II, pag. 238 num. 613. — Šebánek, Archivy, pag. 39 num. 224 (ex A).
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 260, 261, 292, 312, 363 (Lt 1).

Scriba: P II 64 = cancellariae regiae proprius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 47; 4, 2.
Dictator: fortasse scriba P II 64; sed etiam vestigia stili magistri Ulrici protonotarii apparent.
Vide: II. 1 a, P. O. II., P II 64 (C), magister Ulricus protonotarius (S), 3, Litomyšl (E).

⸗In nomine Domini amen.⸗ Nos Othakarus, dei gracia Boemie[a] rex, dux Austrie et Stirie ac marchio ‖Moravie, omnibus in perpetuum. Cum labilis sit etas hominum et de gestis ipsorum erronea sueverit calump‖nia suboriri, necesse est acta mortalium litterali memorie commendare, que veritatis est indicium ac certitudinis ‖ argumentum. Sciat igitur tam presens etas quam in Christo posteritas successura, quod nos instancia precum Stephany,[b] venerabilis[c] abbatis de Luthomissel, et religiosorum ibidem iugiter deo famulancium inclinati, ipsorum necessitatibus conpatiendo, talem eis graciam duximus faciendam, ut non obstante constitucione nostra, videlicet de tabernis in nostris et aliis civitatibus solummodo habendis et non in provinciis sive villis circumpositis hinc et inde,[1] sex tabernas in bonis ipsorum, ubicumque ipsis habere placuerit, possideant iure perpetuo suis usibus finaliter adaptatas. Et ne in posterum pretextu occasionis premisse sive constitucionis nostre dictis abbati et religiosis de Luthomissel inpedimentum possit aliquod seu

calumpnia exoriri, ipsis in stabilitatem et firmitatem perpetuam premissorum damus presentem paginam nostrorum sigillorum munimine roboratam testibus, qui tunc presentes fuerant, subnotatis, qui sunt: Andreas camerarius Boemie, Vlrycus burkgravius Pragensis, Gallus subpincerna de Lewenberch, Protywoy pincerna, Sdyzlaus marscalcus, Dywissius dapifer, Chunradus magister coquine et alii quam plures fide digni. Actum in Praga anno Domini millesimo CC°LX° octavo et datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis Wisschegradensis prepositi, cancellarii regni nostri, octavo kalendas maii.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

557. [a]) ‚Boẽm' *A.* — [b]) *Vox subtiliori penna scripta est in A.* — [c]) *Littera* ‚n' *in loco raso scripta est in A.*

[1]) *Communem constitutionem regis de tabernis solummodo in civitatibus habendis ignoramus.*

558.[+]

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stirae marchioque Moraviae, fratribus ordinis s. Augustini possessionem ecclesiae sancti Laurentii in Mělník [Pšovka] cum attinentiis expresse nominatis, collatis ipsis per Smilonem, militem de Cítov, et Paulum de Luštěnice, confirmat.

Pragae 1268 maii 11.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum, olim verisimillime in archivo monasterii ord. s. Augustini in Mělník [Pšovka], postea in diversis archivis asservatum, nunc in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. num. 32) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 238 num. 614.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 363, 381 n. 380—381 (AM).

In tergo chartae manu saec. XVI. scriptum legitur: „Tento list majestátu ve dsky zemské vložen a vepsán jest z rozkázánie pánuov jich M[ti] a vladyk z plného soudu zemského. Poslové na to ke dskám byli sú: Jan z Šelnberka a s Kosti, najvyšší komorník království českého, Zdeněk Lev z Rožmitálu a s Blatné, najvyšší sudí královstvie českého, z pánuov. Stalo se léta božieho M° V[c] VI° , v středu před sv. Dyonisim *[1506 oct. 7].*" *Inferius manu saec. XIV.—XV. annotatum est:* „Confirmatio Otokari super ecclesia in Melnik et molendino et navigio."

Scriba: P II 69 = ignotus, destinatarii probabiliter proprius, cuius scripturae ductus quibusdam insolentiis (vide litteram ‚t') a scriptura sui temporis discrepant. Exempla script. 1 a, 52.
Dictator: ignotus, destinatarii probabiliter proprius; in corroborationis formula vestigia stili cancellariae regiae (magistri Petri, cancellarii regni Bohemiae, qui in chartae formula dpm nominatur) apparent. Charta testium formula caret.
Fieri potuit (vide Dušková), ut eo tempore, quo charta data sit (in cancellaria regia), nemo fuerit, qui integrum chartae textum dictavisset et scripsisset. Econtra haud excludenda est opinio coniciens chartae

formam nunc asservatam genuinam non esse (cf. etiam notam a), quamquam certam causam falsitatis chartae explorare non potuimus.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (E), 3, Mělník (Pšovka) (A).

⁑In nomine Domini amen.⁑ Othakarus,[a] dei gracia Bohemie[b] rex, dux Austrie et Stirie ac marchio Moravie,‖ ad noticiam presencium et memoriam futurorum. Divini nominis cultum ob spem retribucionis eterne pio more pro‖genitorum nostrorum graciosa et liberali munificencia dilatare et personas deo iugiter famulancium specialis gracie dono pro‖sequi gestientes, constare volumus presentis pagine inspectoribus universis, quod nos divinitus inspirati religiosis viris, fratribus ordinis sancti Augustini ecclesiam sancti Laurencii in Melnik cum omnibus suis attinenciis, agris, pascuis, naulo in Albea fluvio et uno molendino sito super rivulum dictum Pshowka cum tota hereditate ibidem, collatis eisdem fratribus per Zmilonem, militem de Cethow, et Paulum de Luzceniz pro remedio animarum suarum, auctoritate regia confirmamus, super huiusmodi confirmacione dari mandantes eisdem ad evidenciam et cautelam presentem paginam sigillorum nostrorum appensionibus roboratam. Actum Prage anno Domini M°CC°LX°VIII° et datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis prepositi Wissegradensis, cancellarii regni nostri, quinto ydus maii.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis pallidi (olim flavi et rubri) coloris, quae nodo chartae agglutinatae sunt, valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

558.+ *a) Residuum lineae primae, inde a litteris* ‚thacarus' *usque ad* ‚Mo͡rav' *aliquanto altius collocatum est in A.* — *b)* ‚Bohe͡m' *A.*

559.

Johannes, episcopus Pragensis, monasterio in Plasy villam Odlezly pro certa summa iam recepta vendit.

Pragae 1268 maii 28.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Plasy, sign. L IV ŘC Plasy num. 45) asservatur (A). — Apographum saec. XVI. praebet „Registrum adnotationum quorundam bonorum ad monasterium Plassense pertinentium" *chartaceum, a. 1535 compositum, quod in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. F 160) asservatur, fol. 93 (B). — Apographum saec. XVIII. praebet F. B. Scheppl, Lapis sepulchralis fundatoris et benefactorum ... monasterii de Plassio (1744), cuius codex mnscrus chart. ibidem (sub eadem sign.) asservatur, pag. 196—197 (C). — Versio Bohemica saec. XVI. in mnscro* „Registrum adnotationum ..." *superius citato exstat, fol. 118ᵛ — 119 (T), cuius textum inferius sub* vide.*

Reg: Scheinpflug, Materialien zu einer Gesch. v. Plaß, pag. 184 num. 66. — Reg II, pag. 239 num. 616.
Lit: Nový, Listiny, pag. 64 (corroborationis formula tractatur). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 60 (stilus chartae in comparatione cum libro formarum episcopi Thobiae tractatur).

In tergo chartae manu registratoris mon. saec. XIII. scriptum legitur: „Super Otletz et ipsius pertinentiis" *(A). Superius manus saec. XV. annotavit:* „Otletix tenet Gutsteiner (?)".

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide etiam num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: idem atque scriba; cf. nominatim num. 565.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (GG), J III 6 (E), 3, Plasy (E).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ne rerum gestarum memoria deperiret, inventum est scripture testimonium, per || quam contractus legitimi ad cautelam presentium et futurorum memoriam perhennentur. Noverint[a] igitur universi tam presentes quam posteri, || quod nos Iohannes, Pragensis episcopus XXIIII, Iacobi prepositi, Witi decani, Petri archidiaconi et Prisnoborii scolastici ac tocius ecclesie || nostre capituli de communi consilio et assensu villam Otleth episcopatus nostri, sitam inter Zel, opidum forense, et Ladotych, curiam monachilem, cum aquis, piscationibus, agris, nemoribus sive silvis et omnibus aliis ipsius ville pertinentiis honorabilibus et religiosis viris ..[1] abbati et conventui ecclesie sancte Marie de Plaz, Cisterciensis ordinis, nostre dyocesis, libere vendidimus pro precio LXXX marcarum boni et puri argenti et precium totum recepimus coram testibus infra scriptis; hec omnia a[b] ipsis abbate et conventu iure hereditario et perhenni perpetuo possidenda. Testes sunt hii: Antonius magister, Pardus magister, Iohannes filius Pitrolphi, Thomas canonici Pragenses, Peregrinus dapifer noster et Olricus subdapifer, Sdislaus subpincerna et Rudolphus archidiaconus Zatchensis, Milko et Wseslaus frater eius de Presow, Gotsalcus et Lutco de Calch, Sezema de Crasouich, Dluhomilus de Monte Irinacio et alii quam plures. Ad maiorem autem huius rei evidentiam et sempiternam memoriam et ut hec per nos sollempniter et ad utilitatem ecclesie nostre facta venditio debitum et perhenne robur obtineat firmitatis, predictis viris religiosis, abbati videlicet et conventui de Plaz, presentes concessimus litteras sigilli nostri et nostri capituli munimine roboratas. Actum et datum Prage V kalendas iunii, anno Domini M°C°C°LX°VIII, pontificatus vero nostri favente dei filio anno undecimo, indiccione undecima,[c] epacta IIII, concurrente septimo.[c]

Sigilla: in filis sericis rubri et viridis coloris valde laesa appendent; 1) Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2; 2) ecclesiae Pragensis. Cf. Sigilla num. 3, 47.

---

559. [a]) *Ultimae litterae* ‚int' *in loco raso scriptae sunt in A.* — [b]) *Ita A.* — [c–c]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Winrico.*

559.*

Ve jméno svaté, nerozdílné trojice amen. Aby nezahynula věcí předešlých pamět, nalezeno jest písem svědectvie, skrze něžto svolení svobodné k výstraze nynějším a budúcím pamět věčně trvá. Protož, aby znali všickni tak nynější jako budúcí, že my Jan, pražský biskup XXIIII, Jakuba probošta, Víta děkana, Petra archidiacona a Příznobrii scolastici i se všemi kostela našeho kapitulú z uobecní rady a přivolení ves Othles biskupství našeho, ležící mezi Zehlí, městečkem pomezním, a Ladorych, dvorem mnišským, s vodami, lovením, polmi, háji neb lesy i se všemi jinými té vsi příslušnostmi poctivým a nábožným mužóm oppatovi a konventu kostela svaté panny Marie z Plas, cisternenské řeholí, našeho biskupství, svobodně sme prodali za summu LXXX hřiven dobrého a čistého stříbra a summu všecku sme vzali před svědky dole psanými; tím vším on oppat a convent právem dědickým a budúcím věčným vlásti budú. Svědkové sú tito: Anton mistr, Pardus mistr, Jan syn Pitrolphi, Thomas kanovník pražský, Peregrinus truksas náš a Voldřich podtruksas, Zdislav šenk a Rudolph archidiakon žatecký, Milko a Voislav bratří jeho z Přezóv, Gotsalcus i Lukto z Klath, Sezema z Crasmoth, Dluhomil z Hory Irnacio a jiní mnozí. Ale pro věčí těch věcí známost a věčnú paměť, aby tento skrze nás znamenitě a k užitku kostela našeho učiněný prodaj dluh a věčný potvrzení obdržal, mocí prve řečeným muožuom opatu a conventu[a] z Plas nynější puojčili sme list pečetí naší a naší kapitoly s hrazením potvrzené. Stalo se a dán v Praze léta Páně M° CC° LXVIII, biskupství našeho z přízně božieho syna létha XI.

559.* [a]) conventu' *T.*

559 a.

Johannes, episcopus Pragensis, omnibus, qui ecclesiam monasterii de Pforta in certis festivitatibus visitaverint, indulgentias concedit.

Pragae 1268 maii 29.

Apographum exstat in mnscro chart. saec. XV. „Diplomatarium Portense" *intitulato, in bibliotheca et archivo scholae superioris Portensis asservato, fol. 137 (B).*

Ed: Corssen, Alterthümer, pag. 287 num. 6 (ex B). — Boehme, Urkundenbuch I, pag. 212 num. 200 (ex B).
Reg: Dobenecker, Regesta IV, pag. 29 num. 188.
Lit: Wolff, Chronik, pag. 153 (rei deliberatio).

Dictator: cancellariae episcopi proprius, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (GG').
Imagine phototypica B a procuratoribus bibliothecae superius laudatae nobis missa nec non informationibus a v. d. M. Kobuch, archivi publici Dresdensis archivarii, nobis benignissime datis usi sumus.

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, universis Christi fidelibus, ad quorum noticiam pervenerit presens scriptum.[a] Loca[b] sanctorum omnium pia et prompta devotione sunt a Christi fidelibus veneranda, ut, dum dei honoramus amicos, ipsi nos amicabiles deo reddant et illorum nobis vendicantes quodammodo patrocinium, quod merita nostra non optinent, eorum mereamur intercessionibus optinere.[b] [1] Cupientes igitur, ut ecclesia sancte Marie virginis gloriose monasterii de Porta congruis honoribus frequente-

tur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad eandem ecclesiam in die, quo dedicabitur, et in quolibet die anniversario dedicationis ipsius imperpetuum nec non in festivitatibus predicte virginis gloriose, Annunciacionis videlicet, Assumptionis, Nativitatis et Purificacionis causa devocionis accesserint, annuatim annum et XL dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus proviso, quod venerabilis pater dominus Nuemburgensis episcopus[2] hoc ratum habere dignetur et gratum.[c] Datum Prage anno Domini MCCLXVIII,[d] IIII kalendas iunii.

---

559 a. [a]) *Hoc loco verba* ‚salutem in Domino sempiternam' *videntur deesse in B. Cf. Novák, Formulář, pag. 15 num. 17.* — [b–b]) ‚Loca sanctorum omnium, ut supra etc.' *legitur in B, ubi ad chartam Guidonis, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicae sedis legati, mon. in Pforta 1267 oct. 3 datam (Boehme, pag. 211 num. 197) revocatur.* — [c]) ‚ratum' *mendose iterum legitur in B.* — [d]) ‚CCLXVIII' *mendose legitur in B.*

[1]) *Cf. num. 494.* — [2]) *Theodericus.*

560.

Clemens IV. papa monasterium in [Dolní] Kounice protegendum suscipit.

Viterbii [1268] iun. 2.

Autographum in membrana scriptum in archivo principum de Liechtenstein Vadusii (sub dato suo) asservatur (A).

In chartae replicatae parte dextra „B.comes.", *sub chartae replicatae parte sinistra* „ ; · " *legitur; quae omnia in circulo cancellariae apostolicae scripta sunt. Quae in tergo chartae scripta erant, fere evanuerunt.*

Imagine xerographica chartae nec non informatione a procuratore archivi in Vaduz v. d. G. Wilhelm benignissime nobis translata usi sumus.

§ Clemens § episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..[1] preposito et conventui monasterii de ‖ Cuniz, Premonstratensis ordinis, Olomucensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis ... complere.[2] Eapropter, dilecti[a]‖[b] in Domino filii,[c] vestris iustis precibus inclinati, personas ... protectione suscipimus.[3] Spetialiter autem terras, possessiones, redditus et alia bona vestra, sicut ... communimus.[3] Nulli ergo ... contraire.[2] Si quis autem ... incursum.[2] Datum Viterbii IIII nonas iunii, pontificatus nostri anno quarto.

Bulla: avulsa et deperdita est.

---

560. [a]) *Ita pro* ‚dilecte' *in A.* — [b]) *Finis tertiae lineae in A.* — [c]) *Ita pro* ‚filie' *in A.*

[1]) *Nomen ignoramus.* — [2]) *Vide CDB II, pag. 27 num. 30.* — [3]) *Vide CDB IV, pag. 464 num. 271.*

561.

Iudex et iurati cum civibus in Jihlava nec non urburarii regis in Bohemia et in Moravia Nicolao, abbati monasterii Lubucensis, de iustitia, quam habent in montibus, quosdam articulos remandant.

— [ante 1268 iun. 9].[1]

Autographum in membrana scriptum, quod olim in archivo publico Vratislaviensi (archivum mon. Lubensis, sign. num. 130) asservabatur, nunc latet (A). — Apographum coaevum fere confirmationis chartae Boleslai, ducis Silesiae, in Sichów 1268 iun. 9 datae (Reg II, pag. 239 num. 617 nec non suo tempore in regestorum serie huius tomi) cum quibusdam variationibus verborum, quarum graviores in notis c, f—f vide, insertum est, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum in eodem archivo (sign. num. 94) asservabatur, nunc autem latet (B).

Imago phototypica: Mezník, Jihlavské privilegium, tab. 3.
Ed: Sternberg, Umrisse I. 2, pag. 23 num. 14 (ex A, ad cca a. 1260). — CDM IV, pag. 16 num. 14 (ex A, ad a. 1268). — Steinbeck, Gesch. des schles. Bergbaues I, pag. 71—72 s. num. (ex Sternbergo, ad a. 1260). — CIB I, pag. 163 num. 56 (ex Sternbergo, ad cca a. 1267). — Tomaschek, Das alte Bergrecht v. Iglau, pag. 18 in num. 5 (ex Steinbecko, s. d.). — CDS XX, pag. 6 num. 23 (ex A, s. d.), pag. 7 in num. 24 (ex B). — Zycha, Das böhmische Bergrecht II, pag. 330 num. 23 (ex Sternbergo, ante a. 1268). — Labuda, Miśkiewicz, Teksty źródłowe, pag. 12 in num. 4 (ex CDS).
Reg: Bischoff, Österreichische Stadtrechte, pag. 45 s. num. (ad a. 1260, ad a. 1268). — Reg II, pag. 110 num. 289 (ad a. 1260). — CDS VII. 2, pag. 170 num. 1308 (ad 1268 post iun. 9). — Scholz—Babisch—Wendt, Quellen zur Handelsgeschichte, pag. 175 num. 253.
Lit: Steinbeck, Gesch. des schles. Bergbaues I, pag. 70—73 (argumentum chartae tractatur). — Mezník, Jihlavské privilegium, pag. 7 ss (scriba chartae). — Šebánek, Česká listina 3, pag. 123 (idem). — Šebánek, Ještě o jihlavské listině, pag. 125 ss (idem).

Scriba: civitatis Iglaviensis proprius, idem atque in ultimis duabus lineis chartae iudicis nec non universitatis civium civitatis Jihlava monasterio in Lilienfeld [in Jihlava] 1268 oct. 19 datae (vide inferius num. 570), verisimiliter idem (= V 71[+]*) atque in exemplari A Magnae chartae Iglaviensis sic dictae, cuius editionem in CDB IV. 1, pag. 290 num. 177*[+ +] *vide. Cf. Exempla script. in CDB IV. 2, num. 23.*
Dictator: fortasse idem atque scriba chartae.
Vide: II. 5, De chartae apud civitates usu (MM).
Imagine phototypica autographi latentis chartae A partis aversae tantum cum sigillo a v. d. Fr. Hoffmann, tunc procuratore archivi civitatis Jihlava, ex collectione Em. Schwab nobis benignissime transmissa usi sumus. Lectionum B varietates ex CDS (vide superius) praebemus.

Reverendo in Christo patri ac domino suo N.,[2] abbati Lubensi, M.[3] iudex et iurati cum universitate civium in Igla || atque urborarii domini nostri regis[4] in Bohemia[a] et Morauia propmtam[b] in omnibus serviendi voluntatem. Dominationi || vestre tenore presencium innotescat, quod nos secundum iusticiam nostram atque nobilium terre, quam || habemus in montibus, de illustrissimo domino nostro regi[c 5] vobis remandamus: Ubicumque in hereditate domini abbatis uniuscuiusque claustri vel aliorum nobilium terre novus mons inventus fuerit, si est in hereditate domini abbatis, in primis septem laneis mensuratis tricesimam secundam partem dominus abbas obtinebit, que in vulgari ackersteil nuncupatur, et de urbura, que datur domino terre, datur sibi tercia pars metalli; et in laneo

domini regis de urbura terciam partem dominus abbas obtinebit. Item in laneo domini abbatis[d] datur sibi tercia pars de urbora;[e] et de septima[f] parte[f] terciam partem metalli obtinebit[g] in eodem laneo et non in aliis tantum. Insuper de iudicio ipsius montis et de aliis diversis, que sunt in monte, dominus ipsius terre se intromittit; et silvam ipsorum fratrum montanis ad ipsorum necessaria nequaquam iniberi[h] debent predicti fratres nec dominus ipsius terre.

Sigillum: civitatis Iglaviensis scidula membranacea ex autographo ipso scissa valde laesum dependet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 39.

---

561. [a]) ‚Boẽmia' *A.* — [b]) *Ita pro* ‚promptam' *A.* — [c]) *Ita A,* ‚rege' *legitur in B.* — [d]) *Sub littera* ‚s' *signum* ‚//' *exstat in A.* — [e]) *Littera* ‚r' *ex* ‚b' *correcta est in A.* — [f–f]) ‚septem partibus' *legitur in B.* — [g]) *Ita A,* ‚optinebit' *in B.* — [h]) *Ita A,* ‚inhibere' *in B.*

[1]) *Charta A ante terminum, quem charta B indicat, ponenda est.* — [2]) *Nicolao.* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Přemysli Otakari II.* — [5]) *Iustitia hoc loco commemorata illa praeclara, quam Magna charta Iglaviensis sic dicta (CDB IV, pag. 290 num. 177++) continet, esse non potest. Nam: 1) illius chartae ambo exemplaria post annum 1268 de facto videntur esse scripta; 2) de constitutionibus, quae superius in textu chartae Lubucensis continentur (exclusis illis de septem primis laneis mensuratis nec non de laneo regis, ad quas ibidem alluditur), in Magna charta nihil inveniri potest.*

562.

[Johannes, episcopus Pragensis, ecclesiam monasterii in Pohled consecrans, dotem eius confirmat].[1]

Pragae 1268 iun. 14.

Apographi saec. XIV. fragmentum praebet codex mnscrus membr. „Chartularium et urbarium monasterii Vallis s. Mariae" *intitulatus, in UK Pragae (sign. XIV E 13) asservatus, fol. 12 (B).*[2]

Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (HH), 3, Pohled (E).

...[a] hec attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et sanctissimorum predictorum martirum et nostre excommunicacionis sentenciam, quam in hiis scriptis proferimus, se noverit incursurum. In cuius rei testimonium et evidenciam manifestam presens scriptum sigilli nostri caractere fecimus insigniri. Datum Prage in vigilia sancti Viti, anno Domini M°CC°LXVIII°, indiccione XI[a], pontificatus vero nostri anno XI°.

---

562. [a]) *Verba, quae praecedebant, desunt in B.*

[1]) *Omnia, quae fragmentum continet, respicientes haec concludere possumus: a) Editor chartae certo Johannes, episcopus Pragensis, erat, nam in eius sede charta data est et eius pontificatus anni cum ceteris indiciis temporis chartae concordant. b) Destinator chartae ex eo statui potest, ubi fragmentum eius asservatum*

sit. c) In fragmento mentio ‚sanctissimorum predictorum martirum' *fit, quapropter consecrationis et dotis confirmationis charta primo loco in censum venit. — [2]) Prima pars textus chartae in folio exstabat, quod fol. 12 mnscri praecedebat, sed iam olim avulsum periit.*

563.

Johannes, episcopus Pragensis, omnibus, qui monasterium in Pohled de novo fundatum et eius ecclesiam in certis festivitatibus visitaverint, indulgentias concedit.

Pragae 1268 iul. 13.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Pohled, sign. L IV ŘC Pohled num. 8) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 239 num. 618 (ad iun. 13).
Lit: KK, pag. 350 n. 2 (scriba chartae statuitur). — Nový, Listiny, pag. 61—63 (prooemium nec non dispositionis formula chartae tractantur). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 61 (stilus chartae in comparatione cum libro formarum episcopi Thobiae examinatur).

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide etiam num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est. Articulus, quo dispositio chartae suppleta est (vide n. b—b), suspicionem non movet.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (II), J III 6 (F), 3, Pohled (F).

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, universis Christi fidelibus nostre civitatis et dyocesis salutem in Domino sempiternam. Vite perhennis || gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem civium supernorum, a redemptis precio sanguinis || fusi de precioso corpore redemptoris meritorum debet aquiri virtute, inter que illud pregrande dinoscitur, quod ubique ||, et maxime in sanctorum ecclesiis et locis religiosis, maiestas altissimi collaudetur.[1] Rogamus igitur universitatem vestram et hortamur attente ac in remissionem vestrorum vobis iniungimus peccatorum, quatinus ad cenobium honestarum et religiosarum dominarum, sanctimonialium videlicet Cisterciensis ordinis, nostre dyocesis, de novo fundatum in loco, qui dicitur Wallis sancte Marie, et ipsarum ecclesiam, imploraturi a Domino vestrorum delictorum veniam, in humilitate spiritus accedatis. Nos enim de omnipotentis dei misericordia confidentes, omnibus vere penitentibus et confessis, qui cenobium et ecclesiam supradictam in die dedicationis ipsius[2] et in festivitatibus predicte beatissime Marie virginis quater in anno, Anunciatione,[a] Assumptione, Nativitate et Purificatione, annis singulis causa devotionis visitaverint, quadraginta dies criminalium et annum venialium de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Prage tercio idus iulii, anno Domini M°C°C°LX° octavo, pontificatus vero nostri anno undecimo. Volumus[b] autem, ut in secunda feria Rogationum, in qua ad locum predictum convenire solet populus fidelium, predicta indulgencia debitum robur obtineat ut in festivitatibus suprascriptis, ut fideles Christi quasi per premia salubriter ad merita invitentur.[b]

Sigillum: in filis sericis flavi et rubri coloris appendet; fragmenta eius sacculo e textura cannabina confecto insuta exstant.

---

563. [a]) *Ita A.* — [b–b]) *Ultimae duae lineae characteribus compressioribus videntur esse suppletae in A.*

[1]) *Cf. CDB IV, pag. 373 num. 210.* — [2]) *Sicut P. A. Stohandl, ultimus praepositus monasterii, asserit, dies dedicationis ecclesiae in Pohled dominica Laetare erat. Vide* ‚Memorabilia monasterii Vallis b. Virginis', *quorum codex mnscrus chart. saec. XVIII. in UK Pragae (sign. VI B 13) asservatur, fol. 3—4.*

564.[++]

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis (sic),[1] hominibus monasterii Teplensis in bonis Hroznětín residentibus libertates expresse nominatas confirmat.

Pragae 1268 aug. 2.

Apographum in cofirmationis charta Johannis, regis Bohemiae, Bononiae 1333 apr. 12 data (Reg III, pag. 774 num. 1995) insertum exstat, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum valde laesum in SAR Žlutice (archivum mon. in Teplá, sign. Kl. prem. Teplá num. 45) asservatur (B).[2] *— Duo apographa e charta Johannis modo dicta emanata confirmationis charta Karoli IV., Romanorum regis, Pragae 1353 febr. 26 data (cf. RI VIII, pag. 122 num. 1544) praebet, cuius confirmationis chartae duo autographa in membrana scripta ibidem (num. 66) asservantur (C 1, C 2). — Apographum ex charta Karoli modo dicta (C 1) haustum confirmationis charta Venceslai IV., Romanorum regis, Pragae 1393 apr. 27 data (nondum typis edita) continet, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (num. 82) asservatur (D). — Simplex apographum e Johannis charta supra memorata descriptum codex mnscrus membr. — chart. saec. XVI.—XVII.* „Annales monasterii Teplensis" *dictus, olim in bibliotheca mon. Teplensis (sign. ψ VI 146) asservatus, qui nunc latet,*[3] *continet, fol. 21[v] — 22 (E). — Ibidem versio Bohemica chartae ex charta Venceslai IV. supra memorata translata exstat, fol. 106—106[v], cuius textum inferius sub* vide (T).*

Reg: Reg II, pag. 240 num. 619 (indicationi anni signum interrogationis adiungitur). — Gradl, Monumenta, pag. 97 num. 265 (idem).
Lit: Fiala, Kancelář, pag. 273, 283 n. 34 (chartam tempore Karoli IV. fictam esse putat). — Dušková, Dva zvláštní případy, pag. 87 n. 21 (argumenta falsitatis chartae praebentur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 382 n. 384 (idem).

Dictator: destinatarii proprius, qui ab intitulatione chartae usque ad prooemium (inclusive) nec non in corroboratione eiusdem verba chartae Přemysli Otakari II. monasterio Teplensi Pragae 1276 febr. 8 (vide inferius num. 804) datae, quam magister Henricus dictavit, repetit; quae typis minoribus et signo I in margine apposito exprimuntur. In dispositionis formula chartae nonnulla verba dispositionis formulae chartae Venceslai II. Brunae 1298 ian. 10 datae (Reg II, pag. 764 num. 1777) repetuntur; quae typis minoribus et signo II in margine apposito exprimuntur.
Ex omnibus superius dictis apparet chartam sinceram esse non posse eamque ante 1333 apr. 12 fingendo ortam esse.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 3, Teplá — Chotěšov (D).

(I) Ottakarus,[a] dei gracia rex Boemie,[b] dux Austrie, Styrie,[c] Karinthie, marchio Moravie,[d] dominus Karnyole,[e] Marchie,[f] Egre ac Portus Naonis, omnibus imperpetuum.[g] Etsi de regie benignitatis[h] clemencia[i] iusta subditorum nostrorum favorabiliter exaudire precamina nostram digne deceat maiestatem, illorum tamen peticionibus condescendere dignius et decencius[k] reputamus, quos vite commendabilis[l] * insignit honestas et per quos laudum nobis apud[m] homines accrescunt preconia et apud[m] deum premia promeremur. Ad instantem igitur supplicacionem[n] religiosi viri fratris H.,[4] venerabilis abbatis monasterii Teplensis,[o] libertates et gracias subsequentes hominibus in bonis dicti monasterii Hroznetyn sive in Liechtenstat[p] nuncupatis[q] in Cubitensi provincia residentibus cum omnibus suis pertinenciis per presentes confirmando, large ac libere condonamus de speciali nostra gracia, eximentes
(II) ipsos ab advocacia nostra et ab omni* vexacione burgraviorum[r] sive iudicum aut aliorum officialium Cubitensis provincie presencium et futurorum, qui ibi pro tempore per nos fuerint constituti; nullus iam dictorum homines prefate provincie Liechtenstat[p] ad reparacionem castri sive civitatis aut preurbii[s] in Cubito[t] sive alias cogat aut aliquatenus conpellere[u] presumat; volentes omnino, ut nullam[v] iurisdiccionem[v] habeant in bonis sepefatis,[w] sed[x] ab omni exaccione ac vexacione eorumdem[v] de nostra speciali gracia sint liberi et exempti, quinymo[z] de omnibus causis aut culpis seperecitate provincie in Lichtenstat[aa]
(II) abbas antedicti monasterii liberam per nos concessam habeat* facultatem. Preterea si homines prefate provincie ad beneficium[bb] Pragense[bb] vel alias per querimoniam fuerint evocati aut citati, actori sufficiens fiat iuris complementum,[cc] emende vero et culpe in usus abbatis
(II) proprie redigantur. Insuper si quis fur* in prelata[dd] iam sepius provincia Liechtenstatensi[ee] deprehensus fuerit, aut si homicidium vel latrocinium vel furtum aut aliam huiusmodi culpam grandem ibidem quis perpetraverit, perpetrator huiusmodi[ff] criminis penam debitam subeat, facultas vero ipsius tota monasterio permaneat[gg] sepedicto.[gg] Ne igitur super hac constitucione aut donacione nostra et libertate per nos concessa aliqua negligencia suboriatur aut ulla
(I) fraudulenta occasio admittatur, presentes* fieri ac[hh] sigillis[ii] maiestatis nostre iussimus communiri.[kk] Actum et datum Prage anno Domini M°CC°LXVIII° [ll] V^to [mm] nonas augusti.

564.[++] [a]) ‚Ottak[x]' *B.* ‚Otakarus' *C 1, C 2.* — [b]) ‚Boẽm' *B, C 1, C 2.* — [c]) ‚Stirie' *C 2, D.* — [d]) ‚Mor' *B, C 1, C 2,* ‚Morauie' *D, E.* — [e]) ‚Karniole' *C 1.* — [f]) ‚marchio' *mendose in D, E.* — [g]) ‚in perpetuum' *D.* — [h]) ‚benignitacio' *(?) C 2.* — [i]) *Hic nec non inferius saepius* ‚t' *ponitur pro* ‚c' *in C 1, C 2, D.* — [k]) ‚detencius' *mendose in C 2.* — [l]) ‚mendabilis' *B, C 1, C 2.* — [m]) ‚aput' *D.* — [n]) ‚R.' *mendose sequitur in B, C 1, C 2, D, E.* — [o]) ‚Theplensis' *C 1, D.* — [p]) ‚Lichtenstat' *C 2.* — [q]) *Deest C 2,* ‚nunccupatis' *D, E.* — [r]) ‚burggraviorum' *C 1,* ‚purgraviorum' *C 2.* — [s]) ‚preorbii' *C 2.* — [t]) ‚Cubitu' *C 2, D.* — [u]) ‚compellere' *D.* — [v–v]) ‚nostram iuredicionem' *(?) in C,* ‚nullam iurisdicionem' *in D legitur.* — [w]) ‚sepefacti' *mendose C 2.* — [x]) ‚set' *C 1, C 2.* — [y]) ‚eorundem' *C 2, D, E.* — [z]) ‚quinymmo' *C 2, D.* — [aa]) ‚Liechtenstat' *C 1, D, E.* — [bb–bb]) ‚beneficium Pragensis' *mendose in C 2,* ‚beneficiarios Pragenses' *in E legitur.* — [cc]) ‚plementum' *B, C 2,* ‚conplementum' *E.* — [dd]) ‚prolata' *C 1, C 2, D, E.* — [ee]) ‚Liechtenstat' *C 1,* ‚Lichtenstat' *C 2, D, E.* — [ff]) ‚huius' *E.* — [gg–gg]) ‚sepedicto permaneat' *C 2.* — [hh]) *Incertum in B.* — [ii]) ‚sigillo' *D, E.* — [kk]) ‚muniri' *B, C 1, C 2.* — [ll]) ‚M° CC° LXVIII' *C 1,* ‚M° CC° sexagesimo octavo' *C 2,* ‚millesimo ducentesimo sexagesimo octavo' *D.* — [mm]) ‚quinto' *B, D, E.*

[1]) *Tituli regis hoc loco positi omnes in nulla sincera charta eius ante 1270 oct. 27 (Reg II, pag. 279 num. 719 nec non suo tempore in regestorum serie huius tomi) data reperiri possunt.* — [2]) *Lectiones B vix ubique certe statuere potuimus.* — [3]) *Imagine phototypica mnscri usi sumus.* — [4]) *Hugonis.*

564.++*

Ottakar, boží milostí král český, vévoda rakúský, štyrský, carintský, markrabie moravský, pán Karnioly, markrabie[a] Břehu Naonského, všem na věky. Ač koli z milosti královského dobrodiení spravedlivé prozby našich poddaných příznivě uslyšeti jest našie velebnosti hodné i slušné, však hodnější a slušnější se nám zdá k těch prozbám se nakloniti a povoliti, kteréžto schválená počestnost jich života okrasuje a skrze kteréžto čest naše u lidí se rozšiřuje a zaslúženě u boha nám se přispořuje. Protož ku pilné prozbě nábožného muže bratra H.,[b] ctihodného opata kláštera teplského, osvobození a milosti v dole psané lidem na zboží řečeného kláštera Hroznotín nebolito Lichtenstat řečeným v loketském kraji obývajícím se všemi jich příslušnostmi tiemto listem potvrzujíce, štědře a svobodně obdařujem zvláštní naší milostí, vynímajíce je od [fojtství[c] našeho][c] a od všelikého trápenie purkrabí, soudcí nebo jiných úředníkuov kraje loketského nynějších i budúcích, kteří by tu toho času od nás byli ustaveni. Ižádný z již jmenovaných lidí dřeveřečeného kraje Lichtenstat k vzdělání hradu nebo města aneb předměstí na Lokti neb jinde směj je nutiti ani jakž koli připuditi. Chtiece ovšem, aby žádného práva pořádného neměli na již jmenovaném zboží, ale ode všech šacunkú a trápení jich z naší zvláštní milosti chcme, aby byli svobodni a vyňati. Ovšem také opat svrchujmenovaného kláštera ze všelikých pří, vinn a pokut častojmenovaného kraje v Lichtenstat od nás sobě puojčenú měj moc svobodnú. Také jestli že by lidé řečeného kraje k úředníkóm pražským nebo jinam skrze žalobu byli pohnáni nebo zavoláni, puohonu neb tomu, ktož při vede, dosti buď vyřčenie práva. Ale oprava a vinny, ty zvláště k užitku opatovu mají obraceny býti. Byl-li by taky zloděj který postižen v častořečeném kraji Lichtenstat nebo kto vraždu, lotrstvie, krádež neb jinú věc neslušnú tu spáchal, takový zločinec za svú vinnu hodnú vezme pomstu. Ale statek jeho vešken zuostane klášteru svrchujmenovanému. Protož, aby takovému ustanovení a obdarování našemu a osvobození od nás puojčenému žádné obmeškánie nevzniklo ani žádná lstivá příčina dopuštěna byla, tento list napsati a pečetí majestátu našeho kázali sme opatřiti. Jednáno a dáno v Praze léta božieho tisícieho dvústého šedesátého pátého,[d] den první měsíce srpna.[d]

564.++* *a) Ita translatum pro recto* ‚Marchie, Egre' *in T.* — *b) Potius* ‚F' *legi potest in T.* — *c–c) Verba* ‚fojtství našeho' *desunt in T, scriba spatium vacuum reliquit nescius, quomodo terminus,* ‚advocacia' *Bohemice interpretari possit.* — *d–d) Ita T mendose.*

565.

Johannes, episcopus Pragensis, bona hereditaria expresse nominata episcopatus et ecclesiae Pragensis cum domino Přemyslo Otakaro II. rege pro aliis bonis itidem expresse nominatis commutans, omni iuri eorumdem bonorum, quae regi ex contractu permutationis accesserunt, renuntiat eidemque remittit, si quid a Nicolao, antecessore episcopi, debitorum contraxerit.

In Újezd [Pragae] 1268 aug. 3.

Autographum in membrana scriptum in archivo arcis Pragensis Pragae (archivum cap. Pragensis, sign. II 27) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 240 num. 620. — Eršil—Pražák, Katalog, pag. 28 num. 55 (ex A).
Lit: Nový, Listiny, pag. 63 (corroborationis formula et scriba tractantur). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 60 (prooemium chartae in comparatione cum libro formarum episcopi Thobiae nec non scriba tractantur).

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide etiam num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: idem atque scriba; cf. nominatim num. 559.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (KK), J III 6 (G), 3, Praga, ecclesia capitularis (P).

⁑In nomine Domini amen.⁑ Nos Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus XXIIII, omnibus in perpetuum. Ne rerum gestarum memoria deperiret, inventum est ‖ scripture testimonium, per quam contractus legitimi ad cautelam presentium et futurorum memoriam perhennentur. Noverint igitur tam presentes quam posteri, ‖ quod nos de consensu capituli ac unanimi voluntate meliora prospicientes et contractum permutationis celebrantes cum domino nostro Ottacaro,‖ illustri Boemie[a] rege, duce Austrie et Stirie ac marchione Morauie, hereditaria episcopatus nostri et ecclesie nostre bona cum omnibus ipsorum pertinentiis, que habuimus in Wesche, Tuklek, Hosti, Dubrauiche, Netehouiche, Nuziche, Hodoniche, Wranow in provincia Bechinensi et apud Pragam Zbraslaw, Zabehlice et utrumque Huhel, commutavimus pro aliis bonis et possessionibus ac universis pertinentiis eorundem, Slauetin videlicet opido forensi, Obora et parte ville Blsan nomine necnon et villa Wrisouici, que fuit Nepronis, filii Borute, de qua idem Nepro propter suos enormes excessus ad ius et proprietatem regalis dominii domini regis prehabiti devoluta eidem domino regi cessit, que nobis et nostre ecclesie ac episcopatui nostro iure hereditario exstitit assignata in concambium, ut dictum est, per ipsum dominum regem coram testibus infrascriptis; et ad complendam plenam et integram estimationem et compensationem dictorum bonorum, que permutavimus pro prescriptis bonis et possessionibus, ut superius est expressum, prefatus dominus rex nobis et ecclesie nostre centum marcas argenti in festo beati Martini proxime venturo[1] dare promisit vel ad valorem earum possessionem aliquam, ubi expedierit, assignare. Ut autem in huiusmodi contractu, quem fecimus cum sepedicto domino rege, regalis munificencie senciamus effectum, idem dominus rex bona prehabita, que nobis titulo permutationis assignavit et[b] nos recepimus ab eodem, ab omni inquietatione et offensa, que fieri solet per exercitum transeuntem, decrevit esse libera et totaliter absoluta et super hoc nobis et ecclesie nostre privilegium suum regale tradidit et concessit.[2] Nos vero sub spe gratie et favoris ipsius, que circa nos et ecclesiam nostram inherendo predecessorum suorum vestigiis favente Domino conservabit, omni iuri dictorum bonorum, que sibi ex contractu permutationis prehabite accesserunt, pro nobis et ecclesia nostra renunciamus et contenti sumus recompensacione bonorum supradictorum nobis et ecclesie nostre[c] facta et solucione prefate peccunie facienda. Remisimus insuper ipsi domino nostro regi eciam sub spe gratie sue puro corde et amicabiliter ac sincere nostro et ecclesie nostre nomine, si quid a domino Nicholao, felicis recordationis antecessore nostro,[3] in aliqua peccunia cuiuscunque iuris titulo ipse contraxerit debitorum. Testes,[d] de quibus mentio est habita superius, sunt hii: dominus Petrus Wissegradensis prepositus, Andreas camerarius Boemie, Olricus de Noua Domo subcamerarius, Gallus subpincerna, Diuinus subdapifer, Wilelmus burcravius de Primberk, Hoierus de Suin, Budiuoy de Sepecow, Bauor de Straconich, Sulislaus de Trenouan,[e] Pribislaus filius Hrenonis, Wernerus iudex, Zdrisislaus iudex terre, Smilo dictus

Buhsich et Albertus frater eius, Winterus filius Radoslai, Olricus dictus Drunholch, Hartleuus subcamerarius Morauie, Nezamisl burcravius Olomucensis, Wilam filius Slauiborii, Protiuoy filius Chechonis, Iarco de Walkenberk et alii quam plures. Acta sunt in Wgezd anno Domini M°C°C°LX°VIII, tercio nonas augusti. Ad maiorem autem evidenciam huius rei presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Datum ibidem per manum Petri, notarii nostri, Boleslauiensis canonici, anno et die predictis, indictione undecima.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

565. [a] ‚Boẽm' *A.* — [b] *Scriba coniunctionem* ‚et' *bis exaravit, nempe in fine unius et in initio alterius lineae, tum autem alteram vocem expunxit in A.* — [c] *Ex* ‚nostra' *corr. est in A.* — [d] *Abinde usque ad finem scriba lineas densiores fecit in A.* — [e] *Etiam* ‚Trinouan' *legi potest in A.*

[1]) *Nov. 11.* — [2]) *Chartam ignoramus.* — [3]) *Qui 1258 ian. 17 morte obiit.*

566.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, Judaeorum in districtu sui domini constitutorum statuta et privilegia a se olim emanata renovat.

Apud Brunam 1268 aug. 23.

Textum chartae (J) sine corroborationis, testium et dati formulis (usque ad verba ‚cum usura debita, que accrevit," *vide pag. 140) renovationis chartae Venceslai II. regis sine nota temporis, quae inter annos 1283—1305 ponitur (Bretholz, Quellen zur Gesch. der Juden in Mähren, pag. 11 num. 16, cf. Reg II, pag. 1034 num. 2390), insertum praeclarus ille codex mnscrus membr. saec. XIV. Johannis scribae sic dictus, in archivo civitatis Brunae asservatus (sign. mnscr. num. 2) praebet, fol. 125[v] — 126[v] (B).* — *Textum chartae J sine protocollo, prooemio et promulgationis nec non narrationis formulis (a verbis* „Primum quidem statuimus", *vide pag. 139) usque ad finem vidimationis chartae Jacobi de Ror, iudicis Brunensis, et iuratorum eiusdem civitatis cum mendosa temporis nota 1300, quam inter annos 1341 — 1348 recte poni licet (Bretholz, loco superius citato, pag. 17 num. 37, cf. CDM VII, pag. 782 num. 157), insertum codex mnscrus chart. saec. XIV.* „Liber negotiorum civitatis Hradisch" *intitulatus, olim in SAR Brunae (Collect. mnscr. num. 773), nunc in OA Uherské Hradiště (ad tempus sine sign.) asservatus praebet, fol. 32—33[v] (C).*

Nonnulla apographa textus B tria mnscra in archivo civitatis Brunae asservata (sign. mnscr. num. 5, fol. 219[r] — 221, sign. mnscr. num. 2762, fol. 42—44, sign. mnscr. num. 7242, fol. 3 ss) continent, quae in editione nostra praetermisimus. — *Versionem Germanicam chartae J cum protocolli nec non eschatocolli eius formulis crasse contractis codex mnscrus membr. saec. XIV., qui* „Antiquissimus" *vocatur, in archivo modo dictae civitatis asservatus (sign. mnscr. num. 1), praebet, fol. 224[v] — 226 (T). Cuius textum inferius sub* vide.*

Ed: Senkenberg, Visiones, pag. 311 num. 4 b (ex C). — *Herrmann, Gesch. der Israeliten, pag. 111—118 s. num. (ex C).* — *CDM IV, pag. 17 num. 16 (ad codicem mnscrum* „iurium municipalium Brunensium saec. xiv." *(ad B 2 igitur) necnon ad Herrmannum et Senkenbergum (vide superius) A. Boček se revocat; re*

vera restitutionem quandam integri textus chartae J haud omnino rectam duobus articulis additis — pag. 20, l. 22—27, „Nullus Iudeus .... quartam partem" *— praebet). — CIB I, pag. 134 num. 45 B (editione CDM nisus editor diversitates textus chartae J a textu chartae Přemysli Otakari II. Pragae — Viennae 12[62] mart. 29 datae (vide num. 316) affert). — Rössler, Die Stadtrechte von Brünn, pag. 367 num. 3 (Germanica versio chartae J ex T haud integre praebetur). — Bondy—Dvorský, K historii židů I, pag. 25 num. 26 (textum chartae J ex CIB praebet, modernam translationem in Bohemicam linguam adiungit). Reg: Monse, Versuch, pag. 139 num. 1. — Böhmer, Add. sec., pag. 443 num. 197. — Bischoff, Österreichische Stadtrechte, pag. 16—17 s. num. — Reg II, pag. 241 num. 622. — Aronius—Dresdner, Regesten zur Gesch. der Juden, pag. 309 num. 731. — Bretholz, Quellen zur Gesch. der Juden in Mähren, pag. 8 num. 10. Lit: Bretholz, Geschichte der Stadt Brünn I, pag. 363 (articuli in CDM additi statuuntur; vide superius). — Novotný I. 4, pag. 386. — Fiala, Kancelář, pag. 221 (prooemium chartae tractatur). — Čáda, The Origin, pag. 263 n. 7 (articuli in CDM additi). — Dřímal, Gellnhausen, pag. 126 n. 120 (chartam apud Judaeos asservatam fuisse affirmat). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 318, 320—322, 325, 333, 363, 364 (Iu) (dictator chartae statuitur).*

Dictator: magister Petrus cancellarius, cf. num. 585; in statutorum textu regulariter fere verba chartae Přemysli Otakari II. Judaeis Pragae—Viennae 12[62] mart. 29 datae (num. 316), sed interdum etiam illa chartae eiusdem editoris iisdem apud Krems 1255 mart. 8 datae (num. 41⁺) repetuntur. Verba, seu verborum iuncturas, in quibus aperte ad num. 41⁺ (non autem ad num. 316) revertitur, linea subposita significavimus.

Renovationis chartam Venceslai II. superius (pag. 137) commemoratam cum variationibus competentibus magister Henricus suo libro formarum (UKP, sig. I E 48), fol. 54 num. 148 (= Reg II, pag. 1034 num. 2390) intexuit. Ad chartam J ibidem tantummodo verbis: „Othakarus, dei gratia rex Boemie et cetera," *alluditur.*

Auctor opinionis, in litterarum monimentis fere ubique acceptae, nempe chartam Judaeis Brunensibus datam fuisse, Ant. Boček est.

Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (F), 6, De chartae apud Judaeos usu (D).

In[a] nomine Domini amen. Nos Ottackarus, dei gracia Boemie rex, dux Austrie et Stirie ac marchio Morauie, omnibus imperpetuum. Cum in[b] humanis disposicionibus nichil ad summe perfeccionis et soliditatis culmen valeat[c] pervenire, sed semper de gestis hominum, licet racionabilibus, tamquam de navi, que fluctibus est exposita, sub serenitatis tempore calumpnie timeri oporteat tempestates: ideo ea, que ex principum beneplacito ad subditorum commoda[d] conceduntur, aliquociens sibi renovacionis remedio indigent subveniri, ut ipsa, que vetera sunt, vultum novitatis assumendo nociorem adhibicionem fidei conquirant et maioris gaudeant fulcimine firmitatis. Quare tam presentibus quam posteris huius scripti testimonio esse volumus manifestum, quod nos cum auctore Domino, per quem reges regnant et obtinent principatum et cuius magnificencia non potest termino circumscribi, diversarum terrarum et nacionum gubernacula teneamus, volentes, ne aliqui eorum, qui nostre dicioni subduntur, cuiuscumque condicionis fuerint sive legis, in iuribus suis defectum senciant aut iusticie paciantur eclypsim: Iudeis nostris per districtum nostri dominii constitutis, potissime cum ad nostram cameram pertineant et nostra defensione et presidio egeant specialius communiri,[e] regalis gracie beneficium impendentes ad evidenciorem noticiam et cautelam eorum statuta et privilegia, que a nobis nostre iuventutis tempore emanaverunt,[1] de verbo ad verbum, sicut in subsequenti serie continetur, taliter duximus renovanda:[a]

[1][f] Primum quidem statuimus, ut pro pecunia mobili aut pro re immobili aut in causa criminali, que tangit personam aut res Iudei, nullus Christianus contra Iudeum nisi cum Christiano et Iudeo in testimonium admittatur.

[2] Item[g] si Christianus[h] Iudeum impetit[i] asserens,[k] quod ei pignora[l] sua[m] obligaverit, et Iudeus[n] hoc[n] diffitetur,[o] si Christianus Iudei simplici verbo fidem noluerit adhibere, Iudeus iurando super[p] equivalente sibi oblato suam intencionem[p] probabit et transeat absolutus.[q]

[3] Item[g] si Christianus obligaverit[m] pignus[r] Iudeo affirmans, quod Iudeo pro minori pecunia obligaverit, quam Iudeus confiteatur, iurabit Iudeus super[s] pignore[t] sibi obligato, et quitquid[u] iurando probaverit,[v] Christianus ei[w] solvere[w] non recuset.

[4][x] Item[g] si Iudeus Christiano non assumptis[y] testibus dicat se pignus[l] mutuasse, et ille negaverit, super hoc Christianus solius[z] sui iuramento se expurget.

[5] Item[g] Iudeus[a1] recipere poterit[a1] nomine pignoris[b1] omnia, que sibi fuerint obligata, quocumque nomine vocentur, nulla de hiis requisicione[c1] facta, exceptis vestibus sanguinolentis et madefactis et sacris vestibus, quas nullatenus acceptabit.

[6] Item[d1] si Christianus impeteverit[e1] Iudeum, quod pignus,[r] quod Iudeus habet, ei furtim[f1] • vel per violenciam sit ablatum, Iudeus iuret super illo pignore,[t] quod cum recepit, furtim[g1] • ablatum vel raptum ignoravit,[h1] hoc in[m] suo iuramento implicito,[i1] quanto sit ei pignus[r] huiusmodi[k1] obligatum,[k] et sic expurgacione facta Christianus sortem et usuras ei persolvet,[l1] que medio tempore accreverunt.

[7] Item[m1] si aut[n1] per casum incendii[o1] aut per furtum aut[a] per vim[a] res suas cum obligatis sibi pignoribus[p1] Iudeus[m] amiserit et hoc constiterit, et Christianus. qui hec[q1] obligavit,[r1] nichilominus eum[s1] impetit,[s1] Iudeus iuramento proprio se absolvet.[t1]

[8][u1] Item[v1] si Iudei inter se de[w1] facto discordiam[x1] moverint aut guerram, iudex civitatis nostre nullam iurisdicionem sibi[y1] vendicet in eos,[y1]* sed rex aut dux aut summus terre vel regni camerarius iudicium exercebit. Si autem reatus vergit in personam, soli regi sive[z1] duci hic[m] casus reservabitur iudicandus.

[9][a2] Item[b2] si Christianus Iudeo vulnus qualecumque inflixerit, reus regi sive duci solvet[c2] duodecim marcas auri sue camere deferendas et vulnerato duodecim marcas argenti et expensas, quas pro suimet[d2] curacione impenderit[e2] medicine.

[10] Item[f2] si Christianus Iudeum occiderit, digno[g2] iudicio puniatur et omnia rei mobilia et immobilia in[h2] regis * transeant potestatem.

[11] Item[i2] si Christianus[k2] Iudeum ceciderit, ita tamen, ut sanguinem non effundat, solvet[k2] regi * quatuor marcas auri, percusso seu leso quatuor marcas argenti; si vero pecuniam habere[l2] non poterit,[l2] per detruncacionem manus satisfaciat[m2] pro commisso.[n2]

[12][o2] Item[p2] ubicumque[q2] Iudeus dominium nostrum transierit, nullus ei aliquod impedimentum prestabit nec molestiam inferat[r2] aut gravamen; set[s2] si aliquas merces aut[a] alias res[a] duxerit, de quibus muta[t2] debeat provenire, per omnia mutarum loca non nisi debitam solvat[u2] mutam, quam solveret unus civis civitatis illius, in qua Iudeus eo tempore commoratur.[v2]

[13][w2] Item[x2] si Iudei iuxta suam consuetudinem aliquem ex mortuis suis[a] aut[a] de civitate ad civitatem, aut[m] de provincia ad provinciam, aut de una terra ad aliam deduxerint, nichil ab eis[y2] per mutarios * volumus extorqueri; si autem mutarius aliquid extorserit, ut predo, qui vulgariter verrauber[z2] dicitur,[z2] puniatur.

[14][a3] Item[b3] si Christianus cymiterium[c3] eorum quacumque temeritate dissipaverit aut invaserit, in[m] forma iudicii moriatur et omnia sua perveniant camere[d3] regis, * quocumque[a] nomine numcupentur.[a]

[15] Item[e3] si aliquis[f3] temerarie[g3] iactaverit super scolas Iudeorum,[g3] * talenta volumus ut persolvat.[h3]

[16][i3] Item[k3] si Iudeus iudici[l3] suo[l3] in pena pecuniaria,[m3] que bandl[n3] dicitur, reus inventus fuerit, non nisi duodecim denarios solvet[c2] ei.

[17][o3] Item[p3] si Iudeus per edictum sui iudicis vocatus[q3] ad iudicium primo et secundo non venerit, pro utraque vice iudici quatuor denarios solvet[l1] et[m] si ad tercium edictum non venerit, solvat triginta sex denarios iudici memorato.

[18] Item[r3] si Iudeus Iudeum vulneraverit, suo iudici in penam,[s3] que[a] bandl dicitur,[a] duo talenta solvere non recuset.

[19][t3] Item[u3] statuimus, quod nullus Iudeus iuret super rodal*, preterquam ad nostram presenciam evocatus.

[20] Item[v3] si Iudeus clam fuerit interemptus, ut per testimonium constare non possit amicis suis, quis* eum interemit, si post inquisicionem factam aliquem suspectum habere[m] ceperint, nos Iudeis[w3] contra suspectum pugilem volumus exhibere.

[21] Item[x3] si Christiani alicui IudeO manum iniecerint violentam, manum[y3] illorum volumus detruncari.[z3]

[22] Item[a4] iudex[m] Iudeorum nullam causam ortam inter Iudeos ad iudicium deducat, nisi per querimoniam fuerit invitatus.

[23][b4] Item[c4] si a Iudeo Christianus pignus[r] suum absolverit ita, quod usuras[d4] non persolverit,[e4] easdem usuras si infra mensem non dederit,[f4] illis usuris accrescant[g4] usure.

[24] Item[h4] nullum in domo Iudei volumus hospitari.

[25] Item[i4] si Iudeus super possessiones aut litteras[k4] magnatum terre pecuniam mutuaverit et hoc per suas litteras[k4] et[a] sigillum[a] probaverit,* Iudeo iure[m] aliorum pignorum[l4] possessiones[n] assignabimus[m4] obligatas[n4] et ei[o4] eas contra violenciam defendemus.

[26] Item[p4] si aliquis vel aliqua puerum[q4] Iudei abduxerit,[q4] ut fur volumus condempnetur.

[27][r4] Item[s4] si Iudeus receperit a Christiano pignus[r] et per spacium[t4] anni tenuerit, si valor[u4] pignoris[u4] mutuatam pecuniam[m] non excesserit, Iudeus iudici[v4] suo pignus[w4] demonstrabit et postea habeat[w4] vendendi libertatem.[w4] Set postquam pignus[r] apud Iudeum diem et annum remanserit,[x4] nulli postea* super[y4] eo[m] respondebit.

[28] Item[z4] volumus, ut nullus Iudeum super solucione pignorum[l4] in suo[a5] feriali[a5] die audeat coartare.

[29] Item[b5] quicumque Christianus Iudeo per vim abstulerit pignus[r] suum aut violenciam in domo sua exercuerit, ut dissipator nostre camere graviter[m] puniatur.

[30] Item[c5] contra Iudeum non nisi in scolis[d5] procedatur nobis exceptis, qui* eos possumus ad nostram presenciam evocare.*

[31] Item[e5] iuxta constituciones pape Innocencii,[f5] sancti patris nostri, districcius prohibemus,[g5] ne decetero Iudei singuli in nostro dominio constituti culpari debeant, quod[m] humano[h5] utantur sanguine, cum iuxta preceptum legis ab omni prorsus sanguine se Iudei contineant[i5] universi.

[32] Item[k5] statuimus,[l5] ut quitquid[l5] Iudeus mutuaverit, sive aurum fuerit, denarii[m5] vel argentum, idem ipsi[n5] solvi vel reddi debeat cum usura debita, que accrevit.

Et[b] ut[m] omnia, que premissa sunt,[o] [5] perpetuum obtineant firmitatis robur, presens instrumentum cum testium anotacione ipsis dedimus cum sigilli nostri karactere insignitum.[p] [5] Testes vero sunt hii: Hartlews camerarius[m] Morauie, Nezamisla pincerna, Bzanata dapifer, Smylo de Brunaw, Thymo camerarius Olomunczcensis, Zdislaus[m] Bohemie marschalcus et alii quam plures fideles nostri. Actum apud Brunnam anno Domini M°CCLXVIII° et datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis Wyschengradensis prepositi[q] [5] cancellarii[r] [5] regni nostri, decimo kalendas septembris, indiccionis XI[e],[s] [5] coronacionis nostre anno octavo.[b]

---

566. [a–a] *Deest in C.* — [b] *Deest in B.* — [c] ‚veleat' *B.* — [d] ‚moda' *B.* — [e] ‚muniri' *B.* — [f] ‚De testibus' *colore rubro scriptum est in B;* ‚Incipiunt iura Iudaica' *colore rubro scriptum est in C.* — [g] ‚De pignoribus' *colore rubro scriptum est in B.* — [h] ‚in' *sequitur in C.* — [i] ‚inpetit' *C.* — [k] ‚asserit' *C.* — [l] ‚pingnora' *C.* — [m] *Deest in C.* — [n–n] ‚hoc Iudeus' *C.* — [o] ‚deficit' *C.* — [p–p] ‚sibi equivalente sibi obligato pingnore' *C.* — [q] ‚solutus' *C.* — [r] ‚pingnus' *C.* — [s] ‚supra' *C.* — [t] ‚pingnore' *C.* — [u] ‚quidquid' *C.* — [v] ‚probabit' *C.* — [w–w] ‚sibi reddere' *C.* — [x] ‚De testibus' *colore rubro scriptum est in C.* — [y] ‚assumptibus' *C.* — [z] ‚solus' *C.* — [a1–a1] ‚Recipere poterit Iudeus' *B.* — [b1] ‚pingnoris' *C.* — [c1] ‚inquisicione' *C.* — [d1] ‚De pignoribus furti' *colore rubro scriptum est in B.* — [e1] ‚impetierit' *C.* — [f1] ‚furtive' *C.* — [g1] ‚furtum' *C.* — [h1] ‚ignoraverit' *C.* — [i1] ‚multiplicato' *in margine asscriptum est in C.* — [k1–k1] ‚obligatum huiusmodi' *C.* — [l1] ‚persolvat' *C.* — [m1] ‚De pignoribus amissis' *colore rubro scriptum est in B;* ‚Item de pignoribus' *colore rubro scriptum est in C.* — [n1] ‚autem' *C.* — [o1] ‚aut furtim' *sequitur in C.* — [p1] ‚pingnoribus' *C.* — [q1] ‚hoc' *C.* — [r1] ‚obligaverit' *C.* — [s1–s1] ‚inpetit eum' *C.* — [t1] ‚absolvat' *C.* — [u1] ‚Cum Iudei inter se gwerram moverint' *colore rubro scriptum est in C.* — [v1] ‚De iudicio Iudeorum' *colore rubro scriptum est in B.* — [w1–w1] ‚discordiam de facto' *C.* — [x1] ‚si' *legitur in C; alter scriba ibidem in margine rectum* ‚sibi' *addidit.* — [y1] ‚eosdem' *C.* — [z1] ‚vel' *C.* — [a2] ‚Cum Christianus Iudeum vulnerat' *colore rubro scriptum est in C.* — [b2] ‚De vulneribus' *colore rubro scriptum est in B.* — [c2] ‚solvat' *C.* — [d2] ‚sua' *C.* — [e2] ‚inpenderit' *C.* — [f2] ‚De homicidio' *colore rubro scriptum est in B.* — [g2] ‚dingno' *C.* — [h2] ‚eciam' *C.* — [i2] ‚De percussione' *colore rubro scriptum est*

in B. — [k2–k2] ‚Iudeus Christianum ita, ut sanguinem non effundat, leserit, solvat' *C.* — [l2–l2] ‚non habeat' *C.* — [m2] ‚satisfaciet' *C.* — [n2] ‚omisso' *B.* — [o2] ‚De theoloneo Iudeorum' *colore rubro scriptum est in C.* — [p2] ‚De theloneo' *colore rubro scriptum est in B.* — [q2] ‚Quicumque' *B.* — [r2] ‚inferet' *C.* — [s2] ‚sed' *C.* — [t2] ‚marca' *C.* — [u2] ‚solvant' *C.* — [v2] ‚omoratur' *B;* ‚moratur' *C.* — [w2] ‚Item de ductura mortuorum Iudeorum' *colore rubro scriptum est in C.* — [x2] ‚De Iudeis mortuis' *colore rubro scriptum est in B.* — [y2] ‚ipsis' *C.* — [z2–z2] ‚dicitur raub' *C.* — [a3] ‚De invasione cimiterii' *colore rubro scriptum est in C.* — [b3] ‚De cymiterio Iudeorum' *colore rubro scriptum est in B.* — [c3] ‚cimiterium' *C.* — [d3] ‚ad cameram' *C.* — [e3] ‚De scolis Iudeorum' *colore rubro scriptum est in B.* — [f3] ‚quis' *C.* — [g3–g3] ‚iactaverit super scolas Iudeorum temerarie' *in C.* — [h3] ‚persolvet' *B.* — [i3] ‚De emendis Iudeorum' *colore rubro scriptum est in C.* — [k3] ‚De emendis omunibus' *colore rubro scriptum est in B.* — [l3–l3] ‚suo iudici' *C.* — [m3] ‚penitenciaria' *C.* — [n3] ‚wandel' *C.* — [o3] ‚Item de emendis ipsorum' *colore rubro scriptum est in C.* — [p3] ‚De citacione' *colore rubro scriptum est in B.* — [q3] vocatur' *C.* — [r3] ‚De emendis vulnerum' *colore rubro scriptum est in B.* — [s3] ‚pena' *C.* — [t3] ‚De iuramentis eorum' *colore rubro scriptum est in C.* — [u3] ‚De iuramentis' *colore rubro scriptum est in B.* — [v3] ‚De clamdestina mortificacione' *colore rubro scriptum est in B.* — [w3] ‚Iudeum' *C.* — [x3] ‚De violencia' *colore rubro scriptum est in B.* — [y3] ‚manus' *C.* — [z3] ‚detrunccari' *C.* — [a4] ‚De iudice Iudeorum' *colore rubro scriptum est in B.* — [b4] ‚De usuris' *colore rubro scriptum est in C.* — [c4] ‚De usuris' *colore rubro scriptum est in B.* — [d4] ‚usuram' *C.* — [e4] ‚solverit' *C.* — [f4] ‚dederint' *C.* — [g4] ‚crescent' *C.* — [h4] ‚De hospitibus' *colore rubro scriptum est in B.* — [i4] ‚De obligacionibus hereditatum' *colore rubro scriptum est in B.* — [k4] ‚lr̂as' *C.* — [l4] ‚pingnorum' *C.* — [m4] ‚assingnabimus' *C.* — [n4] ‚obligata' *C.* — [o4] ‚eis' *C.* — [p4] ‚De abduccione puerorum Iudeorum' *colore rubro scriptum est in B.* — [q4–q4] ‚seduxerit puerum Iudei' *C.* — [r4] ‚De pigneribus' *colore rubro scriptum est in C.* — [s4] ‚De vendicione pignorum' *colore rubro scriptum est in B.* — [t4] ‚unius' *sequitur in C.* — [u4–u4] ‚pingnoris valor' *C.* — [v4–v4] ‚pingnus iudici suo' *C.* — [w4–w4] ‚habet potestatem vendendi' *C.* — [x4] ‚tenuerit' *C.* — [y4] ‚desuper' *C.* — [z4] ‚De sabbato et festo Iudeorum' *colore rubro scriptum est in B.* — [a5–a5] ‚sua festivali' *C.* — [b5] ‚De invasione domus' *colore rubro scriptum est in B.* — [c5] ‚De loco iudicii Iudeorum' *colore rubro scriptum est in B.* — [d5] ‚stelis' *C.* — [e5] ‚Quod Iudei non sumunt sanguinem Christianorum' *colore rubro scriptum est in B.* — [f5] ‚In nomine' *B, C.* — [g5] ‚inhibemus' *C.* — [h5] ‚generi' *sequitur in C.* — [i5] ‚continuant' *C.* — [k5] ‚De solucione debitorum' *colore rubro scriptum est in B.* — [l5–l5] ‚volumus, quod quid' *C.* — [m5] ‚denarius' *C.* — [n5] ‚sibi' *C.* — [o5] *Vox* ‚ut' *sequitur in C.* — [p5] *In C locus vacuus relictus est; vocem supplevimus neglecto eo, quod posteriore manu in margine scriptum est* (‚per candela[m]'). — [q5] ‚prepositus' *C.* — [r5] ‚camerarius' *C.* — [s5] ‚XI° ' *C.*

[1]) *Vide num. 41, 316.*

566.*

In dez herren namen amen. Wier Ottacker, von gotes genaden chunich czu Pehem und cze Polan,[a] herczog czu Osterreich und czu Steyrn und marchgrafe czu Merhern, allen in ewen czu ewen.[b]

[1] Dez ersten hab wier geseczet um varundez guet oder um waz hauptsach iz sei, di eins Iudenperson oder sein guet anget, chain Christen wider ein Iuden chain geczeugnuzze nicht vuren schol, den mit eim Iuden und mit eim Christen.

[2] Ist daz ein Christen ein Iuden anspricht, er hab im sein phant verseczt, und daz sein der Iuden laugent und der Christen wil den ainvoltigen Iuden seins wortes nicht glauben, so swer im der Iude auf eim solichen phant als der Christen gicht, er hab ims vorseczet; und sei ledick von dem Christen.

[3] Ist daz ein Christen eim Iuden ein phant seczt und gicht, er hab ims um minners gelt geseczet den der Iude gicht, so swer der Iude auf dem phant, und waz er mit dem aide wehabt, daz schol im der Christen geben.

[4] Ist daz ein Iude an geczeugen ein Christen czeicht, er hab im sein phant vorweschelt[a] und ener laugent sein, auf daz tuet der Christen alain sein aide und wiert ledick.

[5] Ein Iude mag allez daz nemen czu phant, waz man im czutreit, wie daz genant ist; an plutiges gewant und naz gewant und gewant, daz der chirchen czu gehort; daz schol chain Iude nemen mit nichte.

[6] Ist daz ein Christen ein Iuden anspricht um phant, daz der Iude hab, und der Christen sprech, im sei dazselb phant vorstolen oder enphuert oder eintragen deupleich, der Iude swer auf dem phant, daz er nicht gewest habe, um daz steln, ob iz vorstoln sei oder nicht; und waz er darauf gelichen hab, daz behab; so geit im der Christen daz hauptguet und den gesuech, der darauf diweil gegangen ist.

[7] Ist awer, daz von geschicht von einer prunst oder von deube oder von gewalt, ein Iude sein dinck mit eim phant also vorleust und daz offenwar wiert, und daz in der Christen um daz phant anspricht, daz der Iude also vorleust, so swer der Iude alain und sei ledich.

[8] Ist daz di Iuden under in selben ein chrieg oder ein urleug machent oder ein gevecht, da schol sich der statrichter nichtes nicht um annemen noch im czu recht ancziehen, sunder dem chunich oder dem hertzogen oder marchrawen oder dem hauptmanne oder dem chamerer dez reiches wehalten; der ainer schol iz richten und der schuldick czeucht sich an den chunich oder hertzogen, daz wiert denselben czu gerichte wehalten.

[9] Ist daz ein Christen eim Iuden ein wunden slecht, waz wunden daz sei, derselb geit dem chunic oder hertzogen czwelf marck goldes in sein chamer; und dem wunden czwelf marck silbers und dy chost, di er vorczert in der ercznei.

[10] Ist daz ein Christen ein Iuden töt, da schol man uber richten nach rechtem gericht; und alles sein guet varund und unvarent gehort in des chuniges gewalt.

[11] Ist daz ein Cristen ein Iuden slecht, doch daz er nicht pluet, der geb dem chunich vier marck goldes, dem geslagen vier marck silbers; und hat er dez guetes nicht, so slach man im di hant ab.

[12] Und wo ein Iude czogecht in umserm piet, da schol in niemant hindern noch chain schaden noch chain lait nicht tuen noch an nichte weswern; und waz er in unserm gepiet uber lant vuret, iz sei chaufmanschaft oderlay dinge, waz daz sei, und wo er an ein maut chom, so schol man nicht mer von im czu maut nemen, den daz ein ander purger geb, der von der stat sei, da der Iude von ist.

[13] Und wo di Iuden nach ier gewanheit ein toten Iuden vuren von ainer stat czu der andern, oder von ainer gegent in di ander, oder von aim lande in daz ander, so welle wier, daz si dy mauter an nichtev peswern, und chain maut nicht nemen von in noch vodern; und ist awer, daz der mauter icht abreist, oder czert den Iuden, so schol man uber in richten sam uber ein rauber um reraub.

[14] Ist daz indert ein Christen icht frevel an ierm vreithof beget oder icht, daran czubricht mit vrevel, der schol in dez gerichtes gestalt ersterwen und alles sein guet und sein hab, wie iz genant sey, daz gehort alles in dez chuniges chamer.

[15] Ist daz iemant freveleich auf der Iuden schuel werft, der schol czwai phunt gewen.

[16] Ist daz ein Iude seim richter gevelt einer puez, daz da wandel haist, wiert er daran ervunden, so geit er dem richter czwelf phenning.

[17] Ist der,[c] daz[c] Iudenrichter ein Iuden vuer gericht gepeut und chumt der Iude nicht czu dem erstem mal und czum anderm mal nicht, so geit er als ofte dem richter ie vier phenning und chumt er czum drittenmal nicht, so gilt er dem richter XXXVI phenning.

[18] Ist daz ein Iude den andern wunt, der geit dem richter czway phunt czu wandel.

[19] Wier haben geseczt, daz nimmer chain Iude auf daz rodal schol swern, er wert dan vuer uns geladen.

[20] Ist daz ein Iude vorterwet wiert vnd chain czeugnisse sein vreunt gestellen mugen, auf den der in vurterwet hat, und mag der aischung, wo si sich auf iemant versehein, so stelle wier gegen dem, da si sich auf verwent ein chemphen vor di Iuden.

[21] Ist daz dy Christen aim Iuden mit gewaltiger hant icht tuent, daz welle wier, daz di di hent vorliesen.

[22] Der Iudenrichter schol chain sach nicht richten, di di Iuden undereinander machen, oder hawen, iz sei den, daz man chlag vor im und wiert vuergeladen.

[23] Ist daz ein Christen sein phant loest wider ein Iuden und geit im den gesuech nicht in vier wochen, so geit vurbas gesuech auf enen gesuech.

[24] Wier wellen, daz man chain gast icht in chains Iuden haus stelle.

[25] Ist daz ein Iude eim lantherren oder eim ainvoltigen herren sein guet leicht auf erbe oder auf hantvest und bewert er daz mit seim prief und mit seim insigel, demselben Iuden get im seim not, so geantwurt wier im ander erbe vuer di andern phant und diselben erbe gelub wier im cze schirmen vor allem gewalt.

[26] Ist daz iemant eim Iuden deupleich enwech vuert ein kint, daz welle wier daz den verdampne.

[27] Ist daz ein Iude von eim Christen ein phant nimpt und daz im daz phant stet ein iars vrist, so schol ers seim richter czaigen und geb iz hin; bleibet awer daz phant uwer iar und tack czu dem Iuden, er geicz vurbaz niemant chain antwurt darum.

[28] Wier wellen, daz niemant chain Iuden an seim viertag tuer betwingen, daz er im phant czu lösen geb.

[29] Welcher Christen eim Iuden ein phant mit vrevel oder mit gewalt aus seim haus treit oder icht gewaltes in seim haus tuet anczubrechen oder waz iz sei, der schol swerlichen unser chamer mit puez underligen.

[30] Man schol auch mit chaim Iuden czu gericht gen, waz wider in cze chlagen sei, den in der schuel ans uns, wier mugen si vuer uns ruefen.

[31] Wier vorpieten, daz vestichleich under dem gepot unsers gaistleichen vaters dez pabstes, daz vurwaz niemant czeich di Iuden, di in unserm gepiet sint, daz si Christen menschenpluet nuczen, wan von dem gepot der canone so schullen alle Iuden alles pluetcz darben und sein nicht enpeisen.

[32] Wier hawen geseczt und gepieten, waz ein Iude ausleicht, iz sei golt phenning oder silber, daz selb schol man im widergewen und sein rechten gesuech, der da auf ist gegangen von dem czeit, do mans genumen hat uncz auf di czeit daz mans loeset.

Und daz alle diseu recht, di hie geschriben sint, stet und gancz ewichleich beleiben, dez hab wier disen prief czu eim geczeugen mit unserm insigel behangen und bewestent. Und dez sind die geczeugen und die. Daz ist geschehen und gegeben pie[a] Brunne.

566.* [a]) *Ita T.* — [b]) ‚Daz erst recht' *colore rubro scriptum sequitur in T.* — [c–c]) *Ita in T.*

567.

Bruno, episcopus Olomucensis, moniales [monasterii] Cellae b. Mariae [Virginis] Brunae in protectionem suam recipiens omnibus, qui dictam Cellam in diebus expresse nominatis visitaverint, indulgentias concedit.

In castro Mírov 1268 aug. 26.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Litomyšl, sign. L IV ŘP Litomyšl num. 9) asservatur (A).[1]

Ed: CDM IX, pag. 374 num. 2 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 1224 num. 2794. — Šebánek, Archivy, pag. 39 num. 225 (ex A).
Lit: KK, pag. 135 n. 1 (scriba chartae). — Šebánek-Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 118–119 n. 29 (idem).[2]

Scriba: B 4 = Johannes, notarius episcopi. Exempla script. num. 2 b, 18 (cf. Exempla script. in CDB IV. 2, num. 28).
Dictator: idem probabiliter atque scriba chartae.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (MMM), Johannes notarius (B), 3, Bruna, Cella b. Mariae V. (I).

Nos Bruno, dei gracia Olomucensis episcopus, universis Christi fidelibus in perpetuum. Sincere dileccionis || affectum pensantes, quem dilecte in Christo sorores, moniales Celle sancte Marie in Brunna, ad nos gerunt, || inducimur, ut specialis favoris munere foveamus ipsas, que se nobis specialibus obsequiis obligarunt. Hinc || est, quod nos dictam Cellam specialiter honorare volentes, cum nos ipsas sorores sub nostre protectionis alâs specialiter receperimus, confisi de omnipotentis dei gracia et beati Petri, principis apostolorum, et beati Wencezlay meritis, omnibus Christi fidelibus, qui ad predictam Cellam sancte Marie in die beati Augustini confugerint humiliter et devote, quadraginta dies indulgentie misericorditer relaxamus, eandem indulgentiam usque ad octavam beati Augustini decernimus valituram, presentibus[a] in revolucione annorum perpetuo valituris. Datum in castro dicto Mirowe anno Domini M°CC^mo [b]LXVIII°, VII kallendas[c] septembris.[b]

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, scidula membranacea ex autographo ipso scissa paulum laesum dependet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

---

567. [a]) *Litterae* ‚tib' *in loco raso scriptae sunt A.* — [b–b]) *Verbis competenter distentis scriptum est A.* — [c]) ‚kâlln' *A.*

[1]) *Autographum chartae olim optimo iure in archivo monasterii Cellae b. Mariae Virginis asservatum (vide notas in tergo chartae) post monasterii societatis Jesu Brunae (ubi archivum superius commemoratum reconditum erat) abolitionem per negligentiam inter chartas Lutomislenses pervenit (vide apud Šebánek, Archivy, loco superius citato n. 49).* — [2]) *Cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscrum in UK Brunae asservatur, pag. 137.*

568.

Compositio litis, vergentis inter Crucigeros Stellatos hospitalis s. Francisci Pragae ex parte una et Svatoncium presbyterum nec non parochiales ecclesiae s. Valentini Pragae ex parte altera super iure patronatus ecclesiae s. Valentini nec non aliis quaestionis materiis expresse nominatis, coram testibus facta, quorum nomina afferuntur.

Pragae 1268 sept. 18.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 289 (16/2/3)) asservatur (A).[1] — *Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. (1654), qui* „Liber aureus" *appellatur, ibidem (sign. V/1, 202) asservato, pag. 61—63 (B).* — *Aliud apographum in Libro memoriali Veteris civitatis Pragensis chart., qui annos 1645—1673 comprehendit, in archivo civitatis Pragensis (sign. num. 328) asservato reperitur, fol. 146 (C).* — *Ibidem versio Bohemica saec. XVII. exstat, fol. 148—149 (T); cuius textum inferius sub* vide.*

Ed: Teige I. 2, pag. 267 num. 3 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 242 num. 624 (fortasse ex C).

In tergo chartae manu registratoris Crucigerorum saec. XIII. scriptum legitur: „Privilegium super ecclesia sancti Valentini" *(A 1 = CDB IV, num. 32, 244++, 245, 292++ erronee sub signo A).*

Scriba: ignotus, Crucigerorum aperte proprius.[2]
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Crucigeri cum stella rubea (N).

Cum omnium habere memoriam divinitatis pocius sit quam humanitatis, in script[i]s[a] autenticis, que aguntur inter homines, poni solent, ne super hiis aliqua emergat || calumpnia et iusta sentencia per iniquam in posterum opprimatur. Notum sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris, quod super questione, que inter Cruciferos Stellatos || hospitalis sancti Francisci Prage in latere pontis siti ex una et inter dominum Suatoncium presbyterum necnon parrochiales ecclesie sancti Walentini, Pragensis civitatis, ex parte || altera vertebatur, super ipsa ecclesia et iure patronatus ipsius, eo quod ipsi Cruciferi ius patronatus ecclesie iam dicte ad se pertinere dicebant nec ad eam S. presbyterum per eos extitisse presentatum; eodem vero presbytero ac parrochialibus ex adverso negantibus ipsos aliquod ius in predicta ecclesia obtinere, domino S. affirmante se in eadem canonice institutum, cum consensu[b] utriusque partis lite nondum contestata pro bono pacis et concordie amicabilis compositio taliter intercessit: quod pars conventa cedat liti, ipsi vero Cruciferi in prenotata ecclesia[c] ius obtineant patronatus[d] et eo iure sic utantur,[e] ut personas ydoneas, quas duxerint assumendas ad regimen ecclesie supradicte, prius coram parrochialibus exibeant et eorum requirant assensum; et si quid legittime contra ipsas parrochiales iam dicti possint obicere, re[p]ellantur, dominum vero S. sepe dictum, in quem utraque pars consensit, pro confirmacione obtinenda domino episcopo[3] vel archidiacono[4] represent[e]nt. Redditus eciam, quos sepe dicta ecclesia certis vicibus annuatim consuevit percipere, sibi persolvere integre ipsi Cruciferi teneantur et impedimenta ecclesie, fornacem videlicet calcis et cementum, quod in porticu[f] ecclesie primo notate servabatur, debeant amplius removere ac corpora suorum mortuorum in cimiterio in loco deputato specialiter et diviso a corporibus parrochialium profundius sepelire. Quecumque autem parcium huic compositioni[g] se opposuerit, ipso facto cadet a causa. Huius compositionis[h] testes, qui cum fieret interfuerunt, sunt hii: Cuno cappellanus regis Bohemie,[i] [5] Bartholomeus canonicus Wisegradensis, Wolchemarus decanus civitatis Pragensis, Iohannes plebanus sancti Leonhardi, Matheus plebanus sancte Marie de Luto,[6] Bohdal plebanus sancti Gastuli, Echardus plebanus sancti Benedicti, Mengotus plebanus Curimensis. Ne autem ulli dubium super hoc facto in posterum oriatur, presentem paginam inde confectam dominus Petrus, prepositus Wisegradensis et archidiaconus Pragensis necnon cancellarius regni Bohemie, iudex eiusdem cause, et conventus predictorum Cruciferorum, dominus eciam Cuno, cappellanus regis Bohemie,[i] fecerunt suorum sigillorum munimine roborari. Datum et actum Prage anno Domini M°CC°LXVIII°, indictione XI[a],XIIII°kalendas octobris, domino Clemente IIII°, Romanorum pontifice, existente.

Sigilla: in scidulis membranaceis olim appensa erant: 1) et 2) avulsa et deperdita sunt; 3) Cunonis, capellani regis, Wissegradensis et Olomucensis canonici, valde laesum atque avulsum exstat. Vide Sigilla num. 3, 52.

---

568. [a]) *Quae uncis clausimus, cum membrana destructa perierunt in A.* — [b]) ‚conss[v]' *A.* — [c]) *Prima littera* ‚c' *ex alia littera videtur esse corr. in A.* — [d]) ‚p̄onat[e]' *A.* — [e]) *Littera* ‚a' *ex* ‚u' *corr. est in A.* — [f]) *Littera* ‚c' *ex* ‚a' *corr. est in A.* — [g]) ‚ꝑoitı̄oni' *A.* — [h]) ‚ꝑoñis' *A.* — [i]) ‚Bohem̄' *A.*

[1]) *In mnscro chart. saec. XVII.* ‚Inventarium omnium privilegiorum ordinis Crucigerorum, quae in archivo hospitalis s. Francisci in pede pontis Veteris Pragae etiam nunc asservantur', *in eodem archivo (sign. V/2, 203) asservato, pag. 114 sub num. 3' dicitur:* ‚Bina compositio amicabilis inter magistrum et fratres hospitalis s. Francisci et Suatoncium presbyterum et parochiales s. Valentini ratione juris patronatus facta, in qua decernitur jus patronatus penes conventum Cruciferorum residere. Anno 1268.' *Cum ambo exemplaria chartae olim apud Crucigeros reposita sint, ea ad internum usum Crucigerorum scripta esse pro certo haberi potest.* — [2]) *Vide notam 1.* — [3]) *Johanni.* — [4]) *Petro, praeposito Wissegradensi; vide inferius.* — [5]) *Přemysli Otakari II.* — [6]) *Quae ecclesia saepissime* ‚in Lacu' *appellari consuevit.*

568.*

Poněvadž vše v paměti snášeti jest božské a ne lidské, aby z toho, co se mezi lidmi jedná, ňáké pomlouvání nepovstalo a spravedlivý rozsudek skrz nespravedlivý budoucně nebyl potlačen, to v spisích obyčej jest zachovati. Pročež známo buď všem nynějším i budoucím, že v tom sporu, kterej jest mezi křižovníky s červenou hvězdou špitála svatého Františka blíž mostu ležícího z jedné a panem Svatantiusem knězem jako i osadními farního kostela svatého Valentina v městě Pražském z strany druhé vznikl, jako by totižto ius patronatus neb collatura téhož chrámu Páně jim, křižovníkům, přináležela, on pak Svatantius kněz že od nich k témuž kostelu nikoliv představen nebyl, přednášeli, však on kněz spolu s osadními, aby oni k řečenému chrámu Páně ňáké právo měli, k tomu žádným spůsobem nepovolil, nýbrž on, pan Svatantius, toho že by k takovému kostelu canonice, to jest spůsobem právy duchovními vyměřeným, pořádně z[a] jedné i druhé strany nařízen byl, potvrzoval, dříveji[b] pření[c] právního, pro dobré pokoje a svornosti, přátelské porovnání stalo se jest takové: Že strana obeslaná upouští od soudu, oni pak křižovníci v dotčeném kostele collaturu, neboližto ius patronatus, obdržují a práva toho tak užívati mají, aby osoby, které by za dosti spůsobné uznali, k řízení a správě výš dotknutého kostela dříveji osadním představili a jich povolení v tom vyhledávali; a kdyby tak co právně proti nim osadním již oznámení přestírati chtěli, jim to odepřeli, často pak řečený pan Svatancius, kteréhožto osobu oboje strana volila, má pro obdržení confirmatí panu biskupu a neb arciděkanu přednešen býti. Důchody také, které nadoznámený chrám Páně po všechny časy ročně přijímati obyčej měl, oni, křižovníci, jemu Svatantiusovi zcela zouplna platiti povinni budou, překážky pak kostela, totiž pec, vápno, štukoví, které se v[a] vejstupku nyní dotknutého kostela zdržovalo, jinam přenésti. K tomu také těla jich mrtvá na krchově na[a] obzláštním vykázaným a od osadních těl odděleným místě hlouběji pochovávati mají. Která by pak koliv strana tomuto narovnání na odpor se postavila, ta ihned tím samým své právo tratiti má. Při kterémžto porovnání svědkové přítomni byli: totiž Cuno kaplan krále českého, Bartholoměj kanovník vyšehradský, Volchemarus děkan pražský, Jan farář svatého Linharta, Zachaeus farář Matky boží Nad louží, Bohdal farář svatého Haštala, Echardus farář svatého Benedikta, Mengatus farář Curuns.[d] Aby pak nižádnému na potom v této případnosti ňáká pochybnost nepovstala, tento přítomný na to zavřený list páni Petr, probošt vyšehradský, arciděkan pražský, kanclíř království českého též sudí kostela, a convent[e] přednějších křižovníkův, jako i pan Cuno, kaplan království českého, pečetmi svými sou utvrdili. Stalo se léta Páně 1268, počtu římského jedenáctého, 17. dne měsíce září za pana Klimenta, biskupa římského.

568.* [a]) *Deest in T.* — [b]) *Vox* ‚se' *mendose sequitur in T.* — [c]) ‚přední' *in T.* — [d]) *Ita in T.* — [e]) ‚conventu' *mendose in T.*

569.

Johannes, episcopus Pragensis, omnibus, qui fratribus Minoribus in Kłodzko elemosinas erogent, indulgentias concedit.

Pragae [1268][1] oct. 18.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Vratislaviensi (archivum fratrum Minorum Glacensium, sign. num. 7) asservabatur, nunc autem latet eiusque imago phototypica tantum restat (A).

Ed: Volkmer-Hohaus, Urkunden, pag. 306 s. num. (ex A).
Reg: CDS VII. 2, pag. 172 num. 1316. — Volkmer-Hohaus, Urkunden, pag. 18 s. num. — Reg IV, pag. 726 num. 1819. — Santifaller, Quellen, pag. 31 num. 3.

Scriba: J III 17 = ignotus, fortasse destinatarii proprius. Exempla script. num. 2 a, 19.
Dictator: idem atque scriba chartae, qui omnino fere stilo communi (vide notas 2, 3) usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (LL).
Imaginem phototypicam adversae partis chartae benignissime nobis v. d. H. Appelt ex apparatu diplomatico editionis „Schlesisches Urkundenbuch", *qui Marburgae asservatur, transmittendam curavit.*

Iohannes, dei gratia sancte Pragensis ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus.‖ Quia sensus hominis proni ab adolescencia sunt ad malum et a primis nature vestigiis omnis etas vicium imitatur, sicut ex sensualitate ‖ caro vergit in culpam, ita vigore spiritus precedente et gratia subsequente divina animus niti debet ad veniam et remedia semper inquirere, quibus ‖ mortis occasiones innumeras valeat declinare. Cum igitur non sit facile habitantibus super terram incursus evadere delictorum, propter quod divina suffragia sunt plurimum oportuna, per que, si digne petantur, nostrorum corruptela criminum aboletur, universitatem vestram rogamus in Domino et hortamur ac in remissionem vobis iniungimus pecatorum,[2] quod de bonis a deo vobis collatis pias fratribus Minoribus domus Glaczensis elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram eorum inopie consulatur et vos per hec et alia bona, que Domino inspirante predicte domui feceritis, possitis ad eterne felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad monasterium ipsum propter hoc cum devotione accesserint vel eis de bonis propriis destinaverint, XL dies iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus.[3] Datum Pragae in die sancti Luce ewangeliste, ponfiticatus nostri anno undecimo.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, sine dubio cum sigillo secreto in scidula membranacea appendebat. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

569.

[1]) *Cf. num. 148 n. 1.* — [2]) *Cf. ad prooemium-narrationem in litteris apostolicis CDB III, pag. 88 num. 81.* — [3]) *Cf. ad dispositionis formulam num. 502.*

570.

Henricus Pechervol [Plena Scultela], iudex in Jihlava, et universitas civium eiusdem civitatis Ottonem de Langwand curiam in Ottendorf monasterio in Lilienfeld vendidisse profitentur.

[In Jihlava][1] 1268 oct. 19.

Autographum in membrana scriptum in archivo mon. in Lilienfeld (sub dato suo) asservatur (A).

Imago phototypica: Mezník, Jihlavské privilegium, tab. 4.
Ed: Mezník, in dissertatione mododicta, pag. 28 s. num. (ex A).
Reg: Hanthaler, Recensus II, pag. 148 num. 34.
Lit: Schwab, Erörterungen zur Kontinuitätsfrage, pag. 258 (summa chartae tractatur). — Mezník, in dissertatione mododicta, pag. 7 (scriba dati formulae chartae statuitur). — Šebánek, Česká listina 3, pag. 123, 140 (idem). — Šebánek, Ještě o jihlavské listině, pag. 126 ss (idem).

Scriba: 1) ignotus, fortasse civitatis Iglaviensis proprius, qui textum chartae modo tractatae ab initio usque ad verba „in testimonium et munimen" *scripsit; 2) civitatis Iglaviensis proprius, idem atque in litteris abbati Lubucensi — [ante 1268 iun. 9] missis (vide num. 561), qui dati formulam modo tractatae chartae (vide n. c—c) scripsit, verisimiliter idem (= V 71⁺) atque in exemplari A* „Magnae chartae Iglaviensis" *sic dictae, cuius editionem in CDB IV. 1, pag. 290 num. 177⁺⁺ vide. Cf. Exempla script. in CDB IV. 2, num. 23.*
Dictator: ignotus.
Vide: II. 5, De chartae apud civitates usu (NN).
Imaginibus phototypicis chartae, quas f. d. S. Petrin, archivi Austriae Inferioris moderatrix, apud v. d. nec non h. E. Müller, archivi monasterii Campoliliensis archivarium S. C. O., benignissime expetivit, usi sumus.

Nos Hainricus agnomine Pechervol, iudex in Iglauia, nec non universitas civium ibidem testimonio presentis littere profitemur, || quod Otto in Langwand uxoris sue Elisabeth et fratrum suorum, videlicet Freitlonis et Chunradi, nec non aliorum heredum || suorum consensu plenius accedente[a] ius, quod sibi in quadam curia sita in Ôcensdorf competere[b] videbatur, vendidit absolute || dominis de Campo Liliorum pro XII libris et LX[a] denariis fratre Ludwico cellerario procuratore in dicto negocio existente. Ne autem huiusmodi contractus per oblivionem seu alicuius maliciam valeat infirmari, predicti fratres ipsum fecerunt presenti cedule annotari, sigillum civitatis nostre nichilominus apponendo in testimonium et munimen. Acta[c] sunt hec anno Domini M°CC°LX°VIII°, XIIII[or] [d] kalendas novembris presentibus iuratis, videlicet Marquardo de Carrenberc, Wernhero, Lotingo, Ortewino, Iacobo, Nusiro, Henrico Plena Scultela et aliis viris honestis ac fide dingnis.[c]

Sigillum: in scidula membranacea appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

---

570. [a]) *Scriba primum* ‚accedente' *scripsit, sed titulum erasit in A.* — [b]) ‚petere' *A.* — [c–c]) *Alia manu inferius in duabus propriis lineis scriptum est A.* — [d]) *Ita A.*

[1]) *Chartam, cuius editores iudex nec non universitas civium Iglaviensium erant, in eadem civitate datam esse pro certo haberi potest.*

571.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, ecclesiae Wissegradensi, quae est ipsius capella specialis, servicia et labores respiciens, quos ipsi magister Petrus cancellarius, praefatae ecclesiae praepositus, exhibuit, donationes, quae in privilegiis eiusdem ecclesiae continentur, confirmat nec non iudicia provinciarum expresse nominatarum eidem possidenda concedit.

Pragae 1268 nov. 20.

Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum eccl. Wissegradensis membr. in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš lib. 26) asservato, fol. 19^{v} — 20 num. 53 (B). — Aliud apographum eiusdem saec. confirmationis chartae Venceslai II. regis Pragae 1301 apr. 29 datae (nondum typis editae) insertum in eodem mnscro exstat, fol. 23 — 24 num. 63 (C). — In codice mnscro membr. saec. XIII. bibliothecae Nationalis Viennensis, qui Liber formarum Cunegundis reginae appellatur (sign. num. 526), textus chartae Přemysli Otakari II. cum praetermissionibus, quae in libris formarum occurrere solent, invenitur, fol. 66 (F).

Ed: Hammerschmid, Gloria Wissegr. ecclesiae, pag. 212 num. 9 (e quadam copia). — Palacký, Über Formelbücher, pag. 303 num. 93 (ex F).
Reg: Reg II, pag. 1056 num. 2450 (ex Palacký, sine dato), pag. 1224 num. 2795 (ex Hammerschmido).
Lit: Novák, Kritika listáře královny Kunhuty, pag. 152 n. 2 (ratio inter F et B statuitur). — Fiala, Kancelář, pag. 265 n. 6 (C adducitur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 323, 325—326, 333, 334 n. 284, pag. 364 (Wg).

Dictator: magister Petrus cancellarius; sed etiam „druhones sui" *(vide in charta), circuli diplomatici Wissegradensis membra, stili sui auctoritatem hic aperte exercebant.*
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (G), 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (W).

In nomine sancte et[a] individue trinitatis.[a] Othakarus,[b] dei gracia[a] rex Boemie,[c] dux Austrie et Styrie[d] ac marchio Morauie,[a] omnibus in[e] perpetuum.[e] Conditor universe creature deus, dum ineffabiles sue pietatis thesauros suis dispensat fidelibus manumque plenam misericordie operibus[f] expandit ad premia graciarum, eos siquidem, quos in virtutum exercicio et sui amoris desiderio fervenciores[g] invenit atque priores agnoscit excellencia meritorum, amplioris benediccionis sue prevenit beneficiis et coronat stipendio bravii largioris.[h] Sane cum in hiis ad eterni regis exemplar nostros actus conformare ac[i] dirigere[i] studiosius intendamus, licet ex liberalitate regia universas ecclesias, quas auctore Domino, per quem reges regnant[k] et obtinent principatum, regali[l] patrocinio[l] contuemur[m] nostri favoris brachiis generaliter[n] amplectamur et in cuiuslibet promocionis prosequucione[o] ac deffensionis[p] presidio earumdem sollicitudine diligenti et devocione sollicita vigilemus, tamen quibusdam ex ipsis, utpote ecclesie Wissegradensis, que est capella[q] nostre regie magnificencie specialis, ad quam eciam cancellarie[r] nostre[r] officium a longe retroactis predecessorum[f] nostrorum temporibus est annexum, presertim cum ibidem per personas laudabiles, que[s] Domino militant in[t] eadem,[t] divini cultus atque alia karitatis[u] opera, quibus[v] tamquam per gradus ascensionis ad veri Salomonis reclinatorium salubriter[f] scanditur[w] et sancta mater ecclesia in filiorum operibus delectatur, studiosius ac[t] devocius pera-

gantur, uberioris dileccionis[f] graciam inpertimur[x] et interiores amplexus specialius admisimus cordis nostri; in eo equidem boni emulatores serenissimorum parentum nostrorum[y] evidencius existendo, qui eciam eandem ecclesiam foverunt uberibus gracie[f] multiformis nec non extulerunt pre[f] ceteris[f] dileccionis privilegio singularis.[1] Nos igitur[z] racionis intellectu perspicacius intuentes, quod affectus ex effectu colligitur et quod interioris mentis est expositor actus extra, ut nostra dileccio, quam ad pretactam[aa] gerimus ecclesiam, appareat evidencius operis argumento, ac eciam, ut fidelia servicia et labores, que dilectus nobis magister Petrus,[bb] noster cancellarius, prefate ecclesie prepositus, nobis cum fideli diligentia et promptitudine efficaci devocius exhibuit,[cc] que utique affectu respeximus gracioso, remuneracionis apparicionem et fructum aliquem memorialem post se relinquant in ecclesia[dd] memorata,[dd] donaciones possessionum,[ee] redituum,[ff] libertatum seu aliorum quorumcumque, que in eiusdem[gg] ecclesie[gg] privilegiis conscripta expressius continentur,[2] quibus a nostris est progenitoribus liberaliter et sollempniter insignita, ad conservacionem perpetuam eorumdem[hh] auctoritate regia confirmamus. Insuper[ii] eciam, ut graciam graciis cumulemus atque in sepedicta ecclesia nostre liberalitatis insignia habundancius relinquamus, provinciarum iudicia, videlicet in[kk] Prachen, Bucowzka, Pezka[ll] et Dudleb,[kk] quorum mencio in contextu[mm]dictorum privilegiorum habita nulla fuit,[3] prememorate ecclesie concedimus[nn] iure perpetuo possidenda, volentes, ut in omnibus regni beneficiis, quocumque nomine censeantur,[oo] dictus cancellarius habeat suum[pp] nuncium[pp] vel[qq] druhonem ad iura cancellarie districcius ac diligencius requirenda. Ut[rr]ergo[ss] premissa inconvulsa permaneant et invyolabili[tt] fulciantur munimine firmitatis, presentem paginam sigillorum[uu] nostrorum[uu] appensionibus[vv] fecimus roborari.[rr] Huius rei testes sunt:[ww] Andreas camerarius Boemie, Vlricus purgravius[xx] Pragensis,[xx] Iaroslaus frater Galli, Purchardus marscalcus,[yy] Bauarus filius Bauari, Vlricus de Noua Domo camerarius, Gallus pincerna, Wilhelmus de Frimberch,[zz] Dirzlaus[aaa] provincialis iudex regni Boemie, Chenco[bbb] purgravius de Diechin, Lutoldus de Nyemantz purgravius in Lapide,[bbb] Brechislaus[ccc] camerarius Pilznensis, Protiwoy pincerna, Diwisius[ddd] dapifer, Onso subpincerna, Chunradus[eee] magister coquine, Sdyslaus[fff] et Ratmirus purgravii[ggg] Glacenses,[hhh] Theodricus Spachmannus[iii] purgravius[kkk] de Ponte, Albertus frater eius, Albertus cum fratribus suis filii Stezlay quondam de Sternberch et alii fide dingni.[lll] Acta sunt hec Prage anno Domini M°mmmC°C°LX°VIII°, XII° kalendas decembris,[nnn] indiccionis[ooo] XI[e], coronationis vero nostre divina favente clemencia anno VII°. Datum ibidem per manus dilectorum nobis magistrorum Petri, venerabilis Wissegradensis prepositi, cancellarii regni nostri superius annotati, et Vlrici, prothonotarii Austrie et Styrie.

---

571. [a–a] ‚et cetera' *legitur in F.* — [b] ‚Otakarus' *C,* ‚Otthakarus' *F.* — [c] ‚Boẽm' *B, C.* — [d] ‚Stirie' *C.* — [e–e] ‚imperpetuum' *C.* — [f] *Deest in F.* — [g] *Hoc loco nec non inferius saepius vix discerni potest utrum* ‚c' *an* ‚t' *ponatur in B, C;* ‚flagranciores' *F.* — [h] ‚largitatis' *F.* — [i–i] ‚ad dei gracie' *F.* — [k] ‚regunt' *F.* — [l–l] ‚patrocinio regali' *C, F.* — [m] *Sequitur* ‚et' *in F.* — [n] ‚gn̄a' *F.* — [o] ‚proseqūcoe' *B,* ‚prosecucione' *C, F; in F hoc loco nec non inferius saepius* ‚t' *ponitur pro* ‚c'. — [p] ‚defnsiois' *F.* — [q] ‚cappella' *F.* — [r–r] ‚nostre cancellarie' *C, F.* — [s] ‚qui' *B, F.* — [t–t] *Deest in F.* — [u] ‚caritatis' *F.* — [v] ‚quibs' *B.* — [w] ‚ascenditur' *C.* — [x] ‚impertimur' *legitur in F, ubi* ‚am' *non cancellatum (initium vocis* ‚amplexus') *sequitur.* — [y] ‚mihi progenitorum' *loco* ‚nostrorum' *legitur in F.* — [z]

‚quoque' *F.* – [aa] ‚prefatam' *F.* – [bb] ‚P' *F.* – [cc] ‚exibuit' *F.* – [dd–dd] ‚ecclesie memorate' *F.* – [ee] ‚possessiones' *F.* – [ff] ‚reddituum' *C, F.* – [gg–gg] ‚eadem ecclesia' *F.* – [hh] ‚earumdem' *F.* – [ii] ‚insuperque' *B, C.* – [kk–kk] ‚in talibus locis et' *legitur in F.* – [ll] ‚Peska' *C.* – [mm] ‚conceptu' *C.* – [nn] ‚concecedimus' *B.* – [oo] ‚vocentur' *C,* ‚vocantur' *F.* – [pp–pp] ‚nuncium suum' *F.* – [qq] ‚sive' *F.* – [rr–rr] *Deest in C.* – [ss] ‚igitur' *F.* – [tt] ‚inviolabili' *F.* – [uu–uu] ‚nostrorum sigillorum' *F.* – [vv] ‚appensione' *F.* – [ww] ‚a., b. Actum et datum et cetera' *sequitur in F, ubi omne residuum usque ad finem deest.* – [xx–xx] ‚burgravius Pragensis, Iarosius burgravius Egrensis' *legitur in C.* – [yy] ‚marsalcus' *C.* – [zz] ‚Frinberch' *C.* – [aaa] ‚Dirizlaus' *C.* – [bbb–bbb] *Deest in C, cf. notam hhh.* – [ccc] ‚Brechizlaus' *C.* – [ddd] ‚Diuisius' *C.* – [eee] ‚Conradus' *C.* – [fff] ‚Sdizlaus' *C.* – [ggg] ‚burgravii' *C.* – [hhh] ‚Chenco burgravius de Diethin, Lutoldus de Niemants burgravius de Lapide' *sequitur in C.* – [iii] ‚Spatzmannus' *C.* – [kkk] ‚purgravii' *B,* ‚burgravius' *C.* – [lll] ‚digni' *C.* – [mmm] ‚millesimo' *C.* – [nnn] ‚decembrorum' *B,* ‚decemb' *C.* – [ooo] ‚indicco' *B.*

[1]) *Videlicet Venceslaus I. et Cunegundis regina; cf. ex. gr. CDB IV, num. 213–218; chartas Cunegundis reginae ecclesiae Wissegradensi datas ignoramus.* – [2]) *Vide CDB I, pag. 371 num. 387 nec non reliqua omnia privilegia Wissegradensis ecclesiae in CDB I – V typis edita.* – [3]) *In privilegiis Wissegradensi ecclesiae a principibus nec non a regibus Bohemiae ante a. 1268 datis de iudiciis ecclesiae re vera nulla mentio fit.*

572.

Johannes, episcopus Pragensis, ordinis fratrum Minorum a sede apostolica deputatus conservator, cum praelati eiusdem ordinis eo tempore absint, praecipit C., decano Glacensi et plebano in Szalejów [Dolny], C. de [Stary] Waliszów ac G. de Trzebieszowice plebanis, ut omnia, quae plebanus Glacensis in praeiudicium fratrum Minorum fecerit, revocari faciant.

Pragae [1268][1] nov. 25.

Autographum olim in archivo fratrum Minorum Glacensium asservatum iam dudum latet (A). – Apographum in collectione Josephi Kögler († 1817) asservatum, apud Volkmer–Hohaus (vide inferius) laudatum, invenire non potuimus (B). Textum chartae solummodo ex editione Volkmer–Hohaus (vide inferius) praebemus, nonnulos locos e coniectura tacito corrigentes (E).

Ed: Volkmer–Hohaus, Urkunden, pag. 18 s. num. (ex B, ad a. 1269).
Reg: CDS VII. 2, pag. 174 num. 1325 (ex Köglero, ad 1269 febr. 1). – Reg II, pag. 1176 num. 2686 (ad idem datum). – Reg IV, pag. 727 num. 1824 (ad a. 1269).
Lit: Nový, Listiny, pag. 65 (charta ad a. 1269 tractatur).

Dictator: cancellariae episcopi verisimillime proprius, qui stilo communi usus est.
Cf. chartas Johannis episcopi num. 720, 723.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (MM), 3, Ordo fratrum Minorum (G).

Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, dilectis in Christo filiis C.,[2] decano Cladcensi[a] et plebano de Swedlerdorph, et C.[2] de villa Waltheri ac G.[2] de Chunchonis villa plebanis salutem in Domino. Cum honesti et religiosi viri superiores et prelati ordinis fratrum Minorum nostre civitatis et diocesis ad presens ex quadam causa rationabili sint absentes, nos, qui conservatores ordinis et fratrum ipsorum in nostra sumus dyocesi

a sede apostolica deputati, paci et quieti eorum providere debemus, ut eo liberius quo quietius pacis famulentur auctori, eapropter discretioni vestre in virtute obediencie et sub pena suspensionis ab officio damus finaliter in preceptis, quatenus accedentes personaliter in Cladsk omnia et singula, que plebanus loci et quicunque alius seu alii in preiudicium et gravamen fratrum Minorum ibidem commorancium hactenus de novo temere presumpserint, sive sint processus aut sentencie qualescunque, faciatis, quod quantocius infra trium dierum spacium per eosdem, qui talia presumpserunt, sine difficultate qualibet revocentur et quod de cetero committere temeritates huiusmodi non presumant, alioquin vos[b] ipsi tam illa, que sic acceptata sunt, quam ea, que deinceps acceptari continget, contra predictos fratres de Cladsk et gardianum ipsorum in eorum manifestam iniuriam et offensam, quidquid illud sit et fuerit, vires decernatis et denuncietis aliquas non habere, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo; et recommendetis gardianum et fratres eosdem populo christiano, in hjs taliter vos gerentes, quod discrecionem vestram, devocionem et obedienciam congruis nostre gracie favoribus attolamus et vos prefate suspensionis sentenciam evitetis, alioquin inobedienciam[c] vestram[d] graviori sentencia feriemus. Quodsi non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Prage VII kalendas decembris, pontificatus nostri anno undecimo.

---

572. [a]) *Deest in E; e num. 723 compleri potest.* — [b]) ‚nos' *in E.* — [c]) ‚in obedienciam' *E.* — [d]) ‚nostram' *E.*

[1]) *Cf. num. 148 n. 1.* — [2]) *Nomen ignoramus.*

573.

Ulricus, dux Carinthiae, dominus Carniolae, Přemyslum Otakarum II., regem Bohemiae, ducem Austriae et Stiriae ac marchionem Moraviae, consanguinitatis vinculo sibi alligatum heredem suum sub certis condicionibus statuit.

In Poděbrady 1268 dec. 4.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Coronae regni Bohemiae, sign. num. 17) asservatur (A).

Ed: Pešina, Mars Moravicus, pag. 367 (ex A, tunc in archivo capituli Pragensis asservato, vide inferius). Balbín, Miscellanea, dec. I, lib. VIII, pag. 15 num. 15 (ad 1267, haud integrum textum praebet cum nota „hasce literas in originali extare in archivo ecclesiae metropolitanae Pragensis illaesis sigillis affirmat Pessina in Marte Moravico, lib. 3 C 7"*). — Lünig, Reichsarchiv 7, dist. 6 pag. 161 num. 85 (ex A, ad 1267). — Frölich, Specimen archontologiae C. I, pag. 71—72 s. num. (ex A). — Schrötter, Abhandl. II, pag. 271 num. 10 (ex Frölicho, in reg. ad a. 1269). — Lambacher, Österreichisches Interregnum, pag. 50 num. 35 (ad a. 1267, ex Lünigo haud integrum textum chartae praebet). — Caesar, Annales Styr., pag. 542 num. 148 (ex Frölicho). — Pubitschka, Chron. Gesch. Böhmens V, pag. 359 n. a (ad a. 1267, ex Lünigo haud integrum textum chartae praebet). — CIB I, pag. 162 num. 55 (ad a. 1267, haud integrum textum chartae praebet). — Schumi, Archiv I, pag. 79 num. 37 (ex A). — MHDC IV. 2, pag. 699 num. 2988 (ex A). — ACRB I, pag. 27 num. 15 (ex A).*

Reg: Reg II, pag. 246 num. 630. — Schumi, Urkunden v. Krain, pag. 298 num. 388. — RI V. 2, pag. 1765 num. 12054. — Koss, Archiv, pag. 19 num. 16 (ex A). — Wiesflecker, Regesten, pag. 219 num. 816. — Haas, Archiv Č. Koruny, pag. 4 num. 17 (ex A).
Lit: Novotný I. 4, pag. 195 ss. (tota res disseritur, auctores antiquiores laudantur). — Koss—Bauer, Dějiny, pag. 45 n. 30 (quaestio, ubi charta reposita fuerit, tractatur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 329—330. 366. 378.

Scriba: ignotus, fortasse editoris proprius.
Dictator: seu magister Petrus cancellarius, seu ignotus quidam, cui Petrus socius erat.
Reversa facies chartae valde laesae iam saec. XVIII. plagula chartacea obducta est.
Vide: II. 1 a, P. O. II, magister Petrus cancellarius (H).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Vlricus, dei gracia dux Karinthie, dominus Carniole, || omnibus in perpetuum. Cum ineffrenata rerum cupiditas, que mater est licium genitrixque discensionum,[a] || in hominibus, quibus pacem reliquit[b] ac quietem disposuit rex pacificus et eternus, callumpniarum[a] || materiam pariat causasque novas suscitet litigandi, expediens esse dinoscitur et salubre ad cautelam et evidenciam futurorum, ut tractatus racionabiles et facta digna memorie in scripta publica redigantur, ut ex scripture testimonio rei geste habeatur noticia et quelibet calumpniandi materia apud p[os]teros[c] auferat[ur]. Hinc est, quod ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod nos interioribus oculis diligenci[us] intuentes, quod nulla sit stabilitas status humani et ad mortis interitum sit transitus omnibus generalis, nosque eciam ex divina provisione, cuius dispensacione provida singula gubernantur, heredibus careamus, dominum Othachrum, serenissimum regem Bohemorum, ducem Austrie et Stirie ac marchionem Morauie, presertim cum sit nobis consanguinitatis vinculo alligatus[1] multaque amicicie beneficia ac indefesse dileccionis argumenta perceperimus ab eodem, heredem nostrum statuimus ita, quod post mortem nostram,[2] si sine filiis et filiabus decesserimus per nos legittime generatis, terras nostras, proprietates ac pheoda seu alia bona nostra, quocumque ipsa possessionis titulo teneamus, possidere debeat libere et quiete, talibus tamen condicionibus interiectis, quod redditus centum marcarum de hereditate nostra locis religiosis legabimus, in quibus nobis placuerit, ut nostre deposicionis memoria specialiter peragatur. Si autem de bonis nostris prefatus dominus rex aliquid addicere[a] voluerit, inchoate a nobis caritatis opus pro anime nostre remedio ampliando, illud sue sinceritati ac fidelitatis constancie duximus relinquendum. Ad hec eciam, si forte karissima uxor nostra[3] per mortis divorcium fuerit separata a nobis aliamque duxerimus legittime in uxorem, bona, que pro dote eidem secundum consilium dicti regis decreverimus assignare, post mortem nostram pacifice ac sine contradictione qualibet possidebit. In cuius rei testimonium ipsi dedimus presentes litteras [si]gilli nostri munimine rob[orata]s. [Teste]s autem sunt: Albertus comes Goricie et Tirolis, magister Petrus prepositus Wissegradensis regni Bohemie cancellarius, Vlricus comes de H[e]vnenberch, Henricus comes de Hardekke, Liber de Cauriaco, Vlricus de Rifenberch,[d] Ieroslaus frater Galli, Smilo de Brumowe, Hartlebus camerarius Moravie, Chvnradus prepositus Brvnnensis[e] et alii quam plures fide digni. Datum in Podibrat anno Domini M°CC°LXVIII°, prirdie[a] nonas decembris, indiccione XI[a].

Sigillum: Ulrici, ducis Carinthiae, domini Carniolae, in filis sericis flavi coloris[a] laesum appendet. Imaginem sigilli apud Siegenfeld, Landeswappen, tab. 11 num. 35 vide.

---

573. [a]) *Ita A.* — [b]) *Ex* ‚reliquet' *per rasuram corr. est in A.* — [c]) *Quae hoc loco nec non inferius uncis clausimus, cum membrana destructa perierunt in A.* — [d]) *Etiam* ‚Riffenberch' *legi potest in A.* — [e]) *Prima littera* ‚s' *ex* ‚e' *corr. est in A.*

[1]) *Mater Ulrici Juta, filia Přemysli Otakari I., fuit.* — [2]) *Ulricus 1269 oct. 27 morte obiit.* — [3]) *Ab anno 1263 Agnes, filia Gertrudis de Babenberg, quae 1295 iun. 2 morte obiit.* — [4]) *Quae quidem conservare volens, filis cannabinis obduxit.*

574.

Johannes, abbas de Waldsassen, cum fratribus domus [hospitalis s. Mariae] Theutonicorum in Cheb ratione decimarum de villis Fockenfeld, Großbüchlberg, Slatina et Stodola concordat.

—1268—.

Autographum in membrana scriptum in archivo domus Theutonicorum Viennae (sign. Eger num. 1) asservatur (A).[1] — *Apographum exstat in mnscro membr.* „Albrechts von Witzleben Bericht von der Balley Thüringen Privilegiis; anno 1392" *intitulato, in archivo publico Dresdensi (sign. num. 1324) asservato, fol. 104[v] (B).*[2]

Ed: Lampe, Urkundenbuch der Deutschordensballei Thüringen, pag. 163 num. 213 (ex A).
Reg: Reg B III, pag. 316 s. num. — Gradl, Monumenta, pag. 97 num. 267; cf. etiam pag. 266, ubi quaestio, quo anno Iohannes munere abbatis se abdicaverit, disseruitur. — Reg IV, pag. 725 num. 1817. — Dobenecker, Regesta IV, pag. 42 num. 270.

Scriba: mon. Waldsassensis verisimillime proprius,[3] *idem atque in num. 575.*
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Ordo militum Theutonicorum (Y).
Imagine phototypica aversae partis chartae a procuratoribus archivi domus Theutonicorum Viennae benignissime nobis transmissa tantummodo usi sumus.

Iohannes, dei gracia abbas de Waltsachsen, universis tam presentibus quam futuris, ad quos presens littera pervenerit, sic per bona tran‖sire temporalia, ut eternis intendere non desistant. Ut religiosorum vita et honesta conversacio ad emendacionem in conspectu secular‖ium irreprehensibilis appareat et probata, congruit, ut inter eos ex zelo dei precipue pax et karitas conservetur. Igitur universitati vestre ‖ clareat per presentes, quod cum fratres de domo Tevtunica, plebani in Egra, in villis claustri nostri, videlicet Vochengvelle et P̊evchelperge, haberent decimas recipere, et nos e converso in villis parrochie Egrensis, scilicet in Zletin[a] et in Stodel, eciam decimas recipere deberemus, propter labores et controversias decetero declinandas, ut ipsis nostre et nobis ipsorum

decime in predictis locis imperpetuum remaneant, omni exclusa in posterum exceptione, prehabito nostrorum consilio discretorum iuri cessimus utrobique; salvo tamen iure parrochialis ecclesie in Arzperge, apud quam homines de Vochengvelle, quando ibi habitare ceperint, omnia ecclesiastica sacramenta recipere teneantur. Ad idem, si[b] solum ibidem curia monachorum fuerit edificata, servi curie sint astricti, nisi forte imminente infirmitate racione uxorum suarum vel alterius cause ad extraneas villas deducti alias[c] ecclesiasticam elegerint sepulturam. Huius rei testes sunt una[c] nobiscum monachi nostri: Macharius prior, Cristanus suprior, Lambertus cellerarius, Gotfridus camerarius, Wolvrammus magister lapidum, Macharius magister conversorum, frater Rvdgerus de Ratispona; cives de Egra: Waltherus de Curia, Pertoldus de Curia, Chunradus de Curia, Gotfridus antiquus iudex, Heinricus de Ratispona,[d] Wolvlinus frater eius, Christanus, Eberhardus frater eius et alii viri quam plurimi fidedigni. Ne autem contractus huiusmodi a successoribus nostris infirmari valeat vel cassari, presentem paginam sigilli nostri munimime[e] duximus roborandam. Datum anno Domini M°CC°LXVIII°.

Sigillum: in scidula membranacea appendebat; sed avulsum et deperditum est.

---

574. [a]) *Ex* ‚Zleticz' *corr. est in A.* — [b]) *Ex* ‚scilicet' *radendo corr. est in A.* — [c]) *Voci uncus superponitur in A.* — [d]) ‚Ratispon^{cc}' *A.* — [e]) *Ita A.*

[1]) *Autographum chartae — teste Gradlo, vide superius — olim in archivo publico Magdeburgae asservabatur.* — [2]) *Haud completus textus chartae praebetur.* — [3]) *Chartae scripturae ductu similes enim in chartis tempore non multo posteriore certe in monasterio Waldsassensi scriptis occurrunt. Cf. ex. gr. chartas apud Gradl, Monumenta, pag. 103—105 num. 285, 287 typis excusas (registratas), quas suo tempore etiam in regestorum serie huius tomi vide.*

575.

Frater Hermannus, domus [hospitalis s. Mariae] Theutonicorum commendator et plebanus in Cheb, eiusque confratres cum monasterio de Waldsassen ratione decimarum de villis Slatina, Stodola, Fockenfeld et Großbüchlberg concordant.

—1268—.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Monacensi (sign. KU Waldsassen 64) asservatur (A).

Ed: Lampe, Urkundenbuch der Deutschordensballei Thüringen, pag. 162 num. 212 (ex A).
Reg: Reg B III, pag. 316 s. num. — Gradl, Monumenta, pag. 98 num. 268. — Reg IV, pag. 725 sub num. 1817. — Dobenecker, Regesta IV, pag. 42 num. 271.

Scriba: mon. Waldsassensis (destinatarii chartae) verisimillime proprius, idem atque in num. 574.[1]
Dictator: idem atque scriba, qui verba chartae num. 574 mutatis mutandis repetit, quae typis minoribus exprimuntur.

Vide: II. 3, Ordo militum Theutonicorum (Z).
Imaginibus phototypicis chartae a procuratoribus archivi Monacensis benignissime nobis transmissis tantummodo usi sumus.

Frater Hermannus de domo Thevtunica, commendator[a] et plebanus in Egra, ceterique confratres eiusdem ordinis ibidem commorantes[b] omnibus tam || presentibus quam futuris, ad quos presens littera pervenerit, sic per bona transire temporalia, ut eternis intendere non desistant. Virorum || religiosorum vita et honesta conversacio, ut in conspectu secularium irreprehensibilis appareat et probata* ad emendationem omnium, con||gruit, ut inter eos ex zelo dei precipue pax et karitas conservetur. Igitur universitati vestre clareat per presentes, quod cum domini de Waltsachsen in villis parrochie nostre, videlicet Zletyn et in Stodel haberent decimas recipere, et nos e converso in eorum terminis, scilicet in Vochengvelle et in Pěvchelperge, eciam decimas recipere deberemus, propter labores et controversias decetero declinandas, ut ipsis nostre et nobis ipsorum decime in predictis locis imperpetuum remaneant, omni exclusa in posterum exceptione, de licencia magistri nostri superioris iuri cessimus utrobique; salvo tamen iure parrochialis ecclesie in Arzperge, apud quam homines de Vochengvelle, quando ibi habitare ceperint, omnia ecclesiastica sacramenta recipere teneantur. Ad idem, si solum ibidem curia monachorum fuerit edificata, servi curie sint astricti, nisi forte imminente infirmitate racione uxorum suarum vel alterius cause ad extraneas villas deducti alias[c] ecclesiasticam elegerint sepulturam. Huius rei testes sunt: frater Hermannus commendator[a] et plebanus,[2] frater Chunradus de Marburch, frater Heinricus de Åulhausen, frater Heinricus custos, frater Chunradus cellerarius, frater Vrancho, dominus Waltherus de Curia, Pertoldus de Curia,* Gotfridus* iudex, Chunradus de Curia, Heinricus de Ratispona,[d] Wolvlinus frater eius, Christanus, Eberhardus frater eius cives* Egrenses et alii viri quam plurimi fidedigni. Ne autem contractus huiusmodi a successoribus nostris infirmari valeat vel cassari, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum anno Domini M° CC° LXVIII°.

Sigillum: Hermanni, [domus hosp. s. Mariae Theutonicorum] commendatoris et plebani de Egra, in scidula membranacea valde laesum appendet. Vide Sigilla num. 3, 34.

---

575. [a]) ‚mendator' *A.* — [b]) ‚morantes' *A.* — [c]) *Voci uncus superponitur in A.* — [d]) ‚Ratispon̄' *A.*

[1]) *Vide ibidem n. 3.* — [2]) *Editor chartae hoc loco testis nominatur, ex quo comprobatur chartam num. 574 re vera priorem, chartam num. 575 posteriorem esse.*

576.

*Johannes, episcopus Pragensis, Johanni scholari, nato Lamberti de Swalmen (*Zualmen*), possessionem ecclesiae de [Horní] Slavkov ad praesentationem Theoderici, abbatis de Osek, sub certis condicionibus confirmat.*

Pragae 1269 ian. 25.

Autographum in membrana scriptum in SAR Litoměřice (archivum mon. in Osek, sign. ŘC Osek num. 4) asservatur (A). — Apographum exstat in copiario chart. „Privilegia Ossecensia 1693" *intitulato, ibidem (sign. M III 12) asservato, pag. 24, ad 24 (B).*

Reg: Scheinpflug, Die Urkunden 7, pag. 190 num. 4.' — Reg IV, pag. 726 num. 1821.
Lit: Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 62 (stilus chartae).

In tergo chartae manu registratoris mon. in Osek saec. XIII. — XIV. scriptum legitur: „Littera, qua confirmatur ecclesia in Slaukenwerde Iohanni, filio Lamberti" *(A).*

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide etiam num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (NN), J III 6 (H), 3, Osek (B).

Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, dilecto in Christo filio Iohanni scolari, nato Lamberti, laici de Zualmen, || salutem in Domino. Honesti viri Th.,[2] abbatis de Osek, peticionibus inclinati ecclesiam de Zlakenuerde || per mortem . .[3] plebani, antecessoris tui, vacantem, in qua abbas iamdictus ius obtinet patronatus, tibi ad pre||sentationem ipsius abbatis auctoritate, qua fungimur, confirmamus, proviso, quod honorabilis vir Gizilbertus, abbas de Waltssasen, per se aut alium, cui hoc duxerit committendum, eandem procuret ecclesiam in spiritualibus et temporalibus pleno iure tamdiu, donec tu, ad legitimam etatem perveniens, eam per te ipsum in premissis regere valeas ac etiam gubernare. Ut autem hec nostre confirmationis pagina vigorem debitum valeat perpetuis temporibus obtinere, sigilli nostri eam caractere fecimus roborari. Datum Prage anno Domini M°C°C°LX°VIIII°, in die Conversionis sancti Pauli, pontificatus nostri anno undecimo, indictione duodecima.

Sigillum: in filis sericis rubri et viridis coloris appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

576.

[1]) *Cum notis ad rem spectantibus.* — [2]) *Theoderici.* — [3]) *Nomen ignoramus.*

577.

Herbordus, praepositus Lutomericensis, Henrico dicto Rörich pro iure locationis villae ipsius [Starý] Týn unum mansum et tercium denarium in iudiciis [ibidem] conferens nec non iura sua statuens, Henricum de Encovany in villicatione de eadem villa confirmat.

In Litoměřice 1269 febr. 1.[1]

Apographum vidimationis chartae notarii publici Venceslaus Karolides a Karlšperk nominati Neo-Pragae 1650 nov. 12 datae insertum erat, cuius vidimationis autographum tunc verisimillime in possessione privata asservabatur, nunc autem latet. — Apographum haud correctum vidimationis charta notarii publici, cuius nomen David Hainmannus patria Bernsteinius erat, Neo-Pragae 1652 aug. 20 data continet, cuius vidimationis autographum in plagula chart. scriptum in SÚA Pragae in collectione „chartae guber-

niales" *dicta (sign. L II, 4) asservatur (B).*[2] — *Aliud apographum, itidem haud correctum, ex vidimationis charta 1650 nov. 12 data (vide superius) descriptum vidimationis charta Gregorii Aloisii Bureš, officii supremi burggraviatus Pragensis scribae, s. l. 1652 oct. 26 data praebet, cuius autographum in plagula chart. scriptum (sub eadem sign.) asservatur (C).*

Reg: Reg IV, pag. 726 num. 1822, pag. 817 num. 2106 (ad ian. 31, ex B, C). — *Schlenz, Geschichte, pag. 214 s. num. (ad ian. 31).*
Lit: Šebánek, Urkundenwesen, pag. 345 n. 228 (Arnoldus testis).

Dictator: ignotus, verisimillime editoris proprius. Memoriae dignum esse apparet chartam expresse ad petitionem Henrici de Encovany datam fuisse.
Vide: II. 3, Litoměřice, ecclesia capitularis (A), 4 b, De chartae apud locatores usu (N).

In nomine Domini amen. Nos Herbordus, dei gratia Lütthomericensis[a] praepositus, notum esse cupimus universis intuentibus[b] praesens scriptum, quod de speciali consensu capituli nostri Henrico, dicto Rörich,[c] pro iure locationis villae nostrae de Teins, quam[d] iure Teütonicali[e] locavit,[f] unum mansum et tertium denarium in iudiciis sibi et haeredibus[g] suis libere contulimus[h] in perpetuum possidendum. Tria vero maiora iudicia nobis ac[i] successoribus nostris sive procuratoribus statuimus reservari. Item sciendum, quod de quolibet manso statuimus unum talentum nobis annis singulis persolvendum; huius talenti medietatem in festo sanctae[k] Walpurgis[3] et reliquam in festo sancti Galli[4] iidem rustici praesentabunt. Item stüra[l] generali interveniente sive non, nobis de manso[m] quolibet in festo sancti Iacobi[5] solvent duos tantum solidos annuatim. Praeterea, si quae culpae in eisdem bonis nostris emerserint, satisfactionis modulum aliarum villarum adiacentium ius Teutonicale habentium non excedent. Cum itaque idem ius villicationis ad Henricum de Hegel suosque[n] successores[n] de consensu nostro emptionis titulo pervenerit[o] ac emptionem suam petierit in scripti memoria perhennari, ipsum Henricum de Hegel suosque successores in villicatione nostra de Teins cum omnibus iuribus annexis,[p] ut promisimus,[q] perpetuo confirmamus, dantes ei super hoc praesentem paginam sigilli nostri munimine roboratam.[r] Huius rei testes sunt: dominus Ioannes de[s] Ashaffenburg,[t] dominus Boyslaus,[u] dominus Arnoldus, dominus Ioannes de Wncevan,[v] dominus Elias et dominus Wlazstenius,[w] canonici Luthomericenses,[x] dominus Rudegerus de Budesin, Petrus Wernerus de Vtzk,[y] cives Luthomericenses[z] et alii quam[aa] plures. Datum in Luthomeritz[bb] anno Domini MCCLXIX,[cc] calendis[dd] februarii.[ee]

---

577. [a] ‚Luthomiricensis' *C.* — [b] *Hoc loco nec non inferius saepius ponitur ‚i' pro ‚j', seu ‚j' pro ‚i' in B, C.* — [c] ‚Rorich' *C.* — [d] ‚qui' *B.* — [e] ‚Teutunicali' *C.* — [f] ‚curavit' *B.* — [g] ‚heredibus' *C.* — [h] ‚centulimus' *potius legi potest in B.* — [i] ‚et' *fortasse legitur in C.* — [k] ‚beatae' *C.* — [l] ‚stura' *C.* — [m] ‚menso' *B.* — [n–n] *Deest in C.* — [o] ‚pervenit' *legitur in B, C.* — [p] ‚annenis' *B.* — [q] ‚promissimus' *B.* — [r] ‚roboratum' *C.* — [s] ‚â' *B.* — [t] ‚Bscaffenbůrg' *B.* — [u] ‚Boyzlaus' *C.* — [v] ‚Vnzouan' *C.* — [w] ‚Wistenius' *B.* — [x] ‚Luthomiricenses' *C.* — [y] ‚Vzk' *C.* — [z] ‚Lüthomericensis' *B*, ‚Luthomiricenses' *C.* — [aa] ‚quoque' *B*, ‚quamque' *C.* — [bb] ‚Luthomiriz' *C.* — [cc] ‚1269' *C.* — [dd] ‚2 calendis' *C.* — [ee] ‚februari' *B.*

[1]) *Seu ian. 31; vide notam dd; sed chartam termino febr. 1 addicere verisimilius videtur esse, quamquam adhuc charta communiter ad ian. 31 posita est.* — [2]) *Notarius affirmat se chartam Herbordi* ‚in membrana stylo vetusto, abbraeviato quoque' *scriptam perlegisse; re vera vidimationis chartam 1650 nov. 12 datam, superius commemoratam, prae manibus videtur habuisse, sicut ex nota in inferioris marginis plagulae sinistra parte scripta clare patet.* — [3]) *Maii 1.* — [4]) *Oct. 16.* — [5]) *Iul. 25.*

578.

Smilo de Lichtenburk de consensu uxoris suae necnon liberorum suorum monasterio in Žďár [nad Sázavou] villas Jiříkovice et Radňovice sub condicionibus accurate expressis donat, libertates certas hominibus dicti monasterii concedens.

In Ronovec 1269 febr. 14.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. A 14) asservatur (A). — Apographum praebet codex mnscrus chart. saec. XVII. „Diplomatarium monasterii Zarensis 1252—1642 . . ." *intitulatus, ibidem (sign. 60/7) asservatus, pag. 25—27 num. 15 (B).*

Ed: Steinbach II, pag. 27 num. 15 (ex A). — CDM IV, pag. 23 num. 18 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 247 num. 633. — Šebánek, Archivy, pag. 39 num. 226 (ex A).
Lit: KK, pag. 4 n. 3, pag. 297, 325, 332. — Dušková, Česká listina 2, pag. 183 (observationes diplomaticae). — Šebánek—Dušková, Listina v č. státě doby Václava I., pag. 9 n. 12 (idem).

In tergo chartae inferius scribae eius manu pallido atramento „Heydenricus" *scriptum est.*

Scriba: tunc mon. Sarensis, aliter mon. Cellae b. Mariae Virginis Brunae proprius. Cf. chartas: 1) Venceslai I. in Křivoklát a. 1241 Cellae b. Mariae V. Brunae datam (V 45[+] = CDB IV, pag. 71 num. 11[++]. Exempla script. in CDB IV. 2, num. 9); 2) Starchandi, filii quondam Peregrini, [Brunae] 1258 aug. 19 eidem destinatario datam (vide num. 161 = Exempla script. num. 3, 1); 3) Theoderici, abbatis Zabrdovicensis, in Zábrdovice 1262 sept. 29 eidem destinatario datam (vide num. 351); 4) Henrici dicti Sweller, [civis Brunensis], eidem destinatario in Modřice 1278 apr. 17 datam (vide num. 871), quae seu eadem seu simili manu scriptae sunt. Exempla script. num. 4, 6.
Dictator: destinatarii proprius, cuius stili proprietates etiam in aliis chartis Sarensi mon. datis apparent (ex. gr. in charta eiusdem editoris s. l. a. 1264 (vide num. 427) et Agnetis, filiae Bočkonis, s. l. a. 1277 (vide num. 852) eidem mon. datis).
Vide: II. 3, Žďár (Q), 4, De chartae apud nobiles usu (AAAA).

Nos Zmilo dictus de Luchtenburch una[a] cum carissima uxore nostra Elizabet universis, tam presenti etati quam || future in Christo posteritati, in perpetuum. Que geruntur in tempore, labuntur cum tempore, nisi scriptis et dictis testium || perhennentur. Hinc est, quod tenore presentium perhenni constare volumus nocioni, quia divina inspiracione conpuncti, de || consensu et voluntate Elizabet, uxoris nostre, et liberorum nostrorum,[1] ad honorem summi dei et intemerate matris eius, Virginis gloriose, matura deliberacione prehabita duas villas Iursichowiz et Rednowiz vulgariter nuncupatas, sitas in Olomucensi diocesi, claustro dicto Sar, quod Fons sancte Marie intitulatur, ordinis Cysterciensis, Pragensis dyocesis, cum omnibus suis attinenciis cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, pisca-

cionibus, venacionibus perpetuo contulimus possidendas tali condicione, quod post mortem nostram et uxoris nostre in anniversariis de dictis villis fratribus in conventu, quanto melius poterit, ministretur. Volumus etiam, ut si homines memorati claustri in quibuscumque nostris hereditatibus qualicumque modo forefecerint, de omnibus proventibus et emendis, que nobis de ipsorum excessibus possent cedere et derivari, liberi sint et absoluti, sed post latam sentenciam cum culpis ad dominum abbatem remittantur pro suis demeritis puniendi. Concedimus nichilominus, ut homines sepe dicti claustri negociando hinc et inde ad omnes et per omnes civitates nostras et villas forenses libere transeant et ab eisdem per officiales nostros nichil penitus exigatur. Ut autem hec nostra donacio et constitucio testamenti perpetuum firmitatis robur obtineat, presens instrumentum exinde confectum sigilli nostri munimine fecimus communiri. Huius rei testes sunt: nobilis vir dominus Gallus miles et Iursic et Woytech milites, dominus Iacobus sacerdos et procurator, dominus Heynricus plebanus de Zlapans, Gerlacus notarius et alii quamplures. Acta sunt hec anno gracie millesimo CC°LXIX, in Sumerburch,[b] XVI° kalendas marcii.[b]

Sigillum: Smilonis de Lichtenburk in filis sericis rubri et viridis coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla num. 4, 17/III.

---

578. [a]) *Voci uncus superponitur in A.* — [b–b]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Henrici, Smilonis, Ulrici et Raimundi.*

579.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, monasterium in Pohled in protectionem suam recipiens nec non ius advocatiae et conservationem ipsius monasterii Cunegundi reginae, uxori suae, specialiter committens, possessionem bonorum partim expresse nominatorum eidem monasterio confirmat.

In Poděbrady 1269 febr. 24.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Pohled, sign. L IV ŘC Pohled num. 9) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. codex mnscrus membr. „Chartularium et urbarium monasterii Vallis s. Mariae“ *intitulatus, in UK Pragae (sign. XIV E 13) asservatus continet, fol. 10 (B). — Aliud apographum insertum est vidimationi Heidenrici Winter, ... Sedlecii professi, ibidem subprioris, authoritate pontificia notarii apostolici iurati, in Sedlec 1739 ian. 16 datae, cuius vidimationis autographum in plagula chart. scriptum in archivo arcis Pragensis Pragae (archivum cap., sign. vetusta II 22) asservatur (C).*

Ed: Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 468 num. 23 (ex A).
Reg: Hormayr, Archiv 1827, pag. 10. — Hormayr, Taschenbuch 1842, pag. 465. — Böhmer, Add. sec., pag. 443 num. 199. — Krones, MHVSt 22, pag. 128 num. 74. — Reg II, pag. 248 num. 634 (mendose 635). — Gradl, Monumenta, pag. 98 num. 269. — Eršil—Pražák, Katalog, pag. 28 num. 56 (ex C). — Pferschy, Urkundenbuch, pag. 189 num. 321.

Lit: KK, pag. 348 n. 1 (scriba chartae). — Šebánek, Urkundenwesen, pag. 346 n. 234 (datarii chartae). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 260—263, 312—314, 316, 321 n. 173, pag. 324, 354 n. 284, pag. 363 (Ph).

In chartae replicatae parte sinistra nota „Pragensis diocesis" *cum signo reclamatorio anteposito manu scribae coaevi, manui scribae O II 84 (cf. ex. gr. num. 836) simili scripta apparet; quae ad locum, ubi in textu chartae notam b posuimus, videtur pertinere.*

Scriba: P II 64 = cancellariae regiae proprius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 47; 4, 2.
Dictator: magister Petrus cancellarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (I), P II 64 (D), 1 b, Cunegundis (E), 3, Pohled (G).

⁑In nomine sancte et individue trinitatis amen.⁑ Nos Othakarus, dei gracia Boemie[a] rex, dux Austrie et || Stirie ac marchio Moravie, omnibus in perpetuum. Licet ad liberalitatis beneficium ac contuicionis presidium nostris subditis ex regali mu||nificencia generaliter teneamur, tamen ad illarum personarum promocionem vigilancius tenemur adtendere et earum quieti et indempnitatibus dili||gencius providere, que abiectis illecebris et transitoriis deliciis huius mundi religionis habitum assumentes in devocione et castimonia Domino deservire humiliter elegerunt, ut quanto magis oracionibus ac aliis contemplacionum operibus interius fuerint occupate, tanto ab exteriorum incursibus seu molestiis quibuscumque forcius et validius muniantur. Eapropter ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod nos merita sanctimonialium monasterii Vallis sancte Marie, siti iuxta Brod in metis Boemie et Moravie, Cisterciensis ordinis,[b] que se ob amorem summi patris in eadem novella plantacione[1] eternorum intuitu premiorum salubriter receperunt, interioribus oculis ac sollicita cordis meditacione perspicacius intuentes, idem monasterium cum omnibus personis, que deo militant in eodem, in nostram protectionem et graciam recepimus specialem, ius advocacie et ipsius monasterii conservacionem domine Chunegundi, karissime uxori nostre, illustri Boemorum regine, specialiter committendo, pro eo videlicet, ut ad defensionum patrocinia eidem monasterio sincerius et astrictius teneatur. Preterea villam in Iuthcow et silvam ibidem cum singulis attinenciis, quam abbatissa et conventus predicti monasterii in commutacione pro bonis aliis sitis in Pnow a fideli nostro Zmylone de Luchtenburch receperunt, iuxta quod in ipsius privilegiis super eo confectis expressius continetur,[2] necnon medietatem ville in partibus Austrie, scilicet Wezzelensdorph, ac eciam bona alia seu possessiones[c] monasterii memorati, sive ea vel eas iure donacionis, commutacionis seu empcionis vel qualitercumque possideat vel in posterum possidebit, cum omnibus utilitatibus, que prefato monasterio tam in cultis quam in incultis agris, novalibus, pratis, nemoribus, aquarum piscacionibus seu proventibus aliis quibuscumque poterunt[d] provenire, eidem monasterio cum omnibus libertatibus et condicionibus eorumdem bonorum seu possessionum auctoritate regia confirmamus. Sane eciam adicimus, quod ad donacionem bonorum in Antiquo Ruz cum attinenciis universis, quam Elyzabeth et Welena sorores, filie Ludmyle bone memorie[3] quondam alumpne coniugis nostre prefate, que nunc in eadem plantacione religionis habitum assumpserunt, fecerunt monasterio sepefato, nostri consensum beneplaciti plenarie adhibemus, volentes, quod ipsum monasterium in percepcionem gracie amplioris huiusmodi bona sub eisdem

libertatibus ac condicionibus possideat, quibus ea predicta Ludmyla et sui antecessores in eisdem suis temporibus quiete et pacifice possederunt, nichilominus eciam donaciones alias gratas et ratas habere cupientes, quecumque per nos vel per alios facte vel faciende fuerint monasterio sepedicto; ita tamen, quod in hiis et in premissis alienis iuribus nullum prorsus preiudicium generetur. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis presens instrumentum prefato monasterio dedimus nostrorum et prefate uxoris nostre sigillorum appensionibus roboratum testibus, qui presentes fuerant, infrascriptis, qui sunt: Thobyas prepositus Melnycensis, Iohannes prepositus Sazzensis, Kuno custos ecclesie Wissegradensis, Sewerinus, Christinus, Hugo, Phylippus[e] sacerdotes, cappellani nostri; item Andreas regni Boemie camerarius, Ulrycus purgravius Pragensis, Iarossyus purgravius Egrensis, Dyrsizlaus zudarius, Zmylo de Luchtenburch, Hogerus de Zwynz, Purkardus marschalcus Boemie, Dywissius dapifer, Gallus pincerna, Wylhelmus purcgravius de Phrimberch, Vlricus de Noua Domo subcamerarius Boemie, Vlricus de Durnholz, Mylotha frater Benesyi, Benesyus et Iarozlaus frater suus filii Zdezlay de Sternberch, Sdyzlaus submarscalcus, Chunradus magister coquine, Onso subpincerna officiales et milites nostri, item Myztidruh camerarius, Gregorius subcamerarius, Domazlaus pincerna, Iohannes subpincerna, Chazlaus dapifer, Otto magister coquine, Wlaztiborius marschalcus, Bohutha submarschalcus officiales uxoris nostre et alii quam plures. Actum in Podebrad anno dominice incarnacionis M°CC°LX° nono, sexto kalendas marcii, datum ibidem anno et die predictis per manus magistri Petri, venerabilis Wissegradensis ecclesie prepositi, cancellarii regni nostri, magistri Vlrici, prothonotarii Austrie et Styrie, et magistri Gothfridi, prothonotarii uxoris nostre, anno coronacionis nostre et ipsius uxoris nostre prefate octavo, indictione duodecima.

Sigilla: duo in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris appendent: 1) Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., illaesum fere. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III; 2) Cunegundis, reginae Bohemiae, etc., cum sigillo secreto, paulum laesum atque attritum. Cf. Sigilla num. 1 b, 2, 3.

---

579. [a]) ‚Boēm' *A.* — [b]) *Illuc nota in charta replicata scripta (vide superius in apparatu) videtur pertinere.* — [c]) *Littera ‚i' ex ‚e' correcta est in A.* — [d]) *Ita A.* — [e]) *Ante vocem locus rasus apparet in A.*

[1]) *Cf. num. 453+, 517.* — [2]) *Chartam ignoramus.* — [3]) *Quae non longe post annum 1265 morte obiit.*

580.

Frater Helvicus, commendator fratrum domus hospitalis s. Mariae Theutonicorum per Bohemiam et Moraviam, profitetur se Anselmo, episcopo Warmiensi, reditus expresse nominatos tempore vitae ipsius nec non post mortem eiusdem accedente consensu fratrum suorum concedisse.

In Opava 1269 febr. 28.

Autographum in membrana scriptum in archivo domus Theutonicorum Gotingae (sign. scr. 51 num. 60) asservatur (A).

Ed: Woelky-Saage, Codex dipl. Warmiensis I (dipl.), pag. 509 num. 315 (ex A).
Reg: Woelky-Saage, Codex dipl. Warmiensis I (reg.), pag. 193 num. 515. — CDS VII. 2, pag. 175 num. 1326. — Perlbach, Preußische Regesten, pag. 212 num. 785. — Joachim-Hubatsch, Regesta ord. Theut. II, pag. 26 num. 212. — Dobenecker, Regesta IV, pag. 49 num. 320.

In tergo chartae manu saec. XVI. scriptum legitur: „Wie das dorff Richenbach in Meerhren gelegen, ist gegeben einem bisschoffe zcum Brunßberge."

Scriba: fratrum domus hospitalis s. Mariae Theut. certe proprius. Cf. manum scribae in num. 490.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Ordo militum Theutonicorum (AA).

Frater Helvicus,[a] commendator[b] fratrum domus Teuthonicorum hospitalis sancte Marie per Bohemiam et Morauiam, omnibus presentem paginam inspecturis || salutem in eo, qui est omnium vera salus. Dictante naturali ductu racionis unusquisque ei tenetur obnoxius, a quo se recognoscit¶|| beneficia recepisse; inde explorati iuris regula asserit donatarium donatori ad antidota naturaliter obligatum. Quia igitur venerabilis pater || et dominus A.,[1] Warmiensis episcopus, paterne benivolencie viscera nostro ordini non tantum cum ordinis filius existeret, verum etiam in episcopali eminencia constitutus semper tam fideliter quam efficaciter demonstravit fratribus nostris in Prucia[d] et alibi in necessitatibus se ultra quam potuit exhibendo, dignum foret nos viceversa sibi, si valeremus, in consimilibus tamquam speciali benefactori saltem pro infinitis aliqua rependere et bonis in bono e contrario respondere. Set quoniam a retribuendo inopia nos excusat, eum, qui dives in omnes est, retributorem invitamus, ut ipsi pro transitoriis perpetua, pro terrenis celestia largiatur, de uno tamen per presentem paginam profitemur, quod fratrum nostrorum assensu accedente in villa, que Richenbach dicitur, Wratislauiensis diocesis, in qua iam dinoscitur habitare, usumfructum eorum omnium, que provenire poterunt de eadem villa sine contradictione ac inpedimento cuiuslibet sue vite tempore libere debeat optinere. Item profitemur, quod ob reverenciam eiusdem venerabilis patris sue sorori[2] ac sue nepti,[2] si ipsas vivere contingerit eodem decedente, concedimus usumfructum in uno manso, qui continuus est prefate ville, cum orto, sito iuxta curiam parrochialem, ita quod ambe vel una earum altera decedente, de manso et orto, quantum ad usumfructum omnem utilitatem sibi possint libere vendicare. Item per stipulacionem promisimus eidem venerabili patri, quod eo sublato de medio et creato ad suam dignitatem successore persolvemus centum marcas puri argenti Polonici ponderis ad structuram kathedralis ecclesie edificande in Warmiensi diocesi convertendas. Et ut hec omnia roboris firmitatem obtineant, presens scriptum duximus nostri s[igili][e] [m]unimine roborandum. Et ad maiorem supradictorum habendam certitudinem in futurum ego frater L.,[3] rector ecclesie in Oppauia,[f] una [cum] fratre C.,[4] commendatore[g] Noue Domus, in signum consensus nostrorum appendimus munimina sigillorum. Testes insuper sunt: magister H.[5] doctor decretorum, fra-

ter B.[6] de Northusen, frater Sindoldus, frater Lupoldus sacerdos, frater Cunemundus sacerdos, frater Heidenricus dyaconus et alii quam plures. Actum[h] Oppauie[i] anno Domini M°CC°LXIX, pridie kalendas marcii.

Sigilla: tria in scidulis membranceis appendebant; sed avulsa et deperdita sunt.

---

580. [a] ‚Hel.' *A.* — [b] ‚mend[a]' *A.* — [c] *Potius* ‚recogcioscit' *legi potest in A.* — [d] *Ita A.* — [e] *Quae hoc loco nec non inferius uncis clausimus, cum membrana putrefacta perierunt in A.* — [f] ‚Oppa' *A.* — [g] ‚mendatore' *A.* — [h] *Ex* ‚factum' *radendo corr. est in A.* — [i] *Littera* ‚i' *ex* ‚e' *videtur esse corr. in A.*

[1]) *Anselmus.* — [2]) *Nomen ignoramus.* — [3]) *Leopoldus.* — [4]) *Conrado.* — [5]) *Nomen ignoramus.* — [6]) *Fortasse Bertholdus.*

581.

Cunegundis, regina Bohemiae, ducissa Austriae et Stiriae marchionissaque Moraviae, monasterio Cellae b. Mariae Virginis Brunae curiam in Pohořelice restituit libere possidendam.

In Poděbrady 1269 mart. 1.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. Cellae b. Mariae V. Brunae, sign. Jesuité Brno, sub dato suo) asservatur (A). — Apographum confirmationis chartae Jutae, reginae Bohemiae, ducissae Cracoviae et Sandomiriae marchionissaeque Moraviae, datae Brunae 1296 sept. 19 (Reg II, pag. 740 num. 1726) insertum est, cuius confirmationis autographum ibidem (sub dato suo) asservatur (B). — Alia apographa exstant in copiario chart. saec. XVII. „Urkundenbuch des Herburger Klosters" *intitulato, in SAR Brunae (Collect. mnscr. num. 291) asservato, qui vidimationem Eccardi de Schwoben, Brunensis et Cremsirensis praepositi, datam Brunae 1636 oct. 4 continet, fol. 7[v] — 8 (ex A descriptum) (C), fol. 12—12[v] (ex B descriptum) (D).*

Ed: CDM IV, pag. 24 num. 19 (ex apogr. in Monastico Piteri).
Reg: Reg II, pag. 249 num. 635.
Lit: Dušková, Dva zvláštní případy, pag. 104 (sinceritas chartae accipitur, receptio eius in librum formarum commemoratur). — Šebánek, Urkundenwesen, pag. 379—382 (M).

Scriba: Cu II 4 = cancellariae reginae proprius, cuius manus in nulla alia charta occurrit. Ex. script. num. 1 b, 5.
Dictator: magister Godefridus, protonotarius reginae, regis capellanus, plebanus ecclesiae in Přibyslavice. In cod. mnscro membr. saec. XIII. bibliothecae Nationalis Viennensis, qui Liber formarum Cunegundis reginae appellatur, (sign. num. 526) textus chartae Cunegundis cum praetermissionibus, quae in libris formarum occurrere solent, invenitur, fol. 60[v]—61 (Ed: Palacký, Über Formelbücher, pag. 306 num. 97; ibi haud integer textus chartae praebetur. — CDLS I, pag. 84 num. 53; ibi textus chartae ex Palacký receptus ad monasterium Vallis sanctae Mariae et ad Gorlicium mendose trahitur. — Doehler, Urkk. d. Kl. St. Marienthal, pag. 21 num. [11a], ibi extractus chartae ex CDLS praebetur) (F). Editionem chartae ex F suo tempore vide etiam in editione Libri formarum Cunegundis reginae (F).
Vide: II. 1 a, Gaudentius... capellani (O), 1 b, Cunegundis (F), 3, Bruna, Cella b. Mariae V. (K).

Nos Chunegundis, dei gracia Boemie[a] regina, ducissa Austrie et Stirie et marchionissa Morauie, omnibus presencium noticiam habituris tam viventibus quam || victuris ad rei memoriam sempiternam. Ne noverca memorie oblivio suis habeat votis locum, humana providit racio temporalibus gestis quibuslibet in testimonium sequacibus per certa || subvenire remedia scripturarum. Hinc est, quod nos deodicatis dominabus domus sancte Marie in Brunna curiam quandam sitam in Pohorlich, foro nostro, dominio videlicet mar||chionatus nostri in Morauia, quam fundator domus eiusdem[1] de licencia et favoris plenitudine atque confirmacione tunc regie magestatis[2] contulerat dicto loco, quod et data privilegia super hoc clarius manifestant,[b 3] nostris quoque temporibus per pravorum odiosam suggestionem turbabantur in eadem curia dicte domine, nos inquam ipsarum indempnitatibus premissis in futurum sucurrere provide decernentes, in exemplum nostris sequacibus augendi pocius quam minuendi ea, que dei sunt, memoratam curiam collatam, ut dictum est, et confirmatam per nostros predecessores de consensu voluntario et favorabili benivolencia domini et mariti nostri karissimi Ottacari, illustris Boemie[a] regis quinti, ducis Austrie et Stirie et marchionis Morauie, cum hominibus ad eandem curiam pertinentibus et cum omnibus bonis campestribus et domesticis, mobilibus atque inmobilibus, que ablata ipsis fuerant in eadem curia, et nos restituimus ac restituta eidem domui iure hereditario de regalis munificencie liberalitate libere contulimus perpetuo possidendam; huius scripti testimonio et virtute ipsis dantes liberrimam opcionem sepe dictam curiam pro maiori commodo, profectu et utilitate dicte domus vendendi, bona eadem commutandi, obligandi sive aliud quidlibet faciendi de bonis eisdem, quod sibi tunc viderint expedire, habentes spem firmam et fiduciam certam divinitus hac mercacione temporalium celestia debere pacis et gaudii remedio percipere sempiterno una cum domino et marito nostro karissimo et nostris heredibus dictarum dominarum precum et beneficiorum participacionibus quoadiute.[c] Nullus igitur nostrorum camerariorum exnunc, iudicum, preconum seu quorumcumque officialium predictas dominas in eadem curia et omnibus attinenciis sibi molestare presumat requirendo exhacciones[c] aut tributa aliqua sive servicia seu eciam compellendo ibi ipsarum homines ad iudicia nostra[d] contra observaciones[e] ecclesiastice libertatis, quam ipsis et domui earum observari volumus et statuimus ab omnibus in vita nostra et post nos nostris posteris in exemplum et testimonium pacificum et quietum. In cuius rei memoriam et cautelam presens instrumentum dictis dominabus et domui ipsarum cum subnotatis testibus dari mandavimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes autem hii sunt: frater Zacharias confessor noster et frater Protiua ordinis fratrum Predicatorum, Mystidruh camerarius noster, Domazlavs pincerna, Chazlavs dapifer, Wlastiborius marsalcus, Benesius zudarius, Gregorius subcamerarius, Iohannes subpincerna, Otto subdapifer, Bohuta submarsalcus et alii quam plures. Actum et datum in Podebrad per manum magistri Gotfridi, tunc nostri prothonotari,[c] anno Domini M°CC°LX°IX°, kalendis marcii, coronacionis nostre anno nono.[f 4]

Sigillum: Cunegundis, reginae Bohemiae, etc., sine sigillo secreto e cera minii coloris confectum in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris paulum laesum, verumtamen conservatione integratum appendet. Vide Sigilla num. 1 b, 2.

---

581. [a] ‚Bōem' *A.* — [b] *Post* ‚manifestant' *vox* ‚quia' *videtur deesse in A.* — [c] *Ita A.* — [d] *Punctum geminatum sequitur in A.* — [e] *Cum titulo superfluo eraso scriptum est in A.* — [f] *Dextrorsus in fine lineae syllaba* ‚no' *repetitur in A.*

[1]) *Ulricus Niger, civis Brunensis, hoc loco intelligitur.* — [2]) *Venceslai I. regis.* — [3]) *Vide seu chartam spuriam Venceslai I. regis in Křivoklát 124[4] febr. 17 datam (CDB IV, pag. 120 num. 39++), seu chartam deperditam Přemysli Otakari II., adhuc marchionis Moraviae, in apparatu mododictae chartae Venceslai (pag. 121 l. 22) commemoratam nec non ibidem signo IV denotatam.* — [4]) *Coronationis reginae annus rectus tunc octavus erat.*

582.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, monasterium in Waldsassen in protectionem et gratiam specialem recipit, iura eius expresse statuens et privilegia eius confirmans.

Apud Pragam 1269 mart. 5.

Autographum in membrana scriptum valde laesum nec non manu malivola violatum in archivo publico Monacensi (sign. KU Waldsassen 65) asservatur (A).

Ed: Lünig, Reichsarchiv 18, pag. 260 num. 4 (ex A).
Reg: Reg B III, pag. 320. — Hormayr, Archiv 1827, pag. 10. — Hormayr, Taschenbuch 1842, pag. 465. — Böhmer, Add. sec., pag. 443 num. 203. — Reg II, pag. 250 num. 641. — Gradl, Monumenta, pag. 98 num. 270.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 260, 262, 312—314, 316, pag. 317 n. 151, pag. 320, 326, 363 (W 1).

Scriba: P II 64 = cancellariae regiae proprius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 47; 4, 2.
Dictator: magister Petrus cancellarius; cf. chartam num. 583.
In cod. mnscro membr. saec. XIV. Libri formarum Henrici Italici (UK Pragae, sign. I E 48, fol. 47 num. 136; cf. etiam alia mnscra apud Petrov, pag. 45 annotata) textus chartae cum quibusdam praetermissionibus nec non mutationibus, quae in libris formarum occurrere solent, invenitur (F); editionem chartae ex F suo tempore vide etiam in editione libri formarum magistri Henrici.*
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (K), P II 64 (E).

⁑In nomine sancte et individue trinitatis amen.⁑ Nos Othakarus, dei gracia Boemie[a] rex, ‖ dux Austrie et Stirie ac marchio Moravie, omnibus in perpetuum. Quamvis universos religionum gradus, in qui‖bus per virtutum studia ad eterni patris solium feliciter pertingitur, sanctaque mater ecclesia tamquam in odore suavitatis in ‖ filiorum operibus delectatur, favore nostre regalis magnificencie generaliter prosequamur, tamen fratres Cysterciensis ordinis, qui in spiritu devocionis et humilitatis et rigoris observancia monastice discipline Domino sedulo famulantur, ceteris ordinibus nostra dilectio speciali-

us pretulit et amavit. Eosdem nostris favoribus et beneficiorum percepcionibus digniores tanto amplius reputantes, quanto in eisdem hospitalitatis et alia karitatis opera per crebram exerciciorum evidenciam clarius ac uberius elucenscunt, eapropter ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod nos affectum, quem ad ordinem gerimus prelibatum, apparere cupientes evidencius operis in effectu, monasterium eiusdem ordinis situm in predio Waltsassen, Ratisponensis dyocesis, ob reverenciam gloriose Virginis, a qua plenitudo tocius salutis et gracie emanavit, cuius est vocabulo insignitum, Romanorum imperatorum et serenissimorum progenitorum nostrorum, qui in eodem monasterio multis beneficiorum inpensionibus regie liberalitatis insignia reliquerunt, vestigiis inherendo, cum universis bonis suis et personis in nostram protectionem et graciam recepimus specialem. Preterea statuimus et perpetua firmitate sanctimus, ut nullus baronum nostrorum, ministerialium, iudicum, officiatorum seu aliorum quorumcumque, qui nostre subiacent regie maiestati, in bonis quibuscumque, que prefatum monasterium iusto possessionis tytulo in presenti possidet, seu in posterum possidebit, ius advocacie sibi presumat aliquatenus usurpare vel in predicto monasterio, videlicet in personis vel rebus mobilibus et inmobilibus, grangiis, villis seu possessionibus aliis quibuscumque, quomodolibet exercere iudiciariam potestatem; sed apud idem monasterium, si eidem necessitas ingruerit, defensionis assumendi patronum facultas plenarie remanebit iuxta arbitrium proprie voluntatis. Cause vero, que inter homines ipsius monasterii emerserint, qualescumque fuerint, ipsas villicorum aliquis monasterii eiusdem, quem abbas et conventus supradicti ad hoc pro utilitate ecclesie decreverint ordinare, iudicare debebit secundum iusticie racionem nulla persona alia mediante, easdem in usus prefate ecclesie diligenter ac fideliter convertendo. Ceterum eciam adicimus, quod ad omnes donaciones tam in rebus mobilibus quam inmobilibus eidem monasterio per nostros progenitores, ministeriales vel alios quoscumque factas vel deinceps faciendas Domino largiente nostri favoris assensum plenarie adhibemus, necnon eciam in beneficium gracie amplioris omnia privilegia, quibus a Romanis imperatoribus, regibus nostrisque progenitoribus atque ab aliis principibus spiritualibus ac secularibus idem est monasterium sollempniter insignitum, iuxta condiciones ac libertates, que in eisdem privilegiis expressius continentur,[1] auctoritate regia confirmamus. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis abbati et conventui prefatis presens privilegium contulimus nostrorum sigillorum munimine roboratum testibus, qui aderant, infra scriptis, qui sunt: Andreas camerarius Boemie, Iarossius purgravius Egrensis, Iarozlaus frater Galli, Vlricus de Noua Domo subcamerarius, Borso de Risenburch, Vlricus purgravius Pragensis, Zmylo de Lichtenburch, Wylhelmus purgravius de Phrimberch, Hermannus de Durnholz, Vlricus nepos suus, Bawarus de Zrakonyz, Albertus et Iarozlaus frater suus filii Zdezlai de Sternberch, Hartlibus camerarius Moravie, Gallus pincerna Boemie de Lewenberch, Dywissius dapifer, Onso subpincerna, Chunradus magister coquine et alii quam plures fideles nostri. Actum apud Pragam anno Domini M°CC°LX° nono et datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis prepositi Wissegradensis, dilecti cancellarii regni nostri, tercio nonas marcii, coronacionis nostre anno octavo, indictione duodecima.

Sigillum: in filis sericis appensum erat; nunc avulsum et deperditum est.

---

582. [a]) ‚Bo͡em' *A.*

[1]) *Antiquissima privilegia a Romanis regibus (imperatoribus) monasterio Waldsassensi data in MGH, DD 9, pag. 17 num. 9 et pag. 315 num. 175, antiquissima privilegia eidem monasterio a regibus (ducibus) Bohemiae data in CDB I, pag. 192 num. 204, pag. 204 num. 227, pag. 263 num. 295 etc. vide.*

583.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, monasterium in Plasy in protectionem et gratiam specialem recipit, iura eius expresse statuens et possessionem villae Ledce confirmans.

In Křivoklát 1269 mart. 18.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Plasy, sign. L IV ŘC Plasy num. 46) asservatur (A). — Apographum saec. XVI. praebet „Registrum adnotationum quorundam bonorum ad monasterium Plassense pertinentium" *chartaceum, a. 1535 compositum, quod in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. F 160) asservatur, fol. 98—98[v] (B). — Aliud apographum saec. XVIII. servavit F. B. Scheppl, Lapis sepulchralis fundatoris et benefactorum... monasterii de Plassio (1744), cuius codex mnscrus chart. ibidem (sub eadem sign.) asservatur, pag. 174—176 (C). — Versio Bohemica saec. XVI. in mnscro* „Registrum adnotationum..." *superius citato exstat, fol. 124—124[v] (T), cuius textum cum multis erroribus, quorum aliquos correximus, inferius sub* vide.*

Ed: Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 470 num. 24 (ex A).
Reg: Hormayr, Archiv 1827, pag. 10. — Hormayr, Taschenbuch 1842, pag. 465. — Böhmer, Add. sec., pag. 444 num. 205 (ad mart. 19). — Scheinpflug, Materialien zu einer Gesch. v. Plaß, pag. 185 num. 67. — Reg II, pag. 251 num. 644. — Gradl, Monumenta, pag. 99 num. 271.
Lit: KK, pag. 348 (scriba chartae). — Šebánek—Dušková, Listina v č. státě doby Václava I., pag. 39 (origo chartae). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 260, 262, 312, 313 n. 147, pag. 314, 316, 363 (Pl 1).

In tergo chartae manu registratoris mon. saec. XIII. scriptum legitur: „Privilegium super Ledecz et de non hospitando in nostris grangiis [et] quod nusquam debemus stare iudicio nisi coram rege" *(A).*

Scriba: P II 64 = cancellariae regiae proprius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 47, 4, 2.
Dictator: magister Petrus cancellarius, qui in textu chartae conficiendo partes textus exemplaris A 2 chartae Venceslai I. regis monasterio in Plasy in Dobříš 1252 febr. 1 datae (CDB IV, pag. 402 num. 233) seu chartae Přemysli Otakari II. eidem monasterio in Plasy 1263 iul. 2 datae (num. 387) repetit; quae typis minoribus exprimuntur. Cf. superius num. 582.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (L), P II 64 (F), 3, Plasy (F).

⁑In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen.⁑ Nos Othakarus, dei gracia Boemie[a] rex, dux Austrie et Stirie ac marchio Moravie, || omnibus in perpetuum. Quamvis universos religionum gradus, in quibus per virtutum studia ad eterni patris solium feliciter pertingitur, sanctaque mater ecclesia tam||quam in odore suavitatis in filiorum operibus delectatur, favore nostre regalis magnificencie generaliter prosequamur, tamen fratres Cisterciensis ordinis, qui in spiritu devocionis || et humilitatis et rigoris observancia mo-

nastice discipline Domino sedulo famulantur, ceteris ordinibus nostra dilectio specialius pretulit et amavit. Eosdem nostris favoribus ac contuicionum patrociniis digniores tanto amplius reputantes, quanto in eisdem hospitalitatis et alia karitatis opera per crebram exerciciorum evidenciam clarius ac uberius elucescunt, eapropter ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod nos affectum, quem ad ordinem gerimus prelibatum, apparere cupientes evidencius operis in effectu, monasterium Plaz nominatum, eiusdem ordinis, Pragensis dyocesis, ob reverenciam gloriose Virginis, a qua plenitudo tocius salutis et gratie emanavit, cuius est vocabulo insignitum, serenissimorum progenitorum nostrorum, qui in eodem monasterio, quod ex ipsorum fundacione processit,[1] multis beneficiorum inpensionibus regie liberalitatis insignia reliquerunt, vestigiis inherendo, cum universis bonis suis pariter et personis in nostram protectionem et gratiam recepimus specialem. Preterea, ut idem monasterium contra molestatorum obpressiones quaslibet et incursus nostre defensionis presidio forcius muniatur, statuimus et perpetua firmitate sanctimus, ne aliquis ex hominibus regni nostri fratres seu homines eiusdem monasterii molestare presum*at,* ipsos* ad iudicia extraordinaria pertrahendo seu aliquatenus in eosdem exercendo iudiciariam potestatem, quinimmo fratres predicti monasterii et homines eorumdem a iudiciis in Pilzn,* Mysa,* Rakovnik et aliorum locorum, ubicumque penitus eximentes, eosdem abbatis loci seu nostre celsitudinis aut beneficiariorum Pragensium decernimus specialiter iudicio[b] subiacere. Adicimus eciam nostre gracie sub obtentu, ne quis baronum nostrorum sive[c] hominum aliorum sine nutu ipsius abbatis et licencia speciali in grangiis pretacti monasterii seu bonis aliis quibuscumque presumat aliquatenus hospitari. Sane eciam in beneficium gracie amplioris possessiones ville, videlicet Ledez, cum omnibus pertinenciis ad eandem, quam apud matrem[2] Budywogii de Selezniz,[d] dilecti fidelis nostri, fratres monasterii sepedicti empcionis tytulo conpararunt, eidem monasterio auctoritate regia confirmamus. Nulli igitur hominum regni nostri liceat hanc nostre concessionis ac confirmacionis paginam infringere* aut ei ausu temerario contraire. Quod si quis attemptare presumpserit, nostre indignacionis offensam se noverit incurrisse* nichilominus triginta marcas auri pro pena transgressionis soluturus, quarum viginti camere nostre cedent, decem vero monasterio* persolventur iniuriam pacienti. In cuius rei evidenciam presens privilegium cum annotacione testium et nostrorum appensione sigillorum fecimus communiri. Testes vero sunt: Andreas camerarius Boemie, Iarossius purgravius Egrensis, Purchardus marschalcus, Vlricus purgravius Pragensis, Wilhelmus purgravius de Phrimberch, Vlricus de Durnholz purgravius Znoymensis, Bawarus de Zrakoniz, Dyetricus Spazmannus purgravius in Ponte, Gallus pincerna, Dywissius dapifer, Chunradus magister coquine, Ruz et Potho fratres Wilhelmi purgravii de Phrimberch, Mylotha frater Thobye prepositi Melnycensis, Zezema de Crassowiz, Heynricus de Radymowiz, Ywan de Ywanowiz, Heynricus de Rabenstein et alii quam plures fideles regni nostri. Actum in Purglino anno Domini M°CC°LX° nono, XV kalendas aprilis, datum ibidem anno et die predictis per manus magistri Petri, venerabilis prepositi Wissegradensis, cancellarii regni nostri, coronacionis nostre anno octavo, indictione duodecima.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., illaesum fere in filis sericis flavi et rubri coloris appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

583. [a]) ‚Bo͡em' *A.* — [b]) *Scriba erronee vocem* ‚subiacere' *scripsit, quam erasit et vocem* ‚iudicio' *scripsit in A.* — [c]) *Littera* ‚i' *ex* ‚e' *correcta est in A.* — [d]) *Altera littera* ‚z' *ex alia littera videtur esse corr. in A.*

[1]) *Fundationis chartam spuriam in CDB I, pag. 408 num. 396 vide.* — [2]) *Nomen ignoramus.*

583.*

Ve jméno svaté trojice a nerozdílné jednoty amen. My Othokar, boží milostí český král, vývoda rakúský a štirský a markrabě moravský, všem na věčnost. Ač kolivěk všecky náboženské stavy, v kterýchžto skrze ctností vědění[a] k věčnému otci trónu šťastně dosahují, a svatá matka cérkev, jakožto v vuoní chutnosti v synovských skutcích kochá se, přízní naší královské velebnosti vuobec přejem, však bratří Cisternenský řeholí, kteréžto v duchu nábožném a pokorném a řádu řeholí klášterné ctnosti buohu ustavičně slouží, nad jiné řeholy naše láska zvláště vyvýšila a milovala je naší přízní a obran hojností,[b] tím více pokládajíce, čímž na nich přívětivosti a jiné lásky skutky skrze časté činy zjevně[c] a hojněji ukazuje se. Protož k známosti všech žádáme přijíti my žádost, kterúž k řehole máme prvé psané, vokázati chtíce zjevněji skutkem dokonání, klášter Plasy jmenovaný, též řeholy, pražského biskupstvie,[d] pro poctivost blahoslavené Panny, od nížto plnost všeho spasení a milostí vyšlo jest, jejímžto ménem jest nazaloženo,[e] nejjasnějších předkóv našich, kteříž v témž klášteře, kterýžto[f] jich založením ustaven jest, mnohými dobrými náklady z královské svobody znamenitě zůstavili sú, šlépějí následujíce, se všemi zbožmi jeho spolu i osoby, v naši obranu a milost přijali sme zvláště. Nad to, aby tajž klášter proti protivníkóv násilí jakýmž kolivěk překážkám naší obranú pomocí silněji ohrazen byl, ustanovili sme a věčnú stálostí utvrzujeme, aby nižádného z lidí království našeho bratří, buďto lidí téhož kláštera překážku směl by činiti, je k soudům nad vajsady jich nutě neb jakým kolivěk obyčejem mocí práva na ně dovozuje, nébrž bratří nadepsaného kláštera i lidí jich souduov v Plzni, Stříbře, v Rakovníce i z jiných míst,[g] kdež kolivěk ovšem vymieňujíce, je opatovu místu neboližto naší výsosti aneb ouředníkóm pražským poddáváme, aby zvláštnímu soudu příslušeli. Přidáváme také pod zachováním naší milosti pokutu, aby nižádný z pánóv našich neb z jiných lidí bez povolení jeho opatova a odpuštění zvláštního v hranicech prve jmenovaného kláštera neb zboží kterémž kolivěk směl by nějakú chvíli obývati. Zajisté také v dobrodiní milosti hojnější vládnutí vsi, totižto Ledcze, se všemi příslušnostmi k ní, kterúž sú u mateře Budivojovy z Seleznic, věrného milého našeho, bratří kláštera často řečeného trhem koupili sú, témuž klášteru mocí královskú potvrzujeme. Protož nižádnému[h] z lidí královstvie našeho nesměj listu tohoto našeho obdarování a potvrzení zkaziti a nebo jemu smělostí všetečnú protiviti se. Pakli by se kto o to pokusiti směl, věz, v pomstu že[i] hněvu našeho upadne, totižto třidceti hřiven zlata za vinu přestoupení dáti má, z nichžto[k] dvatceti do komory našie připadnú a deset klášteru dá křivdu trpícému. Pro lepší toho jistotu toto obdarování s připsáním svědkuov a naších[l] přivěšením[l] pečetí kázali sme utvrditi. Svědkové pak sú: Ondřej komorník český, Jaroslav purkrabie chebský, Purkharth maršálek, Voldřich purkrabie pražský, Vilém purkrabie z Frymburku, Voldřich z Drnholce purkrabie znojemský,[m] Bavor z Strakonic, Jetřich Spazmannus purkrabie v Mostě, Havel šenk, Diviš truksas, Kunrad kuchmistr, Rus a Putha bratří Vilémovi purkrabie z Frynburku, Milotha bratr Tobiáše probošta mělnického, Sezyma z Krasovic, Jindřich z Radimovic, Ivan z Evanovic, Jindřich z Rabštajna a jiní mnozí věrní království našeho. Stalo se na Hrádku léta Páně M° CC° LX devátého, XV kalend dubna, dán tudíž léta a dne prve psaného, skrze ruce mistra Petra, důstojného probošta vyšehradského, kancléře království našeho, korunování[n] léta osmého.

583.* [a]) ‚věčni' *T.* — [b]) ‚hojnější' *T.* — [c]) ‚zjevné' *T.* — [d]) ‚arcibiskupstvie' *T.* — [e]) ‚na založeno' *T.* — [f]) ‚kteřížto' *T.* — [g]) *In* ‚mistech' *syllaba* ‚ech' *super linea addita corr. est in T.* — [h]) ‚my žádnému' *T.* — [i]) ‚v' *sequitur in T.* — [k]) ‚nichto' *T.* — [l–l]) ‚naši přivěšeními' *T.* — [m]) ‚Znojerský' *T.* — [n]) *Vox* ‚našeho' *deest in T.*

584.+

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae,[1] amicabilem compositionem inter ecclesiam Olomucensem et monasterium in Litomyšl de metis et limitibus factam confirmans, suis officialibus inhibet, ne ecclesiam dictam in ipsius possessionibus perturbent.

Pragae 1269 apr. 10.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. P I a 2) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. E 2^{v} — E 3 (B). — Aliud apographum saec. XIV. Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus continet, pag. 47—48 num. 56 (C).

Ed: CDM IV, pag. 25 num. 20 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 444 num. 206. — Reg II, pag. 252 num. 645.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 149 num. 50 (notae in tergo). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 689 num. 45 (idem). — Fiala, Kancelář, pag. 191 (intitulationis formula chartae). — KK, pag. 204, 214, 348 (origo chartae statuitur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 262 n. 23, pag. 371, 382 n. 384.

In tergo chartae manu registratoris Olomucensis episcopi saec. XIV. scriptum legitur: „Datum super libertate quorundam bonorum circa Lutomisl". *Posterior quidam scriba maximam partem huius notae una linea cassavit et scripsit:* „Recognicio regis Otackari super questione cuiusdam silve". *Quibus verbis alter scriba coaevus:* „et ratificacio composicionis" *addidit.*

Scriba: P II 70 = destinatarii (Brunonis episcopi) proprius, idem, qui chartam Brunonis in Přibice 1257 maii 7 ecclesiae in Přibice datam (num. 128) scripsit (B 10).[2] Exempla script. num. 1 a, 53; cf. Exempla script. num. 2 b, 6.
Dictator: destinatarii proprius.
Charta dubiae fidei est. Nam 1) vix fieri potuit, ut charta, in qua rex titulo absolute irregulari (vide superius) ornatus est, sigillo ipsius regulariter muniretur. Cf. chartam spuriam seu dubiae fidei Přemysli Otakari II. ecclesiae Wissegradensi in castro Pragensi 1268 mart. 4 datam (num. 550^{+} $^{+seu+}$). 2) Charta, ad quam in eadem revocatio fit (vide n. 4), dubiae fidei est.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 2 b, Bruno episcopus (NNN), 3, Litomyšl (F), Olomouc, ecclesia capitularis (AA).

Otackarus, quintus Boemorum rex miseratione divina, omnibus in perpetuum. Quoniam ad pacis conservatio‖nem, quam triumphator inferni, rex glorie Cristus, resurgens ab inferis pedicavit,[a] regum, qui in ipso regnare ‖ volunt,[b] studere debet intentio, nos quoque, qui ipsius gracia regno Boemie, terre Morauie, ducatibus Austrie ‖ et Styrie presidemus, intendentes maxime ecclesiarum tranquillitatibus providere, notum facimus universis, quod cum inter venerabilem patrem, dominum Brunonem, Olomucensem episcopum, nomine ecclesie sue et abbatem Lutomiscensem[c 3] et suum capitulum de metis et limitibus questio quedam suborta fuisset, quam per amicabilem composicionem utrique parti commodam et placidam postmodum inter se contigit terminari,[4] licet postmodum successor dicti abbatis[5] quedam bona, que in suis privilegiis continentur et eciam in eisdem privilegiis super hoc editis est expressum,[6] per[d] donationem legitimam nostris[e]

manibus[e] resignarit, verumtamen ex resignatione huiusmodi compositioni priori nullum volumus preiudicium generari tam in silvis et aquarum cursibus quam in villis; nostris officialibus inhibentes, ne audeant vel presumant Olomucensem ecclesiam occasione donationis predicte in suis possessionibus perturbare; compositionem enim prefatam ratam et firmam volumus permanere. In cuius rei testimonium presentem cedulam conscribi et sigilli nostri munimine iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Andreas regni Boemie camerarius, Vlricus de Noua Domo, Vlricus Lepus burgravius Pragensis, Hartleuus camerarius Morauie, magister Petrus aule regie cancellarius Wissegradensis prepositus, Philippus et Lambertus curie nostre notarii et alii quamplures. Datum Prage anno Domini millesimo ducentesimo LX nono, quarto idus aprilis.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

584.[+] [a]) *Ita A pro* ‚predicavit'. — [b]) *Scriba primum* ‚vl' *scripsit, sed* ‚l' *in* ‚o' *corr. in A.* — [c]) *Ita A.* — [d]) *Ex* ‚pur' *corr. est A.* — [e–e]) *Signis reclamatoribus mutatio ordinis verborum notata est in A.*

[1]) *Ceteri tituli in intitulationis formula chartae desunt et solummodo in promulgationis formula eiusdem dignitas regis in Moravia etc. commemoratur. Vide in textu chartae.* — [2]) *Notandum est similem manum etiam in subscriptionibus electionis chartae Theoderici, episcopi Olomucensis, in Olomouc 1281 mart. 26 datae (Reg II, pag. 539 num. 1236) occurrere.* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Vide chartam Brunonis episcopi s. l. 1256 nov. 6 datam (num. 93+).* — [5]) *Stephanus.* — [6]) *Nomina bonorum ignoramus, incertum itaque est, an hoc loco ad privilegium spurium fundationis monasterii Lutomislensis (CDB I, pag. 411 num. 399) seu ad chartas alias alludatur.*

585.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, hospitali s. Francisci Pragae privilegium a patre suo Venceslao I. datum confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Pragae 1269 maii 1.

Duo autographa in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 31 (2/1 e), num. 30 (2/1 d)), quorum primum valde laesum, alterum laesum est, asservantur (A 1, A 2).[1] *— Duo apographa exstant in codice mnscro chart. saec. XVII. (1654), qui* „Liber aureus" *appellatur, ibidem (sign. V/1, 202) asservato; ibi completus textus chartae ex A 1 descriptus praebetur, pag. 76—85; completus textus chartae (ex A 2 descriptus) erronee ad 1267 apr. 30 positus exstat, pag. 64—72 (B 1, B 2). — E ceteris pluribus copiis simplicibus illa saec. XVIII. in plagula chart. scripta commemoretur, quae in archivo civitatis Pragae (sign. num. 451/4) asservatur (C 1); haud completus textus chartae ex A 1 descriptus ibidem iterum ad 1267 apr. 30 (vide superius) erronee ponitur (D 1).*

Reg: Schlesinger, Stadtbuch von Brüx, pag. 7 num. 21.[2] *— Reg II, pag. 212 num. 550 (ex D 1, ad 1267 apr. 30). — Gradl, Monumenta, pag. 95 num. 260 (ad eundem terminum).*
Lit: Fiala, Kancelář, pag. 199 (dictator chartae statuitur). — KK, pag. 157. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 318—321, 326, 364, 381 n. 380, 381, pag. 397 (SF 2).

In tergo chartae A 2 manu registratoris Crucigerorum saec. XIII. scriptum legitur: „Privilegium regis super bonis hospitalis sancti Francisci Prage in pede pontis“ *(A 1 = CDB IV, num. 32, 244, 245, 292,++ erronee sub signo A).*

Scriba A 1, A 2: P II 71 = destinatarii proprius, cuius manus etiam in num. 586+, 587 (A 1, A 2) reperitur. Cf. Exempla script. num. 1 a, 54.
Dictator: magister Petrus cancellarius (cf. ex. gr. chartas num. 566, 590, 599++); quae typis minoribus in protocollo textus A 2, particulatim quoque textus A 1, exprimuntur, e charta Přemysli Otakari II. Crucigeris Pragae 1256 dec. 28 data (num. 103), ad cuius textum inferius revocatur (vide notas 5, 6), recepta sunt. Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (M), 3, Crucigeri cum stella rubea (O).

⁑In nomine Domini amen.⁑ Nos Othakarus, dei gracia Bohemie rex.

⁑In nomine Domini amen.⁑ Nos dei gracia Premizl qui et Othakarus, rex Bohemie,

dux Austrie et Styrie ac marchio Morauie, magistro et fratribus hospitalis sancti Francisci Pragensis in perpetuum. Cum in humanis disposicionibus nichil ‖ ad summe soliditatis[a] culmen valeat pervenire, sed[b] semper de gestis hominum, eciam[c] racionabilibus, tamquam de navi, que fluctibus est exposita, sub serenitatis calumpniarum timeri oporteat tempestates; necesse est ea, que provida principum statuit ‖ ordinacio seu concessio ordinavit, pro commodis[d] subditorum ad[e] veritatis evidenciam clariorem renovacionis aliquando remedio adiuvari, ut sic illa, que temporis decursu seu diuturnitate sunt vetera vel eciam[c] oblivionum nebulis obfuscata, vultu novita‖tis assumpto in agnicionis lucem clarius prodeant et ampliori fulciantur munimine firmitatis. Eapropter ad[e] noticiam omnium cupimus pervenire, quod nos serenissimi patris nostri, regis Wencezlai pie memorie,[3] cui ex divina disposicione, per quam regum potestas disponitur et singula gubernantur, facti sumus in sceptri moderamine successores, qui circa domum hospitalis[f] in latere pontis Pragensis constructam multis evigilavit liberalitatum beneficiis et favoris prosecucione specialis, sicut operum declarabant evidencius[g] argumenta, vestigiis inherendo, nostra ac patris nostri privilegia, que ante tempus nostre coronacionis[4] domui ac fratribus contulimus supradicte ad futurorum cautelam ac evidenciam, renovantes, piam ordinacionem atque liberam donacionem ac etiam donatorum confirmacionem, ad que noster accessit consensus plenarie et voluntas,[5] per prefatum patrem nostrum vel per alios quoscumque eidem domui graciose factam in possessionibus vel libertatibus quibuscumque iuxta condiciones ac continencias privilegii ipsius patris nostri, quod de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, sicut apparet plenius in serie subscriptorum et aliorum privilegiorum, quibus est predicta domus sollempniter insignita, auctoritate regia in perpetuum confirmamus. Tenor igitur privilegii patris nostri talis est: In nomine Domini amen. Nos Wencezlaus, dei gracia Bohemorum rex quartus, *etc.*[6] Ut igitur donacio seu confirmacio sepe dicta patris nostri seu aliorum, quemadmodum superius est pretactum, rata permaneat et predicte domui, que sedi apostolice inmediate subiacet,[7] inviolabiliter observetur, presentem paginam nostris et venerabilis patris domini Iohannis, Pragensis episcopi, sigillis fecimus communiri.[h] Quicumque vero predictam donacionem seu confirmacionem prememorati incliti[i] patris nostri et nostram

violaverit seu eidem ausu temerario presumpserit contraire, super transgressione huiusmodi se pena debita noverit puniendum et nichilominus gravem nostre indignacionis offensam pariter incidisse. Testes vero huius nostre confirmacionis seu renovacionis sunt hii:[i] Andreas Bohemie camerarius, Zmilo de Luhtenburch, Iarossius purcravius Egrensis, Vlricus purchravius[k] Pragensis, Iarozlaus frater Galii, Vlricus de Noua Domo, Milota frater Benessii, Purchardus marschalcus Bohemie, Tschenko frater Zmilonis de Luhtenburch, Gallus pincerna Bohemie, Wilhelmus purchravius de Freimberch, Vlricus purchravius Znoimensis, filii Stezlai[l] de Sterenberch,[8] Bawarus de Raconitz, Tidricus[m] Spatzmannus, Albertus frater suus castellanus in Purgelins,[n] Dipoldus[o] frater Wilhelmi de Freimberch, Ierco de Waldenberch, Lutolfus[p] de Lapide, Diwissius dapifer, Lupus filius Andree, Stizlaus submarschalcus, Chunradus subcamerarius, Onzo subpincerna, Chunradus magister coquine et alii quam plures fideles regni nostri. Actum in Praga anno Domini M°CC°LX°IX° [q] kalendas[r] maii, datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis prepositi Wischegradensis,[s] cancellarii regni nostri, anno et die predictis, coronacionis nostre anno[t] octavo, indictione duodecima.[t]

Sigilla: in A 1, A 2 e cera minii coloris in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris appendent; 1) Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto, in A 1 valde laesum, in A 2 fere illaesum. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2; 2) Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in A 1 fere destructum, in A 2 valde laesum. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

585. [a] ‚solidi ‖ tatis' *finis primae lineae in A 2.* — [b] ‚s_3' *A 2.* — [c] ‚$\widehat{\text{I}}$' *A 2.* — [d] ‚omodis' *A 1, A 2.* — [e] *Finis lineae in A 2.* — [f] *Verba* ‚sancti Francisci' *sequuntur in A 2.* — [g] ‚evidencia' *A 2.* — [h] ‚omuniri' *A 1, A 2.* — [i] *Deest in A 2.* — [k] ‚purcravius' *in A 2.* — [l] ‚Stizlai' *A 2.* — [m] ‚Thidricus' *A 2.* — [n] ‚Purgeleins' *A 2.* — [o] ‚Dypoldus' *A 2.* — [p] *Littera* ‚f' *ex* ‚s' *correcta est in A 2.* — [q] ‚M° CC° LX° IX' *A 2.* — [r] *Ita A 1, A 2.* — [s] ‚Wischigradensis' *A 2.* — [t–t] *Verbis nec non syllabis competenter distentis scriptum est in A 1, A 2.*

[1]) *Ubi textus in A 1, A 2 laesus sit, statu chartarum considerato uncis suo loco positis signare praetermisimus.* — [2]) *Cum revocatione ad Reg I, pag. 611 ad num. 1323.* — [3]) *1253 sept. 22 defuncti.* — [4]) *Coronatio regis 1261 dec. 25 celebrabatur.* — [5]) *Charta, cuius textus inferius inseritur (= CDB IV, pag. 452 num. 266), consensus formula Přemysli Otakari II, munita est, vide etiam confirmationis chartam in nota 6 allatam, Pragae 1256 dec. 28 datam (num. 103).* — [6]) *Sequitur tenor privilegii Venceslai regis Pragae 1253 apr. 6 dati (CDB IV, pag. 452 num. 266) de exemplari A 2 confirmationis chartae Přemysli Otakari II. Pragae 1256 dec. 28 datae (num. 103) totidem verbis descriptus adiuncto eschatocolo mododictae chartae* (‚Quicumque autem ... curie nostre notarii'). [7]) *Cf. CDB IV, pag. 456 l. 6–7.* — [8]) *Filii Zdislai de Šternberk Albertus, Benes, Jaroslaus et Zdenco erant.* — [9]) *Quamquam in corroborationis formula chartae recte sigillum episcopi post sigillum regis annuntiatum sit, in charta locum ante sigillum regis obtinuit.*

586.[+]

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, hospitali s. Francisci [Pragae] privilegium a patre suo Venceslao I. datum confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Pragae 1269 maii 1.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 29 (2/1 c) asservatur (A). — Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. (1654), qui „Liber aureus" appellatur, ibidem (sign. V/1, 202) asservato, pag. 72—76 (B).

Reg: Reg II, pag. 252 num. 647. — Gradl, Monumenta, pag. 99 num. 272.
Lit: Šebánek—Dušková, Listina v č. státě doby Václava I., pag. 93 (scriba chartae). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 318—321, 326, 364, 381 n. 381 (SF 1).

Scriba: P II 71 = destinatarii proprius, cuius manus etiam in num. 585 (A 1, A 2), 587 (A 1, A 2) reperitur. Exempla script. num. 1 a, 54.
Dictator: destinatarii proprius, qui verba chartae num. 585 (exempl. A 2, per occasionem etiam exempl. A 1; vide ter notam b) a magistro Petro cancellario dictatae repetit, quae typis minoribus exprimuntur.
Quia charta, cuius textus hoc loco confirmatur (vide Šebánek—Dušková, Listina v č. státě doby Václava I., pag. 96—97), non est sincera, ne confirmationi quidem eius, quae manu destinatarii exarata est, quamvis sigillo sincero munita sit, auctoritatem adiudicare possumus.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (N), 3, Crucigeri cum stella rubea (P).

In nomine Domini amen. Nos dei gracia Premizl qui et Otakarus, rex Bohemie, dux Austrie et Styrie ac marchio Morauie, magistro et fratribus hospitalis sancti Francisci* in perpetuum. Cum in humanis disposicionibus nichil ad summe soliditatis culmen ‖ valeat pervenire, sed semper de gestis hominum, etiam racionabilibus, tamquam de navi, que fluctibus est exposita, sub serenitatis tempore calumpniarum timeri oporteat tempestates; necesse est ea, que provida principum statuit ordinacio seu concessio ordinavit, pro commodis[a] subditorum ad veritatis e‖videnciam clariorem renovacionis aliquando remedio adiuvari, ut sic illa, que temporis decursu seu diuturnitate sunt vetera vel etiam oblivionum nebulis obfuscata, vultu novitatis assumpto in agnicionis lucem clarius prodeant et ampliori fulciantur munimine firmitatis. Eapropter ad ‖ noticiam omnium cupimus pervenire, quod nos serenissimi patris nostri, regis Wencezlai pie memorie,[1] cui ex divina disposicione, per quam regum potestas disponitur et singula gubernantur, facti sumus in sceptri moderamine successores, qui circa domum hospitalis sancti Francisci in latere pontis Pragensis constructam multis evigilavit liberalitatum beneficiis et favoris prosecucione specialis, sicut operum declarabant evidencius[b] argumenta, vestigiis inherendo,* privilegium super libertatibus quibuscumque iuxta condiciones ac continencias privilegii ipsius patris nostri, quod de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, sicut apparet plenius in serie subscriptorum,* quibus est predicta domus sollempniter insignita, auctoritate regia in perpetuum confirmamus. Tenor igitur privilegii patris nostri talis est: In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Nos Wencezlaus, *etc.*[2] Ut igitur donacio seu confirmacio* dicti patris nostri,* que * superius est pretacta, rata permaneat et predicte domui, que sedi[c] apostolice inmediate subiacet,[d 3] inviolabiliter observetur, presentem paginam* sigillo nostre celsitudinis fecimus communiri.[e] Quicumque vero predictam donacionem seu confirmacionem prememorati incliti[b] patris nostri et nostram violaverit seu eidem ausu temerario presumpserit contraire, super transgressione huiusmodi se pena debita noverit puniendum et nichilominus gravem nostre indignacionis offensam pariter incidisse. Testes vero huius nostre confirmacionis seu renovacionis sunt hii:[b] Andreas Bohemie camerarius, Zmilo de Luhtenburch, Iarossius purchravius Egrensis, Vlricus purcravius Pragensis, Iarozlaus frater Galli, Vlricus de Noua Domo, Milota frater Benessii, Purchardus marschalcus Bohemie, Tsenko frater Zmilonis de Luhtenburch, Gallus pincerna B[ohemi]e,[f] Wilhelmus purchravius de Freimberch, Vlricus purcravius Znoymensis, filii Sdizlai de Sternberch,[4] Bawarus de Raconitz, Tydricus Spatzmannus, Albertus frater suus castellanus in Purgelins, Dipoldus frater Wilhelmi de Freimberch, Ierko de Waldenberch,[g] Lutolfus de Lapide, Diwissius dapifer, Lupus filius Andree, Stizlaus submarschalcus, Chunradus subcamerarius, Onzo subpincerna, Chunradus magister coquine et alii quam plures fideles regni nostri. Actum in Praga anno Domini M° CC° LX° IX kalendas[h] maii, datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis prepositi Wischigradensis, cancellarii regni nostri, anno et die predictis, coronacionis nostre anno octavo,[i] indiccione duodecima.[i]

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., e cera minii coloris confectum in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris illaesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

586.+ *a)* ‚modis' *A.* — *b) Vox ex A 1 num. 585 recepta est in A.* — *c) Littera* ‚i' *ex* ‚e' *correcta est in A.* — *d) Post vocem locus rasus latitudinis cca 15 mm sequitur in A.* — *e)* ‚muniri' *A.* — *f) Quae uncis clausimus, cum membrana destructa perierunt in A.* — *g) Altera littera* ‚e' *ex* ‚a' *correcta est in A.* — *h) Ita A.* — *i—i) Syllabis distentis scriptum est in A.*

[1]) *1253 sept. 22 defuncti.* —[2]) *Sequitur tenor chartae spuriae Venceslai I., regis Bohemiae, Pragae 1237 s. d. datae (CDB III, pag. 164 num. 130, ubi charta ad 1236 ante febr. 6 erronee ponitur atque pro sincera habetur).* — [3]) *Cf. CDB IV, pag. 456 l. 6—7.* — [4]) *Filii Zdislai de Šternberk Albertus, Beneš, Jaroslaus et Zdenco erant.*

587.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, fratribus hospitalis s. Francisci Pragae libertatem concedit, ut per suae potestatis terminos a solutione exactionum quarumcunque exempti transire valeant, dummodo in his ecclesiae Wissegradensis iuribus nullum praeiudicium generetur.

Pragae 1269 maii 13.

Duo autographa in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 1(1/1a), 2(1/1b)) valde laesa, quorum tergis textura linea agglutinata est, asservantur (A 1, A 2).[1] — *Apographa seu A 1 seu A 2 inserta in his confirmationis chartis exstant: 1) In charta Venceslai IV., Romanorum regis, data Pragae 1387 ian. 10, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. num. 38 (2/9)) laesum asservatur (B).* — *2) In charta Mariae Theresiae, Romanorum imperatricis, data Viennae 1747 apr. 6, cuius confirmationis autographum ibidem (sign. num. 51 (2/31)) asservatur (C).*[2] — *Simplex apographum seu A 1 seu A 2 saec. XVII.—XVIII. [manu praepositi s. Hippolyti apud Znojmo Th. Aug. Frendl scriptum] codex mnscrus chart.* „Privilegium Wenceslai, Bohemiae regis IV., datum Pragae anno Domini 1235 ... etc., etc." *intitulatus, in SAR Brunae (archivum praepositurae s. Hippolyti apud Znojmo, sign. IV D 24) asservatus praebet, pag. 33—34 (D).* — *Aliud simplex apographum seu A 1 seu A 2 saeculorum eorumdem codex mnscrus chart.* „Index privilegiorum ..." *ibidem (sign. II A 3/2) asservatus continet, fol. 20[v] (E).*

Reg: Reg II, pag. 253 num. 649.
Lit: Šebánek-Dušková, Listina v č. státě doby Václava I., pag. 93, 97. — *Dušková, Urkundenwesen, pag. 318—321, 366, 382 n. 382 (SF 3).*[3]

In tergo chartae A 1 manu registratoris Crucigerorum saec. XIII. scriptum legitur: „Privilegium super libertate thelonii" *(A 1 = CDB IV, num. 32, 244, 245, 292+ +, erronee sub sign. A).* — *In tergo chartae A 2 registrator Crucigerorum saec. XIV. in. annotavit:* „Privilegium regis Othakari super requisicione theloniorum, pedagiorum et vectigalium, quod fratres sunt liberi" *(D).*

Scriba A 1, A 2: P II 71 = destinatarii proprius, cuius manus etiam in num. 585 (A 1, A 2), 586+ reperitur. Cf. Exempla script. num. 1 a, 54.
Dictator: magister Petrus cancellarius; quae in textu chartae typis minoribus expressimus, e mandato spurio Venceslai I., regis Bohemiae, Crucigeris [ante 1253 sept. 22] dato, brevi post a. 1253 ficto (CDB IV, pag. 487 num. 292+ +) videntur esse recepta.

Omnibus circumstanciis in censum venientibus diligenter consideratis nihil invenimus, cur de sinceritate chartae dubitemus.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (O), 3, Crucigeri cum stella rubea (Q).

§In nomine sancte et individue trinitatis amen.§ Nos Othakarus, dei gracia Bohemie rex, dux Aus‖trie[a] et Styrie ac marchio Morauie, omnibus in perpetuum. Quamvis ad defensionum patrocinia ac liberalitatum ‖[b] beneficia omnibus ex regali munificencia teneamur, tamen eis nostre gracie exhibitionem atque regii presidii[c] contuicionem ‖ specialius volumus impertiri, in quibus per experienciam cognoscimus et sollicite consideracionis intuitu colligimus effulgere virtutum merita clariora. Sane equidem, cum fratres hospitalis sancti Francisci in latere pontis Pragensis, quod domina Agnes, karissima amita nostra,[4] eternorum intuitu premiorum feliciter construxit pariter et fundavit,[5] qui ibidem Domino militant sub beati regula Augustini, Christum in suis pauperibus reficiant et sedulo consolentur, cupientes, ut quanto magis ad huiusmodi caritatis opera manum mittunt, tanto forcius ac validius a molestatorum vexationibus conserventur, eisdem fratribus plenam concedimus libertatem, ut per nostre terminos potestatis ab omni requisicione theloneorum, pedagiorum, vectigalium seu solucionum ac exactionum quarumcumque, quocumque vocabulo censeantur, tam in terris quam in aquis transire valeant, exempti penitus et soluti, dummodo tamen in hiis ecclesie Wischegradensi in suis iuribus ac libertatibus nullum preiudicium generetur.[6] Si quis vero hanc nostre concessionis et gracie infringere presumpserit libertatem,* regie maiestatis offensam incurret et regalis banni, quod ex ipso facto incidit, sentenciam non evadet. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis presentem paginam sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Datum Prage anno Domini M°CC°LX°IX°,III° idus[d] maii.[d]

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., de cera fusci-minii coloris in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris valde laesum in A 1, laesum in A 2, appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

587. [a]) *Post vocem* ‚Austrie' *finis primae lineae in A 2.* — [b]) *Finis secundae lineae etiam in A 2.* — [c]) ‚presi‖dii' *finis tertiae lineae in A 2.* — [d]) *Verbis seu syllabis competenter distentis scriptum est in A 1, A 2.*

[1]) *Ubi textus in A 1, A 2 laesus sit, statu chartarum considerato uncis suo loco positis signare preatermisimus; textus in A 2 communiter vix legi potest.* — [2]) *Vide etiam confirmationis chartam Ladislai, Bohemiae regis, Pragae 1454 oct. 4 datam, cui integer textus chartae Venceslai IV. (B) cum inserta charta Přemysli Otakari II. (seu A 1, seu A 2) insertus est; huius chartae apographum ex. gr. in codice mnscro chart. saec. XVII. (1654), qui* „Liber aureus" *appellatur, in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. V/1, 202) asservato invenitur, fol. 579 ss. Notandum est confirmationis chartam Ladislai cum charta seu A 1 seu A 2 inserta quaterno rubro tabularum terrae regni Bohemiae anno 1545 fuisse intabulatam (cf. Švábenský, Křížovníci Znojmo, pag. 85 num. 205).* — [3]) *Apud Dušková, pag. 411 charta signo* ‚+' *apposito designata est.* — [4]) *Soror Venceslai I. regis, abbatissa mon. s. Francisci Pragae.* — [5]) *Vide CDB IV, pag. 452 num. 266.* — [6]) *Scilicet in iuribus recipiendi thelonei de lignis in Podolí, sicut ex charta dignitariorum Wissegradensis ecclesiae Crucigeris Pragensibus in Vyšehrad 1328 aug. 3 data (Reg III, pag. 576 num. 1471) docemur.*

588.

[Conradus] Frisingensis, Petrus Pataviensis, Bruno Brixinensis, Bruno Olomucensis, [Bernardus] Secoviensis episcopi omnibus, qui ecclesiam Lucensem in certis diebus visitaverint, Brunonis, dioecesani episcopi, accedente consensu indulgentias concedunt.

Apud Znojmo 1269 iun. 13.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Louka, sign. F 13) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 26 num. 21 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 254 num. 653. — Šebánek, Archivy, pag. 40 num. 227 (ex A). — Pferschy, Urkundenbuch, pag. 205 num. 345 (ex CDM).
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 163 n. 78.[1]

Scriba: destinatarii proprius, Johannes, scriba Lucensis (vide ex. gr. num. 675, 739, 820, 833, cf. num. 520).
Exempla script. num. 3, 6.
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (OOO), 3, Louka (I).

Nos . .,[2] dei gratia Vrisingensis, P.[3] Patavigensis, B.[4] Brixinensis, B.[5] Olomucensis, ‖ . .,[6] Secovensis episcopi, omnibus Christi fidelibus[a] presentes litteras inspecturis salutem in Domino sem‖piternam. Cupientes proni ad gratiam inveniri, eam illis inpendimus, quos meritorum gratia ‖ gratos deo constituit et acceptos fecit devotio specialis. Hinc est, quod nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum meritis confisi omnibus vere confessis et contritis, qui festivitates sancte Hedewigis et sancte Elizabet necnon sancti Mauricii et sociorum eius et sancti Cholomanni, in quorum honore in ecclesia Lucensi duo altaria sunt fundata et consecrata, debita reverentia visitaverint et honore et de bonis a deo sibi collatis[b] eisdem manum porrexerint adiutricem, quisque nostrum quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus accedente quoque consensu pariter et assensu venerabilis domini Brunonis, dyocesani episcopi; universos in Domino sic hortantes, ut per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Datum anno Domini M°C°C°LX°IX° apud Znoym, idus[c] iunii; presentibus perpetuo valituris.

Sigilla: in scidulis membranaceis appendent (appendebant); 1), 2), 5) avulsa et deperdita sunt; 3) Brunonis, Brixinensis episcopi, formae ex longo rotundae valde laesum appendet, in sigilli medio figura episcopi in solio sedentis, qui in sinistra manu librum tenet, conspicitur, ex circumscriptione solummodo /SIGILL////////GRA///// legi potest; 4) Brunonis, Olomucensis episcopi, laesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

---

588. [a]) *Scriba ‚fidelu' scripsit et sine rasura correxit in A.* — [b]) *Prima littera ‚l' videtur esse addita in A.* — [c]) *Ita A.*

[1]) *Cf. dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscrum in UK Brunae asservatur, pag. 63.* — [2]) *Conradus.* — [3]) *Petrus.* — [4]) *Bruno.* — [5]) *Bruno.* — [6]) *Bernardus.*

589.

Johannes, episcopus Pragensis, in controversia inter civitatem [Havlíčkův] Brod et ecclesiam Boleslaviensem super solutione decimarum episcopalium in provincia Čáslaviensi multo tempore durante materiam compositionis suo accedente consensu mediantibus viris expresse nominatis factam pronunciat.

Pragae 1269 iun. 14.

Autographum in membrana scriptum in OA Pohled (archivum civitatis Havlíčkův Brod, sign. num. 366) asservatur (A).

Ed: CIM II, pag. 52 num. 18 (ex A).
Reg: Reg IV, pag. 727 num. 1823.
Lit: Šebánek, Česká listina 3, pag. 114 (participatio civitatis in re gesta examinatur). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 62 (scriba chartae statuitur, stilus eiusdem in comparatione cum libro formarum episcopi Thobiae tractatur).

In tergo chartae manu scribae civitatis Brod (?) saec. XIII. ex. seu XIV. in. scriptum legitur: „De decimis in Brod“ *(A).*

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide etiam num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: idem atque scriba.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (OO), J III 6 (I), 3, Stará Boleslav, ecclesia capitularis (A), 5, De chartae apud civitates usu (OO).

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noveritis, quod cum multo ‖ tempore super solutione decimarum episcopalium, que in tota Chaslauiensi provincia ad honorabilem Boleslauiensem ‖ ecclesiam et ipsius ecclesie capitulum pertinent ab antiquo,[1] inter viros providos et discretos ..[2] rihterium ‖ et cives de Brod Smilonis pro se et honorabiles viros ..[3] prepositum, ..[4] decanum et capitulum iam dicte Boleslauiensis ecclesie controversia perdurasset, tandem[a] inter eos[a] mediantibus bonis et honestis viris M.,[5] abbate de Breunow, et P.,[6] scolastico Pragensi, nostro ad hec accedente consensu talis ordinatio, conventio et compositio amicabilis intervenit, quod videlicet rihterius et cives loci predicti annis singulis in perpetuum a tempore conventionis istius de universis hortis, domibus, bonis et possessioibus[b] suis in parrochia Brodensi situm habentibus solvent integraliter et fideliter sine fraude nomine decimarum, in quibus sunt obnoxii, .. preposito, decano et capitulo supradictis marcam argenti boni et dimidiam Pragensis ponderis in festo beati Martini[7] in Boleslav[c] per nuncium specialem. Et ipsi prepositus, decanus et capitulum contenti erunt solucione ipsius peccunie neç a premissis rihterio et civibus plus exigent per se vel alium, sin domus, horti et possessiones ipsorum prescripte aucte fuerint in posterum aut etiam[d] diminute. Ut autem hec ordinacio, conventio et amicabilis compositio perpetuis temporibus debitum sorciatur effectum, presens scriptum nostri et prehabite Boleslauiensis ecclesie ac civitatis Brod predicte sigillorum exstitit munimine roboratum. Datum Prage anno Domini M°C°C°LX nono, in vigilia sancti Witi.

Sigilla: 1) Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis flavi et rubri coloris laesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2; 2) capituli Boleslaviensis ecclesiae in filis sericis eiusdem coloris atque in 1 valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 3, 36; 3) civitatis [Havlíčkův] Brod in filis sericis rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 5, 3.

---

589. [a–a]) *In loco raso scriptum est in A.* — [b]) *Ita A, titulus enim deest.* — [c]) *Litterae* ‚av' *additae sunt in A.* — [d]) *Littera* ‚m' *ex* ‚n' *correcta est in A.*

[1]) *Cf. chartam spuriam, ut dicitur Břetislai I. s. d. (CDB I, pag. 358 num. 382), ubi legitur (pag. 360 l. 21)* ‚His itaque dispositis, addidimus decimationem, quę pertinet ad urbem Cazlauae'. *Ad haec cf. V. Hrubý, Tři studie, pag. 79. Cf. etiam chartam capituli Boleslaviensis in Stará Boleslav 1298 apr. 24 datam (Reg II, pag. 771 num. 1795), ubi affirmatur capitulum* ‚quedam iura episcopalia' *obtinuisse, quae* ‚ex largitione et donatione principis terre quondam Bretislai, ducis Boemie, oblata et ab Otthocaro et Venceslao, tercio et quarto regibus Boemie, ... confirmata fuerunt'; *confirmationis chartae Přemysli Otakari I. et Venceslai I. autem non exstant.* — [2]) *Nomen ignoramus.* — [3]) *Fortasse Pardusonem.* — [4]) *Fortasse Všeslaum.* — [5]) *Martino.* — [6]) *Přísnoboro.* — [7]) *Nov. 11.*

590.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, ad emendacionem civitatis Jihlava statuit, ut depositiones rerum venalium, quae hactenus in [Havlíčkův] Brod habitae sunt, in civitate Jihlava generaliter observentur.

Brunae 1269 iul. 4.

Autographum in membrana scriptum in OA Jihlava (archivum civitatis Jihlava, sign. num. 4) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 27 num. 22 (ex A). — *Tomaschek, Deutsches Recht, pag. 326 num. 2 (ex CDM).*
Reg: Chlumecký, Die Regesten, pag. 13 num. 4 (ex A). — *Böhmer, Add. sec., pag. 444 num. 210.* — *Kopetzky, Regesten, pag. 123 num. 99.* — *Reg II, pag. 255 num. 656.* — *Hoffmann—Křesadlo, Inventář, pag. 13 num. 4 (ex A).*
Lit: CIM II, pag. 93 (translatio depositionum rerum venalium in [Havlíčkův] Brod per Ottonem, marchionem Brandenburgensem, anno 1278 (= Reg II, pag. 497 num. 1157) facta tractatur). — *Fiala, Kancelář, pag. 199, 201 (dictator chartae statuitur).* — *Dušková, Urkundenwesen, pag. 313—316, 320, 328, 363 (Ig 1).*

Scriba: P II 72 = cancellariae regiae membrum, quamquam manus eius in nulla alia charta reperitur. Exempla script. num. 1 a, 55.

Dictator: magister Petrus cancellarius (cf. ex. gr. chartas num. 566, 585).
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (P), 5, De chartae apud civitates usu (PP).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Othakarus, dei gracia Boemie[a] rex, dux || Austrie et Stirie ac marchio Moravie, omnibus in perpetuum. Cum in humanis disposicionibus nichil ad summe || soliditatis culmen valeat pervenire, set semper de gestis hominum, quamvis racionabilibus, sub serenitatis || tempore oblivionum nebulas et calumpniarum timeri opporteat tempestates; necesse est ea, que ex principum beneplacito disponuntur, circa commoda subditorum scriptis autenticis conmendari, ut ex scriptu-

re testimonio rei geste aquiratur memoria et calumpniandi materia apud posteros resecetur. Eapropter ad noticiam omnium volumus pervenire, quod nos deposiciones rerum venalium, que in Brod habite sunt hactenus civitate, sub inflictione animadversionis debite districtius prohibentes, ad emendacionem civitatis nostre Iglaviensis, quam favore amplectimur speciali, provide duximus statuendum, ut deposiciones venalium eorundem, videlicet in pannis, plumbo, allecibus et mercimoniis aliis quibuscumque, in eadem Iglaviensi civitate decetero generaliter observentur. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis presentem conscribi fecimus paginam sigillorum nostrorum munimine roboratam. Testes autem sunt: Nicolaus dominus Opauie, comes de Hardek,[1] Vlricus de Durrenholtz, Bawarus de Raconitz, filii Sdezlai de Sternberch,[2] Hartlewus Moravie camerarius, Bohusch marschalcus, Nezamisl pincerna Moravie, Otto de Haslau, dapifer de Veldsperch,[3] Fridericus de Lengenbach, Wsnato dapifer Moravie, Sbor magister coquine et alii quam plures regni nostri. Actum Brunne anno Domini M°CC°LX°IX, IIII nonas iulii, datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis Wischegradensis ecclesie prepositi, cancellarii regni nostri, anno et die predictis, coronacionis nostre anno VIII, indictione XII.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis flavi coloris illaesum fere appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

590. a) ‚Bôêm' *A.*

[1]) *Henricus.* — [2]) *Videlicet Albertus, Benes, Jaroslaus et Zdenco.* — [3]) *Albertus.*

591.

Theodericus abbas totusque conventus ecclesiae Lucensis Alšikoni [de Melren], *militi de Havraníky, decimam vini de montibus in Havraníky sub certis condicionibus concedunt.*

[In Znojmo][1] 1269 aug. 29.

Autographum confirmationis chartae Brunonis, episcopi Olomucensis, apud Znojmo 1274 mart. 25 datae (num. 739) insertum est, cuius confirmationis autographum in SAR Brunae (archivum mon. in Louka, sign. L 6) asservatur (B).[2]

Ed: CDM IV, pag. 28 num. 23 (erronee ad autographum testium formula omissa revocatur).
Reg: Reg II, pag. 256 num. 661. — Šebánek, Archivy, pag. 40 num. 228 (ex B).
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 154—155 (charta undique arte diplomatica tractatur).[3] *— ZMK 1971, pag. 418.*

Dictator: monasterii Lucensis proprius, idem atque ex. gr. in charta Branislai de Trstěnice mon. Lucensi in Louka 1278 mart. 23 data (num. 863).
Vide: II. 3, Louka (K), 4 a, De chartae apud milites usu (L).

Universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis nos Theodericus, abbas ecclesie Lucensis, totusque conventus ibidem salutem in Domino sempiternam. Ne ea, que fiunt[a] in tempore, simul labantur cum tempore et a memoria hominum non excidant, solent scripturarum testimonio annotari. Hinc est, quod nos freti conventus nostri consilio domino Alsiconi, militi de Kovernik, suis meritis et serviciis exigentibus consideratoque affectu, quem habet erga ecclesiam Lucensem, decimam vini de monte in Kovernik, que decima est ecclesie Lucensis, sibi quo ad vitam suam concedimus et donamus ita, quod nobis et ecclesie singulis annis, quam diu vixerit, decem urnas vini eiusdem montis mensure solvere teneatur; et de aliis vineis eiusdem montis de Kovernik, que ad agros sunt redacte, nobis decimas prediales de culturis agrorum solvere teneatur plenarie eorumdem. Tali etiam condicione habita super predicta concessione, quod nostra iam dicta datio seu concessio ad ipsius Alsiconis militis heredes post mortem suam non transseat,[b] set ad ecclesiam nostram omnes decimarum proventus, qui de ipso monte provenire poterunt, libere et integraliter revertantur. Hec autem, ne a posteris possint infirmari, sigillorum nostri et conventus nostri munimine fecimus roborari. Et quia ipse Alsico miles proprio sigillo caruit, sigillis domini Allexii, archidiaconi loci, et fratris Karuli de Monte sancti Ypoliti, coram quibus in capitulo eiusdem archidiaconi hec facta fuerant, roborari etiam presentem paginam fecimus ad cautelam. Datum anno Domini M°C°C°LX°IX°, in die Decollationis sancti Iohannis Baptiste presentibus, quorum nomina[c] subscribuntur: Stephanus[d] plebanus de Grilwiz, Bertoldus plebanus de Lodniz, Wlricus plebanus de Primetiz, Peregrinus plebanus de Scathow,[e] Iordanus plebanus de Wischenow[d] et aliis quampluribus, qui ad capitulum archidiaconi ibidem fuerant convocati.

---

591. *[a]) Scriba fortasse iterum ‚que' scripsit, arcum litterae ‚q' erasit et porro scripsit in B. — [b]) Ita B. — [c]) Vox super linea addita est in B. — [d–d]) Ita B pro ablativis exspectatis. — [e]) Etiam ‚Scachow' legi potest in B.*

[1]) Scilicet in capitulo Znoymensis archidiaconi Alexii. — [2]) Quia confirmationis charta Brunonis fere coaeva est cum autographo chartae abbatis et conventus ecclesiae Lucensis iam dudum deperdito, superius quidem partim regulas, quae in autographis edendis adhibentur, valituras esse decrevimus. — [3]) Cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscrum in UK Brunae asservatur, pag. 61.

592.

Lupinus abbas et conventus monasterii in Velehrad testantur, quomodo inter ipsos ex parte una nec non Hermannum cognomento de Lohen, civem Opaviensem, ex altera controversia de possessionibus expresse nominatis in Velké et Malé Hoštice composita sit.

In choro Minorum fratrum in Opava 1269 sept. 4.

Autographum in membrana scriptum in SAR Třeboň (sign. Cizí statky, Velké Hoštice II, 178, 1) asservatur (A).[1]

Ed: CDM IV, pag. 29 num. 24 (ex A).
Reg: Kopetzky, Regesten, pag. 124 num. 100. — Reg II, pag. 256 num. 662. — CDS VII. 2, pag. 176 num. 1330. — Scholz-Babisch-Wendt, Quellen zur Handelsgeschichte, pag. 177 num. 259. — Inventáře SAR Třeboň čís. 29, pag. 112 num. 319 (ex A).
Lit: KK, pag. 184 (scribae manus, sed haud perfecte, statuitur). — Šebánek, Česká listina 1, pag. 158 n. 41 (origo chartae statuitur). — Šebánek, Vizovická listina, pag. 38 n. 28 (prooemium chartae tractatur). — Hageneder, Die geistliche Gerichtsbarkeit, pag. 165 n. 161 (delegatio iudicis tractatur). — Kejř, Počátky města Krnova (in involucro specimen scripturae chartae praebetur). — Šebánek, Urkundenwesen, pag. 375 n. 366 (scriba chartae = P II 33 a).

Scriba: circuli diplomatici Velehradensis et Sarensis proprius, cuius manus manui scribae P II 33 (vide num. 60, 67) eximie similis est; hoc respicientes scribae manui signum P II 33 a imposuimus. Exempla script. num. 3, 7.
Dictator: circuli diplomatici Velehradensis et Sarensis proprius.
Vide: II. 3, Velehrad (I), 5, De chartae apud civitates usu (QQ).

Nos frater Lupinus dictus abbas et conventus de Welegrad universis Christi fidelibus tenorem presentis cedule || cognituris ad rei memoriam sempiternam. Quoniam acta hominum, que geruntur in tempore, quamvis interdum[a] || satis sollempniter celebrentur, simul cum tempore transeunt et propter hoc vergunt ad oblivionis occasum, nisi || scriptis et testibus, que solent evidens esse probatio veritatis, artius imprimantur memorie posterorum; notum igitur esse cupimus tam presenti etati quam future in Christo posteritati, quod nos curiam nostram et partem ville ac redituum in Maiori Hosschiz pariter et Minori per dominum Hartlibum, quondam abbatem in Welegrad,[2] provido viro Hermanno cognomento de Lohen, civi Oppauiensi, olim pro LXXX[a]IIII[or] marcis argenti sine sui conventus consilio venditam et consensu contra iura ecclesiastica minus provide ac discrete,[3] de mandato serenissimi domini nostri Ottackari, regis Boemorum, Hartlibo, subcamerario suo, super hac causa nobis iudice destinato, repetere a dicto Hermanno iudiciarie volebamus nonnullis ei ammonitionibus prerogatis. Verum pluribus personis pro eo intercedentibus providis et honestis, tandem in arbitros cum eo consensimus multorum precibus inclinati, ipso se nostre gratie committente, eligentes nobilem virum dominum Cvnonem, camerarium Olomucensem, et dominum Zaschit in partem nostram et supradictus Hermannus dominum Milotam et Mracotam milites in suam partem, per quos in arbitrando taliter est processum, quod sepedictus Hermannus nobis in Minori Hosschiz unum mansum in festo sancti Martini[4] marcam et lotonem argenti et unum molendinum, dimidiam marcam ac unum ortum et dimidium lotonem et alia servicia ad valorem lotonis vel amplius persolventes, que cum prefatis bonis in Maiori Hosschiz a predicto abbate antea compararat, in manus nostras libere resignaret ecclesie nostre perpetuo servitura. Nos vero eidem de omnibus proventibus, que antiquitus in Maiori Hosschiz nostra ecclesia possidebat, per unanimem nostri conventus consilium et consensum sibi suisque heredibus seu successoribus de omni molestia vel impetitione cederemus, dimittentes eos perpetuo liberos et quietos. Ut autem prefatum arbitrium per tam sollempnes viros ac providos concordatum firmum et stabile inviolabiliter perseveret, presentem cedulam exinde conscriptam de nostri conventus consensu ac consilio uniformi eidem Hermanno tradidi-

mus nostri sigilli munimine roboratam. Cuius rei testes sunt: frater Iohannes prior de Saahr et frater Iohannes magister curie in Stiboriz monachi sacerdotes, Cvno camerarius Olomucensis,[1] Hartliebus subcamerarius domini regis,[2] Milota de Quasschiz, Zaschit, Woyzlaus de Heroltiz, Zwirchs de Nazcil zudarius, Mracota de Crawarn, Mirozlaus de Piess milites, Gvnpertus advocatus de Lubeschiz et Theodericus frater eius, Sifridus de Iegerdorf, Vilhelmus Snippir advocatus Oppaviensis et Albertus frater eius, Erenfridus et Rapoto, Meinhardus, Wilhelmus cognomento Hovwer, Henningus magister monete, Heroldus et Cristanus filii Volradi cives Oppauienses et alii quam plurimi viri. Acta sunt hec sollempniter in choro Minorum fratrum in Oppauia anno verbi incarnati M°CC°LX IX°, pridie nonas septembris, indictione[c] XII[a].[c]

Sigillum: [Lupini], abbatis Velehradensis, in filis sericis rubri et viridis coloris illaesum appendet. Vide Sigilla num. 3, 13.

592. [a]) *Ex* ‚interelum' *(?) corr. est in A.* — [b]) ‚Olom̃' *A.* — [c–c]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Coniciendum est chartam primitus Hermanno traditam esse, sicut in textu eius expresse dicitur.* — [2]) *Ante 1263 iun. 23 defunctum.* — [3]) *Vide Decr. Gregorii IX., 3, 10, 1 (Friedberg II, col. 506). Cf. Clem. 3, 4, 1 (ibidem, col. 1160).* — [4]) *Nov. 11.* — [5]) *Přemysli Otakari II.*

593.

Gerhardus, abbas in Plasy, protestatur, quomodo controversia mota inter se necnon Laurencium de Přovany et ipsius attinentes pro metis possessionum in Luhov in amicitiam redacta sit.

In Všeruby 1269 maii 2 seu sept. 13.[1]

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Plasy, sign. L IV ŘC Plasy num. 47) asservatur (A). — Apographum saec. XVIII. servavit F. B. Scheppl, Lapis sepulchralis fundatoris et benefactorum ... monasterii de Plassio (1744), cuius codex mnscrus chart. in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. F 160) asservatur, pag. 197—198 (B).

Reg: Scheinpflug, Materialien zu einer Gesch. v. Plaß, pag. 185 num. 68. — Reg II, pag. 253 num. 648.
Lit: Sedláček, Heraldika II, pag. 61 (sigillum Držislai).

In tergo chartae manu scribae eius scriptum legitur: „Privilegium in Lohow" *(B).*

Scriba: monasterii Plasensis proprius, sicut ex nota in tergo chartae scripta clare patet.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Plasy (G), 5, De chartae apud civitates usu (RR).

Nos frater G.[2] dictus, abbas in Plaz, presentibus protestamur, quod controversia, que || movebatur inter nos et Laurencium de Pnewan et suos adtinentes pro metis possessionum in || Lohow, hoc modo in firmam amiciciam est redacta; ut mons, de quo mencio[a] habetatur,[b] cum silvis[c] || et frutectis usque ad flumen Misam ecclesie Placensi totaliter remaneret, excepto solo molendino, quod prefatus Laurencius iam inceperat instaurare; de ipso vero molendino singulis annis infra octavam sancti Wenzeslai[3] curie in Lohow octo modios claustralis[d] mensure molere non obmittat, alioquin pro[e] quolibet neglectu dimidium talentum denariorum ecclesie nostre tenebitur presentare; lapides et terram ad opus reclusorii molendini prefatus Laurencius de monte poterit accipere tali pacto, ut ligna et frutecta prefati montis attingere non presumat. Insuper processu temporis, qui conposicionem hanc infringere presumpserit, novem marcas et molendinum se noverit perdidisse. Acta sunt hec in Scherub anno Domini M°CC°LX°IX, in vigilia Sancte crucis coram testibus subnotatis:[f] Primus Dirizlaus iudex provincialis et filius eius Dirizlaus, Ratmerus frater eius et filius eius Wilhelmus,[g] Proteiw et filius eius Lupoldus, Henricus de Pomůckel et filii eius Geroizlaus et Henricus, Predota de Leissan et filius eius Bouslaus, Milizlaus de Buz et frater eius Iane et filii eorum Rapoto et Harant, Rupertus de Salowe et filii Rupertus et Iane, Budizlaus de Brisen et filius eius Bodizlaus, Theodericus de Cresnewiz, Milizlaus de Cleinowiz, Milizlaus de Cunowiz, Prossimir de Cleinowiz, Petrus de Nizowe et alii quam plures. Ad predictorum confirmacionem[h] sigillum nostrum apposuimus cum sigillo iudicis provincialis.

Sigilla: e cera viridis coloris confecta in scidulis membranaceis appendent;1) [Gerhardi], abbatis Plasensis, fere illaesum. Vide Sigilla 3, 10;2) Držislai, iudicis provincialis, cum sigilli imagine retrorsum versa, fere destructum. Vide Sigilla 4 a, 4.

---

593. *[a]) Littera ‚c' in loco raso scripta est in A. — [b]) Syllaba ‚be' super linea addita est in A. — [c]) Littera ‚i' in loco raso scripta est in A. — [d]) E ‚claustrelis' corr. est in A. — [e]) Super voce locus rasus apparet in A. — [f]) Verba ‚qui sunt' videntur deesse in A. — [g]) ‚Wil' A. — [h]) Ex ‚confirmacioni' corr. est in A.*

[1]) *Terminus sept. 13 verisimilior est; vide Friedrich, Rukověť, pag. 290 col. 2, l. 5—8.* — [2]) *Gerhardus.* — [3]) *Sept. 28 — oct. 5.*

594.

Bruno, episcopus Olomucensis, fratribus [Templariis] in Čejkovice causa, quae vertebatur inter monasterium in Žďár [nad Sázavou] et fratres super decima villae Vrbice, accurate descripta et supplicationis cedula monasterii in Žďár [nad Sázavou], cuius tenor inseritur, recepta, dictae supplicationis causam Herbordo, praeposito Olomucensi et archidiacono Brunensi, terminandam committit, certum locum et diem fratribus dictis, ut coram praeposito memorato compareant, praefigens.

In Kroměříž [1269][1] sept. 25.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. A 9) asservatur (A).[2]

Ed: CDM IV, pag. 30 num. 25 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 258 num. 664. — Böhmer, Regesta archiep. Maguntinensium II, pag. 377 num. 232. — Šebánek, Archivy, pag. 40 num. 229 (ex A).
Lit: Boháček, Das Römische Recht, pag. 289 (observationes iuridicae).

In tergi chartae replicatae dextro angulo inferiore scriba (B 22) pennam probans quasdam litteras, fortasse „Omn$\overset{2}{\text{s}}$ S“ *scripsit.*

Scriba: B 22 = vix cancellariae episcopi, potius mon. Sarensis proprius.[3] *Exempla script. num. 2 b, 19.*
Dictator: cancellariae episcopi proprius, qui stilo communi usus est.
Cf. num. 596.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (PPP), 3, Žďár (R), Ordo fratrum Templariorum (A).

B.,[4] dei gracia Olomvncensis episcopus, preceptori[5] et fratribus in Schekwiz[a] salutem cum plenitudine amicicie et || favoris. In causa, que vertitur inter abbatem[6] et conventum de Sar, ordinis Cistersiensis, ex una parte et vos || nomine ecclesie de Schekwiz super decima ville Michelsdorf, quam predicti abbas et conventus ad ecclesiam in Co||bals contendunt et asserunt pertinere,[b] cum iam processum esset usque ad apperturam attestationum, et termino prefixo ad obiciendum in dicta testium et personas, quia advocatus[7] ipsorum abbatis et conventus defuit eis non sperantibus de absencia eiusdem, officialis noster magister H.[8] de consensu et voluntate procuratoris vestri[9] dedit et concessit magistro H.,[10] doctori[c] decretorum, de ordine domus Thev.,[d] ut pro ipsis posset in iudicio postulare. Verum quia advocatus sic de novo concessus[11] instructus non erat in negocio, quo ad factum, ut dicebat, petebantur inducie ad videndum acta et ad instruendum in negocio; que quia denegate fuerant,[e] extitit appellatum ad venerabilem patrem et dominum archiepiscopum Maguntinum.[12] Abbas vero et conventus iam dicti, desiderantes nostrum consistorium debita reverencia venerari ac nostra iuridictione cause finem inponi, nobis iam pluries cum instancia supplicarunt, quatinus discussionem predicte peticionis induciarum et interlocutoria de peticione non admittenda ad diiudicandum assumere dignaremur, protestantes, si supplicacionem atmitteremus,[d] se velle ab appellacionis prosecucione omnimodis retrahere et supplicacioni loco appellacionis inherere, cuius supplicacionis tenor talis est: Vobis, pater venerabilis ac domine episcope Olomuncensis, obnixius supplicamus pro sentencia interlocutoria retractanda per magistrum H., officialem vestrum, lata contra nos in causa, que vertitur inter nos et fratres domus milicie Templi de Schekwiz super decima ville de Mychelsdorf, impeticione induciarum gracia novi[f] advocati, renunciantes appellacioni interposite ad dominum Maguntinum, si supplicacionem nostram diiudicandam[g] duxeritis acceptandam. Volentes igitur parcere laboribus parcium et expensis, supplicacioni annuimus, prout de iure fuerit annuendum; et quia ipsius cognicioni personaliter non potuimus interesse, honorabili viro H.,[13] preposito Olomuncensi ac archidiacono Brvnnensi, ipsam supplicacionis causam ad procedendum etiam in negocio principali, si opus fuerit, conmisimus terminandam, prefigentes vobis locum et terminum Brunnam in ecclesia sancti Petri V° idus octobris,[14] hora tercia, quati-

nus compareatis coram preposito memorato super supplicacione et aliis, quantum de iure expedit, processuri; sciturі, quod sive veneritis sive non, illum vobis terminum peremptorium assignamus. Datum in[h] Cremsir VII° kalendas octobris.[h]

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, in scidula membranacea valde laesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

594. [a]) *Scriba primum* ‚Schevkwiz' *scripsit, sed litteram* ‚v' *puncto subposito delevit in A.* — [b]) *Post vocem* ‚pertinere' *scriba* ‚P' *scripsit, quod puncto subposito delevit in A.* — [c]) *Ex* ‚doctore' *corr. est in A.* — [d]) *Ita A.* — [e]) *Littera* ‚a' *ex quadam alia corr. est in A.* — [f]) *Punctum geminatum (?) sequitur in A.* — [g]) *Littera* ‚u' *ex quadam alia littera per rasuram corr. est in A.* — [h–h]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Charta anni definitione caret; sed chartam num. 596 respicientes eam anno 1269 attribuere possumus.* — [2]) *Chartam a primordio in archivo mon. in Žďár asservatam esse, licet destinatarii eius fratres Templarii nominentur, pro certo haberi potest. Episcopus enim per chartam optata monasterii Sarensis explevit; vide supplicationem chartae insertam nec non ea, quae in capite* „Scriba" *superius dicuntur.* — [3]) *Manum similem enim in charta Agnetis, filiae Bočkonis, fundatoris mon. Sarensis, Brunae 1293 nov. 21 mon. Sarensi data (Reg II, pag. 700 num. 1631) vide.* — [4]) *Bruno.* — [5]) *Nomen ignoramus.* — [6]) *Winricum.* — [7]) *Nomen ignoramus.* — [8]) *Heidenricus.* — [9]) *Nomen ignoramus.* — [10]) *Plenum nomen ignoramus.* — [11]) *Suprascriptus magister H.* — [12]) *Wernherum.* — [13]) *Herbordo.* — [14]) *Oct. 11.*

595.

Bruno, episcopus Olomucensis, monasterio in Oslavany possessionem iuris patronatus ecclesiae Omnium sanctorum extra portam Brunensem [in Antiqua Bruna] confirmat.
In Modřice 1269 oct. 15.

Autographum in membrana scriptum olim in archivo mon. Oslavanensis asservatum, nunc in archivo civitatis Brunae (sub dato suo) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 32 num. 26 (e quodam apographo).
Reg: Reg II, pag. 259 num. 667.
Lit: Dušková, Listiny rudíkovské, pag. 257—258 n. 48 (scriba chartae). — KK, pag. 309 n. 1 (idem).

In tergo chartae manu registratoris nec non scribae mon. in Oslavany saec. XIII. scriptum legitur: „De ecclesia Omnium sanctorum" *(D = manus scribae Os 4).*

Scriba: B 23 (= Os 2), destinatarii proprius, cuius manus in chartis Oslavanensibus cum notis annorum 1260—1270 datis, quae autem re vera demum brevi ante annum 1270 aut dicto anno scriptae sunt, occurrit. Vide ex. gr. num. 227+ (A 2), 228, 355+ (A 1), 395+, 528+. Exempla script. num. 2 b, 19 a, cf. Exempla script. num. 3, 3.
Dictator: destinatarii proprius, qui verba chartae Brunonis episcopi mon. in Oslavany in Modřice 1263 oct. 12 datae (num. 393) repetit; quae typis minoribus exprimuntur.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (QQQ), 3, Oslavany (Z).

Bruno[a] dei gratia episcopus[b] Olomucensis, dilectis in Christo* abbatisse et conventui* in Oslawan, ordinis Cysterciensis,* saluten in Domino. [C]um[c] a nobis || petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad || effectum debitum perducatur. Cum igitur, sicut vestra nobis exhibita petitio continebat, Rudolfus, Poszoldi filius, civis Brunnensis, || pium liberalitatis et devotionis zelum erga vos et vestrum monasterium gerens, ius patronatus ecclesie Omnium sanctorum extra portam Brunnensem, quod habuisse dinoscitur a progenitoribus suis et iure hereditario translatum sit in eundem in vos duxerit transferendum, sicut in litteris* exinde confectis plenius dinoscitur contineri,[1] nos vestre devotionis supplicationis[d] inclinati dictique civis factum pium et providum* conmendantes in Domino, vobis ius presentandi ad dictam ecclesiam* nostro et successorum nostrorum et archidiaconi loci, qui pro tempore fuerit, per omnia iure salvo auctoritate ordinaria confirmamus, mandantes sub interminatione anathematis, ne quis hanc nostram confirmationem presumat infringere vel sibi[e] ausu temerario contraire. Datum in Moderitz[f] anno Domini M°CC°LXIX, idus[g] octobris.[f]

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, in filis sericis flavi coloris nec non cannabinis illaesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

---

595. [a]) *Littera ‚r' ex ‚b' corr. est in A.* — [b]) *Littera ‚e' videtur esse addita in A.* — [c]) *Ad maiorem litteram depingendam spatium vacuum relictum est in A.* — [d]) *Ita pro ‚supplicationibus' A.* — [e]) *Ita pro ‚ei' in A.* — [f–f]) *Alia penna, alio atramento, sed fortasse eadem manu scriptum est in A.* — [g]) *Ita A.*

[1]) *Vide chartam Rudolphi, Poszoldi filii, [civis Brunensis], Brunae 1260 sept. 26 datam, num. 237.*

596.

Bruno, episcopus Olomucensis, quaestionem, quae inter monasterium in Žďár [nad Sázavou] et fratres Templarios [in Čejkovice] vertebatur super iure parochiali et decimis in Vrbice, modo accurate descripto terminat.

In Kelč 1269 oct. 25.

Apographum praebet codex mnscrus chart. saec. XVII. „Diplomatarium monasterii Zarensis 1252—1642 . . ." *intitulatus, in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. 60/7) asservatus, pag. 28 num. 16 (B).*

Ed: Steinbach II, pag. 28 num. 16 (ex autographo in archivo monasterii olim asservato) (= E).[1] — *CDM IV, pag. 32 num. 27 (ex E).*
Reg: Hormayr, Archiv 1827, pag. 10. — Hormayr, Taschenbuch 1842, pag. 466. — Reg II, pag. 259 num. 668.

Dictator: cancellariae episcopi proprius, qui stilo communi usus est.
Cf. num. 594.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (RRR), 3, Žďár (S), Ordo fratrum Templariorum (B).

Nos Bruno, dei gratia Olomucensis episcopus, universis notum facimus, quod cum inter venerabilem virum dominum abbatem de Sar[2] et conventum ejus et fratres domus[a] militiae de Templo quaestio verteretur et jam dudum agitata fuisset super jure parochiali et decimis in Michelsdorf, tandem ad parcendum laboribus et expensis placuit eis nobis tanquam arbitris committere totum factum.[3] Nos consideratis circumstantiis hujus[b] rei[b] eam terminavimus in hunc modum: quod ecclesia in Seguihe, cujus jus patronatus spectat ad fratres militiae Templi pleno jure, gaudeat jure parochiali de villa Michelsdorf et quod ecclesia de Cobelche, cujus jus patronatus spectat ad abbatem et conventum de Sar, tollat de sex laneis de praefata villa Michelsdorf decimas, quae dari consueverunt, vel quae dari contingeret procedente tempore de eisdem. Volumus etiam, quod cum viginti lanei sint in Michelsdorf et non plures, determinentur sex lanei de eisdem, qui non de pejoribus sint, non de melioribus, de quibus parochiae de Cobelche praedictae decimae annis singulis exsolvantur. Hujus rei testes sunt: Henricus plebanus de Mognich, Joannes vicarius domini episcopi, Hugo vicarius sancti Mauritii, Cuno et Gebhardus milites. Actum et datum in Kelch anno Domini 1269, 8. calendas novembris, indictione 15.[4]

---

596. [a]) *Vox deest in E.* — [b–b]) ‚hujusce' *B, E.*

[1]) *Autographum ne in invetario quidem vetusto archivi eiusdem monasterii a J. P. Cerroni post abolitionem eius conscripto annotatum est. In hac editione ex E solummodo graviores variationes textus praebemus.* — [2]) *Winricum.* — [3]) *Cf. libellum in num. 594.* — [4]) *Ad annum 1269 recte indictio XII. pertinet.*

597.[++]

Bruno, episcopus Olomucensis, Bertholdo, iudici de Staříč, et socio ipsius Henrico, iudici de Fryčovice, civitatem Brušperk construendam et locandam sub condicionibus expresse nominatis confert.

In Kietrz 1269 dec. 6.

Charta autographi instar in membrana scripta in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. E I a 1) asservatur (B). — Apographa saec. XIV. exstant in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap. sign. E I 27) asservato, pag. 50 num. 59, pag. 165 num. 193 (C, D).

Imago phototypica: Brušperk, apud pag. 32.
Ed: CDM IV, pag. 33 num. 28 (ex B). — Gengler, Codex, pag. 281 num. 128 (ex CDM).
Reg: Bischoff, Österreichische Stadtrechte, pag. 9 s. num. — Kopetzky, Regesten, pag. 124 num. 101. — Reg II, pag. 259 num. 669. — CDS VII. 2, pag. 178 num 1335. — Scholz—Babisch—Wendt, Quellen zur Handelsgeschichte, pag. 177 num. 260.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 149—150 (corr. lect. Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 690 num. 46 (idem). — Berger, Die Besiedelung des deutschen Nordmährens, pag. 148, 307—309 (rei deliberatio). — Brušperk, pag. 33—37 (idem).

Scriba: B 24 = ignotus, certe cancellariae episcopi, quamvis coaevus sit, haud proprius; sane enim negligens atque linguae Latinae ignarus erat, sicut e textu chartae (vide inferius notas competentes) apparet. Chartam a destinatarii scriba, per occasionem scribente, cui membrana satis spatiosa praesto non erat (vide notam l—l), scriptam esse verisimiliter coniciendum est. Exempla script. num. 2 b, 20.
Dictator: fortasse idem atque scriba, normae stili cancellariae episcopi plane ignarus; nam pro recta „nos" forma „ego" forma usus est. Qui error facile explicari poterit, si conicerimus dictatorem in textu chartae conficiendo locationis charta (nunc deperdita) a quodam nobili data usum esse. Cf. num. 607, ubi Brušperk iam expresse „civitas" nominatur. Attamen ex omnibus superius dictis apparet chartam sinceram nullo modo esse posse, quamquam iam saec. XIV. ab episcopis Olomucensibus pro sincera habebatur.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (SSS), 5, De chartae apud civitates usu (SS).

⁑In nomine Domini amen.⁑ Ut ea, que fiunt in tempore, simul non labantur cum tempore, litterarum inmortalitate solent commendari.[a] Notum igitur sit omnibus tam presentibus || quam futuris, quod ego Bruno, dei gracia Olomuncensis ecclesie episcopus, ad emendacionem mearum hereditatum et meam et Olomuncensis ecclesie utilitatem proposui construere civitatem, quam con||struendam et locandam confero fidelibus iudicibus meis, silicet[b] Bertoldo, iudici de Staritz, et suo socio Henrico, iudici meo de Vreccendorf, ut sicut mihi, civitatem, quam || Brunsperh nuncupavi, promiserunt, fideliter debeant construere et collocare. Ego autem in remuneracione laborum, quos facient dictam civitatem construendo, et eorum fidelis servicii, quod semper diligenter inspexi, confero sextam curiam liberam preter duas curias liberas, quas principaliter cum aliis libere possidebunt. Confero eciam eisdem fidelibus meis molendinum unum cum duabus rotis liberum ipsis et eorum successoribus in perpetuum libere possidendum. Addo eciam eisdem fidelibus meis eorumque successoribus stubam unam balniariam libere possidendam. Debent autem ipsi fideles iudices[c] mei quatuor maccellas liberas, quatuor bancos, in quibus panes solent vendi, eciam quatuor bancos, in quibus calcei solent vendi, liberos obtinere ipsi eorumque success[o]res[d] in perpetuum libere possidendum. Preterea[e] maiorem[f] graciam eisdem inpendendo confero in villa civitati adiacenti,[1] quam lacabunt,[b] sextum mansum liberum et molendinum liberum cum sola rota molari. Debent eciam obtinere mei cives ad pascua pecorum eorum liberos duos mansos; et villa adiacens similiter ad pascua unum mansum liberum obtinebit. Preterea volo, ut ad ipsam civitatem meam,[g] silicet[b] Brunsperh, omnes adiacentes ville, silicet[b] Staritz et Vreccendof[b] et Brunswerde et Passecov, et siquid in terminis prescriptis adhuc poterit collocari, spectare teneantur, silicet[b] in iudicio maiori, quod est pro homicidio, pro adulterio, pro furtu[b] et singulis, quibus ville ad civitatem quamlibet spectare consueverunt, cum in villis pro vulneribus, vel quidquid alcius est, non debeat iudicari. Ut autem sepe dicti iudices mei circa huiusmodi civitatem construendam eo fidelius laborent, ius eis et omnibus civibus meis confero Meydburgense. Addo eciam supradictis iudicibus meis fidelibus tercium denarium de omnibus culpis iudiciariis. Confero eciam supramemorate[h] civitati[i] me[k] civibusque in ea habitantibus per duodecim annorum spacium[l] libertatem; ville autem adiacenti[i] libertatem per spacium sedecim annorum. Expletis autem XII annis liberis volo, ut de qualibet curia in civitate sex nummi persolvi teneantur; de villa autem expleta libertate, ut de aliis villis persolvere tenebuntur. Prete-

rea, ut promisi, quod meis civibus ius Meydburgense doceatur apud Oppauiam, teneor obtinere. Preterea[m] soli Bertoldo, iudici meo, confero allodium civitati mee adiacens libere et liberaliter possidendum. Et ut hec donacio stabilis et in statu semper inpolomi[b] perseveret, presesentem[b] cartulam[n] sigilli mei munimine tradidi roboratam testibus mediantibus, qui prefate donacioni, cum fieret, affuerunt,[o] quorum nomina hoc modo nuncupantur: dominus Herbordus dapifer, dominus Henningus filius eius, dominus Conradus filius eius, dominus Ditricus de Hell, dominus Bruno de Spenthoven et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec in Ketcer anno Domini M°CC°LXIX, in die beati Nicholai.[l]

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis,[2] cuius corium cum sigilli imagine avulsum et deperditum est, in scidula membranacea dextrorsus e medio chartae replicatae collocatum appendet.

597.[++] [a]) ‚omendari' *B.* — [b]) *Ita B.* — [c]) *Littera* ‚e' *ex* ‚i' *corr. est in B.* — [d]) *Quod uncis clausimus, cum membrana destructa periit in B.* — [e]) ‚Ptȇ' *in B.* — [f]) *Ex* ‚maiori' *corr. est in B.* — [g]) *Ex* ‚nostram' *corr. est in B.* — [h]) *Prima* ‚e' *ex* ‚a' *(?) corr. est in B.* — [i]) *Ultima* ‚i' *ex* ‚a' *corr. est in B.* — [k]) *Ita pro* ‚mee' *in B.* — [l–l]) *Scriba lineas densiores fecit et scripturam coartavit in B.* — [m]) ‚Ptȇa' *in B.* — [n]) *Scriba* ‚caltulam' *scripsit, sed primam* ‚l' *radendo in* ‚r' *corr. in B.* — [o]) *Potius* ‚affiterunt' *legi potest in B.*

[1]) *Nomen villae ignoramus.* — [2]) *Etenim longitudine nec non latitudine sigillum mensuris sigillorum Brunonis episcopi accurate respondet.*

598.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, monasterio in Litomyšl pro bonis circa Polička sitis, per nobiles suos occupatis alia bona ibidem iacentia confert.

Pragae 1269 dec. 19.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Litomyšl, sign. L IV ŘP Litomyšl num. 10) asservatur (A). — Apographum insertum est chartae Alberti de Šternberk, episcopi Lutomislensis, a Petro, quondam Johannis de Kasejovice, clerico Pragensis dioecesis, publico imperiali auctoritate notario, conscriptae, in Litomyšl in domo habitationis episcopi 1366 oct. 3 datae, cuius chartae nondum typis editae (cf. Nejedlý, Litomyšl, pag. 151) autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Rajhrad, sign. C g 9) asservatur (B).

Ed: CDM IV, pag. 35 num. 29 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. XXXVI s. num. — Reg II, pag. 260 num. 670. — Šebánek, Archivy, pag. 40 num. 230 (ex A).
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 313, 315, 316, 325—326, 330 n. 200, pag. 363 (Lt 2).

Scriba: P II 73 = cancellariae regiae membrum, quamquam manus eius in nulla alia charta reperitur. Exempla script. num. 1 a, 56.
Dictator: magister Petrus cancellarius (cf. ex. gr. nominatim chartam num. 602).
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (Q), 3, Litomyšl (G).

⁝In nomine⁝ sancte et individue trinitatis amen. Nos Othakarus, dei gracia || Boemie[a] rex, dux Austrie et Styrie ac marchio Morauie, omnibus in perpe||tuum. Cum oblivio sit noverca pacis, mater calumpnie et licium suscitatrix, || necesse est, ut gesta principum ad cautelam et evidenciam futurorum litterarum apicibus commendentur, ut ex scripture testimonio rei geste aquiratur memoria et calumpniandi materia apud posteros auferatur. Eapropter ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod cum Stephanus, venerabilis abbas, et conventus monasterii in Luthomizl de omni iure proprietatis, quod eisdem in bonis Poliska et terminis circum adiacentibus, videlicet ab ortu Dezne usque ad fluvium Zwratkam, deinde inferius usque ryvum Strahwiov et abinde contra Albos lapides et usque ad fluvium Zwytauam, per fideles nostros Hermannum[1] et Ymmrammum[2] et quosdam alios violenter actenus occupatis,[b] cesserint et renunciaverint spontanea voluntate, nos in hiis abbatis et conventus predictorum devotionis affectum grato animo colligentes, ut nostri favoris gracia, qua[c] predictum monasterium prosequimur, appareat evidencius operum argumentis atque etiam, ut fidelia et devota obsequia, que prefatus abbas nobis exhibuit, commoditatis fructum afferant ecclesie memorate, de bonis nostris, que circa prelibatam Poliskam habemus, sexaginta laneos tam de rudi silva quam de silva exstirpata inter Latam vallem contra ortum Dezne et fluvium Borownice sitos monasterio supradicto contulimus ad usus perpetuos possidendos. In cuius rei evidenciam clariorem presentem paginam conscribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari. Testes igitur collationis nostre sunt: Andreas Boemie camerarius, Vlri[cu]s[d] purgravius Pragensis, Hartlebus Morauie camerarius, Ierozslaus frater Galli, Bvrchardus marscalcus Boemie, Bawarus de Straconitz, Gallus pincerna Boemie, Albertus purgravius de Castello et Theodericus frater suus purgravius in Ponte, Albertus et Ierozslaus filii Dezslay de Sternenberch, Diuissius dapifer, Dizslaus submarscalcus, Onso subpincerna, Chunradus magister coquine et alii quamplures fideles regni nostri. Actum Prage anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, datum ibidem anno predicto per manum magistri Petri, venerabilis Wissegradensis ecclesie prepositi, cancellarii regni nostri, XIIII° kalendas ianuarii, anno coronationis nostre octavo, indictione duodecima.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

598. [a]) ‚Boēm' *A.* — [b]) *Vox* ‚competebat' *videtur deesse in A.* — [c]) *Vox fortasse addita est in A.* — [d]) *Quod uncis clausimus, cum membrana destructa periit in A.*

[1]) *Fortasse de Letovice.* — [2]) *Cognomen ignoramus.*

599.++

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis (sic),[1] arbitrium in causa, quae vertebatur inter Budišum, abbatem Gradicensem, et monasterium eius ex una et Albertum fratresque suos, filios Zdislai de Šternberk, ex altera parte super silva apud Domašov [u Šternberka], per arbitros expresse nominatos latum auctoritate regia confirmat.

Pragae 1269 —.[2]

Charta autographi instar in membrana scripta in SAR Brunae (archivum mon. Gradicencis, sign. I 8) asservatur (B). — Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 20—21 num. 18 (C).*[3] *— Aliud apographum exstat in fragmento mnscri chart. saec. XVIII.* „Varia memorabilia" *intitulati, quod ad M. Siebenaicheri Historiam, cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, agglutinatum est, fol. 287^{v} — 289 (D).*[4]

Ed: Sternberg, Umrisse I. 2, pag. 25 num. 17 (ex B). — CDM IV, pag. 36 num. 30 (ex B).
Reg: Reg II, pag. 261 num. 672. — Gradl, Monumenta, pag. 99 num. 273. — Šebánek, Archivy, pag. 40 num. 231 (ex B; falsitas chartae accipitur).
Lit: Teige, Zpráva, pag. 51—52 (charta pro sincera habetur). — ČMM 39, pag. 371 (annotationes diplomaticae a G. Friedrich factae). — Fiala, Kancelář, pag. 199 (dictator chartae statuitur). — KK, pag. 104 n. 4 (origo scribae chartae statuitur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 318, 320, 364 (Gr 2). — Kreps, První hamry, pag. 37—40 (tota res examinatur).

In tergo chartae manu registratoris mon. Gradicensis saec. XIII. ex. seu XIV. in. scriptum legitur: „Privilegium de Domassow Premisl, regis quinti" *(B).*

Scriba: P II 74 = destinatarii (mon. Gradicensis) proprius[5] *exeunte saec. XIII. seu ineunte saec. XIV. munere suo fungens. Exempla script. num. 1 a, 57.*
Dictator: destinatarii (mon. Gradicensis) proprius, qui charta quadam eidem monasterio data, a magistro Petro cancellario dictata (cf. prooemium chartae nominatim cum prooemio chartae num. 585), nunc deperdita usus est.
Omnibus superius nec non inferius (n. 1) dictis docemur chartam exeunte saec. XIII. seu ineunte saec. XIV. in monasterio Gradicensi fictam esse.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (R), 3, Kl. Hradisko (G), 4, De chartae apud nobiles usu (BBBB).
Imagine phototypica C (vide in prooemio) usi sumus.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Cum in humanis disposicionibus nichil ad summe soliditatis culmen valeat pervenire, set semper de gestis hominum, quamvis racionabilibus, tamquam de navi, que fluctibus est exposita, sub || serenitatis tempore oblivionum nebulas et calumpniarum timeri oporteat tempestates, necesse est, ut ea, que racionabiliter fiunt, scriptis autenticis roborentur, ut scripture testimonio rei geste acquiratur memoria et calumpniandi materia || aput posteros auferatur. Hinc est, quod nos Premizl, dei gracia quintus rex Boemie, dux Austrie, Stirie et Karintie, marchio Morauie, dominus Karniole, Marchie, Egre et Portus Naonis, ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod || in causa, que super silva sita aput villam Domasow et ferrifodinis eiusdem

silve et lapidibus molaribus, qui ibidem exciduntur, inter venerabilem abbatem Budis Gradicensem et monasterium eiusdem loci ex una et Albertum et fratres suos, filios Sdezlai de Sternberch,[6] ex parte altera vertebatur, in dilectos fideles nostros Cunonem camerarium et Nezamizl burchravium Olomucensem, de nostro speciali mandato et consensu parcium utrarumque fuisset arbitrio compromissum,[a] iidem arbitri de maturo consilio et cause meritis discussis diligentius hinc inde talem arbitrii sententiam protulerunt, quod inter abbatem et filios Sdezlai supradictos in pretacta silva esse debeat terminorum distinctio infrascripta, que est talis: scilicet inter viam, per quam itur de Sternow versus Bunowicz, villam monasterii, et aliam viam, per quam itur de castro Sternberch versus Lasczan, villam monasterii, sunt mete, que vulgo hranicie nuncupantur; deinde directe per fluvium Olesnik, qui facit metam, est eundem[b] usque ad originem suam; et ibi est meta posita, que vulgo dicitur kopecz. Deinde directe[c] trans montem procedendo sunt mete,[c] que vulgo hranicie dicuntur, usque ad fluvium[d] Debrnik, ubi est meta, que vulgo dicitur kopecz; qui fluvius per ascensum facit metam usque ad suam originem; et ibi est posita meta, que vulgo dicitur kopecz. Deinde per directum eundo sunt signa, que vulgo hranicie dicuntur, usque ad[d] viam publicam, que vulgo dicitur Rudna ciesta; que via versus orientem facit metam cum signis, que vulgo dicuntur kopci; trans fluvios, scilicet Lodnincie,[e] Hrussowi, Sirz,[f] usque ad pontem fluvii Bistricie, ubi circa pontem positum est signum, qui[g] vulgo dicitur kopecz; fluvius vero Bistricie per descensum fluens facit metam usque ad locum, qui vulgo dicitur Bychotino pole. Deinde directe procedendo per semitam usque ad originem fluvii, qui dicitur vulgo Hraniczni; fluvius vero predictus per descensum fluens facit metam usque ad viam, que vulgo dicitur Gywowska ciesta; via vero predicta metam facit usque ad originem fluvii, qui vulgo dicitur Strelni;[i] fluvius vero predictus per descensum fluens facit metam, sicut fluit in fluvium Lodinnicie; predictus vero fluvius per descensum fluens facit metam usque subtus villas Lasczan monasterii Gradicensis ex una et villam Belkowici ex altera. Quicquid autem in predicta silva, agris,[k] campis vel fluviis ex utilitate auri et omnium metallorum de cetero provenerit infra distinctionem signorum et metarum supradictarum, ad monasterium pertinet memoratum. Fluvii vero supradicti sunt cum libera ripa et aqua monasterii, ita quod in ipsis molendina sine aliqua contradictione Alberti et fratrum suorum et ipsorum successorum ceterorumque vicinorum potestatem abbas habeat liberam faciendi. Item prefati arbitri ordinacione provida statuerunt, ut idem[l] Albertus et fratres sui, filii Sdezlai memorati, duo molendina, que vulgo hutte dicuntur, ad ferrifodinas pertinentia de parte sua et bonis in remociori fluvio Bistricie, ubi ipsorum molendina sive hutte alie sunt locate, que duas massas ferri qualibet septimana persolvant, predicto monasterio asignarent iure hereditario possidenda. Qui statim de eisdem molendinis sive huttis coram nobis in castro Olomucensi[m] libere cesserunt monasterio nominato sub tali forma: quod ubicuque[n] de cetero in bonis Alberti et fratrum suorum metallum ferri[o] posset inveniri, ad ipsorum molendina, homines monasterii nominati ad sua molendina duo predicta, metallum ferri absque aliqua contradiccione Alberti et fratrum suorum et hominum ipsorum accipiendi habeant liberam potestatem; huius sentenciam arbitrii pena centum et quinquaginta marcarum argenti vallantes, quarum

centum camere nostre cedent et quinquaginta arbitris prenotatis.[p] Destinati sunt ex parte etiam predictorum arbitrum[q] sollempnes milites cum beneficiariis, videlicet dominus Lupus de Dobroticz, Andreas Cauca de Luchan,[r] Martiezt de Pruss, Walcho de Strelecz, camerarii vero Swaton et Hostec et Ospel, ossadni ad[s] ad[s] revocandas et determinandas metas predictas secundum ius terre. Nos vero dictum arbitrium, ut maiori roboretur fulcimine firmitatis, presertim cum ipsum de consensu parcium et virorum discretorum processerit consilio mediante, auctoritate regia confirmamus tali condicione, quod si umquam Albertus vel fratres sui seu successores ipsorum predictum arbitrium, immo nostram regiam confirmacionem infringere attemptaverint, ipso facto offensores regie maiestatis censeantur et predictam penam, scilicet[t] centum et L[a] marcas argenti, solvant et a suo totaliter cadant iure. In huius rei testimonium presentem paginam scribi fecimus monasterio nominato sigillorum nostrorum munimine roborantes. Huius rei testes sunt: Harthlebus burchravius de Weuerii, Cuno camerarius, Nezamizl burchravius, Iohannes iudex Olomucensis,[m] Zdizlaus villicus provincie, Wsebor filius Egydii camerarius Wietowiensis, Hrabisse frater suus de Vssow, Wilhelmus de Nameszc, Koyata frater suus, Wocko filius Dirsizlai de Krawar, Beneda de Dubiszco, Wilhelmus filius suus, Radozlaus de Radzlauicz, Wnzata dapifer regis, Bohusse de Drahotus marsalcus regis filius Cirhonis, Lvpus de Dobroticz, Andreas Cauca de Luthan,[r] Martiezc de Pruss, Budizlaus Prauonicz de Vyezd, Wlastibor de Wasan et alii quam plures. Datum Prage anno Domini M°C°C°LX°IX° per manus magistri Petri, prepositi Wissegradensis, cancellarii regni nostri.

Sigillum: in filis sericis flavi coloris appendebat; sed avulsum et deperditum est.

599.[++] *a) ‚promissum' B. — b) Ita B pro ‚eundum', quod in C et D legitur. — c–c) ‚per directum eundo sunt signa' legitur in C, D. — d–d) Deest in C, D. — e) ‚Lodnicie' B, ‚Lodinnicze' C, ‚Lodunicze' D. — f) ‚Schriz' C, ‚Schricz' D. — g) Ita B, ‚quod' in C, D legitur. — i) ‚Contrelni' C, D. — k) Sequitur ‚et' in C, D. — l) ‚iidem' C, D. — m) ‚Olom' B. — n) Ita B, titulus enim deest. — o) Vox deest in C, D. — p) ‚prenominatis' legitur in C, D. — q) Ita in B — D; prima littera ‚r' in scribendo ex ‚b' correcta est in B. — r) ‚Luczan' C. — s–s) Ita in fine unius et in initio alterius lineae scriptum est in B. — t) Cum titulo eraso scriptum est in B.*

[1]) *Tituli regis hoc loco positi omnes in nulla sincera charta eius ante 1270 oct. 27 (Reg II, pag. 279 num. 719 nec non suo tempore in regestorum serie huius tomi) data reperiri possunt.* — [2]) *Charta post febr. 5 (qui est dies obitus Roberti, antecessoris abbatis Budiši) ponenda est.* — [3]) *Varietates maioris momenti inter B et C in notis vide.* — [4]) *Textus D valde corruptus ex C videtur esse descriptus, sicut e notis competentibus, in quibus hunc textum respeximus, patet; cf. autem n. q.* — [5]) *Scripturae suae ductu scriba P II 74 et scriba spurii Gradicensis CDB II, pag. 364 num. 352 inter se cohaerent.* — [6]) *Benesum, Jaroslaum et Zdenconem.*

600.

Černín de Popovice monasterio in Oslavany bona expresse nominata in Studyň vendit, recedens de consensu fratrum suorum Hartlebi, camerarii Moraviae, burggravii in Veveří, et Boliborii ab omni iure, quod ibidem videbatur habere.

Brunae [in iudicio provinciali][1] 1269 —.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 32) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 39 num. 31 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 262 num. 673. — Šebánek, Archivy, pag. 41 num. 232 (ex A).
Lit: Dušková, Listiny rudíkovské, pag. 251—252, 272 (scriba et dictator statuuntur). — KK, pag. 339. — Dušková, Česká listina 2, pag. 176, 186 (sigillum chartae nec non iuris actionis processus tractantur).

In tergo chartae manu registratoris mon. Oslavanensis saec. XIII. scriptum est: „De laneis in Stvdin" *(B = Os 4 a).*

Scriba: Os 4 = destinatarii proprius, cuius manus in chartis inter annos 1266—1275 mon. in Oslavany datis occurrit. Cf. Exempla script. num. 3, 4.
Dictator: destinatarii proprius, qui proprietatibus stili, quae inter annos 1259—1275 in monasterio Oslavanensi usurpari solebant, utitur. Cf. chartam sequentem num. 601.
Vide: II. 3, Oslavany (AA), 4, De chartae apud nobiles usu (CCCC).

In nomine Domini amen. Nos Schernin de Popwiz omnibus hanc litteram inspecturis ad rei memoriam sempiternam. Ne in || dubium veniant, que geruntur, rati habicio eas debet pro securitate parcium solidare. Inde est, quod notum esse volumus presencium inspec||toribus et auditoribus universis, quod quidam contractus de facto intervenit inter nos ex parte una et venerabilem in Christo abbatissam[2] et eius conventum de || Ozla, Cisterciensis ordinis, ex parte altera super emptione, videlicet VII laneorum et unius curticule,[a] pratis, pascuis et rubetis in villa, que vocatur Studin, pro XXX[a]IIII[or] marcis argenti, que omnia in nos iure successionis hereditario a nostris progenitoribus translata fuerunt et in earum[b] possessione longo tempore fuimus pacifice et quiete, recedentes dumtaxat de consensu fratrum nostrorum, videlicet domini Hartlibi, camerarii Morauie, burgravii in Eichorns, et domini Boliborii ab omni actione et iure, quod in eisdem bonis videbamur habere,[3] nichilominus aput clarissimam in Domino abbatissam et moniales prefati monasterii de Ozla talionis et sponsionis vinculo bona fide nos astringentes, quod, si in futurum de bonis eisdem per qualemcumque viam controversie ipsas contigerit inpediri, nos in bonis nostris equipollentes redditus ad usus earundem restituemus, donec partis adverse lites per omnia decidantur. In cuius rei testimonium, evidenciam, memoriam et cautelam, quia sigillo proprio caruimus, rogavimus fratrem nostrum,[4] ut presens littera sigilli sui munimine reciperet firmamentum. Acta sunt hec in Brunna anno Domini millesimo CC°LX°IX° coram testibus subnotatis: domino Chunone,[c] domino Bznetone, domino Bohus, domino Philippo de Medelowe, Matheo de Cobals, Boliborio fratre nostro, Petro de Othsassowe, Droschelino, Blasio provinciali Brunnensi, Stizlawo et Ernesto fratribus de Lochwan et aliis quam pluribus tunc ibidem collectis.

Sigillum: Hartlebi camerarii in filis cannabinis atque sericis flavi et glauci coloris fere illaesum appendet. Cf. Sigilla num. 4 a, 6.

---

600. *a) Praepositio* ‚cum' *videtur deesse in A. — b) Ita A. — c) Littera* ‚C' *(maior) ex* ‚c' *(minori) corr. est in A.*

[1]) *Sicut e testium formula chartae clare apparet.* — [2]) *Fortasse Jutam.* — [3]) *Cf. chartam sequentem (num. 601).* — [4]) *Hartlebum.*

601.

Hartlebus, camerarius Moraviae, burggravius in Veveří, testatur inter monasterium in Oslavany et fratrem suum Černínum [de Popovice] contractum super emptione bonorum expresse nominatorum in Studyň intervenisse dictumque fratrem suum suo nec non fratris Boliborii accedente consensu ab omni iure, quod ibidem videbatur habere, recedisse.

Brunae [in iudicio provinciali][1] *1269 —.*

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 33) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 40 num. 32 (ex A).
Reg: Reg II, pag 263 num. 674. — Šebánek, Archivy, pag. 41 num. 233 (ex A).
Lit: Dušková, Listiny rudíkovské, pag. 251—252, 272 (scriba et dictator chartae statuuntur). — KK, pag. 339. — Dušková, Česká listina 2, pag. 176, 186 (sigillum chartae nec non iuris actionis processus tractantur).

In tergo chartae manu registratoris mon. Oslavanensis saec. XIII. scriptum est: „De laneis in Stvdin“ *(B = Os 4 a).*

Scriba: Os 4 = destinatarii proprius, cuius manus in chartis inter annos 1266—1275 mon. in Oslavany datis occurrit. Cf. Exempla script. num. 3, 4.
Dictator: destinatarii proprius, qui proprietatibus stili, quae inter annos 1259—1275 in monasterio Oslavanensi usurpari solebant, utitur nec non charta num. 600 usus est; quae litteris minoribus exprimuntur. Vide: II. 3, Oslavany (BB), 4, De chartae apud nobiles usu (DDDD).

In nomine Domini amen. Nos Hartlibus, camerarius Morauie et burgravius in Eikorns, omnibus hanc litteram inspecturis ad rei memoriam ‖ sempiternam. Cum in rebus humanis, prout sacris canonibus sanccitum reperitur, summum[a] sit bonum colere iusticiam ac unicuique servare iura sua[2] et ‖ humane fidei nil magis congruum sit et honestum, quam ut pacta inita inter contrahentes inviolabiliter observentur, inde est, quod notum esse volumus presencium inspecto‖ribus et auditoribus universis, quod inter venerabilem dominam abbatissam[3] et coventum sanctimonialium monasterii de Ozla, Cisterciensis ordinis, ex parte una et fratrem nostrum dominum Szernin ex altera quidam contractus de facto intervenit* super emptione, videlicet VII laneorum et unius curticule,[b] pratis, pascuis et rubetis in villa, que vocatur Studin, pro XXXIIII[or] marcis argenti, que omnia ad ipsum iure successionis hereditario a suis progenitoribus translata fuerunt et in eOrumdem possessione longo tempore fuit pacifice et quiete, recedenS nostro dumtaxat* consensu et fratris nostri* domini Boliborii ab omni actione et iure, quod in eisdem bonis videbatur habere,[4] nichilominus aput clarissimam in Domino abbatissam et moniales prefati monasterii de Ozla talionis et sponsionis vinculo* se astringenS, quod, si in futurum de bonis eisdem per qualemcumque viam controversie ipsas contigerit inpediri, frater

noster in bonis suis equipollentes redditus ad usus earundem restituet, donec partis adverse lites per omnia decidantur. In cuius rei testimonium, evidenciam, memoriam et cautelam, quia frater noster sigillo proprio caruit, supplicavit nobis, ut presens littera sigilli nostri munimine reciperet firmamentum.

Acta sunt hec in Brunna anno Domini millesimo CC° LX° nono coram testibus subnotatis: domino Chunone, domino Bznetone,[c] domino Bohus, domino Philippo de Medelowe, Matheo de Cobals, Boliborio fratre nostro, Petro de Othsassowe,[d] Droschelino, Blasio provinciali Brunnensi, Stizlawo et Ernesto fratribus de Lochwan[e] et aliis quampluribus tunc ibidem collectis.

Sigillum: Hartlebi camerarii in filis cannabinis atque sericis flavi et glauci coloris fere illaesum, sed conservatione integratum appendet. Cf. Sigilla num. 4 a, 6.

---

601. [a]) *Cum titulo super* ‚m' *eraso in A.* — [b]) *Praepositio* ‚cum' *videtur deesse in A.* — [c]) *Litterae* ‚netone' *in loco raso, ubi prius brevior vox erat, scriptae sunt in A.* — [d]) *Littera* ‚a' *ex* ‚e' *corr. est in A.* — [e]) ‚Loc͡hwa' *A.*

[1]) *Sicut e testium formula clare apparet.* — [2]) *Cf. Dig. 1, 1, 1* § *1* ‚Cuius *[scilicet iuris]* merito quis non sacerdotes appellet, iusticiam namque colimus'. — [3]) *Fortasse Jutam.* — [4]) *Cf. chartam praecedentem num. 600.*

602.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae et Stiriae marchioque Moraviae, civibus suis de Jihlava statutum super constructione casarum ad civitatem pertinentium dat.

In Jihlava 1270 ian. 12.

Autographum in membrana scriptum in OA Jihlava (archivum civitatis Jihlava, sign. num. 5) asservatur (A). — Apographum vidimationis chartae a monasterio Sarensi in Žďár [nad Sázavou] 1537 febr. 26 datae insertum est, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. num. 433) asservatur (B).[1]

Imago photypica: Hoffmann, Jihlavský m. stav. řád z r. 1270 (in appendice).
Ed: CDM IV, pag. 41 num. 33 (ex A). — Tomaschek, Deutsches Recht, pag. 326 num. 2 (ex CDM).
Reg: Chlumecký, Die Regesten, pag. 13 num. 5 (ex. A). — Böhmer, Add. sec., pag. 444 num 215. — Reg II, pag. 263 num. 677. — Hoffmann—Křesadlo, Inventář, pag. 13 num. 5 (ex A).
Lit: Fiala, Kancelář, pag. 201 (dictator chartae haud recte statuitur). — Vysočina 2, pag. 200 (annotationes ad rem spectantes, charta erronee ad a. 1269 ponitur). — Hoffmann, Jihlavský m. stav. řád z r. 1270 (rei tractatio, translatio chartae in Bohemicam linguam praebetur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 313, 315—316, 324, 327, 363 (Ig 2).

Scriba: P II 75 = verisimillime cancellariae regiae membrum, quamquam manus eius in nulla alia charta reperitur. Exempla script. num. 1 a, 58.
Dictator: magister Petrus cancellarius (cf. ex. gr. nominatim chartam num. 598).
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (S), 5, De chartae apud civitates usu (TT).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Othacarus, dei gracia Boemie[a] rex, dux || Austrie et Styrie ac marchio Morawie, omnibus in perpetuum. Cum oblivio sit mater calumpnie, nover||ca pacis et licium suscitatrix, actus nostros atque ordina-

ciones legitimas, que sapere videntur profec||tus et commoda subditorum, scriptis consuevimus autenticiis[b] roborare, ut ex scripture testimonio rei geste aquiratur memoria et calumpniandi materia apud posteros auferatur. Quapropter scire cupimus universos presentes litteras inspecturos, quod nos civium nostrorum de Iglauia devocionis merita et parata fidelitatis obsequia, que nostre celsitudini exhibere iam dudum cum promptitudinis diligencia studuerunt,[c] respectu gratuito intuentes volentesque eciam, ut servicia eorundem, quanto amplius êa ad nostra beneplacita extenderunt, tanto ampliori per nos remuneracionis premio coronentur, eisdem civibus ex gracia speciali duximus indulgendum, ut case dumtaxat ad Iglauiensem pertinentes civitatem debeant decetero permanere et quod iidem[d] cives liberam habeant facultatem casas, ubi necesse fuerit, pro eiusdem[e] civitatis utilitatibus erigendi. Qua re, ne huiusmodi nove gracie per priores indulgencias super constructione casarum per nos concessas[2] preiudicium valeat generari, provide duximus statuendum, ut case, per quoscunque constructe fuerint, que in nocumentum sive dampnum vergere videntur prehabite civitatis, penitus diruantur nec decetero erigantur ulle case, nisi quarum[f] constructio de consilio et consensu processerit civium predictorum. Ad cuius igitur rei evidenciam clariorem presentem paginam conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari testium nominibus, qui presentibus affuerant, infrascriptis, qui sunt: Andreas Boemie camerarius, Hartlebus Morawie camerarius, Burcardus marschalcus Boemie, Gallus pincerna Boemie, Bohusse marschalcus Morawie, Wznata dapifer Morawie, Nezamisl pincerna Morawie et alii quam plures fidelis[b] nostri. Actum Iglauie anno Domini M°C°C°LXX°, pridie idus ianuarii, datum ibidem anno et die predictis per manum magistri Petri, wenerabilis[b] Wissegradensis ecclesie prepositi, cancellarii regni nostri, indictione XIII[a], anno coronacionis nostre nono.

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis flavi et rubri coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

602. [a]) ‚Boẽm' *A.* — [b]) *Ita A.* — [c]) *Secunda littera* ‚u' *in scribendo ex* ‚e' *corr. est in A.* — [d]) *Prima littera* ‚i' *ex alia littera videtur esse corr. in A.* — [e]) *Scriba primum* ‚eisdem' *scripsit et radendo corr. in A.* — [f]) *Ex* ‚quorum' *alio atramento corr. est in A.*

[1]) *In repertorio antiquo chartarum civitatis Iglaviensis in OA Jihlava (archivum civitatis Jihlava, sign. Stará reg. Litteraria 1634) sub num. 6* ‚vidimus in hac materia' *Johannis, marchionis Moraviae, sub dato 1351 annotatus est; qui autem latet.* — [2]) *Priores indulgentias ignoramus.*

603.

Conradus, episcopus Frisingensis, se Přemyslo Otakaro II., regi Bohemiae, duci Austriae, Carinthiae et Stiriae ac marchioni Moraviae dominoque Carniolae et Marchiae, omnia feuda ecclesiae suae, quae post mortem Ulrici, ducis Carinthiae et domini Carniolae, vacaverunt, contulisse protestatur.

Viennae 1270 febr. 2.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Coronae regni Bohemiae, sign. num. 18) asservatur (A).

Ed: FRA (DD) I, pag. 105 num. 91 (ex A). — FRA (DD) XXXI, pag. 309 num. 284 (ex A). — ACRB I, pag. 28 num. 16 (ex A). — MHDC V, pag. 9 num. 14 (ex A).
Reg: FRA (DD) I, pag. LV num. 91. — Tangl, Handbuch IV. 1, pag. 7 s. num. (ad m. febr.). — Krones, MHVSt 22, pag. 132 num. 91. — Reg II, pag. 266 num. 689. — Krones, Forschungen 1, pag. 551 num. 113. — RI V. 2, pag. 1768 num. 12079. — Koss, Archiv, pag. 20 num. 17. — Dobenecker, Regesta IV, pag. 69 num. 465. — Wiesflecker, Regesten, pag. 229 num. 853. — Haas, Archiv Č. Koruny, pag. 4 num. 18. — Pferschy, Urkundenbuch, pag. 224 num. 371.
Lit: Koss—Bauer, Dějiny, pag. 46 (quaestio, ubi charta reposita fuerit, tractatur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 266 n. 32.

Scriba: fortasse episcopi Frisingensis proprius. Cf. manum similem (O 97) in charta Přemysli Otakari II. Conrado, episcopo Frisingensi, apud Znojmo 1276 iun. 2 data (= Reg II, pag. 426 num. 1021 nec non suo tempore in regestorum serie huius tomi).
Dictator: ignotus; cf. autem chartam ex adverso a Přemyslo Otakaro II. eidem episcopo sub eadem nota temporis et loci datam (= Reg II, pag. 266 num. 688 nec non suo tempore in regestorum serie huius tomi). Cf. etiam chartam Brunonis, episcopi Brixinensis, [Viennae] 1270 febr. 3 datam inferius sub num. 605; cf. etiam chartam deperditam Bertholdi, episcopi Bambergensis, 1270 febr. 2 seu 3 datam, apud Koss—Bauer, Dějiny, pag. 47 n. 36 commemoratam.
Vide: II. 1 a, P. O. II.

Nos Chunradus, dei gratia Frisingensis episcopus, tenore presentium protestamur, quod universa feoda, que per mortem domini Vlrici, incliti || ducis Karinthie et domini Carniole, bone memorie,[1] nobis et ecclesie nostre vacaverunt, domino Otakaro, serenissimo Bohemorum regi, duci Austrie, || Karinthie et Stirie ac marchioni Morauie dominoque Carniole et Marchie, et suis heredibus de bona et libera voluntate contulimus in perpetuum iure || feodi possidenda, consideratione provida attendentes defensionis et commoditatis[a] fructum, que[b] ab eodem nostre in futurum ecclesie poterunt provenire. Et ipse dominus rex universa iura et libertates ecclesie nostre in aliis prediis ad[c] ecclesiam[d] nostram[d] pertinentibus nobis integraliter observabit. Ut igitur huiusmodi nostra collatio robur optineat firmitatis, prefato domino regi damus presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas testibus presentibus subnotatis, qui sunt: venerabiles patres domini Berhtoldus Babenbergensis, Petrus Patauiensis, Ditricus Gurcensis, Bruno Olmucensis ecclesiarum episcopi, Minhardus et Albertus comites Goritie et Tyrolenses fratres, comes Vl.[2] de Hevnburch, comes Vl.[3] de Sternberch, comes Fridericus de Ortenburch, . .[4] comes de Orlemunde, . .[5] comes de Swarcenburch, . .[6] comes de Hohenstein, Hainricus[e] comes de Hardekke, comites Heinricus et Bernhardus de Pfannenberch, Zmilo de Brv̊mawe, Purchardus marschalcus Bohemie, Hartlibus camerarius Morauie, Otto camerarius[f] de Perhtoltstorf[f] in Austria et Otto de Haselawe, Kadoldus de Wæhinge, Rapoto de Valchenberch, Heinricus de Havnuelde; de Stiria: Vlricus de Liehtenstein et Otto filius suus, Wuluingus de Stubenberch; de Karinthia: Wilhelmus de Chreich, Zisilo pincerna Karinthie, Otto de Volchenmarcht; de Carniola: Gebhardus de Lilinberch, Ortolfus de Gurchueld, Chunradus de Lok, Chvnradus dictus Galle et alii quamplures fide digni. Actum in Wienna anno Domini M°CC°LXX, quarto nonas februarii.

Sigillum: Conradi, episcopi Frisingensis, in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris ex longo rotundum, illaesum appendet. In medio sigilli conspicitur figura episcopi in solio sedentis, qui in dextera manu lituum episcopalem, in sinistra manu librum tenet; circumscriptio haec est:

CHVNRADVS . DEI . GRACIA . ECCLE . FRISINGENSIS . EPISCOPVS.

---

603. *a) ‚moditatis' A. — b) Ex ‚qui' corr. est in A. — c) Vox addita est in A. — d–d) Ex ‚ecclesie nostre' corr. est in A. — e) Littera ‚a' ex ‚e' corr. est in A. — f–f) In loco raso scriptum videtur esse in A.*

1) Qui 1269 oct. 27 morte obiit. — 2) Ulricus. — 3) Ulricus. — 4) Otto. — 5) Guntherus. — 6) Fortasse Albertus.

604.+

Henricus, advocatus de Plauen, hospitali s. Mariae Theutonicorum parochiam et ius patronatus in Aš confert.

— 1270 febr. 2.

Apographum chartae dubiae fidei vidimationis chartae Henrici, abbatis mon. in Volkenrode, quae indicationibus loci et temporis caret et inter annos 1338—1359 ponitur,[2] insertum est, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 749[b]) asservatur (B).

Ed: Cohn, Beiträge, pag. 603 num. 9 (ex B; charta ad 1274 febr. 5 seu 1270 febr. 2 ponitur, cf. inferius sub Lit). — Mittl. A V Plauen I, pag. 37 num. 44 (ex B, haud completus textus chartae praebetur). — Gradl, Monumenta, pag. 100 num. 275 (idem, sinceritas chartae in dubium vocatur). — Lampe, Urkundenbuch der Deutschordensballei Thüringen, pag. 168 num. 219 (ex B, chartam spuriam esse declarat).
Reg: Schmidt, UB der Vögte v. Weida, pag. 81 num. 155 (ex B, sinceritas chartae in dubium vocatur). — Reg IV, pag. 727 num. 1825 (ex Gradlo). — Dobenecker, Regesta IV, pag. 69 num. 467 (sinceritas chartae in dubium vocatur). — Schieckel, pag. 223 num. 927 (ex B; vidimatio inter annos 1335—1359 ponitur, chartae falsitas agnoscitur).
Lit: Plurima opera chartam tractantia Lampe (vide superius) affert. Arte diplomatica cum annotationibus criticis charta apud Cohn (l. c. pag. 581—582), Lampe, Schmidt superius citatos, accurate apud Flach, Die Urkunden der Vögte von Weida, pag. 33 n. 217 tractatur. Qui omnes eam dubiae fidei esse affirmant.

Dictator: ignotus, qui stilo usitato cca annum 1270 in chartis patronatus iura tangentibus usus est.
Sinceritas chartae, quam nota H 1 signamus, his argumentis impugnari potest: 1) Ex sincera charta Rudolphi, regis Romanorum, Norimbergae 1281 aug. 8 data (RI VI, pag. 329 num. 1369) docemur civitatem Aš tunc Henrico, advocato de Plauen, et filiis eius nomine pignoris datam esse. E contrario charta a Friderico II., rege Romanorum, apud Portum Naonis 1232 maii 10 data, qua Henrico seniori et Henrico iuniori de Plauen civitas Aš in feudum donatur (RI V. 1, pag. 394 num. 1982) (F), communiter nec non recte inter chartas spurias repellitur. 2) Nomen Johannis, commendatoris in Aš, inter testes in H 1 nominati, dubium est; nam a. 1267 et 1276 commendator ibidem Henricus nominatur. 3) Etiam charta super donatione iuris patronatus in Aš ordini Theutonicorum a Henrico, advocato de Plauen, ibidem 1290 febr. 1 data (Reg IV, pag. 742 num. 1873 = Schieckel, pag. 355 num. 1591) (H 2) pro spuria habenda est.
E contrario quaedam sinceritatis notae chartae H 1 haud desunt: 1) Chartam spuriam F (vide superius) e charta sincera nunc deperdita deductam esse verisimiliter coniciendum est (cf. notam 3 inferius); fieri igitur potuit, ut civitas Aš iam longe ante annum 1270 in possessione advocatorum de Plauen fuerit. 2) Henricus successor Johannis et antecessor alterius Johannis esse potuit. 3) Incertum videtur esse, an charta H 2 potius quam pro charta autographi instar confecta pro apographo saec. XIV. confecto, in

membrana scripto, habenda non sit. 4) Charta Henrici, advocati de Plauen, et filiorum eius super donatione iuris patronatus ecclesiae in Aš ordini Theutonicorum in Plauen 1289 maii 23 data (Reg IV, pag. 741 num. 1870 = Schieckel, pag. 348 num. 1556) certe in autographi forma ad nos venit. Huius chartae dictator verba chartae H 1 (mutatis mutandis nec non quibusdam supplementis appositis) repetit. Vide: II. 3, Ordo militum Theutonicorum (BB).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quoniam ea, que fiunt in tempore, cum tempore alterantur, sane deliberacionis exigit argumentum, facta hominum propter humanam oblivionem litterarum apicibus annotari. Eapropter nos Henricus, de Plawe advocatus, tenore presencium recognoscimus et universis cupimus esse notum, quod pensata fragilitate humanitatis nostre, ob reverenciam sancte dei genitricis et virginis Marie in remedium peccatorum nostrorum hospitali eiusdem genitricis Marie domus Theutonice[a] Ierusalem contulimus parrochiam et ius patronatus eius in Asche cum universis possessionibus, iuribus et pertinenciis, spectantibus ad eandem, qui patronatus de liberalitate donacionis imperii[3] ad nos legittime pertinebat, nichil iuris in ea parrochia nobis in posterum reservantes. Testes huius rei sunt: frater Iohannes in Plawe et frater Hermannus in Egra commendatores, frater Theodericus de Rustiberg, Albertus et Fridericus fratres de Machwicz, Albertus de Reinoldistorf milites et alii quamplures. In cuius rei noticiam et memoriam sempiternam hanc literam sigilli nostri munimine decrevimus roborandam. Datum anno Domini M°C°C°LXX, IIII° nonas februarii.

604.+ [a]) ‚Theũt' *B.*

[1]) *Indicatio temporis etiam* ‚M° CC° LXXIIII° , nonas *(pro* ‚nonis') februarii' *(= 1274 febr. 5) legi possit. Attamen chartam ad terminum supradictum intexere decrevimus, quia 1) ille terminus in monumentis litterarum communiter fere (vide superius) laudatur; 2) charta ad alterum terminum translata suspitione, qua onerata est (vide superius), haud caruerit.* — [2]) *Vide apud Dobenecker inferius citatum.* — [3]) *Hoc loco ad deperditam chartam spuriam Friderici, regis Romanorum, apud Portum Naonis 1232 maii 10 datam (RI V. 1, pag. 394 num. 1982) revocatio videtur fieri. Cf. Klier, Die gefälschte Urkunde.*

605.

Bruno, episcopus Brixinensis, se Přemyslo Otakaro II., regi Bohemiae, duci Austriae, Stiriae et Carinthiae, marchioni Moraviae, domino Carniolae et Marchiae, omnia feuda ecclesiae suae, quae post mortem Ulrici, ducis Carinthiae, domini Carniolae et Marchiae, vacaverunt, contulisse protestatur.

[Viennae][1] 1270 febr. 3.

Autographum in membrana scriptum a tempore, cuius non est memoria, in archivo cap. Pragensis asservabatur, nunc autem in SÚA Pragae (archivum Coronae regni Bohemiae, sine sign.) asservatur (A).[2]

Ed: ACRB I, pag. 30 num. 17 et pag. 29 sub num. 16 (ex A).[3]
Reg: Reg II, pag. 329 num. 814 (ad 1273 febr. 5). — Koss, Archiv I, pag. 278 s. num. (ex A). — Dobenecker, Regesta IV, pag. 69 num. 468. — Wiesflecker, Regesten, pag. 229 num. 854. — MHDC V, pag. 11 num. 16. — Eršil—Pražák, Katalog, pag. 28 num. 57 (ex A). — Pferschy, Urkundenbuch, pag. 224 num. 373 (ex A).
Lit: Dobenecker, Ein Kaisertraum, pag. 31 n. 4 (datum chartae). — Novotný I. 4, pag. 192 n. 1 (idem). — Koss, Archiv I, pag. 47 n. 37 (quaestio, quo modo charta in possessionem archivi capituli Pragensis venerit, tractatur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 266 n. 31, 32, pag. 267 (scriba chartae statuitur).

Scriba: cancellariae regiae (partis Austriacae) proprius (= O 70), cuius manum in nonnullis chartis Přemysli Otakari II. communiter anno 1270 destinatariis Austriacis datis (Reg II, pag. 265 num. 686, pag. 267 num. 691, pag. 268 num. 694, pag. 271 num. 701 nec non suo tempore in regestorum serie huius tomi) vide.
Dictator: verba chartae Conradi, episcopi Frisingensis, Viennae 1270 febr. 2 datae (num. 603 superius) repetit; quae typis minoribus exprimuntur.
Cf. etiam chartam deperditam Bertholdi, episcopi Bambergensis, 1270 febr. 2 seu 3 datam, apud Koss—Bauer, Dějiny, pag. 47 n. 36 commemoratam.
Vide: II. 1 a, P. O. II.

Nos Bruno, dei gracia Brixinensis ecclesie episcopus, tenore presencium protestamur, quod ‖ universa feoda, que per mortem domini Vlrici, incliti ducis Karinthie,* domini Carniole et ‖ Marchie, bone memorie,* nobis et ecclesie nostre vacaverunt, domino Ottakaro, serenissimo Boemorum ‖ regi, duci Austrie, Styrie et Karinthie,* marchioni Morauie, domino* Carniole et Marchie, et suis heredibus de bona et libera voluntate contulimus in perpetuum iure feodi possidenda, consideracione provida attendentes defensionis et commoditatis fructum, que ab eodem nostre in futurum ecclesie poterunt provenire. Et ipse dominus rex universa iura et libertates ecclesie nostre in hiis et in aliis prediis ad ecclesiam nostram pertinentibus nobis integraliter observabit. Ut igitur huiusmodi nostra collacio robur obtineat firmitatis, prefato domino regi damus presentes litteras sigilli nostri munmine[a] roboratas testibus presentibus subnotatis, qui sunt: venerabiles patres et domini Berchtoldus Babenbergensis, Chunradus Frisigensis,[a] Petrus Patauiensis, Ditricus Gurcensis, Bruno Olomuncensis ecclesiarum episcopi, Meynhardus et Albertus comites Goricie et Tyrolie,* comes Vlricus de Heunbůrch, comes Vlricus de Sternberch, comes Fridricus de Ortenburch, Otto comes de Orlamund, comes Guntherus de Zwarzenburch, ..[5] comes de Hohensteyn, Heinricus comes de Hardek, comites Heinricus et Bernhardus de Phannberch, Zmylo de Brumow, Purchardus marscalcus Bohemie, Hartlibus camerarius Morauie, Otto camerarius de Perchtolstorf,* Otto de Hazlaw, Kadoldus de Wehing, Rapoto de Valchenberch, Heinricus de Hawenueld; de Styria: Vlricus de Lichtenstein et Otto filius suus, Voluing;* Gerhardus de Lilinberch, Ortolfus de Gurchueld, Chunradus de Lok, Chunradus dictus Galle.* Datum anno Domini M° CC° LXX°, III° nonas februarii.

Sigillum: in filis sericis appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

---

605. [a]) *Ita A.*

[1]) *Locus e charta num. 603 compleri potest; cf. titulum „Dictator" superius.* — [2]) *In archivo capituli Pragensis charta signo II 29 munita erat. Anno 1944 (ian. 27) archivo Coronae regni Bohemiae tradita est.* — [3]) *In notis textui chartae num. 603 appositis lectiones variae textus huius chartae praebentur.* — [4]) *Vide num. 603 n. 1.* — [5]) *Vide num. 603 n. 4.*

606.++

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stiriae et Carinthiae marchioque Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae et Egrae, monasterio Velehradensi privilegium Přemysli Otakari I., regis Bohemiae, confirmat, tenorem eius inseri faciens nec non nomina quarundam villarum monasterii subnotans.

Brunae 1270 febr. 16.

Charta autographi instar in membrana scripta in SAR Brunae (archivum mon. in Velehrad, sign. A 5) asservatur (B). — Apographum vidimationis chartae a Petro, quondam Johannis de [Mor.] Krumlov, clerico Olomucensis dioecesis, imperiali auctoritate notario publico, conscriptae, [in Velehrad] 1405 aug. 4 datae insertum est (CDM XIII, pag. 413 num. 378), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. A 13) asservatur (C). — Aliud apographum vidimationis chartae capituli ecclesiae Olomucensis in Olomouc 1534 apr. 30 datae insertum est, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. A 23) asservatur (D). — Tertium apographum confirmationis chartae Ferdinandi III., imperatoris Romanorum, Viennae 1648 dec. 17 datae insertum est, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. A 25) asservatur (E).

Ed: Sommersberg, Silesiacarum rerum scriptores I, pag. 918 num. 2 (fortasse ex B). — Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 472 num. 25 (ex B). — CDM IV, pag. 42 num. 34 (ex B).[1]
Reg: Dobner, Momumenta IV, pag. 276 num. 91 (ex Sommersbergo). — Hormayr, Archiv 1827, pag. 10. — Hormayr, Taschenbuch 1842, pag. 466. — Böhmer, Add. sec., pag. 445 num. 222. — Kopetzky, Regesten, pag. 124 num. 102. — Reg II, pag. 267 num. 692. — CDS VII. 2, pag. 179 num. 1338. — Šebánek, Archivy, pag. 41 num. 234 (ex B, C, D, E).
Lit: KK, pag. 192 n. 6 (unde promulgatio et narratio chartae haustae sint, statuitur). — Sobotík, Opavský rejstřík I, pag. 37, II, pag. 84 (quaestiones topographicae). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 318, 320, 321, 324, 364 (W1).

In tergo chartae registrator mon. saec. XIII. ex. scripsit: „Confirmacio regis Otchakari et renovacio omnium privilegiorum et possessionum“ *(E); alia manus (B) post vocem* „regis“ *vocem* „quinti“ *, post vocem* „possessionum“ *vocem* „nostrarum“ *addidit. Inferius locus rasus apparet.*

Scriba: P II 76 = posterior, saec. XIII. ex. destinatarii scriba, cuius manus in nulla alia charta reperiri potest. Exempla script. num. 1 a, 59.
Dictator: destinatarii proprius, qui in prooemio, corroborationis, testium et dati formulis chartae charta Přemysli Otakari II., nunc deperdita, monasterio in Velehrad data, a magistro Petro cancellario dictata, usus est; idem in narrationis formula nec non in altero chartae prooemio verba chartae Přemysli Otakari II. monasterio Velehradensi in Olomouc 1256 ian. 16 datae (num. 69) repetit; quae typis minoribus exprimuntur. Cf. inferius notam 4.
Omnibus diligenter consideratis cognosci potest chartam non sinceram sed saec. XIII. ex. fictam esse, ut monasterium non solum confirmationem chartae spuriae (CDB II, pag. 425 num. 380) emendatam, (vide Doloplazy) sed etiam testimonium possessionis nonnullarum villarum, praecipue in districtu Opaviensi iacentium, quo adhuc carebat (vide ex. gr. Zábřeh, Malé Jakartice, Zobicur, Lužice, Cerans etc.), obtineret.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (T), 3, Velehrad (K).

⁝ In nomine sancte et individue tritatis amen. ⁝ Nos Ottakarus, dei gratia Boemorum rex, dux Austre,[a] Styrie et Karinthie marchioque Morauie, dominus Carniole, Marchie et Egre, omnibus ‖ in perpetuum. Cum oblivio sit mater calumpnie, quietis discidium

et litium suscitatrix, non arbitramur inprovidum vel supervacuum reputamus, si gesta rationabilia, que memoranda progenitorum nostrorum extendit prioritas, circa commoda[b] subditorum nostre re‖novationis patrocinio communimus,[c] ut ea, que processu temporis sunt vetera, vultu novitatis assumpto iuvenescant et in agnitionis lucem se erigant clariorem. Hinc est, quod recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod nos privilegia sanctissime ‖ recordationis Ottakari, avi nostri, quondam regis Boemie,[d] [2] necnon incliti patris nostri regis Wenzeslai,[3] quorum in pace anime requiescant, non cancellata, non abolita nec in sui parte aliqua viciata vidimus in hunc modum: In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Premizel qui et Ottakarus *etc.*[4] Cum igitur nobilitatis vigor hanc sibi legem ponat, ut non solum piis operibus consentire, quin immo de sui dulcoris plenitudine preanticipatam gratiam uberiori debeat liberalitatis aminiculo confovere, serenissimorum avi nostri et patris nostri predictorum gratiam et concessionem predicto monasterio factam gratam habere volumus atque ratam, eandem una[e] cum villis inferius subnotatis, que sunt in Opauiensi provintia: Styboriz, Iezdcowiz, Iemniz, Zadech, Hlamniz, Mladodiz, Bratsicowiz, Hermanstorf, Schonnebrvnne, Driscowiz, Ekhartstorf, Bohdanowiz, Darcowiz, Seifridestorf, Mezina, Piesche, Bolatiz, Zaberzi, Chlebeschawe, Minus Hoschiz et Minus Ekharthowiz, in Turcho curie tres et ex ista parte silve Wilcowiz, Lvbiz, Waltherstorf, Zobicur, Lashiz, Cerans, Svcuwiz, Vherz, Chlobvch, duo lanei in Orechauwe, Balina circa Znoimam cum vineis et agris, que contulit dominus Vlricus de Nouo Castro, sive ecclesie ville iure plantationis seu emptionis vel commutacionis aut qualicumque possessionis titulo monasterio accesserint suprà dicto, eidem monasterio auctoritate regia confirmando. In cuius rei evidentiam clariorem roburque perpetue firmitatis presentem paginam conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Testes vero huius ratihabitionis hac[a] confirmationis nostre sunt: Nycolaus dominus Opauie, Winricus venerabilis de Saher, Albertus de Wizowiz, Bvdissius de Hradis ecclesiarum abbates, dominus Albertus prepositus sancti Petri in Brvnna,[5] magister Alexius archdyaconus[a] Znoemensis, dominus Chunradus canonicus Pragensis, Theodericus notarius Iglauie capellani nostri, Zmilo de Brvnauwe, frater suus Chuno, Hartlibus camerarius, Hartlibus de Dubna, Bsnata dapifer, Bohusch marscalcus, Svmrach de Tyenez, Saschit, Ieronimus et Andreas fratres de Bvchlawiz, Twrche de Rohaz, Muttin de Twrdoniz, Theodericus filius Hrutonis, Seborius camerarius Vechouiensis cum fratribus Hrawische et Witigon et alii quam plures fideles nostri. Actum Brvnne anno Domini[f] M°CC°LXX°, XIIII°kalendas marcii,[f] datum ibidem anno et die predictis per manum magistri Petri, venerabilis Wissehradensis ecclesie prepositi, cancellarii regni nostri, anno coronationis nostre[f] IX, indictione XIII[a], epacta XXVI[a], concurrente II°. [f]

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis violacei coloris illaesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

606.[++] *a) Ita B. — b) ‚omoda' B. — c) ‚omunimus' B. — d) ‚Boe̅m' B. — e) Voci uncus superponitur in B. — f–f) Verbis seu syllabis competenter distensis scriptum est in B.*

[1]) *In textu mendose ad chartam Venceslai I. regis revocatio fit. Cf. Šebánek, Archivy, pag. 41 n. 55.* — [2]) *Anno 1230 defuncti.* — [3]) *Anno 1253 defuncti.* — [4]) *Sequitur solummodo tenor chartae spuriae Přemysli Otakari I. s. l. 1228 nov. 27 mon. Velehradensi datae (CDB II, pag. 425 num. 380); ad eius textum (varietatibus minimi momenti nec non apertis erroribus praetermissis) hoc commemoretur: index bonorum monasterii addito nomine villae Doloplazy (‚Dolfplaz') inter nomina villarum ‚Chvalowiz' et ‚Zdeboriz' (pag. 427 l. 31) fraudulenter interpolatus videtur esse. Ad privilegium Venceslai regis (vide superius n. 1) in charta haud recte revocatio fit. Qui error repetitione verborum chartae num. 69 sine iudicio facta explicari potest.* — [5]) *Praepositus Brunensis iam anno 1268 Conradus fuit.*

607.

Bruno, episcopus Olomucensis, Henrico, iudici de Fryčovice, 70½ mansos ibidem locandos sub condicionibus expresse nominatis confert.

In Brušperk 1270 febr. 24.

Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. I' num. 109 (B). — Alterum apographum eiusdem saec. Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus continet, fol. 84^{v} (C).

Ed: CDM IV, pag. 43 num. 35 (ex C). — Kötzschke, Quellen zur Geschichte der ostdeutschen Kolonisation, pag. 115 num. 74 (ex CDM).
Reg: Reg II, pag. 268 num. 693.
Lit: Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 690 num. 46 (corr. lect. Ant. Boček).

Dictator: cancellariae episcopi proprius, fortasse idem, qui chartam num. 620 seu etiam num. 717, 764, 779 dictavit et stili sui charactere stilo Conradi, notarii episcopi, affinis est.
Cf. num. 597+ +.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (TTT), 4 b, De chartae apud locatores usu (O).

Bruno, dei gracia episcopus Olomucensis, Henrico,[a] iudici de Fryczendorf, suisque heredibus ac posteris imperpetum.[b] Cum rerum rite gestarum certissima representacio sit scriptura, ideo ad noticiam pervenire volumus futurorum, quod nos tibi tuisque heredibus locandos in ipsa villa Friczendorf[c] septuaginta mansos et dimidium dedimus et contulimus, isto iure videlicet, quod de omnibus istis mansis tu et heredes tui pretextu locacionis liberum habebitis sextum mansum; scire volentes posteros et presentes, quod de illis septuaginta mansis et dimidio canonicis ecclesie nostre Olomucensis ob dei reverenciam et beati Wenceslai[d] in eadem villa mansos contulimus sexaginta,[2] taliter ordinantes, quod idem Henricus[e] vel quisquam suorum heredum de istis sexaginta mansis nullum habebunt penitus vel requirent; habebunt enim tercium denarium iudicii in eisdem, sicut[f] in mansis, quos a nobis tenent; quotquot autem mansi prefato Henrico[a] iudici et suis heredibus de septuaginta et dimidio in predicta villa possunt cedere necnon cedent, volumus, ut de parte mansorum nostrorum residuorum in eadem villa totidem eis cedant. Et si forsitan in eisdem mansis idem Henricus[e] iudex et sui heredes defectum vel diminucionem aliquam pacientur, illam ei supplemus in contiguis bonis nostris, videlicet in campo perti-

nente in Brunsperg, contiguo campo in Friczendorf. Damus eciam eidem Henrico[a] iudici et suis heredibus unam rotam molendini in eadem villa liberam et tercium denarium iudicii libere perpetuo possidendum. Idem vero H. iudex suique heredes et homines prefate ville in civitate nostra Brunsperg querent iudicium, quod foytdynk dicitur, ter in anno; volentes, ut omnes cause criminales coram loci iudice debeant pertractari; nichilominus sepedictus H. iudex et heredes sui suum retinebunt tercium denarium iudicii, ac si eedem cause criminales tractarentur coram ipsis. Ad hec scire volumus universos, quod viginti mansis, in quibus adhuc nemus existit, pertinentibus ad canonicos nostros Olomucenses, de sexaginta superius annotatis a festo beatorum apostolorum Philippi et Iacobi[3] nunc instanti ad duodecim annos nostro et predictorum canonicorum nomine dedimus libertatem. Platee vero memorate ville de Friczendorf protendentis versus Staricz, quia agri aliis sunt peiores, ad quatuor annos a termino prenotato damus libertatem de gracia speciali. In cuius rei testimonium tibi et heredibus[g] tuis[g] dedimus presens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Datum in Brusperg[h] anno Domini M°CC°LXX, in vigilia sancte Balpurgis[i] virginis.

---

607. [a] ‚Heynrico' C. — [b] ‚in perpetuum' C. — [c] ‚Fryczendorf' C. — [d] ‚Wencesslai' C. — [e] ‚Heynricus' C. — [f] ‚sicud' C. — [g–g] ‚tuis heredibus' C. — [h] ‚Braunsperg' C. — [i] ‚Walpurgis' C.

[1]) *Illud ante fol. A1 quaere.* — [2]) *Sub textu chartae in C haec nota addita est:* ‚In testamento domini Brunonis, felicis memorie, circa medium privilegii *(= num. 526 art. 4)* subsequens continetur clausula: Item ad quatuor prebendas per nos creatas in Olomucensi ecclesia *(vide num. 145)* damus sexaginta laneos in villa de Friczendorf, que sita est in districtu bonorum, que apud comitem emimus, adiuncta episcopali villula, que vocatur Wittanicz circa Grelicz'. — [3]) *Maii 1.*

608.

Bruno, episcopus Olomucensis, Eberhardo, militi suo, mansos expresse nominatos cum attinentiis in villa Špičky et in alia nova villa iure feudali cum consensu capituli sui confert.

In Olomouc 1270 apr. 13.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. L I a 1) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap. sign. E 1 27) asservatus praebet, fol. 81'—82 (B). — Apographum saec. XV. exstat in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis chart. ibidem (sign. E 1 28) asservato, fol. 106' num. 194 (C).

Ed: CDM IV, pag. 46 num. 37 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 270 num. 697.
Lit: Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 691 num. 49 (corr. lect. Ant. Boček). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (stilus chartae).

Scriba: B 25 = fortasse cancellariae episcopi proprius, quamquam manus eius in nulla alia charta deprehendi potest. Exempla script. num. 2 b, 21.
Dictator: verba formularii I. chartarum iura feudalia tangentium, cuius auctor est Conradus, notarius episcopi, repetit (cf. CDB IV, pag. 383 num. 219 et huius tomi num. 556, 609, 610 etc.).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (UUU), Conradus notarius (VV), 4 a, De chartae apud milites usu (M).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis,[a] dilecto sibi Everhardo, militi suo, et heredibus suis in perpetuum. Digne agimus et ratione movemur, dum eorum, qui || se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et fideles, recompensamus servicia favore ac gratia speciali, ut fervencius nostris insistant obsequiis, dum favorem nostrum sibi || senserint affuisse. Hinc est, quod inspectis sinceritatis tue serviciis, que nobis in ecclesie nostre negociis et utilitatibus non parcendo rebus et persone promptitudine grata || iam diucius impendisti et intendas[b] in huiusmodi persistere serviciis incessanter, cumque benefecisse bonis et fidelibus sit omni parte lucrosum, nos tibi, qui te tam fidei puritate quam servitiorum exigencia retributionis premio dignum reddis, damus et conferimus libenter et liberaliter in feodum capituli nostri accedente consensu in villa Spizk quindecim mansos, quorum unus mansus pertinet ad dotem ecclesie ipsius ville, cuius inquam ecclesie te et heredes tuos ius habere volumus patronatus. Molendinum unum tibi et heredibus tuis habere concedimus et quatuor tabernas, quarum una est ecclesie ville prefate. Unum eciam piscatorem te et[c] heredes tuos in eadem villa habere volumus et non plures. Preterea damus et conferimus tibi et heredibus tuis in alia nova villa[1] decem et octo mansos, qui habent et habere debent decem annorum a receptione presencium libertatem. Conferimus etiam tibi et heredibus tuis infra limites dictarum ecclesiarum silvas, prata, pascua et omnem utilitatem, que ipsis villis nunc inest vel inesse poterit in futurum, ita ut omnes mansos prefatos simul cum censu, decimis, iuditio, sturis omnibusque proventibus et attinenciis nullo diminuto vel excepto per te et heredes tuos, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneas et possideas ac ratione ipsius feodi ius vassallorum Magdeburgensis ecclesie in omnibus habeas indistinctum, quod omnibus concedimus infeodatis a nobis, quodque heredes tui, filii tantum, sicut premissum est, gaudeant ipso iure. Dabis eciam annis singulis in recognitionem bonorum ipsorum canonicis nostris Olomucensibus[d] de quolibet manso mensuram tritici, quemadmodum infeodati ceteri dare tenentur, exceptis de illis mansis, quos sub tua colis aratura et quos tuis servientibus contulisti in feodum ad arandum. Ceterum statutum est per nos de consilio capituli nostri, ut quilibet vassallorum infeodatorum a nobis alia de propria pecunia debeat comparare[e] bona, que estimatione facta bonorum sibi collatorum ab ecclesia terciam partem valere debeant earumdem.[b] Illaque bona comparata[f] sive empta recipere debent a nobis et ab ecclesia nostra et tenere similiter iure ac titulo feodi, quemadmodum bona episcopalia, set ad distinctionem bonorum emptorum et episcopalium non dabunt de bonis emptis mensuram tritici predictam. Illaque bona comparata sive empta non solum ad filios, verum eciam ad filias transferentur. Ut autem omnia premissa perpetuam obtineant firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense[d] capitulum, Heidolphus decanus, Herbordus preposi-

tus, magister Iohannes archidiaconus ceterique canonici super premissis omnibus consensum nostrum liberaliter adhibentes presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum Olomunz anno Domini M° ducentesimo septuagesimo, in Pascha Domini.

Sigilla: 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, in filis sericis rubri et viridis coloris fere illaesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) avulsum et deperditum est.

---

608. [a] ‚Olomuc̄n' *A.* — [b] *Ita A.* — [c] *Vox addita videtur esse in A.* — [d] ‚Olōm' *A.* — [e] ‚parare' *A.* — [f] ‚parata' *A.*

[1]) *Nomen villae ignoramus.*

609.

Bruno, episcopus Olomucensis, Katherinae, relictae quondam militis sui Alberti [Stangonis], villas expresse nominatas cum attinentiis iure feudali cum consensu capituli sui confert.

Apud Olomouc 1270 apr. 13.

Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. M 6 (B). — Alterum apographum eiusdem saec. Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus continet, pag. 29—30 num. 34 (C).

Ed: CDM IV, pag. 45 num. 36 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 269 num. 696.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 150 num. 52 (corr. lect. Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 690 num. 48 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (stilus chartae).

Dictator: verba formularii I. chartarum iura feudalia tangentium, cuius auctor est Conradus, notarius episcopi, repetit (cf. CDB IV, pag. 383 num. 219 et huius tomi num. 556, 608, 610 etc.).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (VVV), Conradus notarius (WW), 4 a, De chartae apud milites usu (N).

Bruno, dei gracia Olomucensis episcopus, dilecte sibi Katherine, relicte quondam militis sui Alberti,[1] ac suis heredibus in[a] perpetuum.[a] Digne agimus ac racione movemur, dum eorum, qui se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et fideles, reconpensamus servicia favore ac gracia speciali, ut fervencius nostris insistant serviciis, dum favorem nostrum sibi senserint affuisse. Hinc est, quod inspectis serviciis, que nobis in ecclesie nostre negociis et utilitatibus idem Albertus, quondam maritus tuus, non parcendo rebus et persone grata promptitudine diucius impendit et tui heredes intendunt[b] in huiusmodi persistere serviciis incessanter, cumque benefecisse bonis et fidelibus sit omni parte lucrosum, nos tibi et heredibus tuis damus et conferimus libenter et liberaliter in feudum[c]

capituli nostri accedente consensu istas villas cum suis attinenciis, molendinis, pratis, pascuis, silvis et subsidibus, videlicet Comarowicz cum molendino, novam villam Bramk[d] cum molendino, Babicz cum molendino, Tutspeh, Pastocluch[e] et[f] duo molendina circa civitatem Kelcz[g] et octo curticulas, ut omnia predicta bona simul cum censu, decimis, steuris,[h] iudiciis omnibusque proventibus ac pertinenciis nullo diminuto vel excepto per te ac heredes tuos, filios dumtaxat et non filias, tytulo[i] feudi[k] teneas ac possideas ac racione ipsius feudi[k] ius vasallorum ecclesie Magdeburgensis in omnibus habeas indistinctum, quod omnibus concedimus infeudatis[l] a nobis, quodque heredes tui, filii tantum, sicut premissum est, gaudeant ipso iure. Dabis eciam annis singulis in recognicionem bonorum ipsorum canonicis nostris Olomucensibus de quolibet manso mensuram tritici, quemadmodum ceteri infeudati[m] dare tenentur. Ceterum statutum est per nos de consilio capituli nostri, ut quilibet vasallorum nostrorum infeudatorum[n] a nobis alia de propria pecunia[o] debeat comparare bona, que estimacione facta bonorum sibi collatorum ab ecclesia terciam partem valere debeant eorumdem. Illa quoque bona empta sive comparata recipere debent a nobis et ab ecclesia nostra et tenere similiter iure ac tytulo[i] feudi,[k] quemadmodum bona episcopalia, set[p] ad distinccionem bonorum emptorum et episcopalium non dabunt de bonis emptis mensuram tritici predictam. Illa vero bona empta sive comparata non solum ad filios, verum eciam ad filias[q] transferentur; non dabis eciam mensuram tritici de agris, quos ad usus tuos[f] et culturam tuam ac famulorum tuorum duxeris deputandos. Quod autem omnia premissa perpetuam obtineant firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense capitulum, Heidolfus[r] decanus, Herbordus[s] prepositus, magister Iohannes archidiaconus[t] Olomucensis, Allexius prepositus in Wolframskirchen archidiaconus[t] Znoimensis,[u] Lambertus custos Olomucensis, Boizlaus[v] et nos ceteri presentes super premissis omnibus nostrum[w] consensum[w] liberaliter adhibentes presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Actum et datum apud[x] Olomucz[y] anno Domini M°CC° [z] septuagesimo, in die sancto Pasche.

---

609. [a–a] ‚imperpetuum' *C.* — [b] ‚intendant' *in B, C legitur, quae forma verisimillime etiam in autographo deleto erat.* — [c] ‚feodum' *C.* — [d] ‚Branech' *C.* — [e] ‚Pacztocluch' *C.* — [f] *Deest in C.* — [g] ‚Gelcz' *C.* — [h] ‚stewris' *C.* — [i] ‚titulo' *C.* — [k] ‚feodi' *C.* — [l] ‚infeodatis' *C.* — [m] ‚infeodati' *C.* — [n] ‚infeodatorum' *C.* — [o] ‚peccunia' *B.* — [p] ‚sed' *C.* — [q] ‚filios' *B.* — [r] ‚Heydolfus' *C.* — [s] ‚Herwordus' *C.* — [t] ‚archidyaconus' *C.* — [u] ‚Snaymensis' *C.* — [v] ‚Voyslaus' *C.* — [w–w] ‚consensum nostrum' *C.* — [x] ‚aput' *C.* — [y] ‚Olomuntz' *C.* — [z] ‚millesimo CC°' *C.*

[1]) *Qui mox post annum 1249 morte obiit. Cf. CDB IV, pag. 265 l. 34, ubi Albertus* ‚Stango' *nominatur.*

610.

Bruno, episcopus Olomucensis, Godefrido, Henrico et Bertholdo de Emse *villam Thustomosty cum attinentiis iure feudali cum consensu capituli sui confert.*

In Olomouc 1270 apr. 13.

Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. K 8—K 8v (B). — Alterum apographum eiusdem saec. Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus continet, pag. 48 et 51—52 num. 58 (C).

Ed: CDM IV, pag. 48 num. 38 (ex B, C).
Reg: Kopetzky, Regesten, pag. 125 num. 103. — Reg II, pag. 270 num. 698. — CDS VII. 2, pag. 180 num. 1340.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 151 num. 53 (corr. lect. Ant. Boček). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (stilus chartae). — Hrabová, Ekonomika, pag. 104 (quaestiones topographicae).

Dictator: verba formularii I. chartarum iura feudalia tangentium, cuius auctor est Conradus, notarius episcopi, repetit (cf. CDB IV, pag 383 num. 219 et huius tomi num. 556, 608, 609 etc.).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (WWW), Conradus notarius (XX), 4 a, De chartae apud milites usu (O).

Bruno,[a] dei gracia Olomucensis[b] episcopus, dilectis sibi Gotfrido,[c] Heinrico[d] et Bertoldo fratribus de Emse[e] et heredibus eorum in perpetuum. Digne agimus et racione movemur, dum eorum, qui se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et fideles, recompensamus servicia favore ac gracia speciali, ut fervencius nostris insistant obsequiis, dum favorem nostrum sibi senserint affuisse. Hinc est, quod inspectis sinceritatis vestre serviciis, que nobis in ecclesie negociis et utilitatibus non parcendo rebus et personis promptitudine grata iam diucius inpendistis et intenditis[f] in huiusmodi persistere serviciis incessanter, cumque bene fecisse bonis et fidelibus sit omni parte lucrosum, nos vobis, qui vos tam fidei puritate quam serviciorum exigencia retribucionis premio dignos redditis, damus et conferimus libenter et liberaliter in feodum capituli nostri accedente consensu totam villam Tluztemoz, in qua sunt quindecim[g] mansi, quorum iidem fratres predicti tres mansos sub aratro suo tenent, unum molendinum, prata, pascua et omnis[h] utilitas,[h] que eidem nunc inest vel inesse poterit in futurum, ita ut omnes prefatos mansos simul et molendinum cum censu, decimis, iudicio, steuris omnibusque proventibus et attinenciis nullo diminuto vel excepto per vos ac heredes vestros, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneatis et possideatis ac racione ipsius feodi ius vasallorum Magdeburgensis ecclesie habeatis in omnibus indistinctum, quod omnibus concedimus infeodatis a nobis, quodque heredes vestri, filii tantum, sicut premissum est, gaudeant ipso iure. Dabitis eciam annis singulis in recongnicionem bonorum ipsorum canonicis nostris Olomucensibus[b] de quolibet manso, nisi de illis, quos sub vestra colitis aratura, mensuram tritici, quemadmodum infeodati ceteri dare tenentur. Ceterum statutum est per nos de consilio capituli nostri, ut quilibet vasallorum infeodatorum a nobis alia de propria pecunia bona debeant comparare,[i] que exstimacione[k] facta bonorum sibi collatorum ab ecclesia terciam partem valere debeant eorumdem. Illaque bona comparata[l] sive empta recipere debent a nobis et ab ecclesia nostra et tenere similiter iure ac tytulo[m] feodi, quemadmodum bona episcopalia, sed[n] ad distinccionem bonorum emptorum et episcopalium non dabunt mensuram tritici de bonis emptis predictam. Illaque non solum ad filios, verum eciam ad filias transferentur. Quod autem omnia premissa perpetuam obtineant[o] firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam totumque capitulum nostrum, videlicet Heydolfus[p] decanus, Herbordus pre-

positus, magister Iohannes archidyaconus[q] Olomucensis,[p] Allexius prepositus in Wolframschirchen[r] archidiaconus[s] Znoimensis,[t] Albertus prepositus Cremsirensis,[u] Lambertus custos Olomucensis[h] archidiaconus[s] Praczouiensis ceterique presentes super premissis omnibus suum consensum liberaliter adhibentes presentem paginam inde conscribi et sigillorum nostrorum munimine iussimus roborari. Datum Olomucz[h] per manus notariorum nostrorum Iohannis et Arnoldi anno Domini millesimo[v] ducentesimo LXX°,[v] in die sancto Pasche.[w]

---

610. [a] *Ad maiorem litteram depingendam spatium vacuum relictum est in B.* — [b] ‚Olom̃' *B, C.* — [c] ‚Gocfrido' *C.* — [d] ‚Hnr̃ico' *C.* — [e] *Etiam* ‚Emsc' *legi potest B, C.* — [f] ‚intendatis' *in B, C legitur, quae forma verisimillime etiam in autographo deleto erat.* — [g] ‚XV' *C.* — [h–h] ‚omni utilitati' *B, C.* — [i] ‚parare' *C.* — [k] ‚extimacione' *C.* — [l] ‚parata' *C.* — [m] ‚titulo' *C.* — [n] ‚set' *C.* — [o] ‚optineant' *C.* — [p] ‚Heydulfus' *C.* — [q] ‚ar̃ch' *C.* — [r] ‚Wolframskirche' *C.* — [s] ‚ar̃chid' *C.* — [t] ‚Snoymensis' *C.* — [u] ‚Cicensis' *B, C.* — [v–v] ‚M° CC° LXX' *C.* — [w] ‚Pasce' *C.*

611.

Abbates Cisterciensis ordinis expresse nominati litem, quae inter monasterium in Tišnov et H., plebanum in Vémyslice, super ecclesia ibidem versabatur, terminant, tenorem protestationis litterarum monasterii Tusnovicensis in hac lite datarum inseri facientes.

In Tišnov 1270 maii 12.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Tišnov, sign. Y II, 5) asservatur (A). — *Apographum exstat in copiario chart. saec. XVIII.* „Privilegia et documenta monasterii Tischnovicensis s. ord. Cisterciensis" *intitulato, in eodem archivo (FM, collect. mnscr. num. 603, tomus I.) asservato, fol. 43—43[v] (B).*

Ed: CDM IV, pag. 49 num. 39 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 271 num. 700. — *Šebánek, Archivy, pag. 41 num. 235 (ex A).*

Scriba: Os 4 = mon. Oslavanensis proprius, cuius manus in chartis inter annos 1266—75 mon. in Oslavany datis occurrit. Cf. Exempla script. num. 3, 4.
Dictator: ignotus, sane ordinis Cisterciensis quidam professus.
Vide: II. 3, Oslavany (CC), Tišnov (K), Velehrad (L), Aliae ecclesiae (Q).

N.[1] de Ebra, H.[2] de Andreo, I.[3] de Grvnhagen, L.[4] de Welherat, divina miseratione abbates, universis presens || scriptum visuris eternam in Domino salutem. Accedentes ad nos, cum essemus in Welherat constituti, honorabiles || viri archidiaconi, A.[5] Znoimensis et L.[6] Brezlaviensis, obnixius rogaverunt, quod venientes ad conventum dominarum de || Tvsnowiz, litem, que dudum versabatur inter ipsas ex parte una et H.,[7] plebanum de Wemsliz, ex altera, ne utrique parti crescant decetero maiores labores et expense, finaliter terminaremus, quod et fecimus sub hac forma: Nos, dei gracia abbatissa[8] et conventus sanctimonialium de Tvsnowiz, hiis nostris litteris protestamur, quod ad consili-

um venerabilium abbatum, N. de Ebra, H. de Andreo, I. de Grvnhagen, L. de Welherat, ecclesiam, quam actenus habuit a nostris predecessoribus concessam, dimisimus perpetuo possidendam tali conditione, quod de nostra bona voluntate habebit[a] et consensu decimas XI laneorum, laneus vero, pro quo est lis aliquamdiu ventilata, in nostram cedet partem; addentes quoque decimas[b] IX curticularum[c] et quartam partem prati tali modo, quod, si[d] nobis visum fuerit, in posterum aliud pratum equipollens recipiat et de predicto redat[e] voluntarie pacis causa. In huius rei testimonium presentem zedulam abbatum memoratorum et archidiaconorum sigillis muniri fecimus ad cautelam. Actu[f] sunt hec in Tvsnowiz coram abbatibus prefatis, Th.[g 9] cellerario, G.[10] suppriore, F.[11] custode[g] de Welherat, N.[12] sacerdote et plebanis: H. de Wemsliz, R.[13] de Pudewiz, H.[14] de Lvkowe et aliis quam pluribus. Datum ibidem anno Domini M°CC°LXX°, IIII° idus maii.

Sigilla: septem formae ex longo rotundae in scidulis membranaceis appendent (appendebant); 1) Nicolai, abbatis de Ebrach, valde laesum, in medio sigilli figura abbatis sedentis conspicitur, e circumscriptione

////// m . A /// TIS

legi potest; 2) Lupini, abbatis de Velehrad, fere illaesum. Cf. Sigilla num. 3, 13; 3) Hugonis, abbatis de Andrzejów, fere illaesum, in medio sigilli figura abbatis stantis conspicitur, circumscriptio haec est:

SIGILLVM . ABBATIS . DE . ANDRE ||

4) J., abbatis de Grünhain, laesum, in medio sigilli figura sicut sub 3 conspicitur, circumscriptio haec est:

5) avulsum et deperditum est; 6) fortasse abbatissae in Tišnov, valde laesum. Vide Sigilla num. 3, 12; 7) avulsum et deperditum est.

S . ABBIS . SCI . NICOL //// RVNEHAN.;

611. [a]) *In margine lineae vox addita est in A.* — [b]) *In loco raso scriptum et ex* ‚decimarum' *corr. est in A.* — [c]) *Litterae* ‚arum' *in loco raso scriptae sunt in A.* — [d]) *Ex* ‚fu' *corr. est in A.* — [e]) *Ita A pro* ‚recedat'. — [f]) *Ita A.* — [g–g]) *In loco raso scriptum est in A.*

[1]) *Nicolaus.* — [2]) *Hugo.* — [3]) *Plenum nomen ignoramus.* — [4]) *Lupinus.* — [5]) *Alexius.* — [6]) *Lambertus.* — [7]) *Plenum nomen ignoramus.* — [8]) *Nomen ignoramus.* — [9]) *Plenum nomen ignoramus.* — [10]) *Idem atque in n. 9.* — [11]) *Idem atque in n. 9.* — [12]) *Idem atque in n. 9.* — [13]) *Idem atque in n. 9.* — [14]) *Idem atque in n. 9.*

612.

Johannes, episcopus Pragensis, protestatur se omnibus, qui ecclesiam monasterii in Vyšší Brod in certis festivitatibus visitaverint, indulgentias concessisse, eos, qui homines vetuerint, ne ad monasterium accedant, excommunicans nec non consimilem indulgentiam datam ab episcopo Ratisbonensi ratam habens.

Pragae [1270][1] iun. 16

Autographum in membrana scriptum in SAR Třeboň (archivum mon. in Vyšší Brod, sign. HA 4/III B) asservatur (A).

Ed: Pangerl, Urkundenbuch von Hohenfurt, pag. 24 num. 18 (ex A).
Reg: Millauer, Der Ursprung, pag. 118 num. 2 (ad 1269 iun. 15). — Reg II, pag. 272 num. 703.

In tergo chartae manu saec. XIII. scriptum est: „Quod festivis diebus homines non prohibeantur venire" *(A).*

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide etiam superius num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Notatu dignum est omnes indulgentias, quarum in charta mentio fit, solummodo viva voce (non per chartam) datas fuisse.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (PP), J III 6 (K), 3, Vyšší Brod (S).

Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos pervenerit presens scriptum, salutem || in Domino sempiternam. Quoniam in dubium revocatum est, utrum videlicet aliquam indulgenciam || dederimus[2] fidelibus Christi, qui ecclesiam monasterii de Hohenuurt in festivitatibus sancte Marie glori||ose virginis annis singulis visitarent, nos dubietatem huiusmodi declarantes, istius scripti testimonio protestamur, quod quemadmodum in die aniversario dedicationis ecclesie[3] supradicte sic in festivitatibus premissis quater in anno, Assumptione, Anunciatione, Nativitate et Purificatione ipsius gloriose Virginis, annum et quadraginta dies omnibus, qui ecclesiam ipsam illis temporibus causa devocionis visitaverint, imperpetuum annis singulis relaxavimus, cum ecclesiam prefatam dedicavimus,[4] et hoc istius scripti testimonio declaramus; quemlibet, sive clericus fuerit aut laicus, qui christianum populum, ne ad monasterium illud, vetuerit,[a] eo tempore, quo hec remisionis gracia fuerit promerenda, accedat,[b] in hiis scriptis excommunicacionis sentencia percellentes. Datum Prage XVI kalendas iulii, pontificatus nostri anno terciodecimo. Ratam habemus insuper indulgenciam venerabilis fratris nostri, domini Ratisponensis episcopi,[5] nostre consimilem in hoc casu.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis flavi et rubri coloris laesum, verumtamen conservatione integratum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

612. [a]) *Ita pro* ‚accedat' *A.* — [b]) *Ita pro* ‚vetuerit' *A.*

[1]) *Cf. num. 148 n. 1.* — [2]) *Videlicet occasione dedicationis ecclesiae; vide inferius in textu.* — [3]) *Qui dies fortasse iun. 1 celebrabatur; cf. n. 4.* — [4]) *Occasione dedicationis ecclesiae charta num. 188 videtur esse data.* — [5]) *Alberti seu Leonis.*

613.

[Engelbertus] decanus, [Fridericus] scholasticus Wissegradenses et magister Herbordus, praepositus Lutomericensis, causam inter Cunonem, custodem Wissegradensem, ex parte una et Venceslaum, sacristam Wissegradensem, ex altera super officiis custodis et sacristae dictae ecclesiae tractatam diffiniunt.

— [1264 febr. 9 — 1270 iun. 17].[1]

Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum eccl. Wissegradensis membr. in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš lib. 26) asservato, fol. 41—41v num. 105 (B).

Dictator: latinitatis parum gnarus stilo communi uti conabatur.
Vide: II. 3, Litoměřice, ecclesia capitularis (B), Vyšehrad, ecclesia capitularis (X).

In nomine Domini amen. Cum omnis materia[a] discordie et iurgiorum debeat amputari et quedam questio dissensionis inter dominum C.[2] custodem ex parte una et Wencezlaum sacristam ex altera proposita fuerit coram preposito[3] et capitulo Wissegradensibus,[b] quid vel quale officium esse debeat sacriste memorati, de consensu parcium ac mandato prepositi et capituli iam predictis nobis, decano,[4] scolastico[5] et magistro Herbordo, preposito Luthomericensi, eiusdem cause diffinicio est commissa. Nos itaque attendentes, quod non parva cura circa sacras vestes, calices et ornatuum quemcumque[c] ecclesie debeat adhiberi et tam custos quam sacrista memorati circa eadem esse oporteant diligentes, taliter eandem dubitacionem duximus determinandam; videlicet quod dictus sacrista racione terre in Voderad, que quondam pertinebat ad officium custodis laici in ecclesia Wissegradensi,[b] talem debeat curam et officium exercere preter alia, que in aliis instrumentis continentur;[6] videlicet temporibus festivis, quando ornatus ecclesie in ipsa exponi in pallis tam ad altaria quam ad parietes et reliquiis imponendis et iterum reservandis, candelis formandis et more consueto ad divinum officium assignandis, in abluendis albis mensalibus altarium et manuteriis nec non corporalibus, que semper alba et munda debent haberi, in calicibus conservandis, ampulis mundis et ablutis habendis aliisque indumentis ad inferiorem cameram assignatis. Si de levi precio potuerint reformari, super hiis decernimus ac ordinando distinguimus, quod idem sacrista cum omni diligencia suum officium exequatur. Alia vero, que custodes Wissegradenses[b] circa cameram maiorem, ornatum et reliquias, albis maioribus, mensalibus altarium et manuteriis necnon, que in refectorio fratrum necessaria fuerint, abluendis et reficiendis et omnium aliorum curam, que in ipsa camera maiori cum[d] omni diligencia debent conservari, custos ecclesie adhibeat vigilantem, prout divinam effugere maluerit ulcionem et statum suum dilexerit conservare. Determinavimus eciam et volumus, quod ipse custos in persona propria, si presens fuerit, vel canonicus, vel saltem sacrista ad maiorem cameram intrare debeat et ordinare, que in ipsa expedire viderit ordinanda, prohibentes, ne scolares aliquos introducat.[e]

---

613. [a] ‚c̄o' *(initium vocis* ‚concordie') *superfluum, neve cancellatum neve deletum sequitur in B.* — [b] ‚Wiss$_3$' *B.* — [c] ‚quecumque' *B.* — [d] *Vox fere evanuit in B.* — [e] *Reliquum deest usque ad finem in B.*

[1]) *Cuno cum titulo Wissegradensis custodis prima vice quidem 1269 febr. 24 (vide num. 579) commemoratur, sed iam 1264 febr. 9 munere custodis Wissegradensis fungi potuit; tunc enim iam Bartholomaeus, qui verisimillime immediatus praedecessor eius erat,* ‚olim custos Wissegradensis' *nominatur (vide num. 401). Chartam ante terminum 1270 iun. 17 poni licet, qui dies obitus Herbordi, praepositi Lutomericensis, inter editores chartae nominati, videtur esse. Vide Šebánek—Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 64 n. 31.* — [2]) *Cunonem.* — [3]) *Petro.* — [4]) *Engelberto.* — [5]) *Friderico.* — [6]) *Instrumenta ignoramus.*

614.

Duodecim sacerdotes [archidiaconatus Gradecensis] expresse nominati ordinationem in controversia vergente inter Arnoldum, plebanum de Hořice, qui sibi iure parochiali villam Marci [de Hořice] ad parochiam Miletín[1] spectantem attraxit, et Magnum, plebanum de Miletín, factam protestantur.

In Miletín 1270 iul. 27.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 756) inter chartas domus s. Mariae Theutonicorum asservabatur, postquam autem secundi belli gentium calamitatibus amissum est, latet (A).[2]

Reg: Reg IV, pag. 728 num. 1826 (ex A).
Lit: ZMK 1965, pag. 213.

Dictator: ignotus.
Vide: II. 3, Ordo militum Theutonicorum (CC), Aliae ecclesiae (R).
Apographo a G. Friedrich ex A confecto nec non duobus apographis recentioribus (B, C) in antiquo apparatu Codicis diplomatici repositis usi sumus; varietates lectionum apographorum autem negleximus.

Licet omnis actio, que iusticie innititur et racioni consonat, ne ambiguitatis devolvatur in errorem, certitudinis robore sit firmanda, eam tamen precipue || decet esse stabilem atque firmam, que spiritalibus deputata est usibus, nichil in se continens terrenorum. Noverint itaque tam presentes quam posteri, quod cum || dominus Arnoldus, plebanus de Horiz, attraheret sibi et ecclesie sue iure parrochiali villam Marci sic nominatam, spectantem ad parrochiam Miletin, idem || accusatus coram domino Ihohanne,[a] vicearchidyacono Grezensi, de iniuria a domino Magno, plebano Miletinensi, et convictus per privilegium venerabilis patris domini Ihohannis,[a] Pragensis episcopi, quod quondam super limitacione dederat ipsi ecclesie ad cautelam,[3] sic denique convictus satisfecit domino Magno et ecclesie memorate; ita tamen, quod si prefatus dominus Arnoldus aliquando reciperet aliquem parrochianorum ville supradicte, scilicet ville Marci, iure parrochiali aliarumque villarum eiusdem ecclesie Miletin, ipso facto esset debitor duorum talentorum, quorum[b] iudici, domino Iohanni vicearchidyacono, alterum reliquum vero fratribus in Miletin presentaret; preterea labores, expensas fratribus propter ipsum factas et fructus iniuste perceptos ex integro repensaret. Hanc ordinacionem nos sacerdotes Leo plebanus de villa Wikeri, Gotfridus de Curia, Heinricus, Andreas, Vitus, Albertus, Ihohannes,[a] Stohniw, Petrus, Procopius, Lodecius, magister Swantocius protestamur. In cuius rei indicium presens scriptum sigillo domini Iohannis vicearchidyaconi sepius dicti uterque voluit roborari. Acta sunt hec anno Domini MCCLXX°, VI° kalendas augusti, concurrente II°, epacta XXVI[a], loco Miletin.

Sigillum: apographo B teste autographum chartae sigillo Johannis, archidiaconi Gradecensis, formae ex longo rotundae munitum erat.

614. [a]) *Ita A.* — [b]) *Post vocem* ‚quorum' *vox* ‚unum' *videtur deesse in A.*

[1]) *Parochia domus s. Mariae Theutonicorum erat.* — [2]) *Sicut a procuratoribus archivi Dresdensis benignissime certiores facti sumus.* — [3]) *Vide chartam Johannis, episcopi Pragensis, Pragae 1267 mart. 14 datam (num. 490).*

615.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stirie et Carinthiae marchioque Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae et Egrae, monasterio in [Klášterní] Hradisko privilegium patrui sui Přemysli, marchionis Moraviae, confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Pragae 1270 aug. 21.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. A 5) asservatur (A). — Apographum confirmationis chartae Ferdinandi III., imperatoris Romanorum, datae Linciae 1645 dec. 18 insertum est, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. A 26) asservatur (B). — Simplex apographum saec. XVII. codex mnscrus chart. „Privilegia et compactata Gradicensia ab anno 1160—1685" *intitulatus, in eodem archivo (inter Cerronianos II, num. 317) asservatus continet, fol. 19'—24 (C).*

Ed: Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 478 num. 26 (ex A).
Reg: Hormayr, Archiv 1827, pag. 10. — Hormayr, Taschenbuch 1842, pag. 467. — Böhmer, Add. sec., pag. 445 num. 227. — Cf. Reg II, pag. 273 num. 708. — Šebánek, Archivy, pag. 42 num. 236 (ex B).
Lit: Teige, Zpráva, pag. 52 (chartae descriptio haud omnino recta praebetur). — Fiala, Kancelář, pag. 199, 238 (singulae observationes). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 318 n. 158, pag. 320, 321, 327, 360 n. 309, pag. 364, 395 n. 455, pag. 397 n. 469 (Gr 3).

In tergo manu registratoris mon. Gradicensis saec. XIII. ex. scriptum legitur: „Renovacio originalis Premizl, marchionis Morauie" *(C); manus saec. XVII. addidit* „N 10 post ruinam anni 1642".

Scriba: P II 77 = destinatarii scriba, cuius manus etiam in num. 616, 617 occurrit. Exempla script. num. 1 a, 60.
Dictator: magister Petrus cancellarius (cf. ex. gr. chartas num. 585, 590, 599+ +).
Charta post terminum dati sui (post 1270 dec. 12) videtur esse sigillata (cf. inferius descriptionem sigilli); de fide eius non est autem dubitandum; cf. etiam, quae de receptione textus eius in librum formarum in apparatu num. 618 dicuntur.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (U), 3, Kl. Hradisko (H).

⁝ In nomine sancte et individue trinitatis amen. ⁝ Nos Otthakarus, dei gratia Boemie rex, dux Austrie, Styrie et Karynthie marchioque Morauie, dominus Carniole, Marchie et Egre, omnibus ‖ in perpetuum. Cum in humanis dispositionibus nichil ad summe soliditatis culmen valeat pervenire, sed semper de gestis hominum, quamvis rationabilibus, tamquam de navi, que fluctibus est exposita, sub serenitatis tempore ‖ calumpniarum timeri oporteat tempestates, necesse est ut ea, que ex principum pia ordinatione processerunt, circa commoda subditorum, ne vetustate temporis oblivionum nebulis obfuscentur,

renovationis antidoto medicari, ut ea, que || vetera sunt, vultu innovationis assumpto iuvenescant et in agnitionis lucem se erigant clariorem. Eapropter ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod nos privilegia serenissimi patrui nostri Premyzlonis, marchionis Morauie, quibus ecclesiam Gradycensem multis beneficiorum graciis ac libertatibus insignivit, renovanda et confirmanda duximus, quas vidimus in hunc modum: In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Ego Premyzl, *etc.*[1] Nos itaque eiusdem patrui nostri predicti, cuius favoris gratia multipliciter effulsit, sicut evidenter colligitur in premissis, circa ecclesiam memoratam cupientes vestigiis inherere, ut predicta ecclesia tum propter Budis, venerabilem eiusdem ecclesie abbatem, qui se propter sue devotionis obsequia nostris reddidit asspectibus[a] graciosum, tum etiam propter ipsam ecclesiam, in qua caritatis et alia pietatum opera non quiescunt, similiter gaudeat insigniis nostre gratie specialis, ecce prescripta privilegia dicte ecclesie, iuxta quod premisimus, auctoritate regia in perpetuum confirmamus, precipientes sub pena, que in dictis privilegiis continetur, universa iura, gratias et libertates, prout in ipsis privilegiis exprimuntur, eidem ecclesie ab omnibus inviolabiliter observari. Ut igitur premissa permaneant inconvulsa, presentes litteras conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari testibus, qui aderant, scriptis, qui sunt: Andreas et Gallus Boemie[b] camerarii, Hartleuus Morauie camerarius, Dywissius dapifer, Volcmarus[c] pincerna, Prothiwoy filius Chechonis, Stephanus de Medlowe, Sdyzlaus submarschalcus, Onso subpincerna, Conradus magister coquine et alii quamplures fideles nostri. Actum Prage anno Domini M°CC°LXX°, XII° kalendas septembris, datum ibidem anno et die predictis per manum magistri Petri, venerabilis Wissegradensis ecclesie prepositi, cancellarii regni nostri.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis glauci, rosacei et viridis coloris laesum, sed partim conservatione integratum appendet; in margine exteriore vestigia inscriptionis apparent. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV, 3 II.

---

615. [a]) *Ita A.* — [b]) *Littera ‚o' ex ‚e' corr. est in A.* — [c]) *Littera maior etiam ‚U' legi potest in A.*

[1]) *Sequitur tenor chartae Přemysli, marchionis Moraviae, — [1234—1235 mense mart.] datae (CDB III, pag. 125 num. 106), ubi (pag. 127 l. 8) loco, ‚sive sint in Morauia, sive in Boemia', ‚sive sint in Boemia, sive in Morauia' legitur.*

616.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stiriae et Carinthiae marchioque Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae et Egrae, monasterio in [Klášterní] Hradisko privilegium patris sui Venceslai I., regis Bohemiae, confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Pragae 1270 aug. 21.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. A 6 c) asservatur (A). — Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 9 num. 9 (B). — Apographum confirmationis chartae Ferdinandi III., imperatoris Romanorum, datae Linciae 1645 dec. 18 insertum est, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. A 26) asservatur (C). — Simplex apographum (sine charta inserta) saec. XVII. servavit M. Siebenaicher* „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis", *cuius codex mnscrus chart. ibidem (sign. num. 37) asservatur, fol. 102^{v}—103 (D).*

Ed: Cf. CDM IV, pag. 50 num. 40 sub num. 2 (textus num. 619 praebetur, sed etiam ad A revocatur).
Reg: Cf. Reg II, pag. 273 num. 708. — Šebánek, Archivy, pag. 42 num. 237 (ex A, C).
Lit: Teige, Zpráva, pag. 53 (chartae descriptio haud omnino recta praebetur). — Bretholz, Die Tataren in Mähren, pag. 30. — Fiala, Kancelář, pag. 171, 176 n. 37, pag. 199, 238 (singulae observationes). — KK, pag. 105. — Šebánek—Dušková, Listina v č. státě doby Václava I., pag. 61 n. 10. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 318 n. 158, pag. 320, 321, 327, 364, 395 n. 455 (Gr 4).

In tergo chartae manu registratoris mon. Gradicensis saec. XIII. ex. — XIV. in. scriptum legitur: „Super Haycyn" *(D). — Sub charta replicata in margine sinistro scriba chartae pennam probans scripsit et partim erasit:* „In nomine Domini amen".

Scriba: P II 77 = destinatarii scriba, cuius manus etiam in num. 615, 617 occurrit. Cf. Exempla script. num. 1 a, 60.
Dictator: verba chartae num. 615 a magistro Petro cancellario dictatae repetit, quae typis minoribus nec non praetermissionibus competentibus exprimuntur.
Utrum etiam haec charta (cf. num. 615) aliquanto post terminum dati sui sigillata sit, discerni non potest, sigillum enim deest (vide inferius), de fide chartae non est dubitandum.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (V), 3, Kl. Hradisko (I).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

In nomine sancte ...[1] amen. Nos Otthakarus, ... et Egre, ... quod nos privilegia serenissimi patris nostri Wencezlai, regis Boemorum quarti, quibus ... in hunc modum: In nomine Domini amen. Nos Wencezlaus, *etc.*[2] Nos itaque eiusdem patris nostri ... universa iura, gratias et libertates et metarum distinctiones, prout ... testibus, qui aderant infrascriptis, ... cancellarii regni nostri.

Sigillum: in filis sericis appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

616.

[1]) *Ubi hoc loco nec non inferius tria puncta ponuntur, sequitur idem textus atque in num. 615 cum variationibus orthographicis, quas negleximus; fines linearum hae sunt: ,... dominus Carniole, Mar‖chie ... quamvis racionabilibus ‖ tanquam ... processerunt circa ‖ commoda'.* — [2]) *Sequitur tenor privilegii spurii Venceslai I. regis Pragae 1249 sept. 1 dati (CDB IV, pag. 277 num. 171++) cum variationibus minimi momenti totidem verbis descriptus.*

617.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stiriae et Carinthiae marchioque Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae et Egrae, monasterio in [Klášterní] Hradisko privilegium patris sui Venceslai I., regis Bohemiae, confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Pragae 1270 aug. 21.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. A 6 b) asservatur (A). — Apographum saec. XVII. codex mnscrus chart. „Privilegia et compactata Gradicensia ab anno 1160—1685“ *intitulatus, in eodem archivo (inter Cerronianos II, num. 317) asservatus continet, fol. 24^{v}—29^{v} (B).*

Reg: Šebánek, Archivy, pag. 42 num. 239 (ex A).
Lit: Fiala, Kancelář, pag. 238 (singulae observationes). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 318 n. 158, pag. 320, 321, 327, 364, 395 n. 455 (Gr 5).

In tergo chartae manu registratoris mon. Gradicensis saec. XIII. (fortasse eadem, quae num. 618 scripsit (= P II 78)) scriptum legitur: „Privilegium Othachari regis de libertate ecclesie“ *(E).*

Scriba: P II 77 = destinatarii scriba, cuius manus etiam in num. 615, 616 occurit. Cf. Exempla script. num. 1 a, 60.
Dictator: verba chartae num. 615 a magistro Petro cancellario dictatae repetit, quae typis minoribus nec non praetermissionibus competentibus exprimuntur.
Charta aliquanto post terminum dati sui (post 1270 dec. 12) videtur esse sigillata (cf. inferius descriptionem sigilli), de fide eius non est autem dubitandum.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (W), 3, Kl. Hradisko (K).

⁝ In nomine sancte ⁝ ...[1] amen. Nos Otthakarus, ... et Egre, ..., quod nos privilegia serenissimi patris nostri Wencezlay, regis Boemorum[a] quarti, quibus ... in hunc modum: In nomine sancte et individue trinitatis amen. Wencezlaus, *etc.*[2] Nos itaque eiusdem patris nostri ... testibus, qui aderant infrascriptis, ... cancellarii regni nostri.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis rosacei, viridis et glauci coloris valde laesum atque inepta conservatione integratum appendet; in margine exteriore vestigia inscriptionis apparent. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV, 3 II.

---

617. [a]) ‚Boẽm' *A.*

[1]) *Ubi hoc loco nec non inferius tria puncta ponuntur, sequitur idem textus atque in num. 615 cum variationibus orthographicis, quas negleximus, fines linearum hae sunt:* ‚omnibus in ‖ perpetuum. Cum ... calumpniarum time‖ri oporteat ... innovationis assump‖to ...'. — [2]) *Sequitur tenor I. versionis privilegii spurii Venceslai I. regis Pragae 1250 s. l. et d. dati, cuius textum in CDB IV. 1, pag. 341 num. 188^{++} ex confirmatione modo tractata dedimus.*

618.+

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stiriae et Carinthiae marchioque Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae, Egrae ac Portus Naonis (sic),[1] monasterio in [Klášterní] Hradisko privilegium patris sui Venceslai I., regis Bohemiae, confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Pragae 1270 aug. 21.

Charta dubiae fidei in membrana scripta in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. A 6 a) asservatur (A). — Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 11 num. 10 (B). — Apographum saec. XVII. codex mnscrus chart.* „Privilegia et compactata Gradicensia ab anno 1160—1685" *intitulatus, in SAR Brunae (inter Cerronianos II, num. 317) asservatus continet, fol. 30—36 (C).*

Ed: Cf. CDM IV, pag. 50 num. 40, sub num. 3 (textus num. 619 praebetur, sed etiam ad A revocatur).
Reg: Cf. Reg II, pag. 273 num. 708. — Šebánek, Archivy, pag. 42 num. 238 (ex A, charta pro spuria habetur).
Lit: Teige, Zpráva, pag. 53 (chartam saec. XIV. in. scriptam nec non fictam esse declarat). — Bretholz, Die Tataren in Mähren, pag. 30 (opinio mododicta laudatur). — Fiala, Kancelář, pag. 238 (notas externas chartae tractans, sinceritatem eius non excludit). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 318 n. 158, pag. 320, 321, 327, 364 (Gr 6) (charta nota + signatur).

In tergo chartae manu saec. XVI. scriptum legitur: „Sicut gaudet ecclesia Olomucensis, ita ecclesia Gradicensis; et ne cives Olomucenses homines nostros arestant, Ottagari, regis Bohemiae". *Inferius manus saec. XVII. addidit:* „Aurea libertas".

Scriba: P II 78 = fortasse posterior, sed certe adhuc saec. XIII. destinatarii scriba; fortasse idem, qui notas in tergo chartae num. 617 scripsit (E), praeterea autem in nulla alia charta deprehendi potest. Exempla script. num. 1 a, 61.
Dictator: verba chartae num. 615 a magistro Petro cancellario dictatae repetit; quae typis minoribus nec non praetermissionibus competentibus exprimuntur; sed etiam magister Henricus, postea regis protonotarius, stili sui auctoritatem hic aperte exercebat (vide in initito dati formulae verba „Actum et datum").
In cod. mnscro membr. saec. XIV. libri formarum Henrici Italici (UK Pragae, sign. I E 48, fol. 45^{v} num. 138 = Reg II, pag. 1082 num. 2516) textus chartae cum praetermissionibus nec non mutationibus, quae in libris formarum occurrere solent, invenitur, quem suo loco vide.
Quae superius nec non inferius (vide verba „ac Portus Naonis" *in intitulationis formula chartae, scribae P II 78 manum, proprietatem stili magistri Henrici in dati formula chartae nec non sigillum eiusdem) diximus, contra sinceritatem chartae videntur testari. Pro certo haberi potest eam ante introitum magistri Henrici in cancellariam regiam (ante terminum igitur 1271 sept. 1) exstitere non potuisse. Receptionis eius in Librum formarum respectu opinio autem deneganda non est chartam post supra memoratum terminum praesente magistro Henrico apud destinatarium suum scriptam sigilloque regio iuste munitam esse.*
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (X), 3, Kl. Hradisko (L).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

⁝ In nomine ⁝ sancte ...[2] amen. Nos Othakarus ... et Egre ac Portus Naonis, ..., quod nos privilegia serenissimi patris nostri Wencezlai, regis Bohemorum[a] quarti, quibus ecclesiam Gradicensem pie et racionabiliter dotatam multis beneficiorum graciis ac libertatibus insignivit, renovanda et confirmanda

duximus, que non cancellata nec abolita vel in aliqua parte sui viciata repperimus in hunc modum: In nomine sancte et individue trinitatis amen. Wencezlaus, *etc.*[3] Nos itaque eiusdem patris nostri carissimi, cuius ... testibus, qui aderant, infrascriptis, ... Wolkmarus pincerna, Onso subpincerna, Sdizlaus submarschalcus Boemie, Stephanus de Medlow, Protiuoy filius Chechonis, Cunradus magister coquine et alii quam plures fideles nostri. Actum et datum Prage anno Domini M° CC° LXX, XII kalendas septembris,* per manum magistri Petri, venerabilis Wissegradensis ecclesie prepositi, cancellarii regni nostri.[b]

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis rubri coloris appendebat; fragmenta eius in sacculo sericeo extra chartam asservato reposita sunt. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV, 3 II (?).

618.$^{+\cdot a)}$ ‚Bohẽm' *A.* — $^{b)}$ *Syllabis competenter distentis scriptum est in A.*

$^{1)}$ *Tituli regis hoc loco positi omnes in nulla sincera charta eius ante 1270 oct. 27 (Reg II, pag. 279 num. 719 nec non suo tempore in regestorum serie huius tomi) reperiri possunt.* — $^{2)}$ *Ubi hoc loco nec non inferius tria puncta ponuntur, sequitur idem textus atque in num. 615 cum variationibus orthographicis, quas neglexi-mus; fines linearum hae sunt:* „... in perpetuum. || Cum humane ... oporteat tempe||states ... vultu innova||tionis ...'. — $^{3)}$ *Sequitur tenor II. versionis privilegii spurii Venceslai I. regis, dati Pragae 1250 sept. 1, cuius textum in CDB IV. 1, pag. 341 num. 188*$^{+++}$ *ex confirmatione modo tractata dedimus.*

619.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stiriae et Carinthiae marchioque Moraviae, dominus Carniolae, [Marchiae][1] *et Egrae, monasterio in [Klášterní] Hradisko privilegium ducis Ottonis nec non textum memoriae de donatione a Venceslao, duce Moraviae, facta confirmat, tenorem earum inseri faciens.*

Pragae 1270 aug. 21.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 5—7 num. 6 (B).*[2] — *Ex pluribus recentioribus apographis illud saec. XVII. commemoretur, quod M. Siebenaicher* „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis" *praebet, cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, fol. 101*^{v}*—103 (C).*

Ed: CDM IV, pag. 50 num. 40 (ex C), sub num. 1 ad chartam modo tractatam revocatur.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 318 n. 158, pag. 320, 321, 364 (Gr 7). — *Zaoral, K zakládací listině, pag. 275 ss.* — *Šebánek, SPFFBU C 16 (1969), pag. 165—6.* — *Dolista, Ještě k listinám hrad. kláštera z r. 1078, pag. 111.*[3]

Dictator: verba chartae num. 615 a magistro Petro cancellario dictatae repetit, quae typis minoribus nec non praetermissionibus competentibus exprimuntur.
De fide chartae nullo modo dubitandum est.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (Y), 3, Kl. Hradisko (M).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

In[a] nomine sancte ...[4] amen. Nos Otthakarus, ..., dominus Carniole*[b] et Egre, ..., quod nos privilegia incliti ducis Ottonis, quibus ... in hunc modum: In nomine sancte et individue trinitatis. Otto, dei gracia id quod est, *etc.*[5] Anno incarnacionis dominice M° C° XX° VI° , *etc.*[6] Nos itaque eiusdem ducis Ottonis, cuius favoris gracia ... precipientes et mandato regali firmiter statuentes universa iura, gracias et libertates et metarum distincciones, prout ... testibus,[c] qui aderant, infrascriptis ... cancellarii regni nostri.

---

619. [a]) *Varias lectiones textus C quasi inutiles negleximus.* — [b]) *Incuria scriptorum, qui chartam copiaverunt, vox* ‚Marchie' *videtur deesse in B, C.* — [c]) *In B erronee* ‚testes' *dicitur.*

[1]) *Vide notam b.* — [2]) *Autographum chartae notarius publicus 1640 nov. 15 se vidisse testatur, qui mendose asserit chartam a Přemyslo Otakaro I. 1200 aug. 21 datam esse. Cf. superius sub Lit apud Šebánek et Dolista. Signum autographi* ‚Cistae nigrae, scrinium III num. 35' *erat.* — [3]) *Cf. etiam dissertationem cum titulo* ‚Archiv kl. hradišťského' *anno 1961 ab I. Hrabětová-Bubová conscriptam (cuius mnscrum in UK Brunae exstat).* — [4]) *Ubi hoc loco nec non inferius tria puncta ponuntur, sequitur idem textus atque in num. 615 apertis erroribus praetermissis cum variationibus orthographicis, quas etiam negleximus.* — [5]) *Sequitur tenor chartae Ottonis, ducis Moraviae, s. l. 1078 febr. 3 datae, cuius editionem ex aliis fontibus (textu B neglecto) cum pluribus variationibus lectionum minimi momenti in CDB I, pag. 82 num. 79 vide. Notandum est exprese articulum* ‚Nakel ... cum consuetudine sua' *(pag. 83 l. 24 — pag. 84 l. 5) in B, C deesse.* — [6]) *Sequitur tenor notitiae sine nota temporis super donationem villae Kyjov mon. Gradicensi facta, cuius editionem (textu B neglecto) in CDB I, pag. 110 num. 110 vide. Articulus* ‚Nakel ... consuetudine sua' *(pag. 111 l. 11—19) in B, C legitur; numerus aratrorum ibidem laudatorum ex* ‚VIII' *ubique in* ‚VIIII' *correctus est.*

620.

Bruno, episcopus Olomucensis, Henrico, iudici de [Horní] Hynčina, silvam inter Hradec [nad Svitavou], [Kamenná] Horka, metas Boršonis [de Rýzmburk] et viam, quae protenditur versus Jevíčko, existentem locationis titulo sub condicionibus expresse nominatis confert.

In Blansko 1270 aug. 24.

Apographum insertum est confirmationi Francisci card. de Dietrichstein in Kroměříž 1602 aug. 6 datae, cuius confirmationis autographum quondam apud iudicem in Horní Hynčina asservatum nunc latet; huius confirmationis duae vidimationes a notario publico Martino Johanne Weidlich confectae, in Mor. Třebová 1651 mart. 6 et 7 datae exstant, quarum vidimationum autographa in plagulis chartaceis scripta in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. P I b 5/4) asservantur (B, C). — *Versio Germanica confirmationis Francisci card. de Dietrichstein superius dictae in mnscro chart. saec. XVII.—XVIII.* „Privilegia omnium episcopatus Olomucensis dominiorum" *intitulato, ibidem (sign. C 4) asservato legitur, pag. 438—439 (T), cuius textum inferius sub* * *vide.*

Ed: CDM IV, pag. 52 num. 41 (ex quodam apographo, cuius orthographiam Boček usui orthographico saec. XIII. accomodavit). — *Kötzschke, Quellen zur Geschichte der ostdeutschen Kolonisation, pag. 116 num. 74 b (haud integrum textum ex CDM praebet).*
Reg: Reg II, pag. 273 num. 709.

Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 151 (corr. lect. A. Boček). — KK, pag. 336 (stilus chartae). — Hosák, Středověká kolonisace na Horní Svitavě, pag. 26 (quaestiones topographicae).

Dictator: cancellariae episcopi proprius, fortasse idem, qui chartam num. 607 seu etiam num. 717, 764, 779 dictavit et stili sui charactere stilo Conradi, notarii episcopi, affinis est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (XXX), 4 b, De chartae apud locatores usu (P).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, Heinrico, judici de Bolen, et suis haeredibus in perpetuum. Cum rerum rite gestarum certissima repraesentatio sit scriptura, ideo tenore praesentium constare volumus praesentibus et futuris, quod nos tibi tuisque haeredibus totam sylvam nostram, existentem inter Greiffendorff[a] et Hermansdorph, villas nostras, et metas viri nobilis domini Bursonis et suorum haeredum et inter viam, quae protenditur versus Gewitz,[b] locationis titulo et iure haereditario contulimus, videlicet isto iure,[c] ut quotquot mansi ibidem esse poterint, tu et haeredes tui ex speciali libertate, quam damus, decem et octo annis a receptione praesentium decimum mansum liberum habebitis libere perpetuo possidendum. Ad haec unam tabernam liberam, unam rotam molendinam liberam et non plures; si vero plures, tunc processu temporis nobis esse debent et nostris successoribus censuales. Item tertium denarium totius judicii liberum habebitis cum omnibus supradictis. Praeterea in eadem villa[d] Bolen ecclesiam esse volumus, quam plebanus, qui pro tempore fuerit, in Greiffendorph[a] semel infra quatuordecim dies in divino officio procurabit. Communitas vero hominum villae supra dictae de Bolen inter se unum mansum comparabit ecclesiae de Bolen et plebano de Greiffendorph[a] libere perpetuo serviturum. In cuius rei testimonium damus tibi et tuis haeredibus praesens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Datum in Planczk anno Domini millesimo ducentesimo LXX°,[e] in die sancti Bartholomaei apostoli.

---

620. [a] ‚Greifendorph' *C.* — [b] ‚Gewicz' *C.* — [c] ‚jure' *C.* — [d] ‚de' *sequitur in C.* — [e] ‚LXX' *C.*

620.*

Bruno, von gottes gnaden bischof zu Ollmütz, dem Henrich, richter von Bolen, und seinen erben auf ewig. Dieweilen denen geschehenen oder abgehandleten sachen die allergewisseste darstellung die schrift ist, derohalben inhaldt dises briefs thuen und wollen wir kund machen jetzigen und künftigen, daß wier dier, deinen erben unsern gantzen wald, welcher liget zwischen unsern dörfern Greiffendorff und Hermßdorff und zwischen den zihln und gräntzen des edlen manns, herrn Bunsonis[a] und seiner erben und zwischen dem weege, welcher gehet und sich strekhet gegen der Gewitz mit disem einsatzungstitul und erblichen rechte verlihen haben, nemblich mit disem rechte, daß wievil huben alldort sein möchten oder könten, du und deine erben aus und sonderlicher freiheit, welche wir geben achtzehen jahr von empfange dises briefs an zu rechnen, die zehende hube frei und ewig zu besitzen, zu disem noch einen freien krätschemb und eine freie mühle eines rads und nicht mehr; so aber künftiger zeiten dero mehr sein möchten, sollen selbige uns und unsern nachkombenden zinsbahr sein; item den dritten pfenning des gantzen gerichts werdet ihr frei haben mit allen denen oben geschribenen oder genenten dingen; uber das wollen wir, daß in dem dorf Bolen eine kirche sein soll, welche

der pfarrer, der zur zeit in Greiffendorff sein wird, einmal innerhalb vierzehen tagen mit verrichtung des gottesdienstes verwalten und versehen soll, die gemeind derer leuthe oben bemelten dorfes Bolen sollen unter ihnen eine hube verschaffen, daß selbige der kirchen in Bolen und dem pfarrer in Greiffendorff frei und ewig dienstlich seie. Zu diser solcher urkund oder gezeugnus geben wir dier und deinen erben dise mit unsers insigls verwahrung besterkte schrift. Geeben in Planczk im jahr eintausent zweihundert und sibentzig, am tag des heiligen Bartholomei apostels.

620.* [a] *Ita T.*

621.

Agnes, relicta Kadoldi de Wehing (Weingen) *monasterio in Oslavany pro recompensatione laneorum in Hadersdorf [am Kamp] laneum in Gedersdorf reddit, Jutae, sorori mariti sui, [abbatissae de Oslavany], duos laneos ibidem assignans.*

In Stoječín (Stoyce) *1270 aug. 25.*

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 34) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 52 num. 42 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 274 num. 710. — Šebánek, Archivy, pag. 43 num. 240 (ex A).
Lit: Dušková, Listiny rudíkovské, pag. 258 n. 48, pag. 275 (scriba chartae, testium formula eius). — KK, pag. 309 n. 1. — Měřínský, Několik poznámek, pag. 302 (quaestiones topographicae).

In tergo chartae manu saec. XIV. scriptum legitur: „Hedersdorf".

Scriba: destinatarii proprius (= Os 2), cuius manus in chartis Oslavanensibus cum notis annorum 1260–1270 datis, quae autem re vera demum brevi ante annum 1270 aut dicto anno scriptae sunt, occurrit. Vide ex. gr. num. 227+ (A 2), 228, 355+ (A 1), 395+, 528+, 595. Cf. Exempla script. num. 3, 3.
Dictator: destinatarii proprius, qui proprietatibus stili, quae inter annos 1259–1275 in monasterio Oslavanensi usurpari solebant, utitur.
Vide: II. 3, Oslavany (DD), 4, De chartae apud nobiles usu (EEEE).

Nos Agnes, relicta domini Kadoldi de Weingen, omnibus hanc litteram inspecturis ad rei[a] || memoriam. Ne hii, qui cum pietate mortis sompno depressi in Christi nominis confes||sione dormitionem acceperunt, suius fraudentur remediis, que ipsorum liberatione legata fuerint || ac salute, eternari solent memoria litterarum. Inde est, quod nostris litteris protestamur, quod nobilis femina, domina videlicet Demudis, mater domini mei et mariti pie memorie,[1] divinitus inspirata pro remedio anime sue et successorum suorum legavit duos laneos in Hedrichstorf venerabili abbatisse et conventui monasterii[b] de Osla, Cysterciensis ordinis, solventes XIIII solidos Wienensium et curticulam, solventem solidum Wienensium, iure perpetuo et piscaturam in Musza, pro quorum reconpensatione reddidimus venerabili abbatisse et conventui in villa Genstrendorf unum laneum, XII solidos Wienensium[c] solvontem,[d] et curticulam II solidos eiusdem monete annis singu-

lis[e] solventem, iure[e] perpetuo, recedentes ab omni iure, quod in premissis videbamur habere. Preterea domine Iutte, sorore[d] domini mei felicis recordationis, assignavimus duos laneos in eadem villa, solventes XXIIII[or] solidos Wienensium[c] annis singulis, quos tantum vite sue temporibus ad[e] usus suos libere[e] retinebit. In huius rei testimonium et evidens[f] argumentum presentem litteram sigillo domini mei pie memorie consigniri fecimus ad cautelam. Actum in Stoyce anno Domini M[c]CC[o]LXX, in crastino beati Bartholomei, VIII kalendas septembris presentibus: Kadoldo,[g] Smilone, Vlrico filiis meis, domina Elysabet Orphana relicte[h] domini Kadoldi et ipsarum pedissequis, domino Birchano, fratre Rudolfo converso dominarum de Osla plebano de Stoyce et aliis quam pluribus tunc ibidem collectis.[g]

Sigillum: Kadoldi de Wehing (Weingen), *mariti Agnetis, iam defuncti, in filis cannabinis glauci et caerulei coloris illaesum appendet. Vide Sigilla num. 4, 37.*

---

621. [a]) ‚e' *ex* ‚r' *correctum est in A.* — [b]) *Cum duobus titulis scriptum est in A.* — [c]) ‚Wien' *A.* — [d]) *Ita A.* — [e–e]) *Verba in loco raso scripta sunt in A.* — [f]) *Scriba iterum vocem* ‚testimonium' *scribere coepit, primam litteram* ‚t' *erasit et porro scripsit in A.* — [g–g]) *Alia penna et alio atramento additum esse videtur in A.* — [h]) *Ita pro* ‚relicta' *A.*

[1]) *Post 1270 ian. 27 defuncti.*

622.

Ludovicus, provincialis commendator fratrum [domus] hospitalis s. Mariae Theutonicorum per Bohemiam et Moraviam, protestatur se omne ius, quod in ecclesia Vallis s. Mariae [in Pohled] habuit, pro fundando et aedificando monasterio ibidem resignasse.

In Dobrovice [1269—1270][1] sept. 10.

Fragmentum apographi (vide notam m) saec. XIV. praebet codex mnscrus membr. „Chartularium et urbarium monasterii Vallis s. Mariae" *intitulatus, in UK Pragae (sign. XIV E 13) asservatus, fol. 11[v] (B). — Apographum integrum codex mnscrus chart. bibliothecae Musei Nationalis Pragae* „Actorum vicariatus Bohemiae compendiosa notitia 1700" *(sign. VI D 25) continet, pag. 563—564 (C).*[2]

Ed: Millauer, Ritterorden, pag. 118 num. 12 (ex C, ad 1270 sept. 2). — CDM V, pag. 253 num. 41 (ex Millauero, ad 1270 sept. 10).
Reg: Kopetzky, Regesten, pag. 125 num. 105 (ad 1270 sept. 10). — Reg II, pag. 276 num. 712 (ad cca 1270 sept. 2).

Dictator: fortasse ordinis fratrum hosp. s. Mariae Theutonicorum proprius.
Vide: II. 3, Pohled (H), Ordo militum Theutonicorum (DD).

Nos frater Ludovicus,[a] provincialis commendator[b] fratrum hospitalis sanctae[c] Mariae domus Teutonicorum[d] per Bohemiam[e] et Moraviam,[f] omnibus praesentem paginam inspecturis notum fieri volumus ad rei memoriam sempiternam, quod ad instantiam et

gratiam nobilis viri, felicis recordationis domini Zmilonis dicti de Lichtenburg,[g] [3] baronis illustris regis Bohemiae,[h] fratrum nostrorum accedente consensu[i] resignavimus liberaliter omne jus, quod habuimus in ecclesia Vallis sanctae Mariae, Pragensis dioecesis, sita circa Brodam.[k] Et hoc pro fundando et aedificando monasterio sanctimonialium sancti Benedicti, ordinis Cisterciensis, etiam[l] praesentibus protestantes, quod per gratiam ipsius[m] domini Zmilonis quosdam agros, sitos in Brodensi parochia, quos judex Wernherus nomine dictus Piscator possidet, habuimus et recepimus illius ecclesiae in restaurum. Ne igitur imposterum ab aliquibus fratribus nostri ordinis sanctimonialibus nunc in praedicto loco existentibus aliqua quaestio moveatur, in hujus renuntiationis et restauri receptionis efficax argumentum praesenti paginae nostrum sigillum duximus appendendum. Testes sunt: magister Henricus doctor decretorum, frater Leopoldus commendator de Oppavia, frater Helvicus commendator de Brod, frater Chunradus commendator de Nova Domo, frater Gottfridus commendator de Dobrowitz et alii fratres in provinciali capitulo constituti. Datum in Dobrowicz quarto idus septembris.

---

622. [a] ‚Ludewicus' *B.* — [b] ‚conmendator' *B.* — [c] *Hoc loco nen noc inferius ponitur ‚e' pro ‚ae', ‚o' pro ‚oe', ‚c' pro ‚t', ‚i' pro ‚y' seu pro ‚j' in B.* — [d] ‚Tevtunicorum' *B.* — [e] ‚Boemiam' *B.* — [f] ‚Morauiam' *B.* — [g] ‚Luchtenburch' *B.* — [h] ‚Boemie' *B.* — [i] ‚assensu' *B.* — [k] ‚Brod' *B.* — [l] ‚in' *B.* — [m] *Abinde usque ad finem omne deest in B.*

[1]) *Charta paulo post obitum Smilonis de Lichtenburk post 1269 maii 1 defuncti seu anno 1269 seu 1270 videtur esse data.* — [2]) *C in textu, B in notis praebemus.* — [3]) *Vide n. 1.*

623.

Bruno, episcopus Olomucensis, controversiam inter monasterium Cellae b. Mariae Virginis Brunae et plebanum in Šaratice super decimis de Hostěrádky vergentem decernit.

Apud Kroměříž 1270 sept. 22.

Apographum exstat in vidimatione Theoderici, episcopi Olomucensis, s. l. [ante a. 1287] data (Šebánek, Studie o kanceláři, pag. 271 num. 2), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. Cellae b. Mariae V. Brunae, sign. Jesuité Brno 30 C) asservatur (B).

Ed: CDM IV, pag. 57 num. 44 (ex B).
Reg: Reg II, pag. 277 num. 713. — Šebánek, Archivy, pag. 43 num. 241 (ex B).

Dictator: verisimillime cancellariae episcopi proprius, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (YYY), 3, Bruna, Cella b. Mariae V. (L), Aliae ecclesiae (S).

B.,[1] dei gracia Olomuncensis episcopus, universis Christi fidelibus presentem paginam visuris, salutem in omnium salvatore. Cum plebanus de Scheroticz[2] in sinodo nostra[a] generali in Chremsir celebrata[3] proponeret coram nobis, quod sanctimoniales Celle sancte Marie in Brunna ei denegarent dare decimam de villa Hostradicz, videlicet tria capecia[b] de laneo secundum nostram constitucionem, procurator sanctimonialium

predictarum[4] paratum se dare decimam exhibuit, dum omnes ville eidem ecclesie attinentes predictam dare decimam non negarent. Nos igitur auditis allegacionibus utriusque decernimus[c] et statuimus, ut iam dictus sacerdos de Scheroticz aut aliquis suorum successorum non presumat exigere decimas in villa memorata, nisi prius adiacentes ville eidem ecclesie attinentes predictam dare decimam conpellantur, et nullam de neglectis huius anni decimis faciat[d] mencionem; set unusquisque secerdotum[e] in eadem residens ecclesia contentus decima sit antiqua. Datum aput Chremsir anno Domini M°CC° LXX°, in die beati Mauricii.

---

623. [a]) ‚nostro' *B.* — [b]) ‚capacia' *B.* — [c]) ‚decrevimus' *B.* — [d]) ‚faciant' *B.* — [e]) ‚sacerdotem' *B.*

[1]) *Bruno.* — [2]) *Nomen ignoramus.* — [3]) *Terminus dati chartae cum termino dati synodi in Kroměříž celebratae congruit; cf. num. 8 n. 4.* — [4]) *Nomen ignoramus.*

624.

Johannes, episcopus Pragensis, omnibus, qui ad opus chori ecclesiae [domus] Dominici sepulchri in Zderaz manum porrexerint adiutricem, indulgentias concedit nec non indulgentias ab aliis episcopis datas confirmat.

Pragae [1270][1] sept. 27.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum domus Dominici sepulchri in Zderaz, sign. L IV ŘKřb Zderaz num. 19) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 277 num. 714.
Lit: Nový, Listiny, pag. 68, 114 n. 231 (manus scribae nec non stilus chartae haud omnino recte tractantur, specimen scripturae chartae praebetur). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 61 (stilus chartae in comparatione cum libro formarum episcopi Thobiae tractatur).

In chartae replicatae parte dextra registrator archivi saec. XV.—XVI. scripsit „R"; in tergo manu registratoris destinatarii saec. XIII. ex. scriptum legitur: „Iste sunt indulgencie ad opus cori" *(C).*

Scriba: J III 18 = fortasse cancellarie episcopi proprius. Exempla script. num. 2 a, 20.
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (QQ), 3, Zderaz (G).

Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, universis Christi fidelibus nostre civitatis et dyocesis salutem in Domino Ihesu Christo. Cum eternorum intuitu ea seminare debeamus in terris, que || reddente Domino cum multiplicato fructu recoligere valeamus in celis, firmam spem[a] fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat || in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam in posterum sempiternam.[2] Rogamus itaque universitatem vestram et hortamur in Domino ac in remissionem vestrorum vobis in||iungimus peccatorum, quatinus ad opus chori Zderazensis ecclesie,

ordinis Sepulcri Dominici, qui ibidem construitur opere sumptuoso, de bonis a deo vobis collatis vestras pias elemosinas et grata caritatis subsidia taliter erogare curetis, cum super hoc fueritis requisiti, ut per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterna possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia confidentes, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad opus predictum manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies criminalium et annum venialium de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, presentibus usque ad consumationem operis valituris. Et quia venerabiles patres, Leo videlicet, Ratisponensis episcopus, XL dies criminalium et LXXX venialium et Willelmus, Lubucensis episcopus, XL dies criminalium et LXXX venialium ac frater Herbordus, episcopus Lauentinus, XL dies criminalium et LXXX venilium[b] necnon dominus Bruno, Olomucensis episcopus, XL dies in hoc pio negocio christiano populo usque ad perfectionem operis contulerunt,[3] honestorum et religiosorum virorum, prioris[4] et fratrum dicte ecclesie, super ipsorum necessitatibus pio compacientes affectu, nos huiusmodi graciam salutiferam ratam et gratam habentes, huius scripti testimonio confirmamus, ut benefactoribus predicti operis proficiat ad salutem. Datum Prage in die sanctorum Cosme et Damiani martyrum, pontificatus nostri anno terciodecimo.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

624. [a]) *Cum titulo superfluo scriptum est in A.* — [b]) *Ita A.*

[1]) *Cf. num. 148 n. 1.* — [2]) *Cor. 9, 6; cf. etiam CDB III, pag. 34 num. 35 nec non Novák, Formulář, pag. 7 num. 9.* — [3]) *Verisimiliter viva voce seu anno 1270, seu nuper ante eundem annum.* — [4]) *Nomen ignoramus.*

625.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stiriae et Carinthiae marchioque Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae et Egrae, et Henricus IV., dux Silesiae, universis per districtum Silesiae constitutis mandant, ut monasterio s. Clarae Vratislaviae iniurias forsitan illatas retractent.

Pragae 1270 oct. 1.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Vratislaviensi (archivum mon. s. Clarae Vratislaviae, sign. num. 24) asservabatur, nunc autem latet eiusque imago phototypica tantum restat (A).

Ed: Knoblich, Herzogin Anna, pag. 35 num. 27 (ex A).
Reg: CDS VII. 2, pag. 182 num. 1347. — Reg II, pag. 278 num. 715, pag. 1178 num. 2695.
Lit: Heyne, Dokumentierte Gesch. d. B. Breslau I, pag. 532 n. 1 (sigilla chartae describuntur). — Jäkel, Die Kanzlei, pag. 135 (origo chartae cancellariae regiae adiudicatur). — Šebánek, Počátky... feudalismu ve Slezsku, pag. 17 (editores chartae). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 384 n. 393.

Scriba: P II 79 = potius cancellariae regiae quam destinatarii proprius. Exempla script. num. 1 a, 62.
Dictator: mandati forma usus est.
Cf. mandatum Přemysli Otakari sub eodem dato in „Kamnich" *datum = Reg II, pag. 278 num. 716 nec non suo tempore in regestorum serie huius tomi.*
Vide: II. 1 a, P. O. II.
Imagines phototypicas adversae nec non reversae partis chartae benignissime nobis v. d. H. Appelt ex apparatu diplomatico editionis „Schlesisches Urkundenbuch", *qui Marburgae asservatur, transmittendas curavit.*

O.,[1] dei gracia Bohemorum rex, Austrie, Stirie et Karinthie dux marchioque Moravie, dominus Carniole, Marchie || et Egre, et H.,[2] dei gracia dux Slesie,[a] universis et singulis per districtum Slesie[a] constitutis, ad quos || presens pagina devolvetur, graciam suam cum plenitudine omnis boni. Cum dilectas in Christo filias || abbatissam et conventum ecclesie sancte Clare Wratislaviensis[b] monasterii ipsarumque bona omnia in nostram protectionem specialem receperimus et tutelam, fidelitati vestre sub obtentu nostre gracie precipiendo mandamus firmiter et districte, universitatem vestram firmius ac districcius ammonentes, quatenus ab ipsarum abbatisse[c] et conventus bonorum et possessionum omnium oppressionibus et iniuriis ac violenciis quibuscunque penitus abstinentes, ipsas, si quas fecistis, sub obtentu omnium bonorum vestrorum similiter retractetis. Si quis vero presentis nostri mandati transgressor extiterit, indignacionem et animadversionem nostram se noverit incurrisse; et nichilominus contra eundem, quantum ius permiserit, acriter procedemus; dirigentes vestre universitati presentes nostrorum sigillorum roboratas munimine ad cautelam. Datum Prage anno Domini millesimo CC°LXX°, kalendis octobris.

Sigilla: in filis sericis flavi et rubri coloris[3] appendent (appendebant); 1) Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., fere illaesum. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III; 2) avulsum et deperditum est.

---

625. [a]) ‚Slie' *A.* — [b]) ‚Wrat' *A.* — [c]) *Prima littera* ‚a' *ex* ‚s' *videtur esse corr. in A.*

[1]) *Přemysl Otakarus II.* — [2]) *Henricus IV.* — [3]) *Cf. apud Knoblich et Heyne in apparatu laudatos.*

625 a.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stiriae et Carinthiae marchioque Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae, Egrae et Portus Naonis, privilegium Bernardi, ducis Carinthiae, felicis memoriae, monasterio in Kostanjevica datum confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Apud Kostanjevica 1270 nov. 22.

Apographum saec. XVIII. ex. in plagulis chartaceis scriptum, quod ex autographo desumptum est,' in archivo publico Labacensi (Arhiv Slovenije, sign. Graščinski arhivi, Gr. A. I., Dolski arhiv — Reigersfeld VII, Fasc. 179) asservatur (B). — Apographum saec. XVI. codex mnscrus chart. „Archiducis Caroli confirmationes privilegiorum. Für Innerösterreich, tom. I" *intitulatus continet, qui in archivo publico in Graz (sign. ignoramus) asservatur, fol. 334^{v}—337^{v} (C).*

Lit: Dušková, Neue Abteilung der Kanzlei, pag. 66 ss.

Dictator: magister Petrus cancellarius (cf. ex. gr. num. 582, 583, 667+ +).
Autographum deperditum (A) eadem manu atque autographum chartae num. 626 (manu scribae O 77 itaque) videtur esse scriptum.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (Z). Ad chartam adhuc omnino ignotam benignissime animum nostrum v. d. Božo Otorepec vertere haud omisit, idemque etiam imaginem xerographicam textus B nobis ditavit. Imagine xerographica textus C apparatum nostrum grato animo v. d. G. Pferschy complevit.

In nomine sancte[a] et individue trinitatis, amen. Nos Ottokarus, dei gracia Boemie[b] rex, dux Austrie, Styrie et Karinthie[c] marchioque Moravie, dominus Carniole, Marchie, Egre et Portus Naonis,[d] omnibus in perpetuum. Cum inter ceteros gradus ordinum, quibus tamquam[e] per scalas ascensionis ad veri ascenditur reclinatorium Salomonis, ordinem Cisterciensem tum propter vere caritatis[f] et devotionis opera, que in[g] ipso ordine non quiescunt, tum eciam propter diligentem observanciam monastice discipline nostre dilectionis brachiis specialiter amplectamur, ut affectus noster, quem ad ordinem gerimus prelibatum, appareat evidentibus operum argumentis, ecce privilegium domini Bernardi,[g] incliti ducis Karinthie, felicis memorie, pro ampliori fulcimine firmitatis auctoritate regia duximus confirmandum, quod vidimus et audivimus in hunc modum. In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Cum littera[h] *etc.*[2] Ut igitur huiusmodi[i] nostra confirmatio seu innovatio presentis privilegii ac aliorum privilegiorum per dilectum avunculum nostrum dominum Ulricum, inclitum ducem Karinthie,[c] felicis memorie,[3] postea collatorum[4] robur obtineant perpetue firmitatis, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Testes vero huius confirmationis nostre sunt: Conradus abbas monasterii Syticensis,[k] Ulricus dictus de Towers[l] capitaneus Carniole et Marchie, Otto, Offo et Ortolfus[m] fratres de Landestrost, Otto et Theodericus[n] fratres de Schonenberc,[o] Nicolaus de Rutenberc,[p] Herbordus, Otto et Meinhalmus fratres de Owersberc,[q] et alii quam plures. Actum apud Landestrost anno Domini M°CC°[r] septuagesimo, X[s] kalendas decembris. Datum eodem anno et die predicto per manus magistri Philippi, notarii nostri, indictione XIII,[t] anno coronationis nostre decimo.

Sigillum: sicut ex descriptione textui B adnexa certe docemur, autographum chartae sigillo Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc. (= Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III) munitum erat.

---

625 a. [a] *Hoc loco nec non inferius* ‚ae' *seu* ‚oe' *pro* ‚e', ‚u' *pro* ‚v', ‚v' *pro* ‚u', ‚t' *pro* ‚c' *ponitur in C.* — [b] ‚Boe͡m' *B,* ‚Bohemiae' *C.* — [c] ‚Carinthiae' *C.* — [d] ‚Nanis' *B.* — [e] ‚tanquam' *C.* — [f] ‚charitatis' *C.* — [g] *Vox* ‚in' *iterum sequitur in B.* — [g] ‚Berenhardi' *C.* — [h] ‚litera' *C.* — [i] ‚hujusmodi' *B.* — [k] ‚Sitticensis' *C.* — [l] ‚Tuws' *C.* — [m] ‚Ortoldus' *C.* — [n] ‚Theodoricus' *C.* — [o] ‚Schönenberkh' *C.* — [p] ‚Rutenberkh' *C.* — [q] Owersperkh' *C.* — [r] ‚millesimo ducentesimo' *C.* — [s] ‚decimo' *C.* — [t] ‚decima tercia' *C.*

[1]) *Sicut ex orthographia in textu B consequentes fere usitata clare patet; cf. etiam inferius sub titulo: Sigillum.* — [2]) *Sequitur tenor chartae Bernardi, ducis Karinthiae, s. l. 1249 maii 8 datae (Schumi, Urkunden v. Krain, pag. 125 num. 162) cum variationibus lectionum minimi momenti totidem verbis descriptus.* — [3]) *Ulricus 1269 oct. 27 morte obiit.* — [4]) *Cf. ex. gr. Schumi, Urkunden v. Krain, pag. 276 num. 355.*

626.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stiriae et Carinthiae marchioque Moraviae, dominus Carniolae, Marchiae, Egrae et Portus Naonis, monasterio in Kostanjevica decimas de castro et civitate ibidem confert, anniversaria expresse nominata constituens.

Apud Stična 1270 nov. 24.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Labacensi (sub dato suo) asservatur (A).

Ed: Schumi, Archiv I, pag. 235 num. 64 (ex A). — MHDC V, pag. 27 num. 49 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 282 num. 728.
Lit: Šebánek, Urkundenwesen, pag. 346 n. 234 (dpm. formula tractatur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 319, 320, 321, 366, 371, 387 n. 404 (Ld).

Scriba: O 77 = Carniolensis partis cancellariae regiae anno 1270 fundatae proprius; fortasse magister Philipus in dpm. formula chartae nominatus.
Dictator: magister Petrus cancellarius (cf. ex. gr. num. 598, 602).
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (Z').

Autographum chartae inspicere non potuimus, imaginibus phototypicis a v. d. M. Kos, clarae memoriae, benignissime nobis transmissis nec non informationibus a procuratoribus archivi Labacensis amicissime nobis traditis usi sumus.

⁑ In nomine sancte et individue trinitatis amen. ⁑ Nos Othacarus, dei gracia Boemie[a] rex, dux Austrie, Styrie et Karinthie marchioque Morauie, || dominus Carniole, Marchie, Egre et Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Cum oblivio sit mater calumpnie, noverca pacis et licium suscitatrix, expedit, quod ea, que ex liberalitate || seu munificea[b] principum processerunt circa comoda[c] subditorum, scriptis autenticis roborentur, ut ex scripture testimonio rei geste acquiratur memoria et calumpniandi ma||teria apud posteros auferatur. Eapropter ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod nos[d] merita fratrum monasterii Fontis sancte Marie in Landestrost, Cysterciensis ordinis, Aquilegensis dyocesis, consideracione attenta et attencione sollicita intuentes, presertim[d] cum apud ipsos hospitalitatis et vere karitatis opera vigeant et religionis districcio devocius ac diligencius observetur, pro remedio anime nostre et parentum nostrorum ac eciam ob reverenciam eius, que salutis reparatrix exstitit et mundo auctorem vite produxit, Virginis videlicet gloriose, eidem monasterio universas decimas vini, frumenti, mellis, carnium, denariorum et aliorum proventuum quorumcunque in genere vel in specie, quos in castro Landestrost et civitate ibidem habemus in decimis, censibus, officiis et moneta, decimam

plenam et integram duximus conferendam, sic quod eandem iure perpetuo recipere et possidere debeat monasterium memoratum, tali quippe condicione adiecta, quod fratres eiusdem monasterii ducis Bernhardi, fundatoris eiusdem domus,[1] domine Iutte, ducisse Karinthie, dilecte amite nostre,[2] ac heredum eorundem nec non eciam karissimi patris nostri Wencezlay, serenissimi regis Boemorum,[3] atque domine Chunegundis, regine Boemie, matris nostre,[4] atque nostri, uxoris nostre[5] et heredum nostrorum anniversaria et memoriam sollempniter, sicut decet, annis singulis debeant celebrare. In cuius rei evidenciam clariorem, testimonium et cautelam, et ut hec nostra collacio robur obtineat perpetue firmitatis, presentem paginam monasterio memorato sigillorum nostrorum munimine tradimus roboratam. Testes vero huius donacionis nostre sunt: Chunradus abbas monasterii Syticensis, Vlricus dictus de Twers, Vlricus dictus de Durenholz, Otto, Offo et Ortholphus fratres de Landestrost, Otto et Theodericus fratres de Schonberch, Nycolaus de Reutenberch, Herbordus, Otto et Meynhalmus de Owersperch et alii quam plures. Actum apud Sytik anno Domini M°CC° septuagesimo, VIII° kalendas decembris, datum eodem anno et die predicto per manus magistri Philippi, notarii nostri, indiccione terciadecima, anno coronacionis nostre decimo.[6]

Sigillum: Otakari sive Přemysli, regis Bohemiae, etc., ducis Austriae etc., in filis sericis glauci, rubri, viridis et violacei coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 I, 2 III.

---

626. [a]) ‚Boẽm' *A.* — [b]) *Ita A, titulus enim deest.* — [c]) *Ita A.* — [d]) *Vox in imagine phototypica vix legi potest in A.*

[1]) *Ducis Carinthiae anno 1256 defuncti.* — [2]) *Přemysli Otakari I. regis filiae, Bernardi ducis uxoris; annum obitus eius ignoramus.* — [3]) *Anno 1253 defuncti.* — [4]) *Anno 1248 defunctae.* — [5]) *Cunegundis reginae.* — [6]) *Recte nono.*

627.

Hartlebus, camerarius Moraviae, burggravius in Veveří, protestatur Dětochum nobilem monasterio in Oslavany bona expresse nominata in villa Čermákovice sub certis condicionibus contulisse.

In Znojmo [in iudicio provinciali][1] *1270 dec. 13.*

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 35) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 58 num. 45 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 285 num. 733. — Šebánek, Archivy, pag. 43 num. 242 (ex A).
Lit: Dušková, Listiny rudíkovské, pag. 258 n. 48, pag. 274 n. 110 (scriba et dictator chartae statuuntur). — KK, pag. 263, 309 n. 1.

In tergo chartae manu registratoris mon. Oslavanensis saec. XIII. ex. scriptum est: „De collacione laneorum et aliorum in Chermankuwicz“ *(E).*

Scriba: destinatarii proprius (= Os 2), cuius manus in chartis Oslavanensibus cum notis annorum 1260—1270 datis, quae autem re vera demum brevi ante annum 1270 aut dicto anno scriptae sunt, occurrit. Vide ex. gr. num. 227+ (A 2), 228, 355+ (A 1), 395+, 528+, 595, 621. Cf. Exempla script. num. 3, 3.
Dictator: destinatarii proprius, qui proprietatibus stili, quae inter annos 1259—1275 in monasterio Oslavanensi usurpari solebant, utitur; cf. nominatim num. 227+ ++ (A 2, B).
Vide: II. 3, Oslavany (EE), 4, De chartae apud nobiles usu (FFFF).

Nos Hartlibus, kamerarius Morauie et purcravius in Aychorns, presencium inspectoribus et auditoribus universis. Ne || hiis, que geruntur in tempore, in posterum possit opponi calumpnia, et ut tollatur litis occasio, successoribus || in futurum eternari solent memoria litterarum. Inde est, quod nostris litteris protestamur, quod dominus Ditho, vir nobilis, || divinitus inspiratus pro remedio anime sue et carorum suorum tam vivorum quam mortuorum quinque laneos et dimidium, LX iugera lignorum, duas parces[a] molendini in villa, que dicitur Chermankuwicz, contulit abbatisse et conventui monasterii de Osla, Cysterciensis ordinis, postquam viam universe carnis fuerit introductus, hac videlicet conditione interiecta, quod si infra terminum anni unius, in quo defunctus fuerit, suus filius[2] bona superius prenotata pro decem marcis argenti redimere voluerit, sine omni contradictione liberam habeat facultatem. Si vero voluntarie vel inopia depressus a redemptione recesserit premissorum, abbatissa et conventus pro bonis eisdem quiete possidendis XVI marcas argenti eidem assignabunt. Et ne hec protestatio et donatio a malingnis malingnorum hominum suggestionibus possit inmutari, presentem litteram sigilli nostri[b] munimine fecimus recipere firmamentum. Actum in Znoym idus[c] decembris, anno Domini M°CC°LXX, coram testibus subnotatis: domino Stephano Vngaro, Zukrayo scudario,[c] Laurencio et Wolvelino filiis Rancyrii, Alexio et fratre suo de Kudernic et aliis quam pluribus.

Sigillum: Hartlebi camerarii in filis cannabinis glauci et caerulei coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla num. 4 a, 6.

---

627. [a]) ‚p̄ces‘ *scriptum est erronee in A.* — [b]) *Post vocem* ‚nostri‘ *scriba vocem* ‚munimine‘ *scripsit, quam una linea delevit et* ‚nri‘ *(?) superscripsit in A.* — [c]) *Ita A.*

[1]) *Sicut e testium formula clare apparet.* — [2]) *Nomen ignoramus.*

628.

Ulricus, prior Eremitarum ordinis s. Augustini in Koruna, cum suo conventu testatur, quomodo controversia inter se ex parte una ac fratres Petrum et Sidelmannum, iudices mediae partis villae Třebařov, ex altera agitata processerit.

—1270—.

Autographum in SAR Brunae (archivum mon. s. Thomae in Antiqua Bruna, sign. 36, 50) asservatur (A). — Apographum in mnscro chart. saec. XVIII. „Liber magnus et novissimus" *intitulato, a Mathaeo Pertscher, Brunae ad s. Thomam priore, anno 1745 conscripto, ibidem (sign. 41, I, 12) asservato invenitur, fol. 127^{v}—128 (B).*

Ed: CDM IV, pag. 59 num. 46 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 286 num. 736.
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 158, 3, pag. 114 (totius rei deliberatio).

Scriba: Eremitarum in Koruna certe proprius; charta enim in ipsorum negotiis internis data est.
Dictator: fortasse idem atque scriba chartae, negligens (vide notas competentes).
Cf. num. 796.
Vide: II. 3, Koruna (B), 5, De chartae apud civitates usu (UU).

Non sine grandi consilio et deliberatione propensa literarum conmoditas veridicis[a] fulcita indiciis est inventa, ut non solum per ipsam cultus || pacis vigeat, quies tranquilla eniteat, verum etiam calumpniancium versutia[b] ac omnis malignandi additus[c] precludatur. Nos frater Vlricus, prior || fratrum Heremitarum ordinis sancti Augustini in Corona sancte Marie, una cum conventu eiusdem loci notum facimus omnibus presentem paginam inspecturis, quod || Petrus et Sidelmannus, frater eius, iudices medie partis ville Triberstorf, debitum, videlicet quinque margarum,[c] pro quo nos scitaverunt[c] et traxerunt ad iudicium civille,[c] quod tamen Chunrado, dicto Surmanno, patri eorum, quondam iudici dicte ville, qui pretaxatum iudicium domui nostre nec non fratribus nostris rationabiliter et iure hereditario vendidit, fuerat utique persolutum, fecimus, quod nos non decebat, propter bonum pacis et formam concordie nostro iuri derogantes ac privilegio conparruimus[d] in Tibouia ante tribunal iudicis tribus vicibus, habito iudicio setentiali[c] et exibito[c] iuramento prefatis de obiectis omnibus responsuri; set quia sepedicti[e] cognoscentes agnicionem veritatis nos indebite gravasse et iniuriose, fecerunt, quod debuerunt, tam ipsam sinistram opinionem temere accusacionis et omnem rancorem et contraversiam[c] erga nos habentes, pro remedio anime patris[f] eorum antedicti nobis benivole relaxantes. In cuius rei testimonium presens scriptum fecimus sigilli nostri ac sigilli civitatis Tibouigensis munimine roborari. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXX°[g] sub advocato provincie Tibouiensis Iohanne, civitatis vero Hamanno et presentibus civibus Chunrado cutellatore,[c h] Siberto, Arnoldo, Sibotoni[c] sutore[h] et aliis, videlicet Heroldo iudice[h] de Chuncendorf, iudice Hainrico Triborstorf, Chunrado[i] dicto de Wira de Antiqua Tibouia, domino plebano Cristano etiam de Tibouia.

Sigilla: in scidulis membranaceis appendebant; primi parvulum tantum fragmentum restat, alterum avulsum et deperditum est.

---

628. [a] *Hoc loco necnon inferius scriba ‚c' et ‚t' male distinguit in A.* — [b] ‚versũta' *A.* — [c] *Ita A.* — [d] ‚conpruim^{ę}' *A.* — [e] *Post litteram ‚p' scriba lineam quandam superfluam addidit in A.* — [f] *Cum titulo superfluo scriptum est in A.* — [g] *Post inditionem anni spatium vacuum cca 5 litteris respondens relictum est in A.* — [h] *Ultima littera ‚e' ex ‚i' corr. est in A.* — [i] ‚Chr͡o' *A.*

629.

Johannes, episcopus Pragensis, monasterium in Pohled in protectionem recipit, donationes ipsi factas et faciendas confirmans.

— 1271 febr. 3.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Pohled, sign. L IV ŘC Pohled num. 10) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. codex mnscrus membr. „Chartularium et urbarium monasterii Vallis s. Mariae" intitulatus, in UK Pragae (sign. XIV E 13) asservatus continet, fol. 12—12v (B).

Reg: Reg II, pag. 287 num. 741.
Lit: Nový, Listiny, pag. 63—64 n. 183 (scriba et corroboratio chartae tractantur). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 59 (scriba et dispositio chartae tractantur).

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide etiam superius num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: idem atque scriba.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (RR), J III 6 (L), 3, Pohled (I).

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, dilectis in Christo ..[1] priorisse et conventui Vallis sancte Marie, nostre dyocesis, || salutem in domino Ihesu Christo. Religionis favor, in qua[a] relictis huius seculi vanitatibus Domino deservitis, et devotionis || vestre sinceritas, quam ad nos et Pragensem ecclesiam, matrem vestram, geritis, nos inducunt, ut petitiones vestras, || quantum cum deo possumus, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Eapropter, dilecte in Domino filie, vestris iustis et honestis petitionibus inclinati, vos et eas, que vobis succedent, sorores ac locum vestrum, in quo omnipotenti deo servitis, cum omnibus bonis et possessionibus, que ad vos et iamdictum locum vestrum pertinent et in posterum pertinebunt, in beatorum Witi, Wenceslai atque Adalberti martyrum, nostram et ecclesie Pragensis protectionem recipimus, donationem vobis et ecclesie vestre factam tam rerum mobilium quam immobilium ac deinceps in perpetuum faciendam auctoritate, qua fungimur, confirmantes et presentis scripti patrocinio roborantes; quod vobis ad eternam rei memoriam atque noticiam dari fecimus sigilli nostri caractere insignitum. Datum per manum Petri, notarii nostri, anno Domini M°C°C°LX°X°I°, tercio nonas februarii, pontificatus nostri anno terciodecimo, indictione quartadecima.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis flavi et rubri coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

629. [a]) *Ita A.*

[1]) *Nomen ignoramus.*

630.

Pardus, miles de Horka [nad Moravou], ad commodum praecipue monasterii in [Klášterní] Hradisko testamentum suum condit.

— 1271 mart. 17.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 64—65 num. 81 (B). — Ex pluribus recentioribus apographis illud saec. XVII. commemoretur, quod M. Siebenaicher* „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis" *praebet, cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, fol. 103^{v}—104^{v} (C).*

Ed: CDM IV, pag. 61 num. 48 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 288 num. 742.
Lit: Teige, Zpráva, pag. 54 (corr. lect. Ant. Boček). — Dušková, Česká listina 2, pag. 187 (quaestio sigillationis chartae tractatur).

Dictator: ignotus, fortasse mon. Gradicensis proprius. In mnscro C superius commemorato (fol. 103^{v}) legitur: „... dominus Pardus, miles de Horka, capellae beatae Mariae virginis ad Nives dictae et infra ambitum monasterii nostri sitae donavit ... hac conditione: ut ... 2° ut in hanc capellam corpora parentum suorum suumque proprium inferantur et sepeliantur. Quod et factum. Extat in hodiernum diem gentilitium dominorum de Horka insigne exteriori capellae parieti impositum et lapidi insculptum".
Vide: II. 3, Kl. Hradisko (N), 4, De chartae apud nobiles usu (GGGG).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

In nomine Domini amen. Cum actus humanos propter volubilitatem temporis oblivio non ita facile consueverit[a] a memoria delinire,[b] expedit eos ad robur temporum confirmari testimonio litterarum.[c] Eapropter presentis[d] pagine inspectores scire cupimus universos tam posteros quam presentes, quod nos Pardus, miles de Horka, quamvis sani corpore[e] et mente,[e] inspiracione tamen divina, volentes nobis aliqualem benediccionis memoriam comparare, pro remedio anime nostre nec non predecessorum nostrorum, decem marcas argenti, sex iumenta et unum poledrum capelle beate virginis Marie necnon ecclesie sancti Stephani in Gradisch domino Budis[f] abbati et fratribus donavimus, qui ibidem in spiritu devocionis et humilitatis nec non rigore[g] monastice discipline sedulo Domino famulantur; ita tamen, quod predicte decem marce cum omni fructu et utilitate, que de eisdem iumentis in[h] posterum[h] poterit provenire, converti teneantur ibidem ad ampliacionem et usum capelle Virginis gloriose, quousque integraliter compleatur. Perfecta autem ampliacione dicte capelle ossa nostra parentumque nostrorum defunctorum[l] colligi debent et reponi humiliter in eadem. Ceterum protestamur per hec scripta, quod stabili, firmo et irrevocabili testamento in capella nominata nobis elegimus sepulturam, ubicumque locorum nos decedere[i] contingeret sive mori. Si vero extra terram propriam ingredi nos contingerit[k] viam carnis universe casu qualicumque mediante, amicos nostros rogavimus cum affectu, quod[l] corpus nostrum sive ossa quererent et reducerent ad ecclesiam memoratam et non alibi sepelirent. Iterum pateat universis, quod aquam quandam, que vulgariter Byelidlo[m] nunccupatur,[n] circa Olomucz[o] fluentem, unacum patruo nostro Bose

donavimus Friderico, quondam advocato Olomucensi,[o] iure emphytetico,[p] quod vulgariter burchrecht[q] dicitur, ea nichilominus[r] condicione, quod de ipsa aqua annis singulis ipse Fridericus[s] sive sui successores persolvere teneantur tres fertones argenti ecclesie nominate. Ad hec statuimus, ut ubicumque locorum finire nos contingeret dies nostros, dare[t] pro offertorio ecclesie sepedicte[u] duas marcas argenti, ecclesie sancti Wenceslai in castro Olomucensi[o] duas marcas, ecclesie sancti Michaelis aput[v] Predicatores duas marcas et[w] calidem,[x] pro duabus refectionibus,[y] fratribus Minoribus ibidem duas marcas.[w] Huius autem ordinacionis ac perpetui testamenti executorem obtinuimus et statuimus dominum Benedam,[z] Olomucensis[o] ecclesie canonicum, dilectum compatrem nostrum. Ut autem hoc nostrum testamentum et ordinacio supradicta ab omnibus inconvulsa maneat et intacta, eam in scriptis redigentes sigillum nostrum apponi fecimus et petivimus dicti domini abbatis de Gradisch eiusque conventus et capituli Olomucensis[o] fratrumque Predicatorum et Minorum[z] sigillorum[aa] munimine roborari. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXXI°,[bb] datum[cc] in feria III[a] [dd] post dominicam Letare.

---

630. [a]) ‚consuevit' *C.* — [b]) *Ita B (pro* ‚detineri' (?)); ‚deleri' *C.* — [c]) ‚literarum' *C.* — [d]) *Hoc loco nec non inferius saepius ponitur* ‚ae', ‚oe', *pro* ‚e', ‚c' *pro* ‚cc', ‚t' *pro* ‚tt', ‚j' *pro* ‚i', ‚n' *pro* ‚m' *in C.* — [e–e]) ‚mente et corpore' *in C.* — [f]) ‚B' *in B.* — [g]) ‚rigiore' *B.* — [h–h]) ‚imposterum' *C.* — [i]) ‚descedere' *B.* — [k]) ‚contigerit' *C.* — [l]) ‚ut' *C.* — [m]) ‚Byelido' *B.* — [n]) ‚nuncupatur' *C.* — [o]) ‚Olom̃' *B.* — [p]) ‚emphiteutico' *C.* — [q]) ‚burgrecht' *C.* — [r]) ‚nihilominus' *C.* — [s]) ‚Fri' *B.* — [t]) ‚dari' *B, C.* — [u]) ‚supradictae' *C.* — [v]) ‚apud' *C.* — [w–w]) *Deest in C.* — [x]) *Ita B (pro* ‚calicem' ? *sive* ‚itidem' *).* — [y]) *Vox deest in B, verisimillime autem compleri debet.* — [z]) ‚nostrorum' *C.* — [aa]) ‚sigillis' *B.* — [bb]) ‚1271' *C.* — [cc]) *Deest in C.* — [dd]) ‚3a' *C.*

1) *Nomina ignoramus. Pardus anno 1287 adhuc vivus erat.*

631.[++]

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, marchio Moraviae, dux Austriae et Carinthiae, dominus Stiriae et Carniolae (sic!),[1] *monasterio Cellae b. Mariae Virginis Brunae libertates expresse nominatas renovat.*

Brunae 1271 mart. 22.

Charta autographi instar in membrana scripta in SAR Brunae (archivum mon. Cellae b. Mariae V. Brunae, sign. Jesuité Brno, sub dato suo) asservatur (B). — Apographum insertum est confirmationi Mariae Theresiae, Romanorum imperatricis, Viennae 1740 maii 6 datae, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. 2 b, 2) asservatur (C). — Aliud apographum deinde (praeter nonnullas copias simplices) exstat in copiario chart. saec. XVII. „Urkundenbuch des Herburger Klosters" *intitulato, in SAR Brunae (Collect. mnscr. num. 291) asservato, qui vidimationem Eccardi de Schwoben, Brunensis et Cremsirensis praepositi, datam Brunae 1636 oct. 4 continet, fol. 8—9' num. 10 (D).*

Ed: Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 484 num. 28 (ex B). — CDM IV, pag. 63 num. 49 (ex B, ut dicitur).[2]
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 447 num. 236. — Reg II, pag. 288 num. 743. — Šebánek, Archivy, pag. 43 num. 243 (ex B, C).

Lit: Zatschek, Beiträge, pag. 32 (receptio textus ex P 1 — vide inferius — statuitur, charta pro sincera habetur). — Fiala, Kancelář, pag. 194 (nonnulla iusta argumenta contra sinceritatem chartae praebentur, sinceritas eius attamen haud impugnatur). — KK, pag. 4, 153—4 (chartam dubiae fidei esse declaratur). — Dušková, Dva zvláštní případy, pag. 98 ss (charta arte diplomatica tractatur, falsitas eius demonstratur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 365 n. 329 (idem).

In sinistro margine plagulae sub charta replicata scriba chartae pennam probans pallido atramento „nn" scripsit.

Scriba: P II 80 = destinatarii proprius. Exempla script. num. 1 a, 63.
Dictator: destinatarii proprius, qui in textu chartae (= P 2) conficiendo verbis chartae Přemysli Otakari II. dubiae fidei datae Brunae 1252 — (CDB IV, pag. 441 num. 260+) (= P 1) usus est. Quia dictator chartae P 1 (vide in editione) verba chartae Přemysli, marchionis Moraviae, monasterio Tusnovicensi in Znojmo 1234 oct. 31 datae (CDB III, pag. 97 num. 88 (= T)) repetit, inferius in editione chartae P 2 verba, quae solummodo in P 1 (non autem in T) occurrunt, typis minoribus, verba, quae in P 1 nec non etiam in T occurrunt, typis minimis exprimenda curavimus. Mutationem ordinis verborum in P 1 seu T occurrentem notis competentibus (vide c—c, d—d) expressimus. Cf. etiam notam g. Verba seu verborum iuncturas, in quibus aperte ad T (non autem ad P 1) revertitur, praeterea punctis subpositis significavimus.
Falsitatis chartae gravissima argumenta haec sunt: 1) Titulus regis non est rectus. 2) Datarius chartae magister Petrus, qui iam ab anno 1266 munere cancellarii fungebatur, protonotarius nominatur. 3) Charta solummodo sigillo regis munita est atque fuit; sigillo episcopi Brunonis in corroborationis formula eius annunciato caret nec non carebat. 4) Quasiconfirmationis forma in P 2 textus chartae dubiae fidei (P 1) repetitur nec non articulis adaugetur, quibus probetur monasterium iam ante annum 1245 ius montium nec non laneos in Měnín atque Pohořelice a solutione decimarum exemptos possedisse. 5) Ad chartam Přemysli Otakari II. Brunae 1245 s. d. datam in charta revocatur, quae nunquam exstabat neque exstare potuit.
E charta Venceslai II. regis Brunae 1286 dec. 25 data (Reg II, pag. 597 num. 1392) docemur chartam P 2 ante dictum terminum esse fictam.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 3, Bruna, Cella b. Mariae V. (M).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Othacarus, qui et Primizl, dei gratia illustris rex Bohemie, marchio Morauie, dux Austrie et || Karintie, dominus Stirie et Carniole, priorisse et* conventui sacro de Cella sancte Marie* in Brvnna collocato in perpettuum.[a] Consuevit antiquorum vene||randa et aprobanda[a] providentia ea literarum mandare monimentis, que statuit habere robur et firmitatem, ne modernorum astuta ingenia, que semper gaudent novitate, inveniant[b] occasiones || rite et mature gesta negotia dolosis pervertere argumentis et fraudulentis rationibus infirmare. Memoria quidem humana non est diuturna, et si esset eterna, esset divina; ideoque necesse est, ut scriptis, in quibus res geste continentur, adiuvẽtur[a] et sic quodam perpetuitatis robore tenax[c] maneat[c] et inconcussa. Noverint itaque tam presentes quam futuri, quod nos monasterio, quod Cella sancte Marie* vocatur, in quo religiosus conventus dominarum ordinis sancti Augustini* cepit deo et gloriosissime matri eius beate Marie servire, datum fundum et locum in Brvnna, ubi deo in perpetuum famulentur, duximus confirmandum. Nam et eundem locum dominus ac pater noster, serenissimus rex Bohemorum Wencezlaus quartus, ad pias preces inclyte memorie matris nostre Chunegundis, regine Bohemie, sua libera voluntate eisdem contulit et sui sigilli munimine roboravit.[3] Hunc etiam locum certis precepit distingui[c] limitibus[c] ab aliis possessionibus in predicta nostra civitate iacentibus, ne in posterum aliqua superveniat dubitatio, unde preffatum[a] monasterium gravari possit, vel etiam inquietari. Considerantes autem gloriosissimum patrem nostrum Wencezlaum nomine, a quo sortiti sumus originem et nomen, multis interfuisse imperii negotiis et etiam propriis, in quibus multa gessit, que sine peccato non poterant transigi, visum fuit nostre clementie pro redimendis peccatis suis ac nostris elemosinis et precipue monasterii supradicti eius noxas qualescumque relevare, quia aput clementissimum iudicem, cui proprium est misereri et parcere, nullum bonum relinquitur irremuneratum, comoditati[a] quoque et tranquillitati loci prenominati pia sollicitudine intendere cupientes decet, ut predicte domine, que deo in eodem die ac nocte deserviunt[c] monasterio,[c] eo quod sibi non possunt ob sexus fragilitatem bene providere, quatinus amplis sustententur beneficiis, ut sic possint[c] liberius[c] domini dei, conditoris[d] sui,[d] vacare serviciis. Hinc est, quod omnem libertatem, quam pater noster, vir magne virtutis et fame, qui ob probitatem suam in toto orbe

terrarum claruit, sua auctoritate eiSdem dominabus contulit, nostra bona et mera voluntate ratam habemus et inconcussam et inviolatam volumus conservare. Hee sunt autem libertates monasterii* sepedicti, quod omnes possessiones iam habitas et habendas, in Morauia constitutas, cum suis hominibus ab omni genere tributorum, vectigalium, collectarum aliarumque omnium exactionum et a naroch, quod vocatur acusatio, et a iuribus montium, que vulgariter perchreht appellantur, et ab omni vexatione thelonii esse decernimus absolutas; adicientes, ut nullus pro castrorum edificatione* seu in vallorum effossione sive pro aliqua ingruenti expeditione homines monasterii audeat inquietare. Ius etiam, quod datur pro capite sive pro fure seu pro *vod principi vel eius* beneficiatis, monasterio* memorato perpetuo' concessimus' obtinendum; hoc statuentes de fure, si in monasterio[c] fuerit deprehensus manens in prediis monasterii, sive l'apiatur et coram iudicio convincatur, quatenus eius bona monasterio remaneant, ipse vero, secundum quod placuerit principi, puniatur. Si vero homines monasterii coram[c] iudicio in aliquo[c] culpabiles inveniantur, nec nobis nec iudicibus nostris vel curialibus seu inbeneficiatis aliquid inde proveniat utilitatis, set apud monasterium culpe perseveret satisfactio, nisi in quo tenetur satisfacere adversario. Prohibemus insuper, sicut decrevit et statuit gloriosus dominus* rex Bohemie, pater noster, ut de ortis in Brvnna et proventibus ibidem instauratis, de omnibus etiam, que in Chvnegesvelt arando vel alias laborando excolunt, de duobus quoque laneis in Meneys et duobus in Pohorliz, decimam vel censum vel steuram non religiosus, non clericus vel laicus, baro nec beneficiarius in silvis,* pratis,* pascuis,* piscaturis,* molendinis et ab huiusmodi, que utilitati loci conveniunt, valeat extorquere. Ceterum autem ut omnia breviter comprehendamus,[f] omne ius, quod spectat ad usus principum, eidem monasterio remittimus, ut deo dicate domine inibi degentes plena et[g] perfecta gaudeant libertate, nec ullus hominum ei novas condiciones audeat inponere vel eius iura per nos concessa sollempniter inmutare. Acta sunt hec auctoritate patris nostri, illustris[c] regis Bohemie,[c*] in Brunna presentibus: domino Rvdgero abbate de Zabirdowiz, domino abbate de Welerat, domino abbate de Luca,[4*] domino Bochcone de Znoym, domino Bohussone filio Cerhonis, domino Genzone filio Ratiborii, domino Benessio subcamerario, preterea civibus Brunnensibus: Wernhardo iudice,* Alramo,* Francone Albo anno Domini M°CC°X°LV°. Nos autem omnia, que prescripta sunt, nostri sigilli munimine renovamus, hoc eidem loco* bannum statuentes, quod eundem in nostram suscipimus protectionem et a suis invasoribus secundum nostras vires volumus defensare. Si quis igitur septa monasterii violenter intraverit et ibi sanguinem fuderit vel hominem qualicumque modo leserit vel nostra predicta iura nisus fuerit enervare potenter vel fraudulenter, componat in cameram nostram X marcas auri et nostrorum[c] successorum;[c] deinde, secundum quod iura dictaverint, predictarum inveniat gratiam dominarum. Quia quicquid unquam stabilitatis idem monasterium[c] consequi potest[c] ad sue tranquillitatis firmamentum, hoc est nostre voluntatis et erit in perpetuum, ut omni prefata gaudeat libertate. Insuper rogavimus venerabilem patrem dominum Brunonem, Olomucensem episcopum, ut possessiones et omnia iura, que nostra liberalitate mera donavimus[h] monasterio prenominato, dignaretur sui sigilli munimine confirmare, quod et ipse ad honorem dei et beate Marie* fecit benivole et gratanter, ut si forte, quod absit, nostri[c] barones[c] vel milites seu populares nostra privilegia vellent aliquando insolenter violare et indebite, quatenus ipse iure ecclesiastico ecclesiastica percelleret[c] sententia,[c] eandem auctoritatem suis successoribus[c] relinquendo.[c] Actum in Brunna presentibus: domino Hartlibo camerario Morauie, domino Drahozlao, domino Leone de Poleradiz, domino Stetône et aliis nobilibus, civibus quoque Brunnensibus: Perslino, Swellario, Friderico de Antiquo foro et aliis quam pluribus, datum per manus domini Petri, prothonotarii regni Bohemie et prepositi ecclesie Wissegradensis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo,[i] indictione quartadecima, epacta septima, concurrente tercio, undecimo[k] kalendas aprilis.[i k]

Sigillum:[5] *Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis rubri et viridis coloris illaesum appendet. Vide Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.*

631.$^{++}$ *a) Ita B. — b) ‚inveiat' B. — c–c) Cum verborum tenore mutato in T. — d–d) Cum verborum ordine mutato in P 1. — e) Ita pro ‚maleficio' in B. — f) ‚prehendamus' B. — g) In P 1 ‚ac' in T ‚et' legitur. — h) Littera ‚a' ex ‚e' correcta est in B. — i–i) Atramento pallido fortasse etiam alia manu additum est in B. — k–k) Verbis competenter distentis scriptum est in B.*

[1]) *Vide inferius in apparatu.* — [2]) *Boček re vera quodam haud correcto apographo videtur esse usus.* — [3]) *Vide CDB IV, pag. 120 num. 39*$^{++}$. — [4]) *Nomina abbatum, quae hoc loco desunt, quaere in P 1.* — [5]) *Cf. superius in apparatu.*

632.

Hartlebus de Myslibořice ad expeditionem in Hungariam procedens de rebus suis, nominatim ad monasterii in Oslavany commodum, ordinat.

— 1271 [ante m. apr.].[1]

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 36) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 86 num. 56 (ex A, ad a. 1271).
Reg: Reg II, pag. 289 num. 744 (ad a. 1271 m. mart.). — Šebánek, Archivy, pag. 43 num. 244 (ex A, ad 1271, ante m. apr.).
Lit: Šebánek, Tři kapitoly, pag. 68 n. 5 (prooemium chartae tractatur). — KK, pag. 267 n. 4 (origo chartae deliberatur).

In sinistro superiori angulo tergi chartae scriba eius pennam probrans ‚S' scripsit.

Scriba: ignotus, vix mon. Oslavanensis, potius editoris proprius, unus fortasse e testibus spiritualibus in charta nominatis.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Possibile est chartam re vera non anno, quem formula eius indicat, sed quattuor annis post scriptam esse. Tunc enim quaestio super iura per ipsam concessa de novo vehementer vertebatur. Cf. inferius num. 784, 785, 786, 787, 788, 791^{+}*. De fide chartae non est dubitandum.*
Vide: II. 3, Oslavany (FF), 4, De chartae apud nobiles usu (HHHH).

Suboriri solet multa calumpnia in multis factis hominum, nisi lingua bonorum testium robur adhibeat aut || scriptura. Quapropter ego Hartliebus de[a] Mizelboriz,[a] volens errorem futurum devitare, notum facio universis presentem || paginam inspecturis testamentum ob salutem anime mee, cum in Vngariam ad expedicionem procederem,[2] coram || uxore mea[3] in hunc modum me ordinasse: primo ecclesie in Hosla quatuor laneos in Drozkewiz perpetuo ordinavi; item sorori mee Dymodi in eadem ecclesia deo famulanti in eadem villa duos[a] laneos,[a] videlicet Drozkewiz, delegavi ad usus eius tali pactu: quod idem duo lanei post obitum sororis mee ad predictam ecclesiam debeant perpetuo omni iure subiugari. Item uxori mee, si virum alium duxerit, CL marcas argenti delegavi, quod argumentum videlicet super villam Mirslawz debet requirere, et quandocunque pueri mei[4] eandem villam exsolvere poterint, dominam de prenotata pecunia expediant et

villa pueris meis deserviat; quamdiu vero alium virum non duxerint,[b] omnes hereditates mee eius obediant voluntati et ipsa pueris meis et suis provideat, ut fides maternalis eam compellit.[c] Item ecclesie in Mizelboriz ordinavi unum laneum in eadem ad opus ecclesie tali condicione: si pueri mei eum solvere voluerint, IIII^{or} marcas argenti eidem ecclesie reddant. Item silvulam eidem ecclesie dispono. Item notum facio universis, quod frater meus Ecchardus, dum sanus esset, viva et libera voce ecclesiam Drozkewiz cenobio in Hosla post mortem sacerdotis presentis ordinavit et contulit libere et quiete.[5] Item omnibus servientibus meis, quibus equos vel arma aut argentum dedi, ordino, ut nullus amicorum meorum eos debeat perturbare; et si uxori mee servire noluerint, recedendi quocunque velunt,[b] habeant plenam libertatem. Item scolari meo Chunrado, si domine mee servire noluerit, ordino IIII^{or} marcas argenti; item ecclesie in Gri[b] Gvrhew ad opus duas marcas argenti; item in Retschize ad opus ecclesie duas marcas argenti. Hec sunt debita mea: primo teneor Perhtoldo, mercatori in Ygla, II marcas argenti et Ditmaro, mercatori in[d] ibidem,[e] I marcam; item Chunrado in Znoym IIII^{or} marcas argenti; item ad librum matutinalem in Mizelboriz I marcam argenti. Huius rei testes sunt: Gvndackerus sacerdos in Mizelboriz, Vlricus sacerdos, Wieston de Mizelboriz, domina Zvdna, soror Dymodis. Acta sunt autem hec anno dominice incarnacionis millesimo C^{o}C^{o}LXXI°.

Sigillum: commune Ekhardi de Miroslav et fratris eius Hartlebi de Myslibořice in scidula membranacea paulum laesum appendet. Cf. Sigilla num. 4, 18/II.

---

632. [a–a]) *Verba super linea addita sunt in A.* — [b]) *Ita A.* — [c]) ‚pellit' *A.* — [d]) *Vox super linea addita est in A.* — [e]) *Syllaba* ‚bi' *super linea addita est in A.*

[1]) *Vide n. 2.* — [2]) *Expeditio haec mense aprili anni 1271 incepta est.* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Nomina ignoramus.* — [5]) *Vide num. 227*$^{- + + + .}$

633.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, [monasterio Cellae b. Mariae Virginis Brunae] chartas Theoderici, abbatis Zabrdovicensis, ⟨necnon Brunonis, episcopi Olomucensis⟩,[1] vidimat, tenorem chartae Theoderici abbatis inseri faciens eamque confirmans.

Apud Brunam 1271 apr. 5.

Apographum exstat in vidimatione Theoderici, episcopi Olomucensis, s. l. [ante a. 1287] data (Šebánek, Studie o kanceláři, pag. 271 num. 2), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. Cellae b. Mariae V. Brunae, sign. Jesuité Brno 30 C) asservatur (B).[2]

Ed: Eisler, Geschichte Brunos (ZVGMSch 12 (1908)), pag. 192 num. 10 (ex B).
Reg: Šebánek, Studie o kanceláři, pag. 272 n. 2. — Šebánek, Archivy, pag. 44 num. 245 (ex B).
Lit: KK, pag. 304 n. 4, pag. 305—307. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 365 n. 329, pag. 382 n. 385.

Dictator: ignotus, fortasse destinatarii proprius; in dati formula vestigia stili magistri Petri cancellarii videntur exstare.
Interpolatione exclusa, quam uncis acutis suis locis positis significavimus, charta nullam suspicionem movet.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (AA), 3, Bruna, Cella b. Mariae V. (N).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Othakarus, dei gracia Boemie[a] rex, dux Austrie, Stirie et Carinthie marchioque Moravie,[b] dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Tenore presentium protestamur, quod litteras venerabilis patris Theoderici abbatis et conventus monasterii sancte Marie in Zabirdowiz, fratrum ordinis Premonstratensis, super vendicione ville dicte Diwax[3] ⟨necnon etiam litteras domini Brunonis,[c] venerabilis Olomuncensis episcopi, super confirmacione vendicionis eiusdem⟩[4] non cancellatas, non abolitas, non rasas nec in aliqua sui parte viciatas sub sigillis integris vidimus et audivimus in hec verba: Nos Theodericus, *etc.*[5] Ut igitur circa monasterium predictarum sanctimonialium, que Domino in spiritu devocionis et humilitatis sedulo famulantur, nostri favoris insignia clarius elucescant, vendicionem per predictos abbatem et conventum de Zabirdowiz eisdem sanctimonialibus factam gratam et ratam habentes, eandem presentis scripti patrocinio confirmamus testibus, qui presentibus aderant, infrascriptis, qui sunt: dominus Bruno venerabilis Olomuncensis episcopus, Hartliws camerarius Moravie,[d] Nezamyczl burcgravius Olomvncensis, Byznatha dapifer Moravie, Bohusse marschalcus Moravie, Zmylo[e] de Brumowe,[e] Radzlaus burcgravius de Znoym, Henco filius Zmylonis quondam de Lvchtenburch, Albertus burcgravius de Wren, Zbor magister coquine et alii quamplures fideles nostri. Datum apud Brunnam anno Domini M°CC°LXXI° per manum magistri Petri, venerabilis Wissegradensis prepositi, cancellarii regni nostri, nonas[f] aprilis, indiccione tredecima,[6] coronacionis nostre anno decimo.

---

633. [a] ‚Boẽm' *B.* — [b] ‚Mor' *B.* — [c] *Vox in loco raso scripta est in B.* — [d] *Verba* ‚Zmylo de Brunowe' *una linea deleta sequuntur in B.* — [e–e] *Verba sub textu chartae addita (cf. autem etiam notam d) signis reclamantibus in ordinem redacta sunt in B.* — [f] *Ita B.*

[1]) *Charta Brunonis neve inseritur, neve confirmatur. Cf. inferius nec non in nota 4.* — [2]) *Autographum chartae Přemysli Otakari, quod scriba vidimationis Theoderici prae manibus habuit, videtur esse interpolatum; ne emendatio quidem autographi chartae Theoderici (in nota c commemorata) a suspicione remota est.* — [3]) *Vide chartam in Zábrdovice 1262 sept. 29 datam (= num. 351).* — [4]) *Ad chartam dubiae fidei seu potius spuriam in Modřice 1262 sept. 29 datam (= num. 352+) hoc loco aperte revocatur. Quam (ut putamus) brevi ante annum 1287 verisimillime fictam etiam hoc modo credibilem facere conatae sunt moniales monasterii Cellae b. Mariae V. Brunae.* — [5]) *Sequitur tenor chartae in nota 3 superius commemoratae totidem verbis descriptus.* — [6]) *Ad annum 1271 recte indictio XIV pertinet.*

634.+

Wilhelmus de Hustopeče domui hospitalis s. Johannis [Hierosolymitani] in Hohenau [a. d. March] spatium silvae et pascuae, quantum vallis Gebolfi comprehendit, de praediis a Venceslao, rege [Bohemiae], et Přemyslo Otakaro, duce [Austriae], titulo feudali possessis, certa condicione delegat.

In Břeclav 1271 apr. 28.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum magni prioratus Melitensium, sign. Jo XXXI, Mailberg num. 47 b) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 66 num. 50 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 291 num. 746.
Lit: Šimák, Údolí Gebolfovo, pag. 118—120 (quaestiones topographicae). — Hosák, Lze hledat ú. G. u Kbel?, pag. 11—12 (idem). — Schultes, Beiträge, pag. 3 num. 2 (versio Germanica fragmenti chartae, quae ad annum 1266 ponitur, praebetur). — Beranek, Wer war Gebolf, pag. 54 ss. (charta in cohaerentia cum charta num. 329 tractatur; sinceritas eius in dubium vocatur). — Hosák, Středověká kolonizace, pag. 20 (quaestiones topographicae). — Břeclav, pag. 56 (idem).

Scriba: verisimillime destinatarii proprius.
Dictator: idem fortasse atque scriba, qui in textu chartae conficiendo charta num. 329 (partim sine legitima deliberatione (vide notam 3)) usus est; quae typis minoribus dedimus.
Origo chartae, quae altera versio chartae num. 329 est, fidem ei videtur abrogare; falsitatem eiusdem autem nullo modo comprobare possumus.
Cf. num. 329.
Vide: II. 3, Ordo hosp. s. Johannis Hierosol. (Q), 4, De chartae apud nobiles usu (IIII).

In nomine Domini amen. Ut acciones modernorum ad noticiam deveniant posterorum, litterali testimonio eternantur. Ad evidenciam seu experimentum universorum, quorum aspec‖tibus presens cedula fuerit exhibita, tenore presencium cupio emanare, quod ego Wilhalmus de Vzpetsch dictus de prediis,* que gracia dilectorum dominorum meorum, serenissi‖mi regis Wentzezlay et nobilis ducis Ottachari[1] meorum exigentia meritorum titulo possideo feodali, pro salute anime mee, uxoris et puerorum[2] meorum consensu ‖ et voluntate ipsorum etciam[a] omnium accedente spacium silve et pascue, quantum comprehendit[b] vallis Gebolfi, tendens a fluvio Marhe usque in rivum Swartza, domui ordinis sancti Iohannis in Hohenowe ea vice, cum nullum repugnare valeret obstaculum, libere delegavi* condicione huiusmodi interclusa, ut nullus* advocatus preter me et post decessum meum pueri mei, post quorum finem tocius mee posteritatis propago aliquatenus dinoscatur. Ut autem* in supradicta delegacione iuste et legitime per me facta prefate domui Hohenowe per contenciones quorumcunque seu per iniurias vexaciones alique non insurgant, ipsum factum in scripto feci redigi et sigilli mei munimine roborari. Huius rei testes sunt: dominus Albertus dapifer de Veldesperch, dominus Ditmarus de Poumgarten, dominus Heinricus de Pernhartstal, dominus Hodelus de Vzpetsch, dominus Boyzlavs, dominus Watczlaus, dominus Zvmbrach de Tynch, dominus Mvtin de Tvrdenitz, dominus Vlricus de Reimprehstorf et dominus Herbordus eiusdem filius, dominus Gotfridus de Hv̊tenberch, dominus Otto de Zistemstorf, dominus Vlricus de Rabenspurch,

Rv̊mhardus et Wichardus fratres de Neusidel, Liupoldus de Lachsendorf, Otto dictus Rouber, Vlricus dictus Holzzer, Otto dictus Harlimch et ceteri fide digni. Datum in Lontenburch et actum anno Domini millesimo ducentesimo LXX° primo, quarto kalendas maii, indictione quinta.[3]

Sigillum: in filis sericis seu flavi, seu rubri et viridis coloris appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

634.+ [a]) ‚7cia' *A.* — [b]) ‚prehendit' *A.*

[1]) *Donatio, quae hic commemoratur, ante a. 1253 rege Venceslao I. adhuc vivo et Přemyslo Otakaro II. duce Austriae existente videtur esse facta.* — [2]) *Nomina ignoramus.* — [3]) *Ad annum 1271 recte indictio XIV pertinet; error in A receptione textus chartae num. 329 explicari potest.*

635.

Stephanus, archiepiscopus Colocensis, aulae regis Hungariae cancellarius, una cum sex aliis episcopis Hungariae promittunt se procuraturos esse, ut conventiones pacit inter dominum ipsorum, Stephanum, regem Hungariae, et Přemyslum Otakarum II., regem Bohemiae, habitae per dictum dominum ipsorum observentur.

Apud Bratislava 1271 iul. 2.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Coronae regni Bohemiae, sign. num. 19) asservatur (A).

Imago phototypica: Idea, tab. 5. — Průvodce SÚA II, tab. 2.
Ed: Idea, pag. 261 (ex A, cum translatione in linguam Bohemicam). — ACRB I, pag. 30 num. 18 (ex A).
Reg: Riegger, Archiv II, pag. 599 num. 75. — Böhmer, Add. sec., pag. 448 s. num. — Reg II, pag. 294 num. 751. — Koss, Archiv, pag. 20 num. 18 (ex A). — Haas, Archiv Č. Koruny, pag. 5 num. 19 (ex A).
Lit: KK, pag. 169 n. 2 (origo chartae in cancellaria regis Hungariae statuitur). — Šebánek, K otázce slovenik, pag. 250 ss (idem).

Scriba: cancellariae regis Hungariae proprius.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
In cod. mnscro membr. saec. XIV. libri formarum Henrici Italici (UK Pragae, sign. I E 48, fol. 81—82 num. 219, cf. etiam alia mnscra apud Petrov, pag. 48 annotata) textus chartae cum quibusdam praetermissionibus nec non mutationibus (nominatim cum dato — 1267 iul. 25), quae in libris formarum occurrere solent, invenitur (= Dobner, Monumenta II, pag. 369 num. 45 = Voigt, Das urkundliche Formelbuch, pag. 41 num. 30), cuius textum suo loco vide. Cf. Palacký II. 1, pag. 71 n. 78.*
Vide: II. 1 a, P. O. II.

[N]os[a] Stephanus, divina miseracione archyepiscopus Colocensis, aule regis Hungarie cancellarius, Lampertus Agriensis, Iob Quinqueecclesiensis, Philippus[b] Waciensis, ‖ Paulus Vesprimiensis, Timotheus[c] Zagrabiensis et Ladizlaus Tininiensis ecclesiarum episcopi, significamus tenore presencium universis, quod ad requisicionem domini ‖ nostri Stephani, dei gracia illustris regis Hungarie, et de beneplacito et voluntate ipsius, ut

bellorum discrimina et occasio effundendi sanguinis auferatur, promittimus ‖ et promittendo iuramus nos procuraturos et facturos, quantum in nobis est, ut pacta et convenciones pacis et unionis habite inter ipsum dominum nostrum, regem Hungarie, ex una parte et dominum Othakarum, regem Boemie,[d] ex altera, attendantur et observentur per ipsum dominum nostrum regem et suos bona fide sine fraude et absque omni malo ingenio. Qui si temerator, violator et transgressor omnium vel singulorum contentorum in ipsis pacis et convencionis litteris[1] extiterit, extunc ipso facto sentenciam exconmunicaconis,[e] quam exnunc de consensu, voluntate et beneplacito eiusdem domini nostri regis Hungarie requisiti in scriptis proferimus, idem dominus rex Stephanus ex huiusmodi violacione pacis incurret, promittentes sub religione prestiti iuramenti, quod, postquam nobis per regem Boemie[d] de violacione et transgressione huiusmodi constiterit evidenter, ipsum dominum nostrum regem Stephanum evitabimus et faciemus ab omnibus arcius evitari et ipsum dominum regem Stephanum deseremus ac regi Boemie adherebimus, foventes eundem pro viribus et pro posse. Promittimus nichilominus, quod totam terram ipsius subiciemus ecclesiastico interdicto, quilibet nostrum in sua diocesi, remotis omni gracia et favore. Quod si nos negligentes extiterimus in premissis omnibus firmiter exequendis, exnunc subicimus[f] nos iurisdicioni[g] dominorum cardinalium sacrosancte Romane ecclesie, qui per censuram ecclesiasticam compellere et cohercere nos valeant ad premissa arcius exequenda, presertim cum archiepiscopus Salchpurginensis[h 2] et Pragensis,[3] Olmucensis,[4] Pathauiensis,[5] Frisiensis,[6] Ratisponensis[7] ecclesiarum episcopi similem in scriptis sentenciam protulerint[8] contra predictum dominum regem Boemie[d] de ipsius beneplacito et consensu, si articulorum in forma pacis conprehensorum extiterit violator. In cuius rei testimonium ad peticionem domini nostri regis et instanciam litteras nostras concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum aput Posonium anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, sexto nonas iulii.

Sigilla:[9] in scidulis membranaceis appendent; 1) Stephani, archiepiscopi Colocensis, formae ex longo rotundae, laesum, in medio sigilli figura archiepiscopi in solio sedentis conspicitur, circumscriptio haec est: + S . STEPH'I . DEI . GRA . AR // EPI ///////;

2) Lamberti, episcopi Agriensis, formae eiusdem atque in 1, fere illaesum, in medio sigilli figura episcopi in solio sedentis conspicitur, circumscripto haec est: + S'LAMPERTI . DEI . GR[ACIA] . EPISCOPI . AGRIENSI[S];

3) Iob, episcopi Quinqueecclesiensis, formae eiusdem atque in 1, paulum laesum, in medio figura episcopi stantis conspicitur, circumscriptio haec est: |+| S'IOB . DI . GRA . EPI ‖ QVINQ . ECCL ////;

4) Philippi, episcopi Vaciensis, formae eiusdem atque in 1, fere illaesum, in medio sigilli figura episcopi fere eadem atque in 3, circumscriptio haec est: |+| S' . PHILIPPI : DEI : ‖ GRA : EPI : WACIEN ////;

5) Pauli, episcopi Vesprimensis, formae eiusdem atque in 1, valde laesum, in medio sigilli figura episcopi fere eadem atque in 3, circumscriptio haec est: |+ S . PAVL]I . DEI . GRA . ‖ [EP]I . VES /////;

6) Timothei, episcopi Zagrabiensis, formae eiusdem atque in 1, paulum laesum, in medio sigilli figura episcopi fere eadem atque in 3, circumscriptio haec est: + S . TIMOTHEI . DEI . GRA ‖ EPI . ZAGRA ‖ BIENSIS;

7) Ladislai, episcopi Tiniensis, illaesum, in medio sigilli figura episcopi in solio sedentis conspicitur, circumscriptio haec est: + S' . LADISLAI : DI : GRA : EPI : TINNIENSIS.

635. *[a] Ad litteram maiorem depingendam spatium vacuum relictum est in A. — [b] Abinde usque ad finem atramento obscuriore scriptum est in A. — [c] Etiam ‚Timetheus' legi potest in A. — [d] ‚Boẽm' A. — [e] Ita A, titulus enim deest. — [f] Scriba primum ‚subiciemus' scripsit, sed litteram ‚e' puncto subposito delevit in A. — [g] Ita A. — [h] Etiam ‚Salchpurguiensis' legi potest in A.*

[1]) *Vide num. 636, 637.* — [2]) *Fridericus.* — [3]) *Johannes.* — [4]) *Bruno.* — [5]) *Petrus.* — [6]) *Conradus.* — [7]) *Leo.* — [8]) *Sententiam ignoramus.* — [9]) *Cf. descriptiones sigillorum in ACRB I, pag. 30 l. 16—20.*

636, 637.

I. Stephanus, rex Hungariae, etc., promittit se confirmationem pacis contractus facti cum Přemyslo Otakaro II., rege Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, apud sedem apostolicam impetrare velle.

In castris apud Bratislava 1271 iul. 3.

II. Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, mutatis mutandis idem promittit.

Pragae 1271 iul. 14.

Apographum (I + II) exstat in Gregorii X. registris in archivo secreto Vaticano asservatis (reg. Vat. 37), fol. 4[v]—6[v] (I), 2—4 (II) in ep. 5, 4 (R 1, R 2).

Ed.[1] Raynaldus, Annales XIV, pag. 185 num. 22—29 (II, ex R), pag. 187 num. 30—31 (I, ex R, textus valde abbreviatus est). — Sbaraleae Bullarium III, pag. 175—182 in num. 4 (I, ex R). — Balbín, Miscellanea, dec. I, lib. VIII, pag. 17 num. 18 (II, ex Raynaldo). — Lünig, Reichsarchiv 6, Cont. 1, pag. 7—10 num. 6 (e quodam apogr.). — Lambacher, Österreichisches Interregnum, pag. 51 num. 36 (II, ex Raynaldo). — Fejér, CDH V. 1, pag. 113—124 s. num. (II, ex R, haud integer textus), pag. 124—127 s. num. (I, ex R, textus valde abbreviatus est). — Theiner, Vetera monumenta I, pag. 299 in num. 530 (I, ex R), pag. 295 in num. 529 (II, ex R). — Riedel, CD Brand. II. 1, pag. 108 num. 143 (II, ex operibus antiquioribus). — CDM IV, pag. 67 num. 51 (I, ex R), pag. 75 num. 52 (II, ex R). — Wenzel, CDA III, pag. 247 num. 152 (I, ex R). — CIB I, pag. 172 num. 62 (II, ex CDM).

Reg: Palacký, Reise, pag. 42 num. 322 (I), 323 (II). — Fejér, CDH VII. 5, pag. 373 num. 235 (I). — Böhmer, Add. sec., pag. 448 s. num. (I), pag. 448 num. 239 (II). — FRA (DD) XXIV, pag. 16 num. 16 (II, err. ad iul. 2). — Krones, MHVSt 22, pag 134 num. 98 (I, II). — CDS VII. 2, pag. 187 num. 1364 (II). — Reg II, pag. 295 num. 752 (I), pag. 295 num. 753 (II, varietates lectionum ex I). — Gradl, Monumenta, pag. 102 num. 283 (II). — Böhmer, Regesta archiep. Maguntinensium II, pag. 379 num. 255 (II). — RI V. 2, pag. 1772 num. 12109 (I), num. 12110 (II). — Krones, Forschungen 1, pag. 554 num. 120 (I, II). — Thalloczy—Áldásy, Codex, pag. 5 num. 11 (I). — Martin, Regesten, pag. 78 num. 603 (II). — Dobenecker, Regesta IV, pag. 93 num. 636 (I), pag. 94 num. 643 (II). — Szentpétery II. 1, pag. 108 num. 2094 (I). — MHDC V, pag. 54 num. 78 (II, extractum ex Reg). — Lindeck—Pozza, Urkundenbuch des Burgenlandes, pag. 6 num. 6 (I). — Pferschy, Urkundenbuch, pag. 251 num. 421 (II, conclusio).

Lit: Palacký I. 2, pag. 81 ss (totius rei deliberatio). — Novotný I. 4, pag. 239 ss (idem). — Koss—Bauer, Dějiny, pag. 49 n. 44 (notae archaeographicae). — Šebánek, K otázce slovenik, pag. 251—253 (chartae I, II arte diplom. tractantur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 305, 387 (idem).

Dictator: fortasse quidam notariorum partis Austriacae cancellariae Přemysli Otakari II. (? O 72 seu 84), sed etiam auxilium cancellariae regis Stephani in censum venit in I; verba chartae I repetuntur in II.
Vide: II. 1 a, P. O. II.

Stephanus, dei gratia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Ludomerie, Comanie Bulgarieque rex,

Othacharus, dei gratia rex Boemie, dux Austrie, Styrie, Carinthie marchioque Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre et Portus Naonis,

universis presentium notitiam habituris salutem in salutis auctore. Licet eterni regis imperio generali post celi et terre transitum teste veritate evangelica duraturo parere deceat universos, specialius tamen personas sublimitate regia decoratas, ipsius preceptum in pace, que caritatis est vinculum, observanda mentis sue habere continue convenit in archivis, subtili considerationis libramine attendendo, quod ex ea et per eam eisdem quies corporis, animi tranquillitas et subiectis votiva opulentia prebeatur, presertim cum eterni regis filius in sinum patris, unde venerat, regressurus, apostolici ordinis cetui, per quem orbem instrui voluit universum, post salutaria precepta pacem[a] servandam reliquerit et tenendam,[a] [1] que etsi ex mandati celestis latitudine ad universos et in universos intensionis sue extendere soleat incrementa, tamen eo ampliori sinceritate inter eos eandem decet esse radicatam, quos multiplicis attinentie[b] unio copulat et connectit. Proinde noverint universi, quod post longa guerrarum discrimina, que inter dominum

Othaccarum, regem Boemie illustrem, ducem Austrie, Stirie, Carinthie, marchionem Morauie, dominum Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis,

Stephanum, regem Vngarie illustrem, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie et Bulgarie, ducem totius Sclauonie,

carissimum cognatum nostrum, ex parte[c] una[c] et nos ex altera suscitata fuerant suggerente humani generis inimico, cum nos pro votive pacis puritate reformanda dilectos fideles nostros, dominum

Paulum, episcopum Vesprimiensem, Egidium, summum camerarium aule nostre, Rolandum banum, magistrum Benedictum, prepositum Oradiensem, aule nostre vicecancellarium,

Brunonem, venerabilem episcopum Olomucensem, fratrem Hartpernum,[d] ministrum ordinis fratrum Minorum per Austriam, Hartlibum camerarium, Buhulchonem[e] marschalcum, Neczamizlonem, pincernam Morauie,

barones regni nostri misissemus, dato eisdem pleno, sufficienti et legali mandato, ut convenientes cum prelatis et baronibus regni

Boemie, domino Brunone, episcopo videlicet Olomucensi, fratre Hartperno, ministro ordinis fratrum Minorum per Austriam, Hartlibo camerario, Bohussone marschalco, Nezamizel, pincerna Morauie, a predicto rege Boemie

Vngarie, domino Paulo, venerabili episcopo Vesprimiensi, Egidio, summo camerario, Rolando bano et magistro Benedicto, preposito Oradiensi, vicecancellario,[f] a predicto rege[f] Vngarie

similiter cum pleno mandato destinatis, tractare et[g] ordinare et diffinire possent, omnia ad reformationem pacis facientia, que nos ipsi, si presentialiter cum ipso rege
Boemie Vngarie
convenissemus, ordinare et diffinire possemus pro nostri quiete animi ac[h] nostrorum tranquillitate subiectorum; iidem barones nostri, considentes cum predictis baronibus regni
Boemie Vngarie
ordinaverunt et assumpserunt iuxta mandati traditi sibi formam, ut decetero perpetua pax inter

nos et ipsum regem Boemie — regem Vngarie ac nos
debeat observari, nec eidem regi vel suis turbationes vel molestias inferemus vel inferri per nostros patiemur, includentes eidem paci et eadem[i] vallantes

regna nostra, videlicet Vngariam, Dalmaciam, Croaciam, Ramam, Seruiam, Galliciam, Lodomeriam, Comaniam, Bulgariam totumque ducatum Sclauonie — regnum nostrum Boemie terrasque nostras Austriam, Stiriam, Karinthiam, Morauiam, Carniolàm, Marchiam, Egram et Portum Naonis,

cum omnibus attinentiis earundem[k] secundum signa, distinctiones et metas antiquas, prout etiam progenitores nostri

et antecessores, reges Vngarie, — ‚reges Boemie et marchiones Morauie nec non antecessores nostri, duces Austrie, Styrie et Karinthie, domini Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis,

usque tempus vite domini Bele,[2]

gloriose memorie patris nostri, — inclite recordationis patris dicti domini Stephani, regis Vngarie,

possederunt et tenuerunt. Verum si termini hinc inde fuissent avulsi vel mutati, venerabiles patres, dominus archiepiscopus Strigoniensis[3] et[l] episcopus Olomucensis,[4] deum et iustitiam habentes pre oculis super ipsis terminis et limitibus cognoscent; et id, quod legitime diffiniverint, per censuram ecclesiasticam partes facient[m] observare; hoc adiecto, ut occasione terminorum seu limitum, de quibus dicti archiepiscopus et episcopus cognoscent, pacis puritas inter regem
Boemie Vngarie
et nos non turbabitur nec nos cum eodem rege relabimur[n] in guerrarum discrimina recidiva. Pace[o] huismodi inter
nos et ipsum regem — ipsum regem et nos
reformata et cautionibus tam litterarum autenticarum quam iurisiurandi religione firmata, ut eadem robore subsistere valeat firmiori, infra terminum inter illustrem regem
Boemie Vngarie

et nos statuendum[p] pro pacis multiplici firmitate eidem regi

Boemie Vngarie

dari procurabimus et faciemus litteras

magnifici domini Karuli, illustris regis Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue et comitis Forqualquerii,[5] nec non litteras[5] domini H.,[6] incliti ducis Bawarie,

magnificorum virorum, domini Henrici Misenensis[5] et domini Ottonis Brandburgensis,[5] inclitorum marchionum, cognatorum et amicorum nostrorum,

presenti paci[q] ex parte nostra inclusorum, super eo, quod iidem paci, conventioni seu compositioni[r] nunc factis per nos et nostros barones adhibebunt consensum, conniventiam et opitulationem omnimodam inviolabiliter observandam,[s] eo expressim cauto tam in litteris

regis Sicilie quam H., ducis Bawarie,

marchionis[t] Heinrici Misenensis quam domini Ottonis, marchionis Brandburgensis,

predictorum, ut, si nos pacem contingat, quod absit, infringere vel turbare, extunc iidem

rex et dux marchiones

nobis non assistent auxilio, consilio vel favore, set se a nobis penitus separabunt. Rex autem

Boemie Vngarie

sub eadem seu consimili forma nobis dari faciet litteras

magnificorum virorum, domini Heinrici Misnensis et domini Ottonis Brandeinburgensis, inclitorum marchionum,[5] cognatorum et

magnifici domini Caroli, illustris regis Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue et comitis Fulcalquerii,[5] necnon litteras domini Henrici, incliti ducis Bawarie,[5]

amicorum suorum, sub ea forma, ut si rex

Boemie Vngarie

aliquid contra pacem fecerit vel attemptarit violando seu infringendo eadem, extunc iidem

marchiones rex et dux

a societate et amicitia regis

Boemie Vngarie

se penitus retrahentes, eidem contra nos non impertientur consilium, auxilium et favorem; et hoc expressim continebitur in eorundem

marchionis regis et ducis

patentibus litteris,[5] sigillis eorum autenticis pendentibus consignatis, que, ut dictum est, infra terminum per dominum regem

Boemie Vngarie

et nos moderandum nobis debent[u] assignari. Ceterum quia[s] quedam castra intra limites regni

nostri Vngarie

constituta, quorum principale dominium ad

nos ipsum regem

pertinet, Kuzeg[v] videlicet, de Monte Sancti Viti,[w] Slomule,[x] Perstan,[y] de Chertus,[z] ac castrum Farcasii de Zaguria, que Henricus et duo castra Stago[a/] vocata, que Iohannes, filius eiusdem Heinrici,[b/] ac castrum Dobra, quod Nicolaus et Stephanus, filii Pauli, et castrum Rou[c/] vocatum, quod Merch,[d/] filius Gianur,[e/] qui a

nobis transfugientes se ad regem Boemie rege Vngarie transfugientes se ad nos

transtulerunt, detinent occupata, iuxta ordinationem baronum nostrorum et ipsius regis

Boemie Vngarie

recuperanda et habenda de

sua nostra

bona voluntate

deservit rex predictus, deservimus,

adiciendo et expresse cavendo, quod detentores predictorum castrorum nec per Theotonicos[f/] nec per Bohemos[g/]

idem dominus rex Boemie iuvabit vel iuvari permittet iuvabimus nec iuvari aliquatenus permittemus

palam vel occulte, et nominatim non

patietur patiemur

eos iuvari contra

nos regem Vngarie

in ipsis castris detinendis per homines, quos ipsis, Heinrico[h/] scilicet et Iohanni, filio eiusdem, Nicolao[h/'] et Stephano, filiis Pauli, et Laurentio, filio Petri,

concessit, postquam se a nobis ad ipsum regem Boemie concessimus, postquam se a rege Vngarie ad nos

cum ipsis castris transtulerunt, promittendo firmiter iuxta eorundem baronum ordinationem, quod de

regis Boemie castris castris nostris

nullum nocumentum hominibus regni Vngarie inferri

patietur rex predictus patiemur

per supradictos, Heinricum,[i/] Iohannem, filium eiusdem, Nicolaum et Stephanum, filios Pauli, et socios eorundem ac adherentes eisdem; hoc expresse declarato, quod si iidem dampna, iniurias[k/] vel depredationes aliquas hominibus regni

nostri Vngarie

quolibet ingenio, fraude vel machinamento inferre presumpserint et super hoc

regi Boemie nobis

per Hartlebum[l/] camerarium,[m/] qui secundum formam compositionis[n/] impresentiarum fac-

te ad investigandum et inquirendum hominem suum, cui super premissis credi debet,[o] transmittere tenetur, facta fuerit certa fides, extunc eosdem omnibus possessionibus in

quacunque parte regni

sui vel nostri et

terrarum

suarum ab ipso domino rege Boemie nostrarum a nobis

concessis et datis

spoliabit et privabit spoliabimus et privabimus

nullo regressu ipsis[p] ad possessiones easdem reservato; et ut expresse appareat, eosdem

per

ipsum regem Boemie nos

in sua malitia non foveri, ipsos sic privatos predictis possessionibus ubicunque

ab eodem rege Boemie a nobis

datis et concessis de regni et ducatuum

suorum et terrarum sibi adherentium partibus excludere tenebitur, nostrorum terrarumque nobis adherentium partibus tenebimur,

utpote pacis necessarie turbatores.

Promittimus etiam Promisit etiam rex Stephanus sepedictus

secundum ordinationem predictorum baronum, quod non

recipiemus in gratiam nostram recipiet in gratiam suam

Heinricum,[q] Iohannem, Stephanum, Nicolaum et Laurentium, filium Petri, ac complices[q] eorundem supradictos cum castris et munitionibus

ab eodem rege Boemie a nobis

eisdem traditis et concessis in regno et terris

suis nostris

vel in posterum concedendis. Sane quia per infideles et transfugas huc illuc[r] inter mundi principes discurrentes seminari solent pestifera pacis turbantia puritatem, que interdum ipsis principibus non tam temporalis tranquillitatis commodum,[s] quam vite future subsidia per guerrarum discrimina adimunt oportuna, promittimus iuxta ordinationem predictam

non receptare infideles ex parte ipsius regis

Boemie Vngarie

ad nos transfugientes nec eis subsidium vel benignitatem aliquam impertiemur, set ipsos potius tanquam male meritos excludemus nec per nostros[t] amicos[t] vel subditos receptari vel foveri aliquatenus patiemur. Porro, quia multiplex tanquam[u] sanguinitatis vel[u] affinitatis affectio ad correlativum[v] amorem nos possunt et debent mutuo incitare, pro observatione pacis nunc facte et in posterum durature promittimus et assumimus, ut si aliqua temporum processibus successivis contigerit[w] suboriri hinc inde, que turbare[x] possent[x] pacis et concordie unionem, pace eadem nunc facta in suo robore permanente super

gravioribus, que ex parte hominum nostrorum contra homines regis

Boemie Vngarie
attemptata fuerint sive facta,
..,[3] Strigoniensis archiepiscopus, episcopus Olomucensis[4]
tam[y/] ordinaria iurisdictione quam ex ipsius iurisdictione[z/] in eos, qui eidem
archiepiscopo episcopo
subiecti non sunt, prorogatione nunc facta cognoscet; et que iudiciaria maturitate servata
invenerit perperam attemptata seu facta in preiudicium regis
Boemie Vngarie
et hominum suorum, prolata diffinitiva sententia reformabit, postquam de cause meritis
cognoverit, ut est iuris; et que diffiniverit
per censuram ecclesiasticam faciet observari, cum id
et nostri et ipsius regis Boemie ipsius regis Vngarie et nostri
barones ordinaverint iuxta traditam sibi formam et
nos ac ipse rex Boemie ipse rex Vngarie ac nos
assumpserimus, approbaverimus,[a2] emologaverimus premissa omnia et singula spontanea
voluntate. Si vero aliqua graviora per homines regis
Boemie Vngarie
vel barones eiusdem attemptata[b2] fuerint sive facta, per que nobis et hominibus regni
nostri[c2] posset preiudicium generari, super hiis venerabilis pater dominus
Bruno, episcopus Olomucensis, Ph.,[3] Strigoniensis archiepiscopus,
ex ordinaria iurisdictione, quam omnes barones et homines
regis Boemie[c2'] regni Vngarie
in se prorogaverunt, cognoscet[d2] iuxta formam articuli proximo expressi; et quod diffinierit,[e2] executioni mandabit, contradictores per censuram ecclesiasticam districtius compescendo.[f2] Et in huiusmodi cognitionibus, diffinitionibus et executionibus causarum procedent iidem, archiepiscopus et episcopus, deum et iustitiam habentes pre oculis, postpositis gratia, timore, odio et favore. Iidem quoque archiepiscopus et episcopus in partem regis
Boemie Vngarie
atque nostram singuli singillatim promulgandi excommunicationis sententiam plenam habeant facultatem, cum
nos et ipse ipse et nos
in premissis subiecerimus partes nostras iurisdictionibus eorundem. In minoribus vero causis hinc inde inter
nostros et ipsius regis ipsius regis et nostros
homines emerserint, circa confinia Morauie duo ex parte
nostra, ipsius regis Vngarie,
videlicet comes Pozoniensis[g2 7] et comes[g2'] Nitriensis,[8] ex parte
regis Boemie nostra,
camerarius Morauie[9] et burcravius[h2] de Brumowe,[i2 10] circa confinia Austrie ex parte
nostra regis Vngarie

comites Supruniensis[11] et Musuniensis,[12] ex parte
regis Boemie nostra[l]
castellanus de Haslar[k2] [13] et[l] castellanus Noue Ciuitatis,[14] iudices provinciales, circa confinia
Stirie[l2] ex parte
nostra regis Vngarie
comites[m2] Castri Ferrei[15] et[l] de Zala,[16] ex parte
regis Boemie nostra[l]
capitaneus[17] et[l] notarius Styrie,[18] circa confina Karinthie, Carniole et[g] Marchie ex parte
nostra regis Vngarie
banus totius Sclauonie,[19] ex parte
regis Boemie nostra
capitaneus Karinthie, Carniole et[n2] Marchie[n2] [20] deputabuntur. Qui querelantibus hinc inde
iustitie facient complementum;[o2] et id, quod fecerint, tam ipsius regis
Boemie Vngarie
quam nostra auctoritate faciant[p2] observari. Quod si aliqui ex ipsis fuerint diem functi,
successores ipsorum dignitatis hereditarii vel per alterutrum regum substituti fungentur
vice et partibus eorundem. Item si inter amicos regis
Boemie Vngarie
et nostros aliqua discordia[q2] fuerit[q2] suscitata, pro causa huiusmodi contra pacem promittimus non venire, sed[r2] discordantes studebimus, si poterimus, ad pacem et concordiam revocare. Alioquin causa inter nos[n2] et[n2] ipsos discordantes exorta, archiepiscoporum et episcoporum iudicio vel ordinationi relinquetur; quam ipsi recipiant[s2] et eidem parebunt sive stabunt. Quod si amici nostri hoc[t2] renuerint adimplere, nullum consilium et auxilium
eisdem impendemus contra regem
Boemie Vngarie
supradictum. Si vero, quod absit, rex
Boemie Vngarie
pacis violator ex quacunque causa propria vel amicorum suorum ac hominum
terre sue regni sui
inventus fuerit vel turbator, ipso facto incidet in sententiam excommunicationis, quam ex
nunc venerabiles patres
Patauiensis,[21] Olomucensis[4] et Pragensis,[22] archiepiscopi Strigoniensis[3] et Colocensis[23] eorumque suffraganei, episcopi
episcopi Vngarie,

tulerunt sollempniter[u2] et in scriptis.[u2] Et quod eadem sententia teneat et astringat violatorem pacis et concordie cum effectu, ipse rex
Boemie Vngarie
subiecit se iurisdictioni ipsorum
episcoporum archiepiscoporum et episcoporum
non obstantibus aliquibus litteris, indulgentiis seu privilegiis a sede apostolica impetratis

vel in posterum impetrandis.[5] Preterea, ut multiplicatus funiculus pacem faciat pleniorem,

archiepiscopi et episcopi

venerabiles patres ..,[24] electus Salzeburgensis,..[21] Patauiensis,..[25] Frisingensis,..[26] Ratisponensis, ..[22] Pragensis, ..[4] Olomucensis et ..[27] Secouiensis episcopi regni terrarumque nostrarum

regni nostri

iuraverunt, quantum in eis est, pacem presentem inter

nos et ipsum regem ipsum regem et nos

ordinatam tenere et[v2] servare et nos inducere iuxta promissionis a se facte formam ad eandem mutuo observandam et ad[s] tenendum ea, que impresentiarum promisimus et promittimus, spopondimus et spondemus, sicut in ipsorum litteris plenius continetur.[28] Promiserunt etiam per idem iuramentum et promittunt, quod si nos, quod absit, pacem infringere contigerit[w2] vel ea, que in presens placitum sunt deducta, violare, iidem

archiepiscopi Salzeburgensis electus ecclesie[24] et episcopi

et episcopi et regni nominati regnique

nostri barones nos deserent et regi

Boemie Vngarie

adherebunt ex debito prestiti[x2] iuramenti.[x2]

Verum si regem

Boemie Vngarie

pacem vel ea, que in placitum devenerunt, infringere contigerit vel turbare,

episcopi terrarum suarum archiepiscopi et episcopi regni sui

et barones[y2] eiusdem iuxta formam presentis compositionis[n1] et ordinationis eum deserent et nobis adherebunt similiter ex debito prestiti iuramenti, sicut in ipsorum patentibus litteris continetur.[28]

Item archiepiscopus Strigoniensis,[3] qui ordinarius noster existit, et archiepiscopus Colocensis,[23] aule nostre cancellarius, et suffraganei eorundem,

Item electus Salzeburgensis[24] et venerabiles patres,..[21] Patauiensis,..[25] Frisingensis, ..[26] Ratisponensis, ..[22] Pragensis, ..[4] Olomucensis et ..[27] Secowensis episcopi

de[y2'] nostra[y2']

et baronum nostrorum voluntate exnunc sententiam excommunicationis promulgarunt, quam, si nos, quod absit, pacem transgredi contigerit, ipso facto incurremus; et nichilominus iidem

archiepiscopi et episcopi electus et episcopi

totum regnum nostrum[z2] ecclesiastice subicient in suis diocesibus interdicto, non obstantibus litteris seu indulgentiis impetratis vel in posterum impetrandis.[5]

Electus etiam Salzburgensis[24] et venerabiles patres, Patauiensis,[21] Vrisingensis[25] et alii prelati regni et terrarum suarum

Archiepiscopus etiam Strigoniensis,[3] qui ordinarius regis Vngarie existit, et archiepiscopus Colocensis,[23] ipsius cancellarius, ac suffraganei eorundem, prelati regni Vngarie,

consimilem excommunicationis sententiam in scriptis sollempniter tulerunt,[5] quam ipse

rex

Boemie Vngarie

ipso facto incurret, si transgressor pacis extiterit[a3] vel turbator; et si in hac parte archiepiscopi et episcopi predicti tam

regnorum nostrorum quam suorum

regni Vngarie quam regni nostri et terrarum nostrarum

negligentes in exequendis premissis extiterint vel remissi, punientur a dominis cardinalibus, quorum iurisdictioni se in hac parte subiecerunt, tanquam iuramenti prestiti transgressores. Barones insuper regni nostri,

Mois videlicet, palatinus comes Supruniensis et iudex Comanorum, Egidius, summus camerarius aule nostre, comes Pozoniensis, Nicolaus, iudex curie nostre, comes Suragiensis, Ioachimus, banus totius Sclauonie, Matheus, woywoda Transiluanus et comes de Zonuk, et Laurentius, banus de Zeurino et comes de Doboca, Rolandus banus, Petrus, magister dapiferorum nostrorum, comes de Swek, Albertus, magister agazonum nostrorum, comes Stibiniensis, Philippus, magister pincernarum nostrorum, Ernerius banus, comes Worosdiensis, Porach banus, comes Zaladiensis, Michael, comes Nitriensis, Paulus banus, comes Bachiensis, Dionisius, comes de Morocha, magister Andreas, comes de Reuche, et Petrus, comes de Zana, ac

videlicet Andreas, camerarius Boemie, Yeroschius de Whsperch, Iarozlaus de Lewnberch, Borscho[b3] de Risemburch,[c3] Ziwizlaus, purchravius Pragensis, Iaurk de Waldemberch,[d3] Dytricus, subcamerarius Boemie, Bowarus[e3] de Straconiz,[f3] Hymko de Luhtemburch, Stenk,[g3] frater Zmylonis, Zlabko, filius Borschonis, Hartlibus, camerarius Morauie, Bohusch mareschalcus, Bnezta dapyfer, Nezamizlaus, pincerna Morauie, Milota, frater Benesii, Chuno, frater Zmizlonis, Otto de Haselowe, Otto de Perhcoltstorf, Heutef de Howuelde et

alii quam plures iuraverunt, quantum in eis est, pacem nunc factam fideliter observare et nos inducere iuxta posse bona fide ad promissa nostra ac[h] sua servanda suis super hoc

regi

Boemie Vngarie

litteris traditis et concessis.[5] Ad hec, ut concordie et amoris dulcedo inter ipsum regem
Boemie Vngarie
et nos propagines suas faciat longiores,[k3] ordinatum extitit a predictis baronibus regis
Boemie Vngarie
et nostris ad tractatum presentis pacis specialiter deputatis, ut idem rex

Boemie Lombardum Stephanum, nepotem marchionis Estensis, et nos Philippum, electum Aquilegensem, a nostra societate excludere

Vngarie Philippum, electum Aquilegensem, et nos Stephanum Lombardum, nepotem marchionis Estensis, excludere a nostra societate et amicitia

deberemus. Nos itaque iuxta placita et ordinationem baronum nostrorum iuramento firmatam[i3] exclusimus [k3] et excludimus[k3] a nostra societate et amicitia omnimodis eundem

Philippum non obstantibus litteris concessis eidem[29] et promissionibus sibi factis. Eidem itaque non assistemus consilio, auxilio et favore, cum idem rex Boemie Stephanum predictum

Stephanum, promittentes eum non receptare nec fovere in nostris et amicorum nostrorum finibus sive terris, set excludere et excludi facere penitus de eisdem, cum rex Vngarie Philippum electum

similiter excluserit de sua societate, familiaritate et amicitia

omnimodis, non obstantibus litteris concessis eidem[29] et promissionibus sibi factis, immo penitus removerit et

et penitus removerit seu

omnimo et specialiter assumpserit non receptare vel fovere eundem in suis et amicorum suorum finibus sive terris, promittens eum excludere et excludi facere de eisdem.

Exclusimus etiam et excludimus Exclusit etiam rex Vngarie supradictus

Wilhelmum de Sarfenberch[l3] et Nicolaum de Lebenberch[m3]

a nostro ,terrarum nostrarum profugos, a suo

servitio, gratia et favore,

promittentes promittens

in defendendis et detinendis castris ipsorum

contra regem Boemie et suos eos contra nos et nostros homines

non iuvare.

Item renuntiamus Insuper dominus Stephanus, rex Vngarie, renuntiavit omni

iuri et actioni, quod et que

videbantur nobis sibi videbantur

competere,[n3] seu etiam competebant,[o3] in ducatibus Stirie,[12] Karinthie,[p3] Carniole et[g] Marchie, nullam decetero

nostro suo

vel heredum

nostrorum suorum

nomine contra

ipsum regem et suos heredes moturi nos et heredes nostros super illis moturus

materiam questionis.

Renuntiamus insuper iuri et actioni nobis et nostris Renuntiavit etiam rex Stephanus Vngarie sepedictus iuri et actioni sibi et suis

heredibus competentibus[q3] de insigniis regalibus, corona videlicet, gladio, monili, sella, scutellis et aliis clenodiis ac thesauro, delatis per dominam Annam[r3] in regnum Boemorum.[s3] Item predicte ordinationi et paci includi volumus et includimus excellentes dominos

Philippum Francorum et Karulum Sicilie, reges illustres, Karulum iuniorem, primogenitum ipsius regis Karuli, generum nostrum, Michaelem Angelum Paleologum, imperatorem Grecorum, Andronicum, iuniorem imperatorem Grecorum, generum nostrum, Bouzlaum Cracouie et Sandomerie, Boizlaum Maioris Polonie, Heinricum Bawarie, inclitos duces, generos nostros, Belam, ducem de Machow et de Bozna, fratrem nostrum, Vrossium, regem Seruie, et Stephanum, filium eius, iuniorem regem Seruie, generum nostrum, Swetizlaum, imperatorem Bulgarorum, et Leonem, generum nostrum, Rutenorum ducem, Mitizlaum, fratrem eiusdem, et Wazulem, filium Wazule, duces Rutenorum et illustres . .,[30] regem Ispanie, . .,[31] regem Anglie, dominum Riccardum, fratrem regis Anglie, electum Romanorum in imperatorem, cum filiis eorundem, venerabiles patres dominos . .,[32] archiepiscopum Maguntium, cum suis suffraganeis, . .,[33] archiepiscopum Magdeburgensem, cum suis suffraganeis, . .,[34] archiepiscopum Salzeburgensem, cum suis suffraganeis, dominum Ludeuicum, comitem palatinum Reni, dominum Henricum, marchionem Misnensem, dominum ducem Saxonie[35] cum fratribus et filiis suis, . .,[36] ducem Brunswicensem, et fratrem suum, . .,[37] dominum ducem Brabantie, dominum . .,[38] ducem de Lympurch, dominum Albertum, lantgravium Turingie, dominum Theodericum, marchionem de Lantsperch, dominum Ottonem, marchionem de Brandburch, cum fratribus suis, carissimis avunculis nostris, filios domini Iohannis marchionis, videlicet dominum Iohannem, marchionem Brandburgensem, cum fratribus et filiis suis, dominum Wolezlaum, ducem Slezie,[s3'] et suum ducem[t3] Henricum ac alios filios suos, dominum Chunradum, ducem Slesie,[s3'] cum pueris suis, dominum

Henricum, filium ducis Henrici de Wratislauia, dominum Lezkonem et fratrem eius, duces Cuiauie,

aliosque fideles fautores et familiares nostros cum filiis omnibus, terris, regnis, ducatibus, iuribus ac possessionibus eorundem. Insuper promisimus et promittimus iuxta ipsorum baronum nostrorum ordinationem, quod a dominis cardinalibus vacante nunc sede apostolica[39] obtinebimus transmissis nostris nuntiis confirmationem pacis nunc facte; hoc adiecto, quod

nostri et ipsius regis Boemie ipsius regis Vngarie et nostri

nuntii circa festum sancti Michaelis[40] nunc venturum iter arripient et in festo Omnium sanctorum[41] proximo sequenti[u3] se dominorum cardinalium conspectui presentabunt et confirmationem nostris sumptibus et expensis obtentam faciemus ipsi regi

Boemie[5] Vngarie[5]

assignari. Idem autem[v3] rex per suos[w3] nuntios impetrabit consimiles confirmationis litteras suis expensis et sumptibus nobis dandas. Creato vero papa confirmationem[x3] sub simili vicissitudine alterutri nostrum dandam faciemus largiente Domino impetrari.[42] Dampna autem illata hinc inde compensatione[y3] mutua sunt sublata iuxta ordinationem sepius memoratam. Ut igitur premissa universa et singula per nos inviolabiliter observentur nec successivorum mutatione[z3] temporum[z3] infringi valeant vel aliqualiter vacillare, iuravimus et iuramus tactis sacrosanctis [a4] corporaliter[a4] evangeliis, multorum sanctorum reliquiis et vivifice crucis ligno,[b4] ut transgressor premissorum preter infamie notam, quam ex transgressione iuramenti incurret, divine acrimoniam sentiat ultionis, ut[c4] cum Chore, Datan et Abyron recipiat portionem, dei omnipotentis et gloriose[d4] Virginis et[v2] sanctorum omnium suffragiis destitutus. In cuius rei testimonium ac[h] perpetuam memoriam ac munimen presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum

in castris apud Pozonium anno Domini M°CC°LXXI°, regni autem nostri anno secundo, V nonas iulii.

Prage anno Domini M°CC°LXXI°, coronationis nostre anno decimo, II idus iulii.

636, 637. [a–a] *In loco raso litteris compressis videtur esse scriptum in R 1.* — [b] ‚attinetie' *R 1.* — [c–c] ‚una parte' *legitur in R 2.* — [d] ‚e' *ex* ‚a' *videtur esse corr. in R 2.* — [e] *Ita pro* ‚Bohuschonem' *legitur in R 2.* — [f–f] *Litteris compressis scriptum est in R 2.* — [g] *Vox deest in R 2.* — [h] ‚et' *R 2.* — [i] ‚eandem' *R 1.* — [k] ‚eorundem' *pro recto* ‚earundem' *legitur in R 1, R 2.* — [l] *Gemipunctum sequitur in R 2.* — [m] ‚faciant' *R 2.* — [n] ‚relabemur' *R 2.* — [o] *Vox* ‚igitur' *sequitur in R 2.* — [p] *Verba* ‚seu moderandum' *sequuntur in R 2.* — [q] ‚pace' *R 1.* — [r] ‚positioni' *R 1, R 2.* — [s] ‚observandis' *R 2.* — [t] *Vox addita videtur esse in R 2.* — [u] *Vox* ‚similiter' *sequitur in R 2.* — [v] ‚Keuwzeg' *R 2.* — [w] ‚Witi' *R 2.* — [x] ‚Zloymuk' *R 2.* — [y] ‚Pernsteyn' *R 2.* — [z] ‚Kertus' *R 2.* — [a1] ‚Strigo' *R 2.* — [b1] ‚Henrici' *R 2.* — [c1] ‚Row' *R 2.* — [d1] ‚Mork' *R 2.* — [e1] ‚Gyanwr' *R 2.* — [f1] ‚Theutonicos' *R 2.* — [g1] ‚Boemos' *R 2.* — [h1] ‚Henrico' *R 2.* — [h1'] *Cum titulo superfluo R 1.* — [i1] ‚Henricum' *R 2.* — [k1] *Vox* ‚insultus' *sequitur in R 2.* — [l1] ‚Hartlibum' *R 2.* — [m1] *Vox* ‚nostrum' *sequitur in R 2.* — [n1] ‚positionis' *R 1, R 2.* — [o1] ‚possit' *R 2.* — [p1] ‚temporis' *R 1.* — [q1] ‚plices' *R 1, R 2.* — [r1] ‚illucque' *R 2.* — [s1] ‚modum' *R 1, R 2.* — [t1–t1] ‚amicos nostros' *R 2.* — [u1–u1] ‚tam

consanguinitatis, quam' *R 2.* — [v1)] ‚relativum' *R 2.* — [w1)] ‚contingeret' *R 2.* — [x1–x1)] ‚turbari possent', *signis reclamatoriis verborum ordo mutatus est in R 1.* — [y1)] *Vox* ‚ex' *sequitur in R 2.* — [z1)] ‚iurisdictionis' *R 1, R 2.* — [a2)] *Vox* ‚et' *sequitur in R 2.* — [b2)] ‚attempta' *R 1.* — [c2)] *Loco vocis* ‚nostri' *verba* ‚terrarumque nostrarum' *leguntur in R 2.* — [c2')] ‚Booemie' *R 1.* — [d2)] ‚cognoscent' *R 1.* — [e2)] ‚diffiniverit' *R 2.* — [f2)] ‚pescendo' *R 1, R 2.* — [g2)] ‚Posoniensis' *R 2.* — [g2')] *Vox deest in R 1.* — [h2)] ‚purchravius' *R 2.* — [i2)] ‚Brumore' *R 1.* — [k2)] ‚Haselowe' *R 2.* — [l2)] ‚Styrie' *R 2.* — [m2)] ‚comes' *R 1.* — [n2–n2)] *Verba desunt in R 2.* — [o2)] ‚plementum' *R 1, R 2.* — [p2)] ‚facient' *R 2.* — [q2–q2)] ‚fuerit discordia' *R 2.* — [r2)] ‚set' *R 2.* — [s2)] ‚recipent' *R 2.* — [t2)] ‚hec' *R 2.* — [u2–u2)] ‚in scriptis sollempniter' *R 2.* — [v2)] ‚ac' *R 2.* — [w2)] ‚contingeret' *R 2.* — [x2–x2)] *Verborum ordo signis reclamatoriis mutatus, vox* ‚prestiti' *addita est in R 2.* — [y2)] *Verba* ‚et comites' *cum voce* ‚ac' *super* ‚et' *addito sequuntur in R 2.* — [y2'–y2')] *Verba desunt in R 1.* — [z2)] *Loco vocis* ‚nostrum' *verba* ‚terrasque nostras' *leguntur in R 2.* — [a3)] ‚existerit' *R 2.* — [b3)] ‚Boischo' *R 2.* — [c3)] ‚Lisemburch' *R 2.* — [d3)] *Potius* ‚Wasdemberch' *legi potest in R 2.* — [e3)] ‚Rowarus' *R 2.* — [f3)] ‚Stratawiz' *R 2.* — [g3)] ‚Stemk' *R 2.* — [h3)] ‚largiores' *R 2.* — [i3)] ‚firmata' *R 2.* — [k3–k3)] ‚excludimus et exclusimus' *R 2.* — [l3)] ‚Scharfenberch' *R 2.* — [m3)] ‚Leumberch' *R 2.* — [n3)] ‚petere' *R 1, R 2.* — [o3)] ‚petebant' *R 1, R 2.* — [p3)] *Verba* ‚et dominiis' *sequuntur in R 2.* — [q3)] ‚petentibus' *R 1, R 2.* — [r3)] *Verba* ‚socrum nostram' *sequuntur in R 2.* — [s3)] ‚Boemie' *R 2.* — [s3')] ‚Slie' *R 2.* — [t3)] *Erronee* ‚fortasse' *pro* ‚filium' *legitur in R 2.* — [u3)] ‚subsequenti' *R 2.* — [v3)] ‚etiam' *R 2.* — [w3)] *Vox* ‚proprios' *sequitur in R 2.* — [x3)] *Vox* ‚eandem' *sequitur in R 2.* — [y3)] ‚pensatione' *R 1, R 2.* — [z3–z3)] ‚temporum mutatione' *R 2.* — [a4–a4)] ‚corporaliter sacrosanctis' *R 2.* — [b4)] ‚adicientes' *sequitur in R 2.* — [c4)] ‚et' *R 2.* — [d4)] ‚gloriosissime' *R 2.*

[1]) *Hae chartae saepissime editae, registratae atque tractatae sunt; quam ob rem omnes auctoritates antiquiores hoc loco laudare praetermisimus. Cf. ex. gr. inferius apud RI V. 2 et Szentpétery.* — [1']) *Cf. Ioh. 14, 27.* — [2]) *Bela a. 1270 morte obiit.* — [3]) *Philippus.* — [4]) *Bruno.* — [5]) *Litteras ignoramus.* — [6]) *Henrici.* — [7]) *Egidius.* — [8]) *Michael.* — [9]) *Hartlebus, burggravius in Veveří.* — [10]) *Smilo de Stříłky.* — [11]) *Moyses.* — [12]) *Poth.* — [13]) *Otto.* — [14]) *Henricus de Haunfeld.* — [15]) *Fortasse Gregorius.* — [16]) *Ponit.* — [17]) *Burchardus de Janovice.* — [18]) *Conradus de Tulln.* — [19]) *Joachimus.* — [20]) *Ulricus de Drnholec.* — [21]) *Petrus.* — [22]) *Johannes.* — [23]) *Stephanus.* — [24]) *Fridericus.* — [25]) *Conradus.* — [26]) *Leo.* — [27]) *Bernhardus.* — [28]) *Num. 635, vide ibidem n. 8.* — [29]) *Vide Szentpétery, II. 1, pag. 65 num. 1937 nec non suo tempore in regestorum serie huius tomi.* — [30]) *Alphonsum.* — [31]) *Henricum.* — [32]) *Wernherum.* — [33]) *Conradum.* — [34]) *Fridericum.* — [35]) *Albertum.* — [36]) *Albertum.* — [37]) *Johannem.* — [38]) *Johannem.* — [39]) *Post obitum Clementis IV. papae 1268 nov. 29.* — [40]) *Sept. 29.* — [41]) *Nov. 1.* — [42]) *Vide num. 659, 660.*

638.

Giselbertus, quondam iudex in Služovice, protestatur se contra dominum suum abbatem Gradicensem in eo graviter deliquisse, quod tres laneos in Služovice filio suo dare promisisset.

— 1271 aug. 18.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 37—38 num. 45 (B).* — *Apographum saec. XVII. servavit M. Siebenaicher* „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis", *cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, fol. 104'—105 (C).* — *Apographum saec. XVIII. exstat sub titulo* „Varia memorabilia" *in eodem mnscro, fol. 289'—290 (D).*

Ed: CDM IV, pag. 84 num. 53 (ex C, ad aug. 17).
Reg: Bischoff, Österreichische Stadtrechte, pag. 157 s. num. (ad a. 1271). — Kopetzky, Regesten, pag. 125 num. 106 (ad aug. 17). — Reg II, pag. 303 num. 756 (ad aug. 17). — CDS VII. 2, pag. 188 num. 1371 (recte ad aug. 18).
Lit: Šebánek, Česká listina 3, pag. 137 (iuridicae quaestiones tractantur).

Dictator: ignotus; vix Gradicensis monasterii, potius circuli diplomatici civitatis Opaviensis seu Olomucensis proprius.
Vide: II. 3, Kl. Hradisko (O), 5, De chartae apud civitates usu (VV).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

Noverint universi tam presentes[a] quam posteri, quod ego Giselbertus, quondam iudex in Slussowicz,[b] hodie confiteor per[c] hec scripta et protestor[c] me graviter deliquisse et peccasse in eo, quod[d] hereditatem sancti Stephani in Gradisch, videlicet tres laneos, quos in Slussowicz[b] a domino Roberto, pie memorie[1] predecessore nunc domini mei,[2] usque ad extremum vite mee diem liberos tenendos suscepi, iure hereditario filio meo[3] coram iudicio Oppauiensi[e] dare promiseram et dederam me defuncto; et quia in hoc facto contra dominum meum iniuste me egisse confiteor et peccasse, hodie coram iuratis et civibus universis, tam Olomucensibus[f] quam Opauiensibus,[g] quod[h] feci, cum omnibus, qui tunc temporis michi[i] affuerunt, integraliter revoco et retracto. Et ideo, quidquid dominus meus mecum egit in hoc facto, sive fecit, iusto[k] iudicio michi[i] fecit et per viros ydoneos[l] comprobavit;[k] propterea cum uxore mea[4] et pueris meis[5] omni iurisdiccioni,[m] que[n] de predictis tribus[o] laneis[o] ad me spectat, hodie in iudicio Olomucensi et Opauiensi[p] cedo et fateor integraliter me carere. Attamen, cum dominus meus tam in persona mea quam in hereditate plenarium ius habuerit, graciam michi[i] tamen et misericordiam fecit specialem, in eo videlicet, quod predictos tres laneos usque ad finem vite mee michi[i] contulit iterato libere possidendos, excepto eo, quod ad expedicionem cum equo falerato[q] de eisdem laneis domino meo abbati servire tenear, sicut prius, et solvere similiter lapidem cere annuatim; post mortem autem meam, cuicunque[r] dedero sive vendidero laneos antedictos, in eisdem residere debet personaliter et manere. Eundem nichilominus[s] censum, quem predicte ville rustici solvunt[t] annuatim, secundum consuetudinem dicte ville et fundacionem in perpetuum solvere teneatur. In cuius rei testimonium hoc presens scriptum pecii et feci civium Olomucensium et Opauiensium[u] sigillorum[v] munimine roborari testibus, qui interfuerunt, infrascriptis, qui fuerunt:[w] Wynandus iudex Olomucensis, Stephanus, Otto,[x] Pertholdus,[y] Altmannus, Hansel, Walterus, Rusel iurati Olomucenses, Pertoldus,[z] Arleboem, Meyngotus,[aa] Goblinus cives Olomucenses,[f] Snypir advocatus Opauiensis,[bb] Wilhelmus, Cristiannus,[cc] Rapota, Meynhardus,[dd] Stesno iurati Opauienses[ee] et alii quam plures.[ff] Acta sunt hec et data anno Domini M°CC°LXXI°,[gg] feria III[a] [hh] post Assumpcionem beate Marie virginis.

---

638. [a] *Hoc loco nec non inferius saepius* ‚ae', ‚oe' *ponitur pro* ‚e', ‚j' *ponitur pro* ‚i', ‚t' *ponitur pro* ‚c' *in C, D.* — [b] ‚Hlussovicz' *C.* — [c–c] ‚et protestor per haec scripta' *in C.* — [d] *Vox* ‚ego' *sequitur in D.* — [e] ‚Oppaviensi' *C, D.* — [f] ‚Olom̃' *B.* — [g] ‚Oppaviensibus' *C, D.* — [h] ‚quae' *C, D.* — [i] ‚mihi' *C, D.* — [k–k] ‚et per viros idoneos

comprobavit, iusto judicio mihi fecit' *in C.* [l]) ‚idoneos' *C, D.* — [m]) ‚iuridiccioni' *B.* — [n]) ‚q' *B.* — [o–o]) ‚laneis tribus' *in C* — [p]) ‚Oppaviensi' *C, D.* — [q]) ‚falrato' *D.* — [r]) ‚cuiɔ3' *B,* ‚cui3' *D.* — [s]) ‚niholiminus' *C,* ‚nihilominus' *D.* — [t]) ‚solunt' *B.* — [u]) ‚Oppaviensium' *C, D.* — [v]) ‚sigillis' *B, D.* — [w]) ‚sunt' *D.* — [x]) ‚Ottho' *C.* — [y]) ‚Bertholdus' *C, D.* — [z]) ‚Bertoldus' *C,* ‚Bertholdus' *D.*— [aa]) ‚Meingottus' *C,* ‚Meingartus' *D.* — [bb]) ‚Oppaviensis' *C, D.* — [cc]) ‚Christianus' *C, D.* — [dd]) ‚Mainhardus' *C.* — [ee]) ‚Oppavienses' *C, D.* — [ff]) ‚plurimi' *C.* — [gg]) ‚1271' *C,* ‚MCCLXXI' *D.* — [hh]) ‚3ª' *C,* ‚3ia' *D.*

[1]) *Inter annos 1267—1271 defuncto.* — [2]) *Budiši.* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Nomen ignoramus.* — [5]) *Nomina ignoramus.*

639.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio in Chotěšov donationem villarum Staňkov et Ohučov a Vitlone de Staňkov eidem sub condicionibus expresse nominatis factam ratificat et confirmat.

Pragae 1271 sept. 1 seu 2.[1]

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Chotěšov, sign. L IV ŘP Chotěšov num. 14) asservatur (A). — Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. „Annales monasterii Cotieschouiensis" *intitulato, in UK Pragae (sign. XV B 4) asservato, pag. 353—354 (B).*

Reg: Reg II, pag. 304 num. 758 (ad sept. 1).
Lit: Dušková, Česká listina 2, pag. 204 n. 160, 161 (scriba nec non dictator chartae statuuntur). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 61 (idem). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 309 n. 134, pag. 331, 332, 333 n. 210, pag. 336, 337, 338, 344, 346 n. 261, pag. 365, 369 (Cht 1).

In chartae tergo manu registratoris mon. saec. XIII. scriptum legitur „Confirmacio regis super Ztankou" *(A).*

Scriba: P II 81 = magister Henricus. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus; in dpm. formula etiam magister Petrus cancellarius stili sui auctoritatem exercebat.
Cf. chartam num. 685.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (BB), magister Henricus (A), 3, Teplá-Chotěšov (E), 4, De chartae apud nobiles usu (KKKK).

Otakarus, dei gratia Boemie rex, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carnio‖lle, Marchie, Egre et Portus Naonis. Rationis exigit calculus et officii debitum regalis asciscit, quod uni‖versaliter singula et singulariter universa sue subiecta regimini ditionis recta iustitie linea debeant exequa‖ri, sic substentans[a] divites, quod pauperes non relinquat, sic favens regularibus, quod non deserat seculares, sic viris subveniens, quod inermi muliebri sexui suffragetur, quatinus omnes sub umbra alarum suarum mollia peragant ocia,[2] et dum gaudet quilibet iure suo, secura dormiant in quiete. Per presens scriptum igitur presentis etatis scire volumus homines et successura noscat posteritas futurorum, quod Myrco prepositus et conventus monasterii in Chotessowohuz nost-

re fecerunt excellentie manifestum, quod Vitlo de Ztancow ipsam Ztancow et Ohulchow cum pratis, piscationibus, silvis et omnibus pertinentiis earundem, bono motus spiritu et karitatis concitus incentivo, monasterio donavit et tradidit prelibato, eo modo videlicet et istis conditionibus interiectis, quod si uxor sua[3] ipso superviveret decendente, in bonis ipsius monasterii, videlicet in villis Wischuss et Lizow, quas etiam ad vite substentationem[a] dicto Vitloni, quoad viveret, concesserunt, habebit residentiam a die persolutionis dotis eius usque per anni circulum, dote ipsa ei ab eodem preposito et conventu nichilominus persoluta. Quare dicti prepositus et conventus, ut dictam donationem Vitlonis et conditiones, habitas inter eos tam ad cautelam ipsius monasterii quam ad cautelam et securitatem ipsius Vitlonis et uxoris eius, ratificare et confirmare nostra serenitas dignaretur, nobis humiliter supplicarunt. Nos autem ipsius prepositi et conventus prefati monasterii precibus benignius annuentes, ipsam donationem et conventiones predictas presentis scripti tenore valituri perpetuo ratificandas et confirmandas duximus ex certa consciencia nostra et de gratia speciali. Et quoniam, ut predictum est, muliebri fragilitati suis in iuribus maiestatem decet regiam suffragari, eo valere donationem prefatam volumus, quo uxori dicti Vitlonis in suis iuribus per eosdem prepositum et conventum integraliter satisfiat, cui quidem plenarie satisfacto dicta donatio suis freta rationibus perpetuo firmitatis robore perseveret. Ad cuius rei memoriam et dicti monasterii, Vitlonis et uxoris eius prefatorum perpetuam firmitatem presens scriptum fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Actum Prage anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, quinto[b] nonas septembris. Datum[c] per manus magistri Petri, venerabilis prepositi Vissegradensis, cancellarii regni nostri, anno et die predictis, indictionis XIIII[e], coronationis nostre anno decimo.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum, sed conservatione integratum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

639. *[a] Ita A. — [b] Cf. n. 1. — [c] Abinde sub textu in nova linea scriptum est in A.*

[1] *In autographo chartae leguntur (vide inferius) verba,* ‚quinto nonas septembris', *quae seu in* ‚kalendis septembris', *seu in* ‚quarto nonas septembris' *corrigenda sunt. Chartam num. 640 respicientes alteri ambarum correctionum principatum damus.* — [2] *Cf. Ps. 16, 9, Ovidius Met I, 100.* — [3] *Nomen ignoramus.*

640.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, sex villas expresse nominatas monasterio in Chotěšov subiectas a iurisdictione beneficiariorum Lutomericensium eximit, soli iurisdictioni beneficiariorum Pragensium eas submittens.

Pragae 1271 sept. 2.

Apographum exstat in codice chart. saec. XVII. „Privilegium(a) monasterii Coetischoviensis" *intitulato, olim in bibliotheca can. Teplensis (sign. ψ VII — 151 — 2336 a), nunc in UK Pragae (sign. 58 c 7) asservato, pag. 316—318 (B).*

Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 331, 332, 333—334, 336, 337, 338, 343, 345, 369, 382 (Cht 2).

Dictator: magister Henricus.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus (B), 3, Teplá-Chotěšov (F).

Otakarvs, dei gratia Bohemiae rex, dux Austriae, Stiriae, Carinthiae, marchio Morauiae, dominus Carniolae, Marchiae,[a] Egrae et Portus Naonis. Spectabile opus et actus laudabilis est regni moderamina gubernantis universis et singulis suae clementiae ianuam aperire, sed longe magis illud est clarius et laudis portat praemium dignioris inter alios, quibus suae munificentiae dexteram porrigit, quosdam habere praecipuos et maioris favoris et gratiae brachiis amplexari; et illos maxime, qui christianae religionis instantia se divinae maiestatis servitio, per quam reges regnant et principes principantur, vita seculari postposita dedicaverunt: sic enim equilibrate satisfacit debito rationis, sic fideles in fidei perseverantia comfimbulat et confirmat, sic divinis obediens cultibus regis superni gratiam promeretur.[b] Per praesens igitur privilegium ad praesentium deferri noticiam volumus et memoriam futurorum, quod nos[c] attendentes fidem puram et devotionem synceram, quam Mirco[d] praepositus et conventus monasterii Chotieschouiensis ad magnificentiam nostram gerunt, considerantes etiam plura grata et utilia servitia, quae nobis hactenus praestiterunt, praestant et ad tempus praestare poterunt in futurum, nec non et credentes firmiter nos ex hoc cuncticernentis dei visibus placituros, villas quasdam, videlicet Hrussowany, Wruticze, Swarenicz, Tyrnowa, Luthochowicze et in Prachow, subiectas praeposito, conventui et monasterio praelibatis, ipsorum praepositi et conventus dicti monasterii praecibus solita mansuetudine inclinati, a iurisdictione Lithomericensium beneficiariorum, cui tenebantur obnixi, eximimus et soli iurisdictioni[e] Pragensium beneficiariorum submittimus de gratia speciali, ut ipsi amodo a praefatis Lithomericensibus beneficiariis praetaxatarum ratione villarum immunitate perpetua congaudentes, ad eorum venire iuditium non cogantur, tenore praesentis privilegii praetactis beneficiariis tam praesentibus quam futuris imposterum silentium imponentes, quatenus ipsos cogere ad suum venire forum[f] vel iudicium non praesumant nec ratione beneficiariatus ipsius vel impetrare audeant vel aliquatenus molestare, alioquin nostrae maiestatis offensam se noverint incursuros. Ad cuius rei memoriam et robur perpetuo valiturum praesens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostrae iussimus communiri. Actum Pragae anno Domini M°CC° septuagesimo[g] primo, quarto nonas septembris.[h]

---

640. [a] ‚marchio' *B.* — [b] ‚promereretur' *B.* — [c] ‚vos' *B.* — [d] *Potius* ‚Mixco' *legi potest B.* — [e] ‚iurisdictione' *B.* — [f] ‚focum' *B.* — [g] ‚septuagessimo' *B.* — [h] *Incuria scribae, qui textum chartae copiavit, hoc loco verba* ‚Datum per manus Petri, venerabilis Wissegradensis prepositi, cancellarii regni nostri, anno et die predictis, XV[e] indictionis' *videntur deesse in B; vide num 639.*

641.

Leo, episcopus Ratisbonensis, hospitale in Cheb, cuius patroni cives Egrenses sunt, hospitali [s. Francisci] Pragae annectit.

Ratisbonae 1271 sept. 14.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 185 (10/2/1)) asservatur (A).[1] *— Apographum vidimationis chartae Johannis, episcopi Pragensis, in Roudnice [nad Labem] 1311 maii 28 datae (Reg III, pag. 7 num. 21) insertum est, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. num. 186 (10/2/3)) asservatur (B).*[2] *— Ex pluribus simplicibus apographis illud saec. XVI.—XVII. in plagula chartacea scriptum commemoretur, quod in OA Cheb (sign. fond 1, fasc. 1, kart. 1) asservatur (C).*

Ed: Gradl, Monumenta, pag. 103 num. 284 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 304 num. 759. — CIM II, pag. 54 num. 19. — Lampe, Urkundenbuch der Deutschordensballei Thüringen, pag. 179 num. 229 (ex C).
Lit: Dušková, Neznámá křižovn. listina, pag. 304 ss (vidimationis chartam Thobiae, episcopi Pragensis, cum charta Leonis inserta per libros formarum asservatam exstare conicit; vide inferius).

In tergo manu registratoris Crucigerorum saec. XIII. ex. scriptum est: „Privilegium super hospitale in Egra." *(A 1 = CDB IV, num. 32, 244, 245, 292*[+ +]*, erronee sub sign. A).*

Scriba: vix episcopi Ratisbonensis, potius hosp. s. Francisci Pragae proprius.[3]
Dictator: ignotus.
Textus chartae cum variationibus necnon etiam praetermissionibus, quae in libris formarum occurrere solent, vidimationis chartae Thobiae, episcopi Pragensis, s. l. [1286] iul. 1 datae insertus est; hunc in mnscris Wilheringensi sic dicto (num. 96 = Palacký, Über Formelbücher, pag. 250) (F 1), Pragensi (bibliothecae capituli Pragensis, sign. I, 406, num. 39) (F 2) nec non Viennensi (bibl. Nationalis Viennensis, sign. 2512, num. 39) (F 3) reperies. Vide Dušková, loco superius citato. Editionem chartae ex F 1—F 3 in editione librorum formarum in CDB suo loco vide.
Vide: II. 3, Crucigeri cum stella rubea (R), 5, De chartae apud civitates usu (WW).

Nos Leo, miseratione divina Ratisponensis episcopus, notum fieri volumus omnibus presentes litteras inspecturis, quod cum honorabiles viri, cives Egrenses, || patroni hospitalis civitatis eiusdem, ad instanciam domini Othakari, serenissimi regis Boemie,[a] deliberassent hospitale ipsum hospitali fratrum Stelliferorum || in pede pontis Pragensis civitatis in Bohemia cum suis pertinenciis subicere atque ad ordinem eorundem fratrum transferre, presertim cum nullam || aprobate religionis regulam rector et fratres hospitalis antedicti actenus habuissent, iidem cives Egrenses patroni una cum Gozwino rectore et fratribus hospitalis eiusdem perspicaciter intelligentes unionem huiusmodi ob reverenciam domini regis et protectionem[b] ipsius specialem prefate domui hospitalis Egrensis fore non modicum profuturum, nostre super hoc providencie officium humiliter ac devote inplorare curarunt, supplicantes attencius, quatinus nobis mediantibus et auctoritatem nostram interponentibus dicta ordinatio fieret et finem canonicum sortiretur per nos rite et rationabiliter celebrata, illud idem eciam a nobis sepedicto domino rege Bohemie propensius exposcente. Nos vero attendentes, quod ecclesie sive domus religiose nostre dyocesis de

nostro debent ordinari assensu, consideratis causis premissis, que in se noscuntur urgentem necessitatem ipsius hospitalis Egrensis et evidentem continere utilitatem, precibus quoque supradicti domini regis favorabiliter inclinati, tractatu nostri capituli prehabito diligenti et de ipsius consensu ac fratris Hermanni domus Thevtonice, plebani et commendatoris Egrensis, et fratrum suorum et aliorum, quorum interest, dictum hospitale in Egra cum omnibus pertinentiis suis prenotato hospitali pariter et ordini Stelliferorum in pede pontis civitatis Pragensis unionis sive translationis tytulo duximus annectendum. Et ne in posterum super hac unione seu translatione aliqua nota calumpnie valeat suscitari, presentem paginam appensione sigilli nostri ac eciam appensione sigilli nostre ecclesie fecimus roborari. Datum Ratispone anno Domini millesimo C°C°LXXI, XVIII kalendas octobris.

Sigilla: 1) in filis sericis appendebat, nunc avulsum et deperditum est; 2) ecclesiae Ratisbonensis in filis sericis flavi et rubri coloris laesum appendet; in medio sigilli imago s. Petri cum clave in dextra et libro in sinistra manu tenentis conspicitur. In s. Petri colli aequo inscriptio CI. || AVIS || PET *apparet; circumscriptio haec est:* + // GILI.V || SCI . PETRI . RATISBONENSIS.

---

641. [a] ‚Boem' *A.* — [b] ‚peticionem' *in B, C legitur.*

[1]) *Textum chartae in membrana valde laesa scriptum vix integre legere possimus, nisi aliquot copiae eiusdem (vide inferius) praesto sint; quapropter, ubi textus A deperditus sit, uncis suo loco positis signare praetermisimus.* — [2]) *Cum variatione, quam in nota b vide.* — [3]) *Cf. ex. gr. exemplar A 1 chartae spuriae Venceslai I. hospitali s. Francisci Pragae 1235 febr. 12 datae (Reg I, pag. 408 num. 868).*

642.

Johannes, episcopus Pragensis, [Johanni, archidiacono Gradecensi],[1] mandat, ut Arnoldum, plebanum in Hořice, a temeraria occupatione villae [Marci de Hořice] ad parochiam in Miletín [domus s. Mariae Theutonicorum] spectantis desistere compellat.

Pragae [1271][2] oct. 1.

Apographum actis iuris processus in Hradec [Králové] 1271 [post nov. 2][3] datis insertum est, quorum autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 775) asservabatur, nunc autem secundi belli gentium calamitatibus amissum latet (B).

Reg: Reg IV, pag. 728 num. 1827. — Schieckel, pag. 230 num. 962 (ex B).
Lit: Boháček, Das Römische Recht, pag. 290 n. 33 (observationes iuridicae).

Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (SS), 3, Ordo militum Theutonicorum (EE), Aliae ecclesiae (T).
Apographo a v. d. G. Friedrich ex B desumpto usi sumus.

Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, Iohanni,[a] archidiacono Gradicensi, salutem.[a] Parrochiam ecclesie de Miletin limitavimus et limitacionem eius ex certa sciencia curavimus confirmare, sicut a tua non credimus memoria excidisse. Et quia Arnol-

dus, des Horizt plebanus, terminis proprie parrochie non contentus, sicut nobis innotuit,[4] quandam villam sitam infra terminos limitacionis predicte cum suis pertinenciis ad suam parrochiam adtrahere non veretur in viri honesti, fratris Symonis, rectoris ecclesie in Miletin antedicte, non modicum preiudicium et gravamen, discrecioni tue mandamus in virtute obediencie, quatenus predictum A., ut a prefata temeraria invasione et occupacione ville prescripte ad parrochiam de Miletin ecclesie pertinentis omnino desistat et super eo, quod, sicut[b] premissum est, fratrem S. fatigavit indebite, ad iudicium Gradicensis archidiaconi pertrahendo, eidem fratri congrue satisfaciat pro laboribus et expensis racione previa per censuram ecclesiasticam compellere non omittas. Testes autem, qui nominati fuerint, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili cogas veritati testimonium perhibere. Datum Prage kalendis[c] octobris, pontificatus nostri anno XIIII°.

---

642. [a–a]) *Verba deesse videntur in B.* — [b]) *Vox* ‚sicut' *deesse videtur in B.* — [c]) ‚kalendas' *B.*

[1]) *Sicut ex num. 646 apparet.* — [2]) *Cf. num. 148 n. 1.* — [3]) *Vide num. 646 n. 1.* — [4]) *Litterae non exstant.*

643.[++]

Cunegundis, regina Bohemiae, marchionissa Moraviae etc. (sic),[1] hospitali s. Francisci Pragae ius patronatus ecclesiae de Řevnice eiusque filiarum Václavice atque Živohošť donat, utilitates et proventus earundem expresse afferens.

— 1271[2] oct. 14.

Charta autographi instar in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 384 (28/37)) asservatur (B).[3] *— Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. (1654), qui* „Liber aureus" *appellatur, ibidem (sign. V/1, 202) asservato, pag. 85—88 (C).*

Reg: Reg II, pag. 1178 num. 2696.
Lit: ZMK 1960, pag. 174 (quaestio topographica). — Boháček, Das Römische Recht, pag. 299 (iuridicae quaestiones tractantur).

In tergo manu registratoris Crucigerorum saec. XIII. ex. scriptum est: „Privilegium super Rebnizc regine Chunegundis" *(A 1 = CDB IV, num. 32, 244, 245, 292[++], erronee sub sign. A).*

Scriba: Cu II 5 = verisimillime destinatarii proprius, cuius manus in nulla alia charta occurrit.[4] *Exempla script. num. 1 b, 6.*
Dictator: verisimillime destinatarii proprius, qui verba chartae Thobiae, episcopi Pragensis, nunc deperditae (vide inferius) repetit.
His argumentis nisi sinceritatem chartae Cunegundis (Cu) excludere possumus: 1) dictator Cu rectum reginae Cunegundis titulum ignorabat; 2) regina mirum in modum in Cu praedicat se in recuperatione iuris patronatus ecclesiarum per Cu traditarum omni iuris auxilio renuntiasse; 3) in promulgationis nec non narrationis atque dispositionis formulis Cu (vide verba „Notum esse volumus ... instanciam precordialis", „de Rewnicz ... ius patronatus ipsarum", „cum pascuis ... pertinentibus") *verba chartae Thobiae, episcopi Pragensis, (T) repetuntur, per quam donatio ecclesiarum in Řevnice, Václavice et* „Hodonice" *(sic) hospitali s. Francisci per Venceslaum I. regem facta (cf. CDB IV, pag. 482 num. 288) et per Venceslaum II. cum assensu Jutae coniugis renovata (V, vide inferius) confirmatur.*

Chartae T textus in mnscro Wilheringensi sic dicto asservatus (Novák, Formulář, pag. 113 num. 144) verum argumentum chartae e cancellaria episcopi Thobiae emanatae videtur continere: E charta T in Cu etiam indictionis numerus, qui recte ad annum 1287 spectat, videtur esse receptus; 4) nec in T nec in V (= Novák, Formulář, pag. 117 num. 148) chartae Cu mentio fit.
Chartam Cu saec. XIII. exeunte fictam esse verisimiliter coniciendum est.
Vide: II. 1 b, Cunegundis (G), 3, Crucigeri cum stella rubea (S).

§In nomine Domini amen.§ Nos Chvnegundis, dei gracia regina Bohemie et marchionissa Morauie et cetera, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspicientibus et inspecturis salutem cum noti‖cia subscriptorum. Quoniam ea, que fiunt in tempore, simul cum ipso labuntur et evanescunt tempore, scripturarum solent et tenentur ad perpetue duraturam firmitatem appendicionibus et munimine roborari. Quippe quia ‖ hominum memoria labilis est a natura, cum ergo[a] plurimum hominis utriusque nobis accrescat gloria, cum de benignitatis nostre clemencie celsitudinis nostre apex honorabilium personarum salubribus arridet ‖ desideriis, preces ipsarum pias et devotas liberaliter admittendo, tales inquam precipue, per quas apud deum retributionis promeretur premium et apud homines nostra magnifencia[b] plenius attolitur et augetur, notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos ad preces et devotam instanciam precordialis nostre sororis Agnetis et divine retribucionis ob meritum assequendum ac in remedium predecessorum nostrorum de Rewnicz ecclesiam et de Wadizlabicz ac Sywohocz ecclecias, eiusdem ecclesie filias, Pragensis dyocesis, et ius patronatus ipsarum, quod ad nos pleno iure ac antiqua et approbata consuetudine dinoscitur pertinere, cum pascuis, pratis, agris, theloneis, aquis, silvis, piscacionibus et omnibus iuribus ac rebus aliis quibuscunque tam mobilibus quam immobilibus ad easdem ecclesias pertinentibus hospitali sancti Francisci in pede pontis Pragensis et fratribus eiusdem ordinis Stellatorum accedente super hoc serenissimi domini nostri, precordialis mariti, dei gracia Ottakari, regis Bohemie,[c] connivencia voluntaria et assensu liberaliter conferimus et donamus; idem ius patronatus tenendum et habendum perpetuo per fratres eosdem ac successores eorum ad usus infirmorum et pauperum cum omnibus iuribus et attinenciis ac aliis utilitatibus et obvencionibus quibuscunque predicti iuris et ecclesiarum pacifice, libere et quiete transferentes exnunc idem ius patronatus de ipsis ecclesiis in predictum hospitale ac fratres predictos et successores eorum de certa nostra sciencia et gratia speciali; renunciantes presentibus omni iuris auxilio tam canonici quam civilis, quod nobis suffragari posset in recuperacione iuris patronatus dictarum ecclesiarum cum omnibus proventibus earum tam in presenti quam temporibus in futuris. Quarum ecclesiarum utilitates et proventus preter minuta et specialia, que sunt satis notoria et assignacione non indigent, in subsequentibus taliter duximus exprimendos: primo de provincia Wolynensi[d] et Wogamensi[e] singulis annis XXVI talenta denariorum usualium ex parte decimarum nostri census ibidem habiti, in festo scilicet beati Georii[5] XIII talenta et in festo beati Galli[6] alia XIII talenta, predictis fratribus et hospitali ad remuneracionem[f] infirmorum et debilium persolventur. Item circa predicta duo tempora annis singulis de provincia Wadizlabicensi X talenta ita, quod primo quinque, secundo alia videlicet quinque, de predictis ecclesiis assignentur.

Item de Rewnicz duo talenta denariorum singulis annis cum aliis[g] minutis dicti fratres tollent. Item de Drahlowicz, de Zvchomazt, de Chodun, de Zedlicz plus quam mediam partem agrorum, de Zlehthsicz, de Branyk, de Wiedthsicz, de Radowicz, de Crupa, de Horuthsicz, de Kyrochleb, de Kobylinek, de Nahorub, de Cruzbithsaz, de Babicz omnibus villis et singulis predictum hospitale cum fratribus suis omnem proventum singulis annis suis temporibus consuetum in perpetuum possidebit. Item de Zwynar post duas araturas plenas decimas more predictorum sepedictum hospitale possidet pleno iure. Item quicunque rector predictarum ecclesiarum ex parte fratrum hospitalis extiterit,[b] idem in censu nostro singulis colligendo temporibus nomine scriptoris et loco positus omni alio excluso a quolibet homine unum denarium pro stilo, secundum vero pro expensis accipiet; que si expense compleri[h] nequeunt, extunc de nostro tantum censu racionabiliter complebuntur.[i] Ut autem huius donacionis nostre robur successiva posteritas non attemptet, sed firmum et integrum perseveret, presens privilegium conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum et actum anno dominice incarnacionis M°CC°LXXI°,[k] indictione II[a],[7] pridie idus octobris.

Sigillum: in filis sericis appendebat; sed avulsum et deperditum est.

643.[+ +] *[a] Vox certe legi non potest in B;* ‚igitur' *legitur in C. — [b] Ita B. — [c]* ‚B͡oh' *B. — [d]* ‚Wolirich' *legitur in C. — [e] Vox certe legi non potest in B, in C* ‚Vogezkam' *legitur. — [f] Vox certe legi non potest in B,* ‚refectionem' *legitur in C. — [g]* ‚debitis' *legitur in C. — [h]* ‚ɔpleri' *B. — [i]* ‚ɔplebuntur' *B. — [k] Etiam* ‚M° CC° LXXII° ' *legi potest in B.*

[1] *Vide inferius in apparatu. — [2] Vide inferius n. k, 7. — [3] Textum chartae in membrana valde laesa vix legere possimus, nisi copia (vide inferius sub C) praesto sit; quapropter, ubi textus B deperditus sit, uncis suo loco positis signare praetermisimus. — [4] Cf. chartam Lutoldi, abbatis Strahoviensis, s. l. et d. hospitali s. Francisci Pragae datam (quam inter annos 1289—1295 ponimus), typis nondum editam, in archivo Crucigerorum cum stella rubea (sign. 395 (1/2 a)) asservatam. — [5] Apr. 24. — [6] Oct. 16. — [7] Ad a. 1271 recte indictio XIV[a]* seu XV[a] pertinet.

644.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio s. Georgii Pragae libertates expresse nominatas confirmat atque renovat.

Pragae 1271 oct. 16.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. s. Georgii Pragae, sign. L IV ŘB sv. Jiří num. 10) asservatur (A). — Apographum insertum est confirmationi Venceslai II., regis Bohemiae, Pragae 1288 sept. 10 datae (Reg II, pag. 626 num. 1459), cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. num. 12) asservatur (B).

*Ed: Hammerschmid, Historia monasteriorum s. Georgii in Castro Pragensi, pag. 36 § 11 (fortasse ex B). — Raymund von der hl. Elisabeth, pag. 439—443 § 2 nota * * * (translatio textus chartae in linguam Germanicam nec non textus eius (fortasse ex A) praebetur). — Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 487 num. 29 (ex A).*

Reg: Hormayr, Archiv 1827, pag. 11. — Idem, Taschenbuch 1842, pag. 469. — Böhmer, Add. sec., pag. 448 num. 241. — Reg II, pag. 305 num. 762. — Hořčička, Urkundenbuch, pag. 2 num. 10. — Krones, Forschungen 1, pag. 558 num. 129.
Lit: Vaněček, Základy III, pag. 23 (observationes iuridicae). — Fiala, Kancelář, pag. 204 (confirmationis forma). — KK, pag. 253 n. 3 (scribae manus). — Šebánek, Čeští notáři, pag. 76 (scribae manus tractatur specimen scripturae praebetur, tab. 3). — Dušková, Dva zvláštní případy, pag. 106—107 (tota res arte diplomatica tractatur). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 61 (scriba atque dictator chartae tractantur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 331, 332, 334—338, 343 n. 243, 244, pag. 344, 346 n. 261, pag. 365, 369 (SG).

E notis, quae in tergo chartae scriptae sunt, solummodo haec nota manu saec. XVIII. scripta commemoretur: „Svobody na vrácení vostrovuov za Píseckou branou a cla, kde měli bráti". *Cf. notam f.*

Scriba: P II 81 = magister Henricus. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus, idem autem in textu chartae conficiendo charta dubiae fidei Přemysli Otakari II. in claustro s. Georgii [in arce Pragensi] 1262 ian. 30 eidem destinatario data (num. 310+) usus est. Quae ex hac charta recepta sunt, typis minoribus seu minimis (ut pateat, quae iam in num. 310+ recepta occurrant) exprimuntur.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus (C), 3, Praga, monasterium s. Georgii (B).

Otakarus, dei gratia rex Boemie, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre et Portus Naonis. Dum calamitatis humane conditionem erumpnosam solerti || mente revolvimus, dum inexorabilis fati necessitatem[1] consideramus, que suarum tyranpnidem virium exercens in quemlibet, reges et cesares non cognoscit, dum eterni iusticiam iudicis, malis penas, benemeritis pre||mia dispensantem,[a] alti speculatione animi contemplamur, expediens fore credimus regie maiestati deum toto mentis affectu diligere, fideliter colere sibique in suis actibus complacere ac tanto subnixius ei prebere || devotionis intime famulatum, quanto maior obsequendi potentia regibus suffragatur et in examine stricti iudicii reddituri sunt strictius de talento regiminis sibi credito rationem. Huius igitur meditationis sollicite commoniti ratione, qui divini gratia muneris regni habenas Boemie et provinciarum lora quam plurium moderamur, credentes absque dubio firmiter et sperantes fore inter cetera deo nimium placiturum, si sacrosanctam ecclesiam, matrem nostram, tam in ipsius superheminentia capitis quam in suorum compage membrorum honorificentia debita veneramur, ad id potissimum direximus aciem mentis nostre, ecclesias, precipue nostro subiectas dominio, defendere ac prospere gubernare et quotiens super earum libertatibus serenitas nostra requiritur, eis benignius annuens grate munificentia dextere largiatur. Unde cum ad presens domina Iuditta, venerabilis abbatissa monasterii sancti Georgii in Praga, nostre celsitudini humiliter supplicarit, ut privilegia immunitatum ipsius ecclesie, que progenitorum nostrorum memoranda prioritas dicto monasterio concesserat,[2] confirmare ac renovare nostra magnificentia dignaretur, nos[b] autem ipsius petitionibus benignum prestantes assensum, tenore presentis privilegii perpetuo valituri scire volumus presentis etatis homines et noscat posteritas futurorum, quod ea, que predecessores nostri predicto monasterio concesserunt, confirmanda duximus ex certa consciencia nostra et de gratia speciali, videlicet quod nos monasterium ipsum et homines ipsi monasterio subditos ab omnium regni nostri beneficia-

riorum iurisdictionibus eximentes, astringi volumus coram solius nostre presentia maiestatis; nec non et ab eo, quod vulgo dicitur nochleh seu narez et preseka eosdem homines* liberantes, statuimus, ut si quis* ex eisdem hominibus* dampnatus pena plecti debeat capit ali ipsius dampnati possessio* cedat ecclesie prelibate; omnis etiam acquisitio vel proficui emolumentum, que provenire solent ex istis vel in istis: zuuod, narok, et quod vulgo dicitur hlaua, super omnes homines, ubicunque fuerint, pertinentes dicto monasterio, volumus, ut in ipsius usum monasterii redigantur; eidem etiam monasterio mulcta seu collecta generali* cedentibus et eiusdem accrescat usibus semper, si quando super ipsius monasterii homines fuerit dicta mulcta vel collecta etiam generalis;[c] ratificantes et etiam confirmantes necnon et ab aliis inviolabiliter observari mandantes villarum* permutationes pro utilitate ipsius monasterii factas, videlicet Polepi, Pzari, Ratcice, Bauorouice loco Craslouice, Vitici, Lvbmouici, Podhore cum omnibus appendiciis earundem; de habundanti preterea gratia nostra in concambium silve Hosyn, quam ad venationum deducciones[d] et sui usum solacii sibi retinuerat felicis memorie dominus pater noster,[3] silvas Rohozni et Budineh dicto monasterio tradidimus et assignavimus perpetuo possidendas;* areas[e] quoque, quas[f] in suburbio Pragensi cum aqua et duabus insulis sitas* cives eiusdem civitatis occuparant indebite, cum Noua civitas plantaretur,[4] * cum plenitudine favoris nostri dicto monasterio restituimus, redintegrantes ad hec omnia ipsius monasterii iura seu in integrum restituentes eidem, que tempore predecessorum nostrorum predictum monasterium habuit per civitates et fora provincialia, quocumque modo ipsa habere idem monasterium desinisset,[g] vel eadem recesserint ab eodem, scilicet Prage nonum forum, Lutomeriz in theloneo nonam septimanam, Vzt in theloneo nonam septimanam, Zlany nonum forum, Domasilich nonam septimanam, Netholich nonum forum, Prahatich nonum forum cum theloneo, ut ipsum monasterium ipsa iura sine contradictionis alicuius repagulo teneat et possideat pacifice ac quiete, sicut umquam aliquo tempore tenuit et possedit.[h] Siquis autem in tantam temeritatis audaciam proruperit, ut huius nostre confirmationis seu renovationis tenorem infringere seu aliter, quam deceat, interpretari presumpserit, in decem libras auri mulcte nomine condempnetur, quarum medietatem nostro fisco persolvet, aliam vero medietatem dicti monasterii abbatisse, pro singulo scilicet articulo singillatim. Ad cuius rei memoriam et istius confirmationis seu renovationis nostre cautelam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Actum Prage anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, septimodecimo kalendas novembris, coronationis nostre anno decimo. Datum[i] per manus magistri Petri, venerabilis Vissegradensis prepositi, cancellarii regni nostri, anno et die predictis, quintedecime indictionis.[5]

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi et rubri coloris paulum laesum verumtamen conservatione redintegratum appendet; in margine exteriore inscriptio apparet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV, 3 II.

---

644. [a] *Ita pro* ‚dispensantis' *A.* — [b] *Super litteram* ‚N' *posterior manus* ‚to si' *(?) addidit in A.* — [c] *Super vocem* ‚generalis' *idem scriba atque in nota b* ‚nis tum' *(?) addidit in A.* — [d] *Altera littera* ‚d' *ex* ‚c' *corr. est in A.* — [e] *Super vocem* ‚areas' *idem scriba atque in nota b* ‚to si' *(?) addidit in A.* — [f] *Super vocem* ‚quas' *idem scriba atque in nota b* ‚in Piessek' *addidit in A; cf. superius in apparatu (notas in dorso).* — [g] *Ita pro* ‚desivisset' *in A.* — [h] *Super vocem* ‚possedit' *idem scriba atque in nota b* ‚nis tum' *addidit in A.* — [i] *Abinde in nova linea scriptum est in A.*

[1]) *Cf. Seneca, Epistulae 101, 7.* — [2]) *Cf. CDB II, pag. 418 num. 378, pag. 423 num. 379, superis num. 310+.* — [3]) *Venceslaus I. anno 1253 defunctus.* — [4]) *Anno 1257; cf. FRB II, pag. 298.* — [5]) *Indictionis numerus recte adducitur, nam magister Henricus indictione graeca uti solebat.*

645.

Johannes, episcopus Pragensis, [ad commodum monasterii in Vyšší Brod] dotationem ecclesiae in Rožmberk [nad Vltavou] ab Hedvige, relicta Wokonis de Rosenberg, factam confirmat.

Pragae 1271 oct. 20.

Autographum in membrana scriptum in SAR Třeboň (archivum mon. in Vyšší Brod, sign. HA 97/I) asservatur (A).

ED: Pangerl, Urkundenbuch von Hohenfurt, pag. 24 num. 19 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 306 num. 763.
Lit: Šebánek, Listiny přímětické, pag. 83—84 (tota res arte diplomatica tractatur). — Dušková, Česká listina 2, pag. 180 n. 19 (deperdita charta Hedvigis commemoratur). — Nový, Listiny, pag. 60 (intitulatio chartae tractatur). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 58 (prooemium chartae tractatur).

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide etiam superius num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (TT), J III 6 (M), 3, Vyšší Brod (T), Aliae ecclesiae (U).

In nomine Domini amen. Nos Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, omnibus in perpetuum. Cum a nobis petitur, quod iustum est, tam vigor ‖ iuris, quam ordo postulat racionis, ut id ad exauditionis graciam favorabiliter admittere debeamus. Noverint igitur universi presentes litteras in‖specturi, quod dotaccionem[a] ecclesie de Rosmberk, quam fecit nobilis et honesta domina Heduigis, relicta Wocconis bone me‖morie de Rosmberk,[1] de amborum filiorum suorum, Henrici videlicet et Uitconis, expressa et libera connivencia et assensu, prout in litteris eius super hoc editis, quibus nos sigilli nostri robur apposuimus, plenius continetur,[2] ex certa sciencia auctoritate, qua fungimur, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus,[b] in hiis scriptis excommunicacionis sentenciam proferentes contra illos, qui id in posterum immutare[c] et calumpnia presumpserint[d] attemptare, aut aliquid diminuere de predictis, que in pretacta littera nominatim et singularit[e] ac generaliter sunt expressa. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri caractare[a] fecimus roborari. Actum et datum Prage anno Domini M°C°C°LX°X°I°, XIII kalendas novembris, indictione quartadecima, pontificatus[f] vero nostri anno quartodecimo.[f]

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis flavi et viridis coloris paulum laesum, sed conservatione integratum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

645. *a) Ita A. — b) Ex ‚communibus' alio atramento corr. est in A. — c) ‚imutare' A. — d) Littera ‚u' in loco raso scripta est in A. — e) Ita A, titulus enim deest. — f-f) Verbis (syllabis) complenter distentis scriptum est in A.*

1) Anno 1262 defuncti. — 2) Litteras ignoramus.

646.

Acta iuris processus in causa ventilata inter Simonem, presbyterum de domo [s. Mariae] Theutonicorum, parochianum in Miletín, ex parte una et Arnoldum, plebanum de Hořice, ex parte altera super occupatione villae Marci de Hořice conscripta a Svatoncio, magistro scholarum in Hradec [Králové], et Eberhardo, vicario ecclesiae ibidem, vocatis per Johannem, archidiaconum Gradecensem; tenor litterarum Johannis, episcopi Pragensis, quibus Johannes supradictus iudex delegatus fit, inseritur.

In Hradec [Králové] 1271 [post nov. 2].[1]

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 775) asservabatur, secundi autem bellli gentium calamitatibus amissum nunc latet (A).

Reg: Reg IV, pag. 728 num. 1828 (ad oct. 15). — Schieckel, pag. 230 num. 964 (ad nov. 2).
Lit: Boháček, Das Römische Recht, pag. 290 (observationes iuridicae).

Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Ordo militum Theutonicorum (FF). Aliae ecclesiae (V).
Apographo a v. d. G. Friedrich ex A desumpto nec non descriptione sigillorum a v. d. L. Klicmann facta usi sumus.

In Christi nomine amen. Anno Domini MCCLXXI° in presencia testium infra scriptorum frater Symon, presbyter de domo Thevtonica, parrochianus in Miletin, presentavit litteras domini episcopi Pragensis[2] honorabili viro domino Iohanni, vicearchidiacono Gradicensi, quarum tenor talis est: Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, *etc.*[3] Et[a] ego Zwatoncius, magister scolarium[b] in Gretz, et dominus Ebrardus, vicarius eiusdem ecclesie, vocati per predictum dominum Iohannem, iudicem delegatum, ut universa iudicii acta conscriberemus, interfuimus et ipsas litteras vidimus et legimus et prefato iudice nobis mandante ipsas exemplavimus et eo interponente suam auctoritatem in publicam formam redegimus, nichil addentes vel minuentes, per quod sensus vel littera immutatur. Actum in Grecz presentibus domino Vrbano presbytero et domino Andrea presbytero de Polischan et domino Ottone cive Gretzensi et domino Laurencio plebano de Cyrnelowe, domino Gotsalcho presbytero, Christano plebano de Plez et aliis quam pluribus. F[eria][c] igitur V[a] proxima ante Galli[b 4] dominus Iohannes, iudex delegatus, ad instanciam prefati domini S.[5] actoris predictum A.[6] fecit citari peremptorie, ut sequenti die post festum Omnium sanctorum[7] compareret coram eo per se vel ydoneum responsalem paratus supradicto domino S. in sua peticione, que talis est, de iustica[b] respondere: Coram vobis, domino Iohanne, iudice delegato venerabilis patris Pragensis epis-

copi, petit dominus S., parrochianus de Miletin, quatenus compellatis presbyterum A. de Horitz cessare ab iniuria et molestacione, quam facit, non sinendo pacifice et quiete uti iure parrochiali in plebe de villa Marci, cum dicta villa seu homines ipsius sint de parrochia sua ex limitacione venerabilis patris eiusdem, Pragensis episcopi, et ecclesia sua de Miletin fuerit in possessione vel quasi recipiendi homines et mulieres ipsius ville ad divina et ecclesiasticam sepulturam. Unde ab hiis petit predictum A. presbyterum compelli et prohiberi, desistere et cessare et sibi silencium perpetuum inponi, tenore eciam rescripti de verbo ad verbum in citacione huiusmodi inserto,[8] ut reus plenius instrui posset et deliberare. Die vero termini veniente ad presenciam iudicis prefatus A. venire contempsit; et tandem denuo citatus ad convincendam maliciam venit et contumaciter a presencia sua nil racionabile ostendens recessit. Iudex vero instante actore et recepta fide de cittacione[b] rei per instrumentum et relacionem nuncii iurati pronunciavit ipsum reum,[d] contumacem in hunc modum: Cum nos Io., plebanus Greczensis ecclesie, delegatus domini Io., Pragensis episcopi, instante domino S. actore dominum A. de Horitz fecerimus uno edicto[9] peremptorie pro tribus ad nostram presenciam evocari, ut paratus dicto S. de iusticia responderet, et ipse in termino nec per se, nec per ydoneum responsalem curaverit comparere, prout de hiis omnibus nobis constitit per publica instrumenta, petente et instante dicto domino S. ipsum A. pronunciavimus contumacem; et ne videatur de sua contumacia comodum[b] reportare, quoniam nil obediencia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset, ipsum A. in hiis scriptis sentenciando excommunicacionis vinculo innodamus. Actum in Grecz. Et nos[e] Bohumilus, abbas de Oppatowitz, cum per testes subscriptos constet hec acta sollempniter confecta per duos viros ydoneos et iuratos, Zwatoncium videlicet et Ebrardum, sigillum nostrum duximus appendendum, cum super hiis per eosdem specialiter nobis fuerit facta fides.

Sigilla: (vide superius) duo, formae ex longo rotundae in scidulis membranaceis appendebant; 1) [Bohumili], abbatis mon. Opatovicensis, in medio sigilli figura abbatis apparebat, circumscriptio haec erat:

+ S . ABBIS . MONAST || // II . OPATOVICEN.

; 2) Johannis, vicearchidiaconi Gradecensis, in medio sigilli figura b. Mariae V. cum Ihesu puero conspiciebatur, circumscriptio haec erat:

+ S . IOHANIS . PLEBA || NI . GRADENSIS *(sic).*

---

646. [646a] *a) ‚t' in loco raso pro ‚go' genuine posito scriptum erat in A. — b) Ita A. — c) Quae uncis clausimus, cum membrana destructa perierunt in A. — d) Sequebatur ‚et' erasum in A. — e) Locus rasus sequebatur in A.*

[1]) *Terminus peremptorius ad nov. 2 constitutus erat; statim post hunc terminum chartam datam esse pro certo habendum est.* — [2]) *Johannis.* — [3]) *Sequitur tenor litterarum Johannis, episcopi Pragensis, Pragae [1271] oct. 1 datarum, quarum textum num. 642 vide.* — [4]) *Oct. 15.* — [5]) *Simonis.* — [6]) *Arnoldum, plebanum in Horice.* — [7]) *Nov. 2.* — [8]) *Citatio cum rescripto inserto non exstat.* — [9]) *Edictum non exstat.*

647.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, civibus in Opava gratias expresse nominatas concedit.

Vratislaviae 1271 nov. 24.

Apographum exstat in copiario civitatis Opaviensis saec. XVI.—XVII. in OA Opava (archivum civitatis, sign. I B b 19) asservato, fol. 79 — 79v num. 59 (B). — Alterum apographum exstat in copiario civitatis Opaviensis saec. XVII. ibidem (sign. I B b 9) asservato, fol. 2v — 3 num. 4 (C).

Ed: CDM IV, pag. 85 num. 54 (ex C, tribus testium nominibus omissis).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 448 num. 242 (ad nov. 25). — Bischoff, Österreichische Stadtrechte, pag. 157 s. num. (ad annum 1271). — Kopetzky, Regesten, pag. 126 num. 107. — Reg II, pag. 307 num. 765. — CDS VII. 2, pag. 190 num. 1379,[1] XX, pag. 8 num. 26. — Rzehak, Zur alten Geschichte, pag. 81 s. num. — Scholz-Babisch-Wendt, Quellen zur Handelsgeschichte, pag. 184 num. 272.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 313, 315, 316, 317 n. 152, pag. 327 n. 193, pag. 342 n. 241, pag. 364, 365 (Op 1). — Bakala, Počátky těžby kovů, pag. 173 (rei deliberatio).

Dictator: magister Petrus cancellarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (CC), 5, De chartae apud civitates usu (XX).

Ottakarus,[a] dei gratia Boemiae[b] rex, dux Austriae, Stiriae,[c] Karinthiae, marchioque Morauiae,[d] dominus Carniolae, Marchiae,[e] Egrae ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Cum oblivio sit mater calumniae,[f] noverca pacis et litium[g] suscitatrix, necesse est ea, quae ex principum beneplacito disponuntur circa commoda subditorum, ut oblivionum nebulis non tradantur, scriptis autenticis commendare, ut ex scripturae testimonio rei gestae acquiratur[h] memoria et relinquatur evidens indicium veritati. Eapropter ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod civibus nostris in Oppauia[i] ad emendationem et profectum civitatis eiusdem[k] gratiose duximus indulgendum, quod currus eorum plumbum deferentes in Brod circa metas Vngariae[l] tribus diebus tantummodo stare debeant, abinde quarto die, sive plumbum venditum fuerit sive non, versus Vngariam[m] vel quocunque ipsis placuerit, processuri. Item volumus, quod dilectus nobis Harclebus,[n] camerarius Morawiae,[o] eisdem civibus de silva[p] circa Gredz ad usus civitatis praedictae debeat quadraginta laneos assignare et quod iidem cives a montibus argentifodinis circa Benessow laneos habeant, qui[q] sepfelehen vulgariter nominantur, quod etiam[r] ipsis omnia iura, quae apud Iglauiam[s] circa montes huiusmodi fieri consueverunt, praefatis civibus diligentius observentur, ipsis similiter concedimus ex regiae maiestatis munificentia speciali. In cuius rei testimonium et evidentiam clariorem praesentes literas conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Testes vero, qui praesentibus interfuerunt, sunt hii:[t] Andreas camerarius Bohemiae, Purcardus marschalcus Boemiae,[u] Dytricus subcamerarius Boemiae,[v] Diwissius[w] dapifer, Hartleb camerarius Morawiae,[o] Nezamizl[x] pincerna, Bznata dapifer, Zmylo de Brumow, Zmylo de Belcow et alii fideles nostri. Actum Wratizlaw[y] anno Domini MCCLXXI[z] VIII° kalendas decembris. Datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis[aa] Wissegradensis[bb] praepositi, cancellarii regni nostri, anno et die praedictis, coronationis nostrae anno undecimo, indictione quintadecima.[2]

647. [a] ‚Othakarus' C. — [b] ‚Boẽm' B, ‚Bohemiae' C. — [c] ‚Styriae' C. — [d] ‚Moraviae' C. — [e] ‚marchio' C. — [f] ‚calumpniae' C. — [g] ‚licium' C. — [h] ‚aquiratur' C. — [i] ‚Opavia' C. — [k] *Hoc loco nec non inferius* ‚j' *ponitur pro* ‚i' *seu* ‚i' *pro* ‚j' *in* C. — [l] ‚Ungariae' C. — [m] ‚Ungariam' C. — [n] ‚Hartleb' C. — [o] ‚Moraw.' B, ‚Moraviae' C. — [p] ‚sylva' C. — [q] *Deest in* B. — [r] ‚eciam' C. — [s] ‚Iglaviam' C. — [t] ‚hi' B. — [u] ‚Boem' B, ‚Bohemiae' C. — [v] ‚Boẽm' B, ‚Boem' C. — [w] ‚Dywissius' C. — [x] ‚Przemizl' C. — [y] ‚Vratislaviae' C. — [z] ‚millesimo ducentesimo septuagesimo primo' C. — [aa] ‚de Verens' C. — [bb] ‚Vissegradensis' C.

[1]) *Noli respicere ea, quae 1. c. de numeris indictionis et annorum regni dicuntur.* — [2]) *Indictionis numerus recte adducitur, nam tempore magistri Henrici in cancellaria indictione graeca uti mos erat.*

648.

Bruno, episcopus Olomucensis, Cellae b. Mariae Virginis Brunae privilegium Starchandi, filii [quondam] Peregrini, [civis Brunensis], confirmat, tenorem eius inseri faciens.
Apud Kroměříž 1271 dec. 4.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum Cellae b. Mariae V. Brunae, sign. Jesuité Brno 14 C) asservatur (A). — Apographum exstat in vidimatione Theoderici, episcopi Olomucensis, s. l. [ante a. 1287] data (Šebánek, Studie o kanceláři, pag. 271 num. 2), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. 30 C) asservatur (B).

Ed: CDM IV, pag. 86 num. 55 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 307 num. 766. — Šebánek, Archivy, pag. 44 num. 246 (ex A).
Lit: KK, pag. 135 n. 1, pag. 232 (scribae manus).[1]

Scriba: B 4 = Johannes, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 18 (Cf. Exempla script. in CDB IV. 2, num. 28).
Dictator: idem probabiliter atque scriba chartae.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (ZZZ), Johannes notarius (C), 3, Bruna, Cella b. Mariae V. (O).

Nos Bruno, dei gracia Olomucensis episcopus, notum esse cupimus universis tam presentibus || quam futuris, quod nos privilegium sigillo civium oppidi Brunnensis sigillatum, datum || per Starchandum, filium Peregrini, vidimus, legimus, tenuimus non cancellatum, non abolitum || nec in aliqua parte sui viciatum, quod pro cautela sub sigilli nostri munimine rescribi fecimus penitus in hec verba: Ego Starhardus, filius pie recordacionis Peregrini, *etc.*[2] Nos igitur, attendentes hanc convencionem sive empcionem rite et racionabiliter factam, ipsam auctoritate ordinaria in nomine patris et filii et spiritus sancti confirmamus et ratificamus Celle superius memorate. Et ne cuiquam super hoc aliquod dubium oriatur, presentem conscribi fecimus paginam nostri sigilli munimine roboratam. Datum aput Chremsyr anno Domini millesimo CC°LXX° [a] primo, pridie nonas decembris.[a]

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, scidula membranacea ex autographo ipso scissa paulum laesum dependet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

648. *[a-a]) Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) Cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius manuscriptum in UK Brunae asservatur, pag. 137. — [2]) Sequitur tenor chartae Starchandi, filii quondam Peregrini, [civis Brunensis], [Brunae] 1258 aug. 19 datae totidem verbis descriptus, cuius textum in num. 161 vide.

649.

Thomas, episcopus Vratislaviensis, Scorosoni et Voislao in villa Bukovice scultetiam, quam iidem apud Cursiconem, ministrum suum, emerunt, confert, iura eorum statuens.

In Otmuchów 12[7]1[1] dec. 15.

Apographum saec. XIV. in. olim in bibliotheca civitatis Vratislaviensis in mnscro „Acta Thomae“ *appellato, quod bibliothecae Thomae Rehdinger proprium erat, (fol. 21–21[v]) exstabat; ubi nunc asservaretur, cognoscere non potuimus (B).*

Ed: Stenzel, Übersicht der Arbeiten 1844, pag. 108 lit. P (ex B, ad annum 1261).
Reg: Grünhagen — Korn, Reg. pag. 67 s. num. (ad annum 1271). — CDS VII. 2, pag. 191 num. 1383 (idem).

Dictator: cancellariae episcopi proprius.
Cf. num. 524.
Vide: II. 4 b, De chartae apud locatores usu (Q).
Imagine xerographica B benignissime nobis a v. d. H. Appelt ex apparatu diplomatico editionis „Schlesisches Urkundenbuch“, *qui Marburgae asservatur, tradita usi sumus.*

In nomine Domini amen. Nos Thomas, dei gracia Wratislaviensis[a] episcopus, notum facimus omnibus presentem litteram inspecturis, quod Scorosoni et Voyzlao in villa nostra Wissoka, que inter montes iacet super aquam Ceschidlnizam, scolteciam contulimus, quam apud Cursiconem, ministrum nostrum, de nostra ibidem emerunt voluntate, sextum mansum a decima et censu ipsis liberum facientes. Habebunt etiam dicti Scoros et Voyzlaus terciam partem de iudicatis, item tabernam liberam cum molendino libero et penitus omnia iura et omnes utilitates, que inde ipsos racione villicacionis contingent, erunt eis ambobus communes.[b] Damus autem omnibus incolis dicte ville duodecim annis libertatem non solvendi deciman neque censum, postquam vero eadem exspiraverit libertas, solvent nobis tam decimam quam censum, sicut omnes alie ville, quas locavimus inter montes. In cuius facti memoriam presentem cartam nostri sigilli munimine confirmamus. Datum in Otmuchow[c] anno Domini M°CC°LXX primo,[d] XVIII kalendas ianuarii.

649. *[a]) ‚Wr̃ap‘ B. — [b]) ‚om̃ues‘ B. — [c]) ‚Otm̃uch‘ B. — [d]) ‚M° CC° LX primo‘ legitur in B; vide superius nec non in n. 1.*

[1]) In B annus 1261 haud recte indicatur (vide n. d), sicut ex comparatione argumenti eius cum argumento chartae num. 224 anno 1267 nov. 8 datae clare patet. Auctoritate vv. dd. superius nominatorum nisi B ad annum 1271 posuimus.

650.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, civibus Iglaviensibus pro pecunia sibi data iura „sephenlehen“ *dicta, in montibus, qui inter Jihlava et [Sezimovo] Ústí* (Vst) *sunt seu fuerint inventi, confert.*

Pragae 1272 ian. 3.

Autographum in membrana scriptum in OA Jihlava (archivum civitatis Jihlava, sign. num. 6) asservatur (A). — Apographum vidimationis chartae Johannis Žák, administratoris archiep. Pragensis, Pragae 1513 mart. 3 per Franciscum Mathiae de Tachov, notarium publicum, conscriptae insertum est, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (num. 288) asservatur (B). — Aliud apographum vidimationis chartae mon. Sarensis in Žďár 1537 febr. 26 datae insertum est, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (num. 434) asservatur (C).

Ed: Sternberg, Umrisse, pag. 27 num. 18 (ex A). — CDM IV, pag. 88 num. 57 (ex A). — Tomaschek, Deutsches Recht, pag. 327 num. 3 (fortasse ex CDM).
Reg: Chlumecký, Die Regesten, pag. 13 num. 6 (ex A), pag. 14 num. 7 (ex C). — Böhmer, Add. sec., pag. 448 num. 243. — Bischoff, Österreichische Stadtrechte, pag. 45 s. num. (ad 1272). — Reg II, pag. 309 num. 770. — Hoffmann-Křesadlo, Inventář, pag. 13 num. 6 (ex A).
Lit: Šimák, Přemysl II. a panstvo české, pag. 31—32 (rei deliberatio). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 323, 327, 344, 366, 383 n. 388 (Ig 3).

Scriba: P II 82 = cancellariae regiae proprius. Exempla script. num. 1 a, 65.
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui quasdam stili proprietates magistri Petri cancellarii sibi vindicavit, fortasse libro cancellariae a Petro condito utens.
Cf. chartam Karoli IV., marchionis Moraviae, Pragae 1345 aug. 22 datam (CDM VII, pag. 451 num. 618), per quam charta Přemysli expressis verbis confirmatur et situs loci Vsk „super fluvio Losnicz“ *statuitur. Chartam Karoli apud destinatarium suum scriptam esse v. d. J. Spěváček conicit.*
Vide: II. 1 a, P. O. II., P II 82 (A), 5, De chartae apud civitates usu (YY).

Nos[a] Othakarus, dei gracia Boemie[b] rex, dux Austrie, Styrie et Karynthie marchioque || Moravie, dominus Carnyole, Marchie, Egre ac Portus Naonys, tenore presencium protestamur, || quod cum cives Yglavienses nobis pro eo suam contulerint pecuniam, quod eisdem || conferre sephenlehen in Vst graciosius deberemus, nos ipsorum promocionibus ex affectu benivolo intendentes, eadem iura in montibus, qui in Vst sunt inventi et qui adhuc inter Yglauiam et Vst inventi fuerint, favorabiliter duximus conferenda, ut tam ipsi quam ipsorum heredes ea in perpetuum percipere valeant libere et quiete, nolentes, ut iidem cives in percipiendis iuribus memoratis a quoquam debeant molestari. In cuius rei testimonium et evidenciam clariorem prefatis civibus presentes litteras dari mandavimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum et datum Prage anno Domini M°CC°LXX°II°, tercio nonas ianuariii, coronacionis nostre anno undecimo.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

650. [a]) *Littera maior* ‚N‘ *alia posteriore manu nec non alio atramento videtur esse addita in A.* — [b]) ‚Boẽm‘ *A.*

651.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, fratribus hospitalis s. Johannis Hierosolymitani per Bohemiam indulget, ut homines ipsorum nusquam iuri nisi Pragae stare debeant, inhibens, ne ab eisdem testimonium, quod osada dicitur, requiratur.

Pragae 1272 ian. 19.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum magni prioratus Melitensium, sign. Jo XXI, Čes. velkopřevorství DP 25) asservatur (A). — Apographa his chartis inserta exstant: a) Confirmationis chartae Venceslai II., regis Bohemiae, datae Pragae 1284 iun. 30 (Reg II, pag. 571 num. 1319), cuius autographum in membrana scriptum ibidem (sign. DP 30) asservatur (B). b) Confirmationis chartae Karoli IV., Romanorum regis, datae Pragae 1348 iul. 7 (Reg V, pag. 214 num. 420), cuius autographum in membrana scriptum ibidem (sign. DP 35) asservatur (C). c) Confirmationis chartae Mathiae, regis Bohemiae, datae Vratislaviae 1611 sept. 22, cuius autographum in membrana scriptum ibidem (sign. DP 55) asservatur (D). d) Confirmationis chartae Ferdinandi III., Romanorum imperatoris, datae in Ebersdorf 1637 sept. 27, cuius apographum a. 1645 confectum in convoluto chart. scriptum in OA Cheb (archivum civitatis Cheb, sign. num. 1) asservatur (E).

Ed: Pelzel, Karl der Vierte I, pag. 193 in num. 194 (ex C). — CDM IV, pag. 88 num. 58 (ex A). — Delaville, Cartulaire III, pag. 261 num. 3438 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 448 num. 244. — Fürstenbergisches Urkundenbuch II, pag. 387 num. 583. — Reg II, pag. 309 num. 771. — Gradl, Monumenta, pag. 104 num. 286 (ex E).
Lit: Šebánek — Dušková, Listina v č. státě doby Václava I., pag. 87 („merita" magistri Henrici in charta nominati deliberantur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 323, 327, 364, 365, 383 (Jh).

In tergo chartae manu saec. XV. scriptum legitur: „XXIIII[a] finita ista potestate *(?)* Rudolphi imperatoris".[1]

Scriba: P II 82 = cancellariae regiae proprius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 65.
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui quasdam stili proprietates magistri Petri cancellarii sibi vindicavit, fortasse libro cancellariae a Petro condito utens.
Vide: II. 1 a, P. O. II., P II 82 (B), 3, Ordo hosp. s. Johannis Hierosol. (R).

⸗[I]n[a] nomine sancte et individue trinitatis amen.⸗ [N]os[a] Othakarus, dei gracia Boemie[b] rex, dux Austrie, Stirie || et Karinthie marchioque Moravie, dominus Carnyole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, scire cupimus universos presentes litteras in||specturos, quod fratribus hospitalis sancti Iohannis Baptiste Iherosolimitani per Boemiam constitutis propter devocionis merita, || quibus se frater Heynricus, magister ordinis eiusdem per Boemiam, nostre celsitudini reddidit graciosum, et pro nostrorum remedio peccatorum favorabiliter duximus indulgendum, ut homines ipsorum per totum regnum Boemie nusquam iuri nisi Prage stare debeant, vel ad iudicium evocari, ubi coram beneficiariis Pragensibus omnibus, qui de ipsis querimonias deposuerint, respondebunt. Ut eciam circa eosdem fratres amplior nostre liberalitatis gracia elucescat, homines ipsorum a testimonio, quod ozada vulgariter nuncupatur, liberos esse volumus et solutos; et ne ab eisdem huiusmodi testimonium decetero requiratur, districtius inhibemus. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis presentes litteras confici fecimus et sigillorum nostrorum

munimine roborari testibus, qui presentibus aderant, infrascriptis, qui sunt: dominus Iohannes venerabilis Pragensis episcopus, Andreas camerarius Boemie, Burchardus marschalcus Boemie, Hartlebus camerarius Moravie, Dytricus camerarius, Zmylo de Brumowe,[c] Wolkmarus pincerna, Dyuissius dapifer, Zbyzlaus burgravius Pragensis, Ierko de Waldemberch burgravius Egrensis, Bawarus de Ztraconyz, Nezamyzl pincerna Moravie burgravius Olomucensis,[d] Bznata dapifer Moravie, Myztidruh camerarius domine Ch.,[2] inclite regine Boemie,[b] karissime coniugis nostre, Onso subpincerna,[e] Chvnradus magister coquine et alii quam plures fideles nostri. Actum Prage anno Domini M°CC°LXX°II°, quartodecimo kalendas[f] februarii, data ibidem per manus magistri Petri, venerabilis Wissegradensis prepositi, cancellarii regni nostri, anno et die predictis, coronacionis nostre anno undecimo.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi et viridis coloris valde laesum appendet; in margine exteriore inscriptio apparet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV, 3 II.

---

651. *[a] Ad litteram maiorem depingendam spatium vacuum relictum est in A. — [b] ‚Boẽm' A. — [c] ‚B̃mow̃' A. — [d] ‚Olom̃cn' A. — [e] Littera ‚b' ex ‚p' corr. est in A. — [f] Locus rasus latitudinis 8 litterarum, quem scriba tractu pennae in fine lineae explevit, sequitur in A.*

[1]) *Nota haec ad quandam chartam Rudolphi imperatoris, qua charta Přemysli Otakari II. nunc edita confirmabatur, videtur spectare. Cf. textum chartae Rudolphi ex Bodmanno apud Delaville, Cartulaire III, pag. 354 num. 3640 ad a. 1278, typis expressam; quae autem immunitates hospitalis nominatim in Moravia (non igitur in Bohemia) tangit. — [2]) Cunegundis.*

652.

Jarosius de [Dolní seu Horní Slivno et de] Pušperk homines monasterii in Osek de villis Šemnice et Svatobor ab omnibus servitiis burggraviis in Loket impendendis liberos et solutos describit.

— [ante 1272 febr. 24.][1]

Apographum exstat in copiario membr. saec. XIV. medii „Codex Damascus" dicto, in SAR Litoměřice (archivum mon. in Osek, sign. ŘC Osek) asservato, fol. 37[v] (B). — Alterum apographum exstat in copiario chart. „Privilegia Ossecensia 1693" intitulato, ibidem (sign. M III 12) asservato, pag. 32 (C).

Reg: Reg II, pag. 183 num. 470 (ad cca a. 1264).

Dictator: ignotus.
Vide: II. 3, Osek (C), 4, De chartae apud nobiles usu (LLLL).

Ego Iaroschius[a] de Whsperch[b] notum facio universis et profiteor testimonio huius scripti, quod quitquit[c] homines cenobii Ozzecensis,[d] videlicet de Schemnitz et de Zwetivor,[e] mihi[f] et antecessoribus meis, burcgraviis[g] existentibus in Cubito, servicii impenderunt

exaccionibus, steuris sive quibuscunque, de iusticia non fecerunt, set[h] rogati pocius et coacti, a quibus omnibus ipsos describo liberos et solutos, ut in nullis teneantur advocatis ibidem existentibus respondere, nec in aliquibus obaudire. In huius rei testimonium et vigorem decrevi sigilli mei munimine roborari presentem literam[i] et firmari, ut premissa a successoribus nostris inviolabiliter observentur.

---

652. [a] *Hoc loco nec non inferius saepius ‚j' ponitur pro ‚i', ‚ae', ‚oe' pro ‚e', ‚t' pro ‚c' in C.* — [b] ‚Whsperk' *C.* — [c] ‚quidquid' *C.* — [d] ‚Ossecensis' *C.* — [e] ‚Zwetwor' *C.* — [f] ‚m *B.* — [g] ‚burggraviis' *C.* — [h] ‚sed' *C.* — [i] ‚litteram' *C.*

[1]) *Jarosius ultima vice 1271 iul. 14 vivus nominatur (vide num. 637); dies obitus eius certe febr. 24, annus verisimillime 1272 erat (vide Novotný I. 4, pag. 451). Argumento suo charta Jarosii cum charta Přemysli Otakari II. Pragae 1272 iul. 13 data (num. 666+) cohaeret. Ambas chartas etiam in cohaerentia temporali datas fuisse conici potest.*

653.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, Johannem, episcopum Pragensem, rogat, ut magistro et fratribus domus [hospitalis s. Mariae] Theutonicorum [Pragae] iura ecclesiae s. Benedicti ibidem, quae ad ipsos debeant pertinere, assignet.

In Poděbrady [1272][1] mart. 5.

Apographum chartae Johannis, episcopi Pragensis, Pragae 1272 mart. 9 datae (num. 654) insertum est, cuius autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 786) asservabatur, nunc autem secundi belli gentium calamitatibus deletum latet (B).

Reg: Reg IV, pag. 730 num. 1830. — Schieckel, pag. 232 num. 978 (ex B).
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 384 n. 395.

Dictator: fortasse cancellariae regiae proprius, qui stilo communi usus est.[2]
Sicut ex charta Johannis episcopi (num. 654) docemur, hae litterae „regio anulo" i. e. sigillo regis secreto, cuius impressio integra re vera inveniri non potest, munitae erant.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 2 a, Johannes episcopus (UU), 3, Ordo militum Theutonicorum (GG).
Apographo a v. d. G. Friedrich ex B desumpto usi sumus.

Reverendo in Christo patri, domino Iohanni, episcopo Pragensi, O.,[3] dei gracia Boemie rex, dux Austrie, Stirie et Carinthie marchioque Morawie, dominus Carneole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, paratam ad beneplacita voluntatem. Significaverunt nobis magister Loduicus et fratres sui domus Teutonicorum,[a] quod ecclesia sancti Benedicti in Praga iure patronatus ad ipsos debeat pertinere, secundum quod ipsorum privilegia a nobis data protestantur.[4] Quapropter paternitatem vestram affectuose requirimus et rogamus, quatinus eisdem magistro et fratribus iura eiusdem ecclesie dignemini assignare. Datum in Podebrad III nonas marcii.

653. [a]) ‚Tetonicorum' *B.*

[1]) *Pro certo haberi potest litteras Přemysli Otakari II. eodem anno datas esse atque charta Johannis episcopi (num. 654, vide etiam superius), cui hae litterae insertae sunt.* — [2]) *Fortasse idem notarius litteras Přemysli Otakari II. Bernardo, episcopo Secoviensi, in Zbraslav [1272] febr. 22 datas dictavit, quas in Reg II, pag. 310 num. 713 et suo tempore etiam in regestorum serie huius tomi vide.* — [3]) *Přemysl Otakarus II.* — [4]) *Privilegia ignoramus.*

654.

Johannes, episcopus Pragensis, receptis litteris Přemysli Otakari II., quarum tenorem inseri facit, ad praesentationem magistri et fratrum domus [hospitalis s. Mariae] Theutonicorum [Pragae] fratrem Henricum, presbyterum in ecclesia s. Benedicti, plebanum et rectorem ibidem instituit.

Pragae 1272 mart. 9.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 786) asservabatur, nunc autem secundi belli gentium calamitatibus deletum latet (A).

Reg: Reg IV, pag. 730 num. 1830. — Schieckel, pag. 233 num. 979 (ex A).
Lit: Nový, Listiny, pag. 66 (non solum dictator, sed etiam scriba chartae recte statuitur). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 62—63 (stilus chartae in comparatione cum libro formarum magistri Henrici nec non episcopi Thobiae tractatur).

Dictator: idem atque scriba J III 6 = N 7, cancellariae episcopi proprius, qui stilo communi usus est nec non autographum deperditum chartae verisimillime scripsit.
In cod. mnscro membr. saec. XIV. libri formarum magistri Henrici Italici (UK Pragae sign. I E 48, fol. 70 num. 183, (cf. Petrov, pag. 47)) textus chartae Johannis cum praetermissionibus ac mutationibus, quae in libris formarum occurrere solent (nominatim cum chartae editoris nomine in Thobiam episcopum mutato), invenitur (= Reg II, pag. 1091 num. 2535 = Petrov, pag. 190* num. 182); hunc textum suo loco vide Cf. etiam textum apud Novák, Formulář, pag. 2 num. 2, iterum cum variationibus ex aliis mnscris.*
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (VV), J III 6 (N), 3, Ordo militum Theutonicorum (HH).
Apographo a v. d. G. Friedrich ex A desumpto usi sumus.

Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod nos || precordialis domini nostri Ottacari, Boemie regis illustrissimi, ducis Austrie, Stirie et Carintie, marchionis Morauie, || domini Carneole, Marchie et Egre ac Portus Naonis, litteras regio anulo signatas recepimus in hec verba: Reverendo || in Christo patri, domino Iohanni, episcopo Pragensi, O., dei gracia Boemie rex, *etc.*[1] Cum igitur iuste petencium desideriis dignum sit favorem benivolum impertiri et vota, que a racionis tramite non discordant, effectu prosequente complere, nos inspectis non solum litteris istis, verum etiam privilegiis donacionis eiusdem domini regis,[2] que predicti magister et fratres obtinent, per que liquido constat ecclesiam sancti Benedicti prefatam cum omnibus suis pertinenciis eis per ipsum dominum et felicisse[a] recordacionis Wenceslaum regem, patrem eius,[3] esse collatam, ab ipsis magistro et fratri-

bus post obitum Ekardi, qui fuit plebanus ibidem, pleno iure in perpetuum possidendam, nomine eorundem, magistri videlicet et fratrum eius de domo Teutonica, et ad eorum presentacionem et devotam instanciam, cupientes predicti domini regis preces premissas, cum sint rationabiles et honeste, effectui debito mancipare, honesto viro fratri Henrico presbytero, exibitori presencium, supra dicte ecclesie sancti Benedicti liberaliter et canonice spiritualia iura concessimus, instituentes ipsum in eadem ecclesia plebanum legitimum et rectorem ac eam sibi auctoritate, qua fungimur, confirmantes. In cuius rei testimonium hanc litteram sigilli nostri caractere fecimus roborari. Datum Prage VII idus martii anno Domini MCCLXX° secundo, pontificatus vero nostri anno quartodecimo, indictione quintadecima.

Sigillum: sicut ex descriptione autographi nunc deperditi a v. d. L. Klicman olim facta apparet, illud sigillo usitato Johannis, episcopi Pragensis, in filis sericis flavi et rubri coloris appenso, fere illaeso munitum erat.

---

654. *°) Ita A.*

[1]) *Sequitur tenor litterarum Přemysli Otakari II. in Poděbrady [1272] mart. 5 datarum, quas num. 653 vide.* — [2]) *Privilegia ignoramus.* — [3]) *Anno 1253 defunctum.*

655.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, privilegia fratrum de Osek sibi praesentata vidimans, universis per districtum dominii sui constitutis mandat, ne aliquis eorum in praeiudicium collationis ecclesiae in [Horní] Slavkov aliquid ipsis audeat attemptare.

In Poděbrady 1272 mart. 16.

Apographum exstat in copiario membr. saec. XIV. medii „Codex Damascus“ *dicto, in SAR Litoměřice (archivum mon. in Osek, sign. ŘC Osek) asservato, fol. 18v (B). — Alterum apographum exstat in copiario chart.* „Privilegia Ossecensia 1693“ *intitulato, ibidem (sign. M III 12) asservato, pag. 25—26 (C).*

Reg: Scheinpflug, Die Urkunden, pag. 37 num 11 (ad mart. 15—30). — Reg II, pag. 310 num. 775.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 323, 327, 365 (Os 1).

Dictator: magister Petrus cancellarius seu alius notarius (P II 82 ?), qui quasdam stili proprietates magistri Petri sibi vendicavit, fortasse libro cancellariae a Petro condito utens.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (DD), P II 82 (C), 3, Osek (D).

In nomine Domini amen. Othakarus, dei gracia[a] Boemie[b] rex, dux Austrie, Styrie, Karinthie,[c] marchio Moravie, dominus Carniole, Marchie,[d] Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Fidelis est litterarum[e] custodia, que rerum seriem eloquitur evidenter et emergentibus[f] calumpniis[g] firma obviat veritate. Eapropter notum fore volumus

universis tam presentibus quam futuris, quod privilegia fratrum de Ozzek,[h] Cysterciensis[i] ordinis, vidimus et audivimus per abbatem[1] nobis predicte ecclesie presentata, quorum plenarie[k] series exprimebat, quod collacio ecclesie in Slaukenwerd[l] ad abbatem prenotate ecclesie spectaverit ab antiquo.[2] Nos vero nolentes eandem collacionem eidem abbati aut suo conventui ob reverenciam beate Marie virginis aliquatenus violare, set[m] firmare firmius et solidare solidius per presentes, iniungendo universaliter singulis et singulariter universis per nostri districtus dominii constitutis nostre gracie sub obtentu mandamus,[n] ne aliquis ex vobis in preiuditium collacionis ecclesie in Slaukenwerd[o] adversus abbatem aut eius conventum aliquid de cetero presumat vel audeat attemptare.[p] In cuius rei testimonium et memoriam clariorem presentes ipsis contulimus litteras[q] nostrorum sigillorum munimine roboratas testibus, qui presentibus adherant[r] infrascriptis, qui sunt hii: Andreas Boemie camerarius,[s] Dywissius dapifer, Woltmarus pincerna, Purchardus marschalcus, Conradus magister coquine et alii quam plures fideles regni nostri. Actum in Podebrad anno Domini M°CC°LXX° secundo,[t] datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis Wissegradensis ecclesie prepositi, cancelarii[u] regni nostri, XVIII°[v] kalendas[w] aprilis, nostre coronacionis anno undecimo.[x]

655. [a]) *Hoc loco necnon inferius saepius* ‚t' *pro* ‚c', ‚ae', ‚oe' *pro* ‚e', ‚j' *pro* ‚i' *ponitur in C.* — [b]) ‚Boẽm' *B,* ‚Boemiae' *C.* — [c]) ‚Carinthiae' *C.* — [d]) *Deest in C.* — [e]) ‚lrãϑ⸸' *B,* ‚literarum' *C.* — [f]) ‚emgentibus', *titulus enim deest, in B* ‚e nigentibus' *mendose in C.* — [g]) ‚calumniis' *C.* — [h]) ‚Ossek' *C.* — [i]) ‚Cisterciensis' *C.* — [k]) *Ultima littera* ‚e' *in* ‚a' *corr. est in C.* — [l]) ‚Sclavkenwerdt' *C.* — [m]) ‚sed' *C.* — [n]) *Vox deesse videtur in B, C.* — [o]) ‚Slavkenwerdt' *C.* — [p]) ‚attentare' *C.* — [q]) ‚lrãs' *B,* ‚literas' *C.* — [r]) ‚aderant' *C.* — [s]) *Vox* ‚Boemie' *mendose repetitur in B, C.* — [t]) ‚1272' *C.* — [u]) ‚cancellario' *B, C.* — [v]) ‚XVIII[a]' *B,* ‚18' *C.* — [w]) ‚calendas' *C.* — [x]) ‚11mo' *C.*

[1]) *Theodericum.* — [2]) *Vide chartam spuriam Přemysli Otakari I. regis s. l. anno 1207 datam (CDB II, pag. 385 num. 360); cf. etiam chartam Johannis, episcopi Pragensis, Pragae 1269 ian. 25 datam (num. 576).*

656.+

Henricus et Witko, fratres de Rosenberg, monasterio in Vyšší Brod ius patronatus ecclesiae in Raabs [a. d. Thaya] resignant.

In Rožmberk 1272 mart. 19.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SAR Třeboň (archivum mon. in Vyšší Brod, sign. HA 108/II (A)) asservatur (A).

Ed: Millauer, Der Ursprung, pag. 62 num. 9 (ex A). — Kurz, Österreich unter Ottokar II., pag. 178 num. 4 (ex A). — Pangerl, Urkundenbuch von Hohenfurt, pag. 25 num. 20 (ex A).
Reg: Wendrinský, Nachträge, pag. 144 num 190 (ad a. 1272). — Reg II, pag. 311 num. 776. — Schmidt-Picha, Urkundenbuch, pag. 4, num. 19.
Lit: Dušková, Česká listina 2, pag. 181 n. 21 (singulae observationes). — Šebánek, Listiny přímětické, pag. 85 (totius rei deliberatio).

Scriba: posterior verisimillime, ignotus, sine dubio destinatarii proprius.
Dictator: charta num. 737 eorumdem editorum in Rožmberk 1274 mart. 19 data, eius textu cum testium nominibus de verbo ad verbum haud argute descripto (sicut ex notis b, d clare apparet) inditione anni tantummodo mutata usus est; quae typis minoribus exprimuntur.
Considerato eo, quod diximus, chartam nullo modo pro sincera habere possumus. Sane fieri potuit, ut eadem post terminum dati chartae num. 737 in charta bianca apud destinatarium suum exarata sit; duae enim ultimae lineae in inferiore margine eiusdem vacuae relictae sunt. Cum charta inditione anni 1272 munita sit, videtur esse incertum.
Vide: II. 3, Vyšší Brod (U), 4, De chartae apud nobiles usu (MMMM).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quoniam eorum, que geruntur in tempore, oblivio solet memoriam resecare, necesse est ea tam scripturarum quam testium || munimine perhennari. Igitur nos Hanricus et Wicko, fratres de Rosenberch, confitemur et constare volumus presencium inspectoribus universis, quod nos de consensu et expressa || voluntate matris nostre, dilecte domine Hedewigis, venerabi[a] patri, abbati de Hohenwrt,[1] et conventui eiusdem loci, ordinis Cysterciensis, quem conventum pater noster, dominus Vocho bone || memorie,[2] in honore beate et gloriose virginis Marie inchoavit et ex novella plantacione pro sue suorumque progenitorum et heredum salute et animarum remedio fundavit,[3] quorum defectui condolentes et pura mente profectui modis omnibus intendentes, ius patronatus ecclesie in Rakz, Patauiensis dyocesis, quod ad nos ex vero patrimonio pertinebat, donantes resignavimus favorabiliter atque plane. Et in hac parte cessimus in perpetuum iuri nostro excepcione quelibet[b] pretermissa, ut conferendi, velud nos habuimus, prefatam ecclesiam plenam et liberam habeant potestatem. Ut autem supradicta robur optineant firmitatis, presentem litteram in[c] eiusdens[d] testimonium scribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari cum testibus subnotatis, qui sunt: dominus Werenhardus et Hanricus fratres de Schowenberch, dominus Vlricus de Noua Domo, dominus Hoyerus de Klocot, dominus Zewis, dominus Witigo, Wocho filii domini Budewoy de Krummenow, Hanricus et Wocho domini Witigonis filii de Krummenow, dominus Albertus de Porsow, dominus Benysius frater suus, dominus Hanricus de Hvritzh, dominus Benysius de Horach et fratres sui Iohannes, Iohan, Bohuzlaus, dominus Zwatemirus miles, dominus Predota frater suus, dominus Benata purcravius et frater eius Vlricus[e] de Wisle, Ozle et frater suus Bezpri, Kunas de Strizendorf et alii quam plures. Datum[f] et actum in Rosenberch anno[g] gracie Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, XIIII° kalendas aprilis.[g]

Sigillum: commune Henrici et Witkonis de Rosenberg in filis sericis albi et flavi coloris manu aliena verisimillime resarcitis paulum laesum, sed conservatione integratum appendet. Cf. Sigilla num. 4, 27.

656.+ [a]) *Ita pro* ‚venerabili' *in A.* — [b]) *Ita pro* ‚qualibet' *in A.* — [c]) *Littera* ‚i' *ex alia littera corr. est in A.* — [d]) *Ita pro* ‚evidens' *in A.* — [e]) *Scriba post litteram* ‚V' *primum* ‚r' *scripsit, sed in* ‚l' *corr. in A.* — [f]) *Post vocem* ‚Datum' *locus rasus latitudinis 4—5 litterarum sequitur in A.* — [g-g]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Fortasse Ottoni.* — [2]) *Obiit 1262 iun. 3 (vide num. 335).* — [3]) *Cf. ex. gr. num. 187, 188.*

657.

Godefridus, abbas de Strahov, de scitu et consensu sui conventus civibus de Žatec expresse nominatis villam Staňkovice sub certis condicionibus possidendam concedit.

In Strahov 1272 mart. 27.

Apographum saec. XIV. praebet codex mnscrus membr. a. 1352 scriptus „Liber memorabilis" *intitulatus, in OA Žatec (archivum civitatis Žatec, sign. I B 261) asservatus, fol. 20^{v} (B). — Aliud apographum saec. XIV. ex. seu XV. in. in codice mnscro chart.* „Liber formarum Zacensis" *appellato ibidem (sign. 16 b 1) asservatur, fol. 37—38 (C).*

Ed: Schlesinger, UB der Stadt Saaz, pag. 5 num. 32 (ex B).
Reg: Schlesinger, Das Urkundenbuch von Saaz, pag. 4 num. 2 (ex B). — Reg II, pag. 1225 num. 2797. — Katzerowsky, Ein Formelbuch, pag. 7 num. 5 (ex C).
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 163 (dictator chartae).

Dictator: editoris certe proprius, fortasse notarius in dpm. formula chartae nominatus.
Nomen abbatis Strahoviensis in charta num. 835 anno 1277 sine die et loco data, quam suo loco post terminum maii 1 dicti anni posuimus, ut supra Godefridus est; econtra in charta num. 503 dato 1267 maii 1 instructa sed ad annum 1277 re vera pertinente (vide ibidem) abbas Strahoviensis Sigefridus nominatur.
Vide: II. 3, Strahov (E), 5, De chartae apud civitates usu (ZZ).

In nomine Domini amen. Gesta fidelium, que geruntur in tempore, processu temporis per oblivionem defacili a memoria labuntur succedencium, nisi robur vivacitatis[a] recipiant aut a viva voce testium seu fideli testimonio litterarum. Noverint ergo universi presentes et posteri presentes litteras inspecturi, quod nos Godefridus, dei paciencia abbas ecclesie montis Syon, que et Stragov, ordinis Premonstratensis, Pragensis diocesis, de scitu et consensu conventus nostri viris honestis Sybodoni et Alberto, germano suo, filiis honesti viri Henrici cognomento Hisman et Antonio,[b] consanguineo[c] ipsorum, civibus in Sacz, ac liberis eorundem villam ecclesie nostre dictam Stankowicz,[d] sitam circa Sacz, cum agris, pratis, silvis, pomeriis, ortis, cum dimidio rivo nomine Huchin et dimidia pallude nomine Na blatine et flumine, quod Egra vocatur, cum utraque ripa a prato, quod Pomnus vocatur, usque ad monachorum vadum, prout in antiquo privilegio pie memorie domini Wenceslai,[e] quondam regis Boemie,[f] super hoc confecto plenius continetur,[1] iure hereditario imperpetuum concessimus possidendam; tali interposita condicione, quod ipsi et liberi ipsorum post eos, qui dicta bona tenebunt, ecclesie nostre decem et octo talenta et dimidium talentum et triginta denarios Pragensis monete in festo beati Martini[2] loco census annis singulis inde solvent. Quem censum, si infra quatuordecim dies prime[g] subsequentes non solverint, extunc ad duplum, videlicet ad triginta sex talenta, in pena negligencie tenebuntur. Et si adhuc infra alios quatuordecim dies continuate sequentes dictum censum cum pena iam premissa non solverint, extunc ad bona nostra nos tenebimus contradiccione qualibet non obstante, quousque censum suum cum pena duplicata persolvant, dictum autem censum in dicto festo beati Martini ex integro annuatim qualibet excepcione seu quibuscunque eventibus exclusis persolvent; hoc dumtaxat excepto, quod si aliquis princeps alienus potenti manu terram hostiliter invadens, quod absit, dictam villam cum provincia Zacensi[h] destruxerit, aut si dominus rex integro exercitu congregato hostibus suis occurrens per quinque dies in civitate seu provincia Zacensi[h] pro defensione regni sui iacendo dictam provinciam cum eadem villa devastaverit, a solucione census erunt liberi anno illo. Porro, si tempore procedente dicta bona vel aliquam partem ipso-

rum alicui vendere voluerint alieno, ea nobis seu nostro successori, quicunque nobis pro tempore successerit in regimine abbacie, exhibebunt primitus ad emendum. Quod si ea emere noluerimus,[i] nichilominus ipsa bona vel aliquam partem nulli nobili nullique militi, sed simpliciter vendent colonis agrorum residentibus seu residere volentibus ibidem. Ad hec nos et successores nostros semel vel bis vel ter in anno, quando per eos contigerit nos transire, cum decem equitaturis recipere et congrua honestate pertractare tenentur et liberum nobis erit ad cuiuscunque domum ipsorum vel liberorum suorum voluerimus hospitandi gracia declinare. Similiter et nunccium ecclesie nostre, qui singulis annis ad eos pro censu venerit colligendo, cum quinque equitaturis debent recipere sibique providere in expensis congruis, quamdiu pro colleccione census moram fecerit aput ipsos. Preterea ius patronatus in ecclesia ibidem cum laneo, qui est dos ipsius ecclesie, iurisdiccioni nostre specialiter reservamus. Ut autem hec omnia rata et inconvulsa ex utraque parte permaneant et aditus calumpniis[k] imposterum precludatur, presentes litteras super hoc confectas ipsis dedimus nostri specialis et conventus nostri sigillorum munimine roboratas. Acta sunt hec anno Domini MCCLXXII[l] in dominica Oculi in Stragov presentibus hiis fratribus nostris: Henrico priore, Syfrido[m] subpriore, Engelrico celerario, Iordano magistro in Radunicz, Godefrido plebano in Muta et Iohanne sacerdotibus, Cunochone preposito domus et Godefrido magistro in Hugonicz[n] fratribus laicis ecclesie nostre; testibus autem ex parte ipsorum: Wrowino, Ottone dicto Cinere, Cunzone[o] camerario regine, Friderico Stolcingere, Bertoldo[p] de Horewicz, Ottone filio Wrenclini, Petro de Lapide civibus Pragensibus; Liphmanno et Buchgero cruciferis ecclesie sancte Marie ad pedem pontis Prage, item Bertholdo theloneario, Leone et Bertholdo iuvene filiis ipsius, Ortwino, Conrado et Marquardo filiis eius, Alberto filio Potonis, Besoldo, Merbodone, Burchardo[q] et Vlrico fratre suo, Swatozlao et filiis eius, Marquardo et Syfrido,[r] Henrico et Alberto fratre suo, Henrico filio Thigmeri[s] civibus Zacensibus[t] et aliis quam pluribus. Datum per manum fratris Wolgumi, notarii nostri, indiccione XV[a], regnante serenissimo domino Otakaro[u] qui et Premisl, Boemie[e] rege quinto.

657. [a]) ‚vivatioφ' *C.* — [b]) ‚Anthonio' *C.* — [c]) ‚consagwineo' *C.* — [d]) ‚Stancowicz' *C.* — [e]) ‚Wēn' *C.* — [f]) ‚Boēm' *B, C.* — [g]) ‚proxime' *C.* — [h]) ‚Sacensi' *C.* — [i]) ‚voluerimus' *mendose in B, C.* — [k]) ‚columpniis' *C.* — [l]) ‚millesimo CC° LXXII° ' *C.* — [m]) ‚Sifrido' *C.* — [n]) ‚Hugonitz' *C.* — [o]) ‚Cunssone' *C.* — [p]) ‚Bertholdo' *C.* — [q]) ‚Burkardo' *C.* — [r]) ‚Sifrido' *C.* — [s]) ‚Tigmeri' *C.* — [t]) ‚Sacensibus' *C.* — [u]) ‚Ottagaro' *C.*

[1]) *Privilegium regis a. 1253 defuncti ignoramus.* — [2]) *Nov. 11.*

658.[+]

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, civibus suis in Litoměřice possessiones bonorum ab eis comparatorum sub condicionibus expresse nominatis confirmat.

Pragae 1272 maii 1.

*Duo apographa saec. XV. exstant in Copiario civitatis Litoměřice chart., olim in archivo Musei Nationalis Pragae, nunc in OA Litoměřice (archivum civitatis, adhuc sine sign.) asservato, fol. 24^{v}—25 (B), 59^{v}—60 (C). — Versio Bohemica exemplaris C ibidem invenitur, fol. 60^{v}—61 (T); cuius textum inferius sub * praebemus.*

Ed: Hiecke, Beiträge zur Gesch. v. Leitmeritz, pag. 353 num. 6 (ex B, C). — CIM II, pag. 54 num. 20 (ex B, C, T).
Reg: Reg IV, pag. 818 num. 2107.
Lit: Lippert, Gesch. v. Leitmeritz, pag. 41—42 (rei deliberatio). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 313, 315, 316, 364, 365 (Lm).

Dictator: magister Petrus cancellarius (cf. ex. gr. chartas num. 566, 585, 590, 599$^{+\,+}$) interpolationibus (vide inferius) exclusis, quae apud destinatarium ortae sunt.
Charta in genuina figura sua ad unicam tantum comparationem bonorum videtur respectum habere, sicut ex notis o (bis), nec non n-n cognosci potest. Verba, quae fraudulenter addita sunt, ut praecise in textu chartae denotaremus, efficere haud potuimus. Notandum est circa civitatem Litoměřice nobiles de Sternberg in possessione quorumcumque bonorum nunquam reperiri posse.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (EE), 5, De chartae apud civitates usu (AAA).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Othakarus, dei gracia Boemie rex, dux Austrie, Stirie et Karinthie marchioque Moravie,[a] dominus Carnyole,[b] Marchie, Egre ac Portus Naonys, omnibus imperpetuum.[c] Cum in humanis disposicionibus nichil ad summe soliditatis culmen valeat[d] pervenire, set[e] semper de gestis hominum, quamvis racionabilibus, sub serenitatis tempore oblivionum nebulas et calumpniarum timeri oporteat tempestates: necesse est ea, que inter subditos iuste et racionabiliter disponuntur, ad ipsorum perpetuam firmitatem scriptis autenticis comendari et auctoritate superioris[f] adhibita perhennari, ut de scripture indicio rei geste aquiratur memoria et relinquatur evidens testimonium veritati. Cum igitur cives nostri de Luthomericz quedam bona et possessiones a viris honorabilibus,[g] abbate de Ozzek[2] et a[g] Pragensis,[g h] Luthomericensis[i] nec non Dogczanensis[k] ac[l] Thchessouiensis[m] ecclesiarum prepositis[3] et a capitulis earundem nec non a Cruciferis domus[n] sancte Marie Prage in pede pontis et a nobilibus de Sternberch ac ab aliis baronibus et fidelibus nostris,[n] sive spirituales sive seculares persone existant, rite ac racionabiliter comparaverint tytulo empcionis, secundum quod in ipsorum privilegiis super hiis confectis expressius continetur,[4] nos eorundem civium commodo ac profectui intendentes, contractum[o] huiusmodi per prefatos abbatem, prepositos, Cruciferos ac fideles nostros alios racionabiliter ac legittime celebratum[o] ipsorum civium precibus inclinati liberaliter ac favorabiliter admittimus auctoritate regia confirmantes sub condicionibus infrascriptis: videlicet quod predicti cives de Luthomericz nobis de eisdem bonis iam aquisitis et in posterum de aliis simili empcionis tytulo vel aliter rite ac racionabiliter aquirendis steuras et alia iura nostra persolvere debeant temporibus oportunis; et nichilominus hiis, quibus dominium sive ius proprietatis in bonis antedictis conpetit, censum solvent annue pensionis iuxta contractus exigenciam atque[p] formam. Volumusque et perpetua firmitate sanccimus, mandantes firmiter et districte nostre gracie per obtentum, ut nullus contractum civium predictorum super bonis prelibatis iam comparatis et postmodum rite ac legittime comparandis ausu temerario debeat aliqualiter irritare, quem

perpetuo manere volumus illibatum. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis predictis civibus nostris de Luthmericz[q] presentes litteras dari mandamus sigillorum nostrorum munimine roboratas testibus, qui presentes fuerant, subnotatis, qui sunt: Andreas camerarius Boemie, Iaroslaus[r] de Turnow frater Galli, Burcardus marsalcus Boemie, Theodricus subcamerarius, Ierco de Waldemberch burgravius Egrensis, Zbyzlaus burgravius Pragensis, Zlauco filius Borsonis de Risemburk, Hynko[s] filius Smilonis de Lucemburch, Zdislaus de Lewenberch frater Galli, Vlricus de Noua Domo, Zdislaus submarsalcus, Diuissius dapifer[t] Boemie, Wolkmarus pincerna,[u] Onso subpincerna, Chunradus magister coquine et alii quam plures fideles nostri. Actum Prage anno Domini millesimo CCLXX°II°,[v] kalendis maii, coronacionis nostre anno undecimo. Datum ibidem per manus magistri Petri, venerabilis Wissegradensis prepositi, cancellarii aule nostre, anno ac die predictis.

658.[+] [a]) ‚Morauiensis' *C.* — [b]) ‚Carniole' *C.* — [c]) ‚in perpetuum' *C.* — [d]) ‚valet' *B, C.* — [e]) ‚sed' *C.* — [f]) *Pro* ‚superius' *fortasse scriptum est in B, C.* — [g]) *Post vocem pro puncto geminato spatium vacuum relictum est in B, C.* — [h]) ‚Pragense' *B,* ‚Pragẽnse' *C.* — [i]) ‚Luthomiericẽn' *C.* — [k]) ‚Dogczn' *B, C.* — [l]) ‚a' *mendose legitur in B, C.* — [m]) ‚Thchessouĩen' *B, C.* — [n-n]) *Verba in B desunt; in margine C alia recentiori manu (C 1) addita sunt.* — [o]) *Ita B, C; cf. in apparatu.* — [p]) ‚adque' *B, C; manus C 1* ‚atque' *superius addidit in C.* — [q]) ‚Luthomerĩcz' *C.* — [r]) ‚subcamerarius' *sequitur in C.* — [s]) ‚Hinko' *C.* — [t]) ‚dapiffer' *B, C.* — [u]) ‚pinterna' *B.* — [v]) ‚CCLXXII°' *C.*

[1]) *Lippert, pag. 41 n. 1 apographum quoddam chartae in archivo civitatis Litoměřice asservatum cum dato 1272 apr. 28 commemorat; idem — sicut a procuratore archivi v. d. J. Tomas certiores facti sumus — nunc latet.* — [2]) *Fortasse Johanne, cf. num. 728.* — [3]) *Nomina praepositorum ignoramus.* — [4]) *Privilegia ignoramus.*

658.[+*]

Ve jmě svaté a nerozdielné trojice amen. Ottakar, z božie milosti český král, vévoda rakúský, štyrský, karyntský a markrabě moravský, pán Carnioly, všem na věčné vědomie. Poněvadž v[a] lidském způsobu nic k svrchované tvrdosti nemuož dojíti, ale vždycky pro činy lidské, ačkoli rozomné, pod jasným časem zapomenutie mhel a protivenství potřebie jest sě lekati búře, protož potřebie jest ty, kteréž mezi poddanými spravedlivě a rozomně sě řiedie, k jich věčné stálosti listy věření hodnými utvrditi a mocí svrchnieho uvěčniti, aby písmem věcí, kteréž sú sě dály, nalezena byla pamět a svědečtvie pravdy zjevné bylo pozuostaveno. Poněvadž tehdy měštěné naši z Lithoměřic některaké zbožie a vládnutie od poctivých mužuov, opata z Oseka a[b] praského,[b] lithoměřického, dokzanského i chotěšovského kostela proboštuov i od kapitol jich i také od křížovníkuov kostela[c] Matky božie v Praze konec mostu a od urozených našich z Štemberka i také od jiných urozených pánuov a věrných našich,[c] buďte pak svěcské neboli duchovnie osoby, řádně a rozomně kúpili jsú trhem, jakožto v listech jich na to učiněných plněje sě zavierá, my týchž měšťanuov našich užitkuov žádajíce, smlúvy takové od napřed jmenovaných opata, proboštuov, křižovníkuov i jiných věrných našich rozomně a radně učiněné[d] měšťanuov prozbami jsúce hnuti svobodně[e] a příznivě dopúštieme mocí královskú potvrzujíce pod výměnkami podepsanými, totiž aby předřečení měštěné z Lithoměřic nám z toho zbožie nynie kúpeného[f] i potom s jiného týmž právem, ač kúpí[g] anebo jinak řádně zřiezenie způsobili, daň i jiná naše práva platiti mají časy potřebné i také ti, k kterýmž panstvie nebo vlastnie právo přísluše v statku předeřčeném, úrok platiti mají ročně podlé úmluv. A toho potvrzujíce ustavujem tvrdostí věčnú, tvrdě a pevně přikazujíce pod obdržením našie milosti, aby žádný

trhu měšťanuov již řečených nadepsaného zbožie nynie kúpeného i potom, ač které kúpie, všetečnú smělostí nikoli nerušil; neb chceme, aby to bylo u věčné tvrdosti. Tomu na svědečtvie a pevnost věčné stálosti nadepsaným měšťanom našim tyto zápisy dáti přikazujem našimi pečetmi potvrzené i svědky vdolepsanými upevněné, jenž jsú: Ondrášek komorník český, Jaroslav z Turnova bratr Havluov, Purkart maršálek český, Theodrik podkomořie, Jerek z Valdemberka purkrabie chebský, Zbyslav purkrabie praský, Slávek syn Boršuov z Rynzburku, Hynek syn Smiluov z Lucemburcha, Zdislav z Levberka bratr Havluov, Oldřich z Jindřichova Hradce, Diviš krměnoše český, Volkmar šeňk, Oneš podšeňk, Conrád kuchmistr i jiní mnozí věrní naši při tom biechu. A to sě dálo v Praze léta božieho tisícieho dvústého sedmdesátého druhého,[h] máje měsiece, koronovánie našeho léta jedenádctého, dán tudiež v Praze a psán od mistra Petra, poctivého vyšehradského probošta, kancléře sieně našie, léta a času nadepsaných.

658.[+] * [a] *Deest in T.* — [b] *Pro puncto geminato in scribendo spatium vacuum relictum est in T.* — [c–c] *In margine additum est in T.* — [d] ‚učiněnú' *legitur in T.* — [e] ‚svodně' *T.* — [f] ‚kúpenému' *legitur in T.* — [g] ‚kúpie' *mendose legitur in T.* — [h] *Inditio diei deest in T.*

659, 660.

I. Gregorius X. papa Přemyslo Otakaro II., regi Bohemiae, chartam Stephani, regis Hungariae, pacis contractum cum dicto rege factum continentem, confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Laterani [1272] maii 5.

II. Gregorius X. papa Stephano, regi Hungariae, chartam Přemysli Otakari II., regis Bohemiae, pacis contractum cum dicto rege factum continentem, confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Laterani [1272] maii 5.

Apographum (I+II) exstat in Gregorii X. registris in archivo secreto Vaticano (Reg Vat. 37) asservatis, fol. 4—6 (I), fol. 1[v] — 4 (II) ep. 5, 4 (R 1, R 2).

Ed: Sbaraleae Bullarium III, pag 175 num. 4 (I, ex R). — CDM IV, pag. 90 num. 60 (II, I per „in eundem modum" adducitur, ex R). — Theiner, Vetera monumenta I, pag. 299 num. 530, pag. 295 num. 529 (I, II, ex R). — Wenzel, CDA III, pag. 278 num. 169, pag 276 num. 168 (I, II, ex Theinero).
Reg: Palacký, Reise, pag. 42 num. 325, 324 (I, II, ex R). — Böhmer, RI 1246—1313, pag. 330 num. 201 (I, II). — Fejér, CDH VII. 5, pag. 374 num. 236 (II). — Reg II, pag. 312 num. 780 (II). — Potthast II, pag. 1655 num. 20540 (I, II), ibidem opus antiquius laudatur. — Guiraud, Les registres de Grégoire X., pag. 3 num. 4, 6 (I, II, ex R). — Szentpétery II. 1, pag. 146 num. 2187 (II). — Dobenecker, Regesta IV, pag. 112 num. 773 (I), pag. 113 num. 775 (II).
Lit: Novotný I. 4, pag. 257.

[I]

Othacharo, illustri regi Boemie,[a]

[II]

Stephano, illustri regi Vngarie,[a]

Lecta nobis regie[b] serenitatis[b] petitio continebat, quod cum inter te et carissimum in Christo filium nostrum

Stephanum, illustrem regem Vngarie, Othacharum, illustrem regem Boemie,

gravium guerrarum periculosa discrimina seductor humani generis seminasset, divina tandem clementia desuper inspirante tu et ille bonis viris mediantibus de assensu prelatorum et baronum utriuslibet pacem perpetuam iniistis, confectis super hoc litteris[1] et interpositis iuramentis ac de utriusque beneplacito per certos ordinarios, quorum in vos iurisdictionem prorogare curastis, in utrumque vestrum fuerunt in scriptis excommunicationis sententie promulgate,[2] eo inter cetera expresse in tractatu pacis eiusdem habito, quod terra illius, qui violaverit pacem ipsam, per eosdem ordinarios interdicto ecclesiastico supponatur, quodque barones illius, qui pacem ipsam violaverit, ab ipsius auxilio et defensione discedant et assistentes eidem, qui pacem servarit predictam, ipsum contra pacis violatorem adiuvent et defendant, potioribus nichilominus ex ipsis baronibus se ad hoc de tuo et ipsius regis mandato astringentibus per proprium iuramentum. Acto etiam in eadem pace, ut eam uterque vestrum procuret per sedem apostolicam confirmari, prout in predictis litteris plenius dinoscitur contineri. Nos igitur attendentes, quod non nisi in pace colitur

pacis auctor, tam tuis quam

eiusdem regis Vngarie eiusdem regis Boemie

precibus inclinati pacem ipsam, prout salubri consilio et deliberatione provida inita est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipsarum, qui nobis sub sigillis autenticis tam ex parte tua quam eiusdem regis

Vngarie Boemie

fuit exhibitus, de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est:

Stephanus, dei gratia Vngarie, *etc.* rex, *etc.*[3] Othacharus, dei gratia rex Boemie, *etc.*[4]

Nulli ergo nostre concessionis,[c] et cetera.[5] Datum Laterani III nonas maii, anno primo.

659, 660. [a] *Superscriptio alio colore scripta est in R 1, R 2.* — [b–b] ‚serenitatis regie' *R 2.* — [c] ‚confirmationis' *R 2.*

[1]) *Vide num. 636, 637 (I, II).* — [2]) *Litteras ignoramus.* — [3]) *Sequitur tenor chartae Stephani, regis Hungariae, in castris apud Bratislava 1272 iul. 3 datae (= num. 636, 637 (I)).* — [4]) *Sequitur tenor chartae Přemysli Otakari II. Pragae 1271 iul. 14 datae (= num. 636, 637 (II)).* — [5]) *Cf. CDB III, pag. 4 num. 6.*

661, 661 a.

I. Gregorius X. papa [Johanni], episcopo Pragensi, et [Brunoni], episcopo Olomucensi, mandat, ut pacem inter Přemyslum Otakarum II., regem Bohemiae, et Stephanum, regem Hungariae, observari faciant.

Laterani [1272] maii 5.

II. Gregorius X. papa [Philippo], archiepiscopo Strigoniensi, et [Philippo], episcopo Vaciensi, mutatis mutandis idem mandat.

Laterani [1272] maii 5.

Apographum (I + II) exstat in Gregorii X. registris in archivo secreto Vaticano asservatis (Reg. Vat. 37) fol. 4 (I), 6v (II) ep. 3, 7 (R 1, R 2).

Ed: Würdtwein, Nova subsidia I, pag. 62 num. 17 (I, ex quodam apogr.). — CDM IV, pag. 91 num. 61 (I, II, quod per „in eundem modum" adducitur, ex R). — Theiner, Vetera monumenta I, pag. 304 num. 531 (II, I, quod per „in eundem modum" adducitur, ex R). — Wenzel, CDA III. pag 279 num. 170 (II, I, quod per „in eundem modum" adducitur, ex R).
Reg: Palacký, Reise, pag. 42 num. 326, 327 (I, II, ex R). — Böhmer, RI 1246—1313, pag. 330 num. 201 (I, II). — Reg II, pag. 311 num. 779 (I, II, quod per „in eundem modum" adducitur). — Potthast II, pag. 1655 num. 20542 (I), 20541 (II). — Guiraud, Les registres de Gregoire X, pag. 3 num. 5 (I), num. 7 (II) (ex R). — Dobenecker, Regesta IV, pag. 113 num. 774.

Dictator: in I, II paene omnino verba litterarum num. 659, 660 (I, II) repetit, quod typis minoribus expressimus.
Imagine phototypica R a v. d. G. Battelli nobis benignissime missa usi sumus.

[I]

..,[1] Pragensi et..,[2] Olomucensi episcopis.[a]

[II]

..,[3] archiepiscopo Strigoniensi, et ..,[4] episcopo Waciensi.[a]

Lecta nobis carissimi in Christo filii nostri

Stephani, illustris regis Vngarie,

Othachari, illustris Boemie regis,

petitio continebat, quod cum inter ipsum et carissimum in Christo filium nostrum

Otacharum, illustrem regem Boemie,

Stephanum, illustrem regem Vngarie,

gravium guerrarum periculosa discrimina seductor humani generis seminasset,[b] divina tandem clementia desuper inspirante iidem reges bonis viris mediantibus de assensu prelatorum et baronum utriuslibet pacem perpetuam inierunt, confectis super hoc litteris[5] et interpositis iuramentis ac de utriusque beneplacito per certos ordinarios, quorum in se iurisdictionem prorogare curarunt, in utrumque ipsorum fuerunt[c] in scriptis excommunicationis sententie[d] promulgate,[d 6] eo inter cetera expresse in tractatu pacis eiusdem habito, quod terra illius, qui violaverit pacem ipsam, per eosdem ordinarios interdicto ecclesiastico supponatur, quodque barones illius, qui pacem ipsam violaverit, ab ipsius auxilio et defensione discedant et assistentes eidem, qui pacem servarit predictam, ipsum contra pacis violatorem adiuvent et defendant, potioribus nichilominus ex ipsis baronibus se ad hoc de ipsorum regum mandato astringentibus per proprium iuramentum. Acto etiam in eadem pace, ut eam uterque ipsorum[e] procuret per sedem apostolicam confirmari, prout in predictis litteris plenius dinoscitur contineri.

Nos igitur attendentes,

quod non nisi in pace colitur pacis auctor, eorundem regum precibus inclinati pacem ipsam, prout salubri consilio et deliberatione provida inita est,

et cetera, ut in tertia littera proxima superiori usque in finem per totum.[7]

auctoritate apostolica duximus confirmandam. Quocirca de utriusque regis assensu fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum per vos vel alios seu alium pacem ipsam per penas et ea, que in ipsius tractatu pro illius observatione noscuntur expressa, faciatis auctoritate nostra inviolabiliter observari. Contradictores, etc.[8] Et omnes, quos pro eiusdem pacis violatione laqueo excommunicationis involvi contigerit, cuiuscunque dignitatis, ordinis vel preminentie fuerint, singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis in omnibus locis, quibus expedire videbitis, excommunicatos sollempniter nuntiando ac faciendo per ecclesiarum et monasteriorum prelatos et clericos ac alios nuntiari. Datum Laterani III. nonas maii, anno primo.

661, 661 a. [a]) *Superscriptio colore alio scripta est in R 1, R 2.* — [b]) *Vox* ‚et' *sequitur in R 2.* — [c]) *Vox deest in R 1.* — [d–d]) ‚sententiis promulgatis' *legitur in R 1.* — [e]) ‚predictorum regum' *legitur in R 2.*

[1]) *Johanni.* — [2]) *Brunoni.* — [3]) *Philippo.* — [4]) *Philippo.* — [5]) *Num. 636, 637.* — [6]) *Sententias ignoramus.* — [7]) *Tenorem eiusdem in sinistra columna vide.* — [8]) *Cf. CDB IV, pag. 147 num. 61, l. 35—37.*

662.

Bruno, episcopus Olomucensis, cum consensu capituli sui permutationem villae Žopy apud Holešov pro villa Zubřice, quae Henrico, laico de Přílepy, iure hereditario pertinebat, sub condicionibus expresse nominatis facit.

In Olomouc 1272 maii 25.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. L I a 2) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. H 2v — H 3 (B). — Aliud apographum saec. XIV. in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservato invenitur, pag. 55—56 num. 64 (C).

Ed: CDM IV, pag. 94 num. 63 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 314 num. 782.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 152 num. 55 (corr. lect. A. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 691 num. 51 (idem).

Scriba: B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.
Dictator: Conradus, notarius episcopi.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (AAAA), Conradus notarius (YY), 4 b, De chartae apud locatores usu (R).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, universis hanc paginam inspecturis et audituris salutem || in auctore salutis. Quoniam omnium habere memoriam et in nullo peccare divinitatis est || pocius quam humanitatis, bene quidem et utiliter antiquorum providentia statutum est, ut gesta mortalium || memoriter retinenda scriptis autenticis, que in se redacta firmiter retinent et verborum seriem non inmutant vel diminuunt, per ordinem annotentur. Noverit igitur presens hominum etas et in Christo successura posteritas, quod nos de consilio et consensu capituli nostri villam de Zepy, que spectabat ecclesie nostre, que sita est apud Holzowe, pro alia villa de Zubricy, que Henrico, laico de Pryelep, iure pertinebat hereditario, apud Ghelz sita ratione montis, qui est in terminis dicte ville, in quo pro ecclesia nostra castrum bonum et necessarium construitur, decrevimus permutare; et hoc perduximus ad effectum. Sed quia villa de Zepy cum attinentiis suis maior est et latior quam villa, que fuerat dicti laici, ipse nobis in eadem[a] permutatione de consilio fidedignorum taxatione prehabita superaddidit viginti octo marcas argenti, quas per ipsum nobis plene ponderatas, numeratas recognoscimus et solutas easque in utilitatem ecclesie nostre totaliter convertimus, aliam villam, Polon scilicet, sub eodem castro sitam, habentem preter agros silvam latam et magnam, que domine Katerine, Narradi[b] filie, iure spectabat hereditario, pro quadraginta marcis argenti emptionis titulo comparando. Quod autem prefatus Henricus laicus suique successores et heredes dictam villam de Zepy cum omnibus suis attinentiis pacifice possideant et quiete dictaque permutatio a successoribus nostris inconvulsa semper et illibata servetur, presentem paginam ad rei memoriam sempiternam inde conscribi et sigilli nostri iussimus munimine roborari. Et nos Olomucensis ecclesie capitulum, Heydolfus decanus, Albertus prepositus, magister Iohannes archidiaconus, Alexius prepositus et archidiaconus, Lampertus custos et archidiaconus ceterique canonici dictam permutationem, super qua plenius requisiti sumus, ratam tenentes eique consensum nostrum adhibentes, ad maiorem rei firmitatem sigillum ecclesie nostre appendi fecimus huic scripto. Actum Olomuz anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, VIII kalendas[c] iunii,[c] datum per manum Conradi, notarii nostri, canonici Olomucensis,[d] die ac loco prefatis.

Sigilla: duo in filis sericis flavi et viridis coloris appendent (appendebant); 1) Brunonis episcopi, fere illaesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) ecclesiae Olomucensis, fere illaesum, quamquam de charta avulsum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.

662. [a]) *Littera* ‚a' *ex* ‚i' *corr. est in A.* — [b]) *In loco raso, ubi prius vox* ‚iure' *scripta erat, scriptum est in A.* — [c–c]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.* — [d]) ‚Olom̃' *A.*

663.

Frater Anno [de Sangerhausen], magister domus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Hierosolymitani, protestatur se ad instantiam Eufemiae, relictae Johannis, [filii Zbislai de Polná], fundatoris domus hospitalis in Drobovice, observare velle, ut villa Vinaře a dicto Johanne eidem domui donata sub condicionibus expresse nominatis eidem deserviat.

— 1272 iun. 24.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 795) asservabatur, nunc autem secundi belli gentium calamitatibus deletum latet (A).

Reg: Reg IV, pag. 731 num. 1833. — Lampe, Urkundenbuch der Deutschordensballei Thüringen, pag. 190 num. 242 (ex A). — Schieckel, pag. 234 num. 987 (ex A).

Dictator: verisimillime ordinis Theutonicorum proprius.
Vide: II. 3, Ordo militum Theutonicorum (II), 4, De chartae apud nobiles usu (NNNN).
Apographis v. d. G. Friedrich nec non L. Klicman ex A desumptis usi sumus.

Frater Anno, magister hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum Ierosolimitani, omnibus presentem cedulam intuentibus salutem in omnium salvatore. Dignum est et racioni per omnia videtur consonum, ut acta digna memoria scriptorum elucidacione sic serventur integra, ne per oblivionis exitum excedant scienciam futurorum. || Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod nos ad instanciam nobilis domine Eufemie, relicte domini Iohannis,[1] fundatoris domus nostre in Drobewitz,[2] devo||tissimam villam in Wenere ordini nostro a prefato eius marito legitimo collatam eiusdem domine sepe dicte consensu mediante et specialiter ad subsidium hominum infirmitati succumbencium in hospitali eodem, ab eodem nostro ordini benivole deputatam, volumus, quemadmodum est prefatum, secundum modum collacionis laudabilem eiusdem inviolabiliter observari ita, ut supradicta villa Wenere cum omnibus suis pertinenciis dicte domui Drobewitz et hospitali eiusdem perpetuo attineat et deserviat inconvulse. Commendator vero eiusdem ville sepetacte de vino et tritico sibi ibidem proventuro dimidietatem infirmis et fratribus nostris in Drobewitz annis singulis fideliter ministrabit, retento seminario tritici pro necessitate anni continue subsequentis, parte vero residua cum dimidietate nichilominus ad domus dicte negocia ministrata. De aliis proventibus et emolumentis minoribus sic decrevimus ordinandum, videlicet ut eadem dictis fratribus nostris et infirmis presentare sataget, secundum quod preceptori domus nostre per Boemiam visum fuerit expedire. Ipse eciam preceptor pro se nichil inde tollet, quoniam omnia pertinencia dicte ville Wenere, ut dictum est, Drobewitz irrevocabiliter pertinebunt, hoc adiecto, quod nullius vendicionis titulo seu permutacionis vel alterius alienacionis forma a domo dicta valeat separari. Ad confirmacionem autem ordinacionis nostre eiusdem fratribus nostris in Drobewitz presentem litteram tradidimus sigillo nostre domus insignitam. Testes sunt: frater Ludewicus preceptor per Boemiam, frater Hartmannus de Helderungen, frater Godefridus commendator in Drobewitz, frater Henricus plebanus ibidem et frater Heidenricus

commendator in Wenere et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXXII°, in die beati Iohannis Baptiste.

Sigillum: teste apographo superius commemorato, a L. Klicman exarato, charta uno sigillo e cera viridi confecto in scidula membranacea appenso munita erat; in medio sigilli figura b. Mariae V. cum Iesulo pusione conspiciebatur, circumscriptio haec erat:

+ S MAGISTRI . HOSPITAŁ . S . MARIe . THCOB.

663.

[1]) *Johannes post m. maium anni 1244 morte obiit; vide CDB IV, pag. 126 num. 42.* — [2]) *Cf. CDB IV, pag. 74 num. 13.*

664.

Bruno, episcopus Olomucensis, Helmboldo, Ottoni et Gunthero, fratribus de Velín (Welyn), *famulis suis, cum consensu capituli sui triginta mansos in villa [Stará] Bělá cum pertinentiis iure feudali confert.*

In Olomouc 1272 iun. 25.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. R X b 1) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. H 3 — H 4[v] (B). — Aliud apographum saec. XIV. in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservato invenitur, pag. 52—54 num. 63 (C).

Ed: CDM IV, pag. 95 num. 64 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 315 num. 784.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 152 num. 56 (corr. lect. A. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 691 num. 51 (idem, mendose charta ad maii 26 ponitur). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (chartae formularius). — KK, pag. 314 n. 3 (idem).

Scriba: B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. 2 b, 4.
Dictator: idem Conradus, qui auctor est formularii II. chartarum iura feudalia tangentium (cf. num. 373, 408, 409, 554).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (BBBB), Conradus notarius (ZZ), 4 a, De chartae apud milites usu (P).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, Helmboldo, Ottoni et Gunthero, fratribus dictis de Welyn, famulis suis dilectis et here‖dibus ipsorum in perpetuum. Equitati proximum et rationi non dissonum arbitramur, ut ad fideles nostros, qui nobis et ecclesie nostre non ‖ parcentes rebus et personis fideliter serviunt et constanter, retributionis manum liberaliter extendamus, ut in eisdem possint efficacius per‖sistere serviciis ipsorumque magis erga nos et ecclesiam nostram devotio et fidelitas exardescat. Hinc est, quod nos gratanter inspectis fidelitatis vestre serviciis, que nobis ad augmentum honoris nostri et ecclesie nostre profectum incessanter et gratuito impendistis,[a] pro quibus, ut condecet, vos remunerare volumus, quod fructuosus appareat labor vester et fidelitas

vestra magis erga nos et ecclesiam nostram per huiusmodi retributionis premium accendatur, damus et conferimus libenter ac liberaliter vobis et heredibus vestris iure feodali triginta mansos in villa de Bela cum omnibus suis pertinentiis et iuribus, censu, decimis, iudicio, steura et omnibus aliis serviciis debitis et consuetis nullo diminuto penitus vel excepto per vos ac heredes vestros perpetuo possidendos. Damus et concedimus insuper vobis, cum plures sint mansi preter vestros in eadem villa, quod iudex dicte ville, qui pro tempore fuerit quique ratione iudicii quinque mansos habet liberos, molendinum unum, tabernam unam et tercium de iudicio denarium per villam totam, principaliter vester sit et ad vos tamquam ad dominos suos respectum habeat pleneque vobis intendat. Permittimus eciam et gratum habemus, si bona vestra predicta ad utilitatem vestram infra terminos suos poteritis in aliquo emendare. Hoc autem de consilio canonicorum nostrorum statuimus et ordinavimus, quod vassalius quilibet ecclesie nostre, qui per nos de bonis episcopalibus infeodatus fuerit, comparare debeat alias hereditates et bona, que medietatem valeant bonorum episcopalium sibi collatorum, et eadem ecclesie nostre dare libere ac solute et in feodo a nobis recipere bona similiter comparata, qui vult perpetua feodi sui ab ecclesia stabilitate ac firmitate gaudere. In recognitionem vero bonorum episcopalium, que vobis contulimus, dabitis annis singulis canonicis nostris mensuram unam tritici, continentem modium unum Opauiensem, de manso sive de laneo quolibet et de mansis dumtaxat censualibus vobis; de allodio vestro, de zluhonibus et de mansis iudicis mensuram non dabitis prenotatam. Item de bonis, que comparabitis, ut premissum est, quod ab aliis discerni possint, similiter nil solvetis; nam bona episcopalia, que vobis collata sunt, ad heredes vestros tantum filios transferentur et numquam ad filias, sed empticia bona iure successionis tam ad filias quam ad filios transferentur. De predictis bonis omnibus tam emptis quam episcopalibus in necessitatibus, in quibus adesse tenemur domino nostro regi Boemorum illustri[1] ad honoris sui et terre sue defensionem, et in propriis necessitatibus nostris, successorum nostrorum et ecclesie nostre servicia facietis militaria, in armis videlicet et dextrariis, quandocumque per nos aut successores nostros fueritis requisiti; et heredes vestri in predictis bonis succedentes vobis ad similia servicia tenebuntur. Quod autem omnia premissa tam nobis, successoribus nostris et ecclesie nostre, quam vobis et heredibus vestris rata serventur et firma semperque maneant inconvulsa, nec ullius temporis evo aliquatenus inmutentur, set perpetuum irrevocabiliter sortiantur effectum, hanc paginam inde confectam ad sempiternam rei memoriam sigilli nostri iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense capitulum propriis huic carte subscribentes nominibus predictam infeudationem factam vobis et heredibus vestris per venerabilem patrem dominum nostrum Brunonem, episcopum Olomucensem, videntes ipsam ecclesie nostre utilem, necessariam et honestam, gratam habemus et ratam et consensum nostrum unanimiter adhibemus annotatum presentibus et expressum. Et quod super hoc nullus futuris temporibus dubietatis vel calumpnie possit oriri scrupulus, hanc etiam paginam ad firmiorem rei stabilitatem sigilli nostri fecimus appensione muniri. Ego Heydolfus decanus, ego Albertus prepositus, ego magister Iohannes archidiaconus Olomucensis, ego Alexius prepositus de Wlframskirken archidiaconus Znoemensis, ego Lambertus custos

archidiaconus Willeradensis et nos ceteri Olomucensis ecclesie canonici per manum Conradi, dicti domini nostri episcopi notarii, canonici et confratris nostri, huic carte subscribimus et premissis omnibus pro nobis et nostris successoribus, canonicis Olomucensibus, voluntarie ac favorabiliter consentimus. Actum et datum Olomuz anno[b] Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, VII kalendas iulii.[b]

Sigilla: duo in filis sericis rubri coloris appendent; 1) Brunonis episcopi, valde laesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) ecclesiae Olomucensis, fere illaesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.

---

664. [a]) *Cum una lineola superflua super tertia littera ‚i' posita scriptum est in A.* — [b–b]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Přemyslo Otakaro II.*

665.[+++]

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, Henrico seniori, advocato et domino de Plauen et Voigtsberg, castrum Kraslice cum pertinentiis suis, nominatim cum aurifodinis et argentifodinis, donat.

Pragae 1272 iul. 13.

Charta autographi instar in membrana scripta in archivo arcis Osterstein (sign. inv. II, tit. V num. 1) asservabatur, nunc autem secundi belli gentium calamitatibus deleta latet (B).[1]

Ed: Beckler, Illustre stemma Ruthenicum, pag. 262 s. num. (ex B). — Cohn, Beiträge, pag. 602 num. 8 (ex B). — Schmidt, UB der Vögte v. Weida, pag. 86 num. 167 (ex B).
Reg: Dobenecker, Regesta IV, pag. 116 num. 805.
Lit: Cohn, Beiträge, pag. 585–586 (falsitas chartae demonstratur). — Mittl. AV Plauen I, pag. 43 sub num. 51 (idem). — Klier, Die gefälschte Urkunde, pag. 83–84, 91 n. 33 (scriba chartae spuriae statuitur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 323, 327 n. 193, pag. 328 n. 195, pag. 344, 366 (Pw, sincerum exemplum chartae spuriae statuitur).

Dictator: in textu chartae spuriae (B) conficiendo usus est: a) charta sincera Přemysli Otakari II. (P), data Pragae 1272 iul. 13 (sicut e charta num. 666[+] apparet) Henrico seniori, advocato de Plauen (sine titulo domini de Voigtsberg), quae (in corroborationis nec non datum formulis) clara vestigia stili magistri Petri cancellarii seu alterius cancellariae notarii, proprietatis stili magistri Petri imitantis, continebat; b) charta spuria Friderici II., Romanorum imperatoris (F), ut dicitur, apud Portum Naonem 1232 maii 10. data (vide RI V. 1, pag. 394 num. 1982 nec non suo tempore in additamentis ad III. tomum Codicis).
Ea, quae ex F recepta sunt, litteris minoribus significavimus.
Chartam B in cohaerentia temporali atque reali cum charta F (itaque saec. XV.) exstitisse pro certo habendum est. Chartas B et F etiam eadem manu scriptas fuisse apud Klier (vide superius) docemur.

In editione nostra editionibus superius laudatis (Beckler (= E 1), Cohn (= E 2) et Schmidt (= E 3)) usi, melius factum tenorem deperditi textus B reconstruere conati sumus. Variationes lectionum pure orthographicas (‚t' pro ‚c', ‚j' pro ‚i', ‚n' pro ‚m') in notis commemorare negleximus. Notandum est editores E 1 et

E 2 abbreviaturas in B sine dubio frequentius occurrentes omnino paene praeterisse, quod etiam commemorare negleximus; cf. autem apud Cohn, pag. 602 n. 17.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (FF), 4, De chartae apud nobiles usu (OOOO).

Nos Othakarus, dei gracia Boemie[a] rex, dux Austrie, Stirie et[b] Karinthie ac marchio Morauie,[c] || dominus Carniole, Marchie,[d] Egre ac Portus Naonis, dilecto ac nobili sibi Heinrico seniori, advocato et domino de Plawe et Fauczburg,[e] in perpetuum. Ob beneficiorum tuorum magnitudinem nobis huc usque ostensorum,[f] || in recompensa tibi, prenominato Heinrico, donamus castrum Greklis cum foro et villis, venacionibus, || piscacionibus, aquis, pratis, agris cultis sive incultis aliisque omnibus cum attinenciis et circuitis, quocumque nomine censeantur; eciam aurifodinis et argentifodinis[g] v e l[g] cuiuscumque eris commoda, si supersint vel supervenerint, hec omnia tibi et heredibus volumus, ut cedant omnimodo cum proventu perpetuis temporibus, ea possidendo pro vestris propriis et liberis bonis iure hereditario possidendis, pro tuis et heredum[h] tuorum[h] usibus et commodis omnia in prenominatis donacionibus ordinare et disponere, secundum quod tibi videbitur opportunum[i] et necessarium, remotis impedimentis quibuslibet[k] et sublatis. Si quis vero hanc graciam prefato Heinrico et suis heredibus per nos factam ausu temerario infringere attemptaverit, indignacionis nostre offensam gravem se noverit incursurum. In cuius rei testimonium sepedicto Heinrico et suis heredibus presentes literas dari[l] mandavimus[l] sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum Prage anno Domini M°CC°LXXII°,[m] III°[m] ydus iulii.

Sigillum: v. d. Cohn asserit (pag. 602—603) chartam sigillo Přemysli Otakari II. in filis sericis rubri et viridis coloris valde laeso apud Sava, Die Siegel, fig. 34, 35 delineato (= Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV) munitam fuisse.

665.[+++] [a]) ‚Boẽm' *E 1, E 2.* — [b]) *Vox deest in E 2, E 3.* — [c]) ‚Moravie' *E 3.* — [d]) ‚marcke' *E 1—E 3.* — [e]) ‚Fautrburg' *E 1.* — [f]) ‚ostensis' *E 1—E 3.* — [g–g]) ‚argentifodinisve' *E 2, E 3.* — [h–h]) ‚heredibus tuis' *E 1—E 3.* — [i]) ‚oportunum' *E 1.* — [k]) ‚quoslibet' *E 1—E 3.* — [l–l]) ‚mandamus' *E 2*, ‚dari mandamus' *E 3.* — [m–m]) ‚MCCLXII, III' *E 1, E 3.*

[1]) *Sicut anno 1966 a v. d. H. Herz, archivi publici in Weimar tunc procuratore, certiores facti sumus; cf. Diezel, Übersicht über die Bestände des Landesarchivs Greiz, pag. 46 ss.*

666.[+]

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, homines monasterii Ossecensis in Svatobor ac in aliis adiacentibus villis a iurisdictione praefectorum, advocatorum et iudicum in Loket liberos reddit, adiciens neminem eosdem in silva monasterii certis limitibus metata impedire debere.

Pragae 1272 iul. 13.

Apographum exstat in copiario membr. saec. XIV. medii „Codex Damascus" *dicto, in SAR Litoměřice (archivum mon. in Osek, sign. ŘC Osek) asservato, fol. 6 (B). — Alterum apographum exstat in copiario chart.* „Privilegia Ossecensia 1693" *intitulato, ibidem (sign. M III 12) asservato, pag. 31—32 (C).*

Reg: Scheinpflug, Die Urkunden, pag. 37 num. 12. — Reg II, pag. 316 num. 786.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 323, 326, 327 n. 193, pag. 328, 344, 366, 383 n. 388 (Os 2).

Dictator: magister Petrus cancellarius sive alter cancellariae regiae notarius, qui sibi proprietates stili magistri Petri vendicavit. Quae litteris minoribus dedimus, e charta num. 667+ + videntur esse recepta. Dispositionis chartae pars prima („videlicet quod ... exemptos") *certe fide digna est; cum eo enim concordat, quod e charta Jarosii de [Dolní seu Horní] Slivno et de Pušperk ante 1272 febr. 24 data (num. 652) comperimus. Si autem sententia nostra de charta num. 667+ + superius laudata locum habeat (vide etiam ibidem), altera pars dispositionis chartae modo editae pro additamento adulterino saec. XIV. habenda sit.*
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (GG), 3, Osek (E).

Nos Othakarus, dei gracia[a] Boemie[b] rex, dux Austrie, Styrie et Karinthie[c] ac marchio Moravie, dominus Carniole, Marchie,[d] Egre ac Portus Naonis, scire cupimus universos presencium noticiam habituros, quod viris religiosis et discretis, venerabili abbati et conventui in Ossek, hanc graciam duximus faciendam, videlicet quod homines ipsorum universos in Zwetivor ac in aliis villis eorum adiacentibus constitutos a iurisdiccione prefectorum, advocatorum et[e] iudicum in Elnbogen[f] secundum tenorem privilegiorum ipsis a nostris progenitoribus concessorum[1] reddimus liberos et exemptos, adicientes,[g] quod nullus forestariorum seu custodum silve ipsos et eorum homines in silva, que per proborum virorum sollerciam ipsis, scilicet abbati et conventui est metata* certis limitibus et distincta,* debeat aliqualiter impedire. Set[h] quod in eadem, secundum quod eis expedire videbitur, pro suis usibus et comodis[i] ordinent et disponant remotis impedimentis quibuslibet et sublatis. Si quis vero hanc graciam prefatis abbati et conventui per nos factam ausu[k] temerario infringere attemptarit,[l] indignacionis nostre offensam gravem se noverit incursurum. In cuius rei testimonium sepedictis abbati et conventui presentes litteras dari mandavimus sigillorum munimine nostrorum roboratas. Actum et datum Prage anno Domini M°CC°LXXII°,[m] tercio[m] ydus iulii.

666.+ [a]) *Hoc loco nec non inferius saepius ponitur ‚t' pro ‚c', ‚ae' pro ‚e', ‚y' pro ‚i', ‚j' pro ‚i' in C.* — [b]) ‚Boẽm' *B,* ‚Beomorum' *C.* — [c]) ‚Carinthiae' *C.* — [d]) ‚Marche' *C.* — [e]) *Vox deest in C.* — [f]) ‚Elbogen' *C.* — [g]) ‚adijcientes' *C.* — [h]) ‚sed' *C.* — [i]) ‚commodis' *C.* — [k]) ‚auso' *B.* — [l]) ‚attentarit' *C.* — [m–m]) ‚1272, 3° ' *C.*

[1]) *Privilegia, quorum mentio hoc loco fit, ignoramus.*

667.+ +

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio in Osek gratias expresse nominatas a progenitoribus suis Přemyslo Otakaro I. et Venceslao I. eidem concessas ratas et gratas habet.

Pragae 1272 iul. 14.

Charta autographi instar in membrana scripta in archivo mon. in Osek asservabatur, dudum autem latet (B).[1] *— Apographum exstat in copiario membr. saec. XIV. medii* „Codex Damascus" *dicto, in SAR Litoměřice (archivum mon. in Osek, sign. ŘC Osek) asservato, fol. 4^{v}—5^{v} (C). — Alterum apographum exstat in copiario chart.* „Privilegia Ossecensia 1693" *intitulato, ibidem (sign. M III 12) asservato, pag. 28—30 (D).*

Reg: Scheinpflug, Die Urkunden 7, pag. 190 num. 5. — Ibidem 8, pag. 37 num. 14 (ex B, C). — Reg II, pag. 317 num. 787 (ex C). — Gradl, Monumenta, pag. 105 num. 288. — Prochno, Regesten, pag. 97 num. 32 (ex C).
Lit: Scheinpflug, Die Urkunden 7, pag. 190 (quaestio scripturae et sigilli in B tractatur).[2] *— Dušková, Dva zvláštní případy, pag. 107 (dictator chartae statuitur, eiusdem sinceritas agnoscitur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 319—322, 329, 364, 365, 366 (Os 3, idem).*

Dictator: magister Petrus cancellarius, qui librum formarum a se ipso conditum prae manibus habens, textum B exclusis articulis „videlicet quod ... usibus concesserunt" *dictavit.*
In articulis modo commemoratis ea, quae typis minoribus dedimus, e charta spuria Přemysli Otakari I., ut dicitur, Pragae 1203 apr. 24 monasterio Ossecensi data et aperte brevi ante annum 1272 confecta (CDB II, pag. 375 num. 357) retractationis forma recepta sunt. De verbis, quae supersunt ibidem (ea, quae typis maioribus expressa sunt), nominatim autem verba, quorum in charta num. 666^{+} repetitio fit (vide ibidem), a scriba chartae B in textum eius fraudulenter videntur esse addita. Si observationes a Scheinpflug factas (vide n. 2) approbemus, non dubitandum est, quin charta B ante saec. XIV. medium (priusquam enim Codex Damascus exaratus esset) exstiterit.
Notandum est chartam B in nulla confirmatione recentiore privilegiorum Ossecensium comprehendi posse.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (HH), 3, Osek (F).
Inferius in editione chartae apographo eiusdem a v. d. G. Friedrich confecto usi sumus. Idem exemplar B prae manibus habuisse videtur, quamquam suum apographum (apud Fr 3, 470—71 asservatum) nota „ex apogr. Musaei regni Boh." *signatum est.*
Varias lectiones textus C (exclusis varietatibus pure orthographicis) in notis praebemus, illas textus D negleximus.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Othacarus,[a] dei gracia Boemie[b] rex, dux Austrie, Styrie et Karinthie ac marchio Morauie,[c] dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus in[d] perpetuum.[d] Quamvis universos religionum gradus, in quibus per virtutum studia ad eterni patris solium feliciter pertingitur sanctaque mater ecclesia tamquam in odore suavitatis in filiorum operibus delectatur, favore nostre regalis magnificencie generaliter prosequamur, fratres tamen Cisterciensis[e] ordinis, qui in spiritu devocionis et humilitatis ac rigoris observancia monastice discipline Domino sedulo famulantur, ceteris ordinibus nostra dilectio specialius[f] pretulit et amavit, eosdem nostris favoribus et beneficiorum percepcionibus digniores tanto amplius reputantes, quanto in eisdem hospitalitas[g] et alia caritatis[h] opera per crebram exerciciorum evidenciam clarius ac uberius elucescunt.[i] Eapropter ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod nos affectum, quem ad ordinem gerimus prelibatum, apparere cupientes evidencius operis in effectu, monasterium eiusdem ordinis situm in predio Ozzek, Pragensis diocesis,[k] ob reverenciam gloriose Virginis, a qua plenitudo tocius salutis et gracie emanavit, cuius est vocabulo insignitum, favore prosequimur gracioso, vestigiis inherendo serenissimorum progenitorum nostrorum, dominorum Othacari,[l] excellentissimi avi nostri,[3] et Wencezlai, gloriosissimi patris nostri bone memorie,[4] qui in eodem monasterio multis beneficiorum et

graciarum inpensionibus[m] regie liberalitatis insignia reliquerunt, secundum quod in utriusque ipsorum privilegiis[5] vidimus et audivimus expressius contineri; videlicet quod ipsum cenobium Ozzek sub defensionem proteccionis sue suscipientes, homines a seculi actibus liberatos esse pro ingenita largitate penitus decreverunt,* statuentes in argumentum et evidenciam gracie amplioris, ne quis iudex, ne quis officiatus, ne qua plane sublimis humilisve persona in villis aut curiis eorum tyrannidem vel aliquam exerceat potestatem, nec de excessibus rusticorum se iudicem interponat nec presumat aliquatenus eosdem pro debitis inpignorare aut pro aliis causis, qualescunque eciam fuerint, perturbare, nisi prius super debitis et causis huiusmodi abbatis predicti iudicium requiratur; sed[n] sive se mutuo vulnerent vel occidant, seu qualibet arte conturbent; ipsi, scilicet abbas et conventus, cum consilio fidelium suorum ordinent atque disponant, prout sibi viderint expedire; remittentes* eis ac hominibus ipsorum iura vectigalium, que solent dare exeuntes ex[o] Copitz; adicientes,[p] ne quis conprovincialium* sylvam[q] predio eorum contiguam, metatam certis limitibus et distinctam, ad aliquos usus presumat succidere, quia ipsis tantum* habendam pro suis ac pro sue posteritatis, et non aliorum usibus concesserunt. Quas quidem gracias iam premissas prefatis abbati et conventui a nostris progenitoribus concessas in privilegiis ipsius conventus non rasis, non cancellatis, non abolitis, nec in aliqua sui parte viciatis, eidem a nostris progenitoribus concessis, ut diximus, expresse audivimus et vidimus contineri et ex officio benignitatis regie ipsas ratas et gratas habentes, admittimus graciose, volentes ac sub obtentu nostre gracie districcius iniungentes, ut nullus easdem impedire debeat aut aliqualiter infirmare. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis abbati et conventui de Ozzek sepe dictis presens privilegium dari mandavimus sigillorum nostrorum munimine roboratum testibus, qui presentibus aderant, infra scriptis, qui sunt: Andreas camerarius Boemie, Iarozlaus de Turnow frater Galli, Burchardus marcalcus Boemie, Borso de Rysenburch, Theodricus subcamerarius Boemie, Zbyzlaus purgravius[r] Pragensis, Perko[s] de Waldenberch purgravius[r] Egrensis, Bohuzlaus burcgravius de Primberc, Heinricus camerarius Pylznensis, Henco filius Zmilonis de Luchtenburch, Cenco de Ronnow, Diuisius dapifer, Volcmarus pincerna, Onso subpincerna, Conradus magister coquine et alli quam plures fideles nostri. Acta sunt hec Prage anno Domini M°CC°LXXII°, pridie idus iulii, coronacionis nostre anno undecimo, data ibidem per manus magistri Petri, venerabilis Wissegradensis prepositi, cancellarii regni nostri,[t] anno et die predictis.

Sigillum: sicut Scheinpflug asserit (vide n. 2), charta fragmento sigilli Karoli IV. munita erat.

---

667. [+ + a)] ‚Othakarus' C. — [b)] ‚Boẽm' C. — [c)] ‚Moravie' C. — [d–d)] ‚imperpetuum' C. — [e)] ‚Cysterciensis' C. — [f)] *Vox* ‚ot' *punctis subpositis deleta sequitur in* C. — [g)] ‚hospitalitatis' C. — [h)] ‚karitatis' C. — [i)] ‚elucescant' C. — [k)] ‚dyocesis' C. — [l)] ‚Othakari' C. — [m)] ‚impensionibus' C. — [n)] ‚set' C. — [o)] ‚in' C. — [p)] ‚addicientes' C. — [q)] ‚silvam' C. — [r)] ‚purcgravius' C. — [s)] ‚Gerko' C. — [t)] ‚nostro' C.

[1]) *Sicut a procuratoribus SAR Litoměřice certiores facti sumus. Cf. Scheinpflug, Die Urkunden 7, pag. 190 num. 5; 8, pag. 37 num. 14.* — [2]) *Scheinpflug affirmat chartam B manu saec. XIV. scriptam et fragmento sigilli Karoli IV. munitam fuisse.* — [3]) *Anno 1230 dec. 15 defuncti.* — [4]) *Anno 1253 sept. 22 defuncti.* — [5]) *Privilegium Přemysli Otakari I. in CDB II, pag. 375 num. 357 vide; privilegium Venceslai I. ignoramus.*

668.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio in Osek privilegium Venceslai I. regis confirmat, tenorem eius inseri faciens.
Pragae 1272 iul. 14.

Apographum exstat in copiario membr. saec. XIV. medii „Codex Damascus" *dicto, in SAR Litoměřice (archivum mon. in Osek, sign. ŘC Osek) asservato, fol. 4—4v (B). — Alterum apographum exstat in copiario chart.* „Privilegia Ossecensia 1693" *intitulato, ibidem (sign. M III 12) asservato, pag. 26—27 (C).*

Reg: Scheinpflug, Die Urkunden, pag. 37 num. 13.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 323, 327, 328 n. 196 (Os 4).

Dictator: magister Petrus cancellarius sive alter cancellariae regiae notarius, qui stili proprietates magistri Petri sibi vendicavit.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (II), 3, Osek (G).

Nos[a] Othakarus, dei gracia[b] Boemie[c] rex, dux Austrie, Stirie,[d] Karinthie[e] ac marchio Moravie, dominus Carniole, Marchie,[f] Egre ac Portus Naonis. Scire cupimus universos precencium noticiam habituros, quod nos privilegium karissimi[g] patris nostri domini Wencezlai,[h] excellentissimi regis Boemie, bone memorie,[1] super donacione thelonei[i] none septimane in Copitz viris religiosis et discretis ..,[k 2] venerabili abbati, et conventui in Ozzek,[l] ordinis Cysterciensis,[m] confectum pariter et collatum diligenter audivimus in hec verba: In nomine Domini amen. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod nos W., *etc.*[3] Nos igitur videntes donacionem vel graciam huiusmodi esse favorabilem et benignam, ratam et gratam habentes ipsam presentis scripti testimonio confirmamus; volentes ac districcius inhibentes sub gravi animadversionis nostre pena, ne aliquis idem monasterium in percepcione thelonei[i] none septimane presumat aliqualiter inpedire,[n] ipsi monasterio nostras presentes litteras assignantes super eo sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum et datum Prage anno Domini M°CC°LXII°,[o] pridie idus iulii, coronacionis nostre anno undecimo.

---

668. [a] *Pronomen* ‚Nos' *scribae incuria deest in B, C.* — [b] *Hoc loco nec non inferius* ‚t' *pro* ‚c', ‚ae', ‚oe' *pro* ‚e', ‚j' *pro* ‚i' *ponitur in C.* — [c] ‚Boem' *B.* — [d] ‚Styriae' *C.* — [e] ‚Carinthiae' *C.* — [f] ‚Marche', *titulus enim deest in C.* — [g] ‚charissimi' *C.* — [h] ‚Wenceslai' *C.* — [i] ‚telonii' *C.* — [k] *Punctum geminatum deest in C.* — [l] ‚Ossek' *C.* — [m] ‚Cisterciensis' *C.* — [n] ‚impedire' *C.* — [o] ‚1272' *C.*

[1]) *Sept. 22 anni 1253 defuncti.* — [2]) *Nomen ignoramus.* — [3]) *Sequitur tenor chartae Venceslai I. regis Pragae 1231 ian. 4 datae (CDB III, pag. 1 num. 2).*

669.

Gregorius X. papa praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Bohemia et Moravia ius patronatus ecclesiae in [Osová] Bitýška, quod eis Elisabeth, relicta Kadoldi Orphani, contulit, confirmat.

Apud Urbem Veterem [1272] iul. 15.

Apographum exstat in vidimatione Hinconis, episcopi Olomucensis, Pragae 1332 iul. 1 (Reg III, pag. 743 num. 1911) data, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 642) asservatur (B).

Reg: Reg IV, pag. 732 num. 1834. — Schieckel, pag. 235 num. 988 (ex B).

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..[1] preceptori et fratribus hospitalis sancte Marie Thevtunicorum in Boemia et Moravia[a] salutem et apostolicam benediccionem. Cum a nobis petitur ... effectum.[2] Exhibita siquidem nobis peticio vestra continebat, quod nobilis mulier Elizabet, relicta quondam Cadoldi dicti Orphani,[3] vidua Olomucensis diocesis, ius patronatus, quod in ecclesia de Vitis, predicte diocesis, obtinebat, vobis contulit divine pietatis intuitu et pro subsidio Terre sancte, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri.[4] Nos itaque vestris supplicacionibus inclinati, quod super hoc ab eadem vidua pie et provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.[b] Nulli ergo ... nostre confirmacionis ... contraire. Si quis autem ... incursurum.[2] Datum apud Vrbem Ueterem idus[c] iulii, pontificatus nostri anno primo.

669. [a]) ‚Mo͡ra' *B.* — [b]) ‚omunimus' *B.* — [c]) *Ita B.*

[1]) *Nomen ignoramus.* — [2]) *Vide CDB II, pag. 47 num. 53.* — [3]) *Anno 1260 defuncti.* — [4]) *Vide num. 421 seu 422.*

670.

Gregorius X. papa Johanni, episcopo Pragensi, mandat, ut monasterii in Pohled ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis molestatores per censuram ecclesiasticam compescat.

Apud Urbem Veterem [1272] aug. 5.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Pohled, sign. L IV ŘC Pohled num. 11) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 302 num. 754 (ad 1271 aug. 5), pag. 319 num. 790 (ad 1272 aug. 5). — Potthast II, pag. 1658 num. 20589.
Lit: Krofta, Kurie, pag. 148 n. 5 (quaestio immediatae subiectionis monasterii sedi apostolicae tractatur).

In membranae replicatae parte dextra „Jo Sal", *sub membrana replicata in parte sinistra* „^{s} .", *inferius* „Demetrius", *in superiore margine tergi chartae* „P. d. sco Ambro p fre [Heinr]", *in angulo sinistro* ‚J' *legitur; quae omnia in circulo cancellariae apostolicae videntur esse scripta.*

Gregorius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri ..,[1] episcopo Pragensi, salutem et apostolicam benedictionem. Pium esse dinoscitur, ut gloriantibus || in malitia per nos taliter obsistatur, quod repressis eorum insultibus vacantes divino cultui liberius possint in observantia mandatorum || Domini delectari. Cum itaque dilecte in Christo filie ..,[2] abbatissa et conventus monasterii Vallis sancte Marie ad Romanam ecclesiam nullo || medio pertinentis, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, a nonnullis, qui nomen Domini recipere i[n][a] vacuum non formidant, diversis, prout accepimus, affligantur molestis[b] et pressuris, nos earum providere quieti et malignantium malitiis obviare volentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eisdem, abbatisse et conventui, adversus raptorum, predonum et invasorum audaciam efficaci presidio defensionis assistens non permittas ipsas in personis et bonis suis a talibus molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, attentius provisurus, ne de hiis, que cause cognitionem exigunt vel que personas et bona ipsarum non contingunt, te aliquatenus intromittas; nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras quam etiam processum, quem per te ipsarum auctoritate haberi contingerit, omnino carere viribus ac nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum nostrum sic sapienter et fideliter exequaris, quod eius fines quomodolibet non excedas; presentibus post triennium minime valituris. Datum[c] apud Vrbem Ueterem, nonis augusti, pontificatus nostri anno primo.[c]

Bulla: Gregorii X. papae in filis cannabinis illaesa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533—534.

---

670. [a]) *Quae uncis clauduntur, cum membrana destructa perierunt in A.* — [b]) *Ita pro* ‚molestiis' *in A.* — [c–c]) *Verbis competenter distentis, ut ultimae duae lineae explerentur, scriptum est in A.*

[1]) *Johanni.* — [2]) *Katherina.*

671.

Gregorius X. papa monasterium in Pohled protegendum suscipit.

Apud Urbem Veterem [1272] aug. 5.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Pohled, sign. L IV ŘC Pohled num. 12) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. codex mnscrus membr. „Chartularium et urbarium monasterii Vallis s. Mariae" *intitulatus, in UK Pragae (sign. XIV E 13) asservatus continet, fol. 9^{r}—10 (B).*

Ed: Sommersberg, Silesiacarum rerum scriptores I, pag. 929 num. 12 (fortasse ex A). — Feyfar, Das Stift Frauenthal, pag. 120 s. num. (fortasse ex A).
Reg: Reg II, pag. 303 num. 755 (ad 1271 aug. 5). — Potthast II, pag. 1658 num. 20590.

Lit: Krofta, Kurie, pag. 148 n. 5 (quaestio immediatae subiectionis monasterii sedi apostolicae tractatur). – Hledíková, Prokurátoři, pag. 89.

In membranae replicatae parte dextra „Jo Sal", *sub membrana replicata in parte sinistra* „– –", *inferius* „Demetrius", *in superiore margine tergi chartae* „P. d. sco Ambro p fre Heinr", *in angulo sinistro* ‚J' *legitur; quae omnia in circulo cancellariae apostolicae videntur esse scripta.*

§ Gregorius § episcopus, servus servorum d[ei],[a] dilectis in Christo filiabus ..[1] abbatisse et conventui monasterii Vallis sancte Marie, Ci‖sterciensis ordinis, Pragensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia ... confovere.[2] Eapropter ‖ ... protectione suscipimus.[3] Specialiter autem terras, possessiones, redditus, domos et alia ... pacifice obtinetis, vobis ... communimus.[4] Nulli ergo ... nostre protectionis et confirmationis ... contraire.[5] Si quis autem ... incursurum.[5] Datum[b] apud Vrbem Ueterem nonis augusti, pontificatus nostri anno primo.[b]

Bulla: Gregorii X. papae in filis sericis flavi et rubri coloris illaesa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533–534.

---

671. [a]) *Quae uncis clausimus, cum membrana destructa perierunt in A.* – [b–b]) *Verbis competenter distentis, ut ultimae duae lineae explerentur, scriptum est in A.*

[1]) *Katherinae.* – [2]) *Vide CDB I, pag. 327 num. 359 cum variatione* ‚maliciis agitentur' *pro* ‚molestiis agitentur'; *erronee porro dicitur* ‚minime confovere' *loco* ‚munimine confovere' *in A.* – [3]) *Vide CDB II, pag. 161 num. 173 mutatis mutandis, quod ad sexum femininum pertinet; erronee autem* ‚poteritis adipisci' *pro* ‚poterit adipisci' *legitur in A.* – [4]) *Vide cum exiguis variationibus CDB IV, pag. 464 num. 271.* – [5]) *Vide CDB II, pag. 47 num. 53.*

672.

Gregorius X. papa monasterium in Žďár [nad Sázavou] protegendum suscipit.
Apud Urbem Veterem [1272] aug. 11.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. A 20) asservatur (A).

Ed: Steinbach II, pag. 29 num. 17 (ex A, ad iul. 30). – CDM IV, pag. 97 num. 65 (ex A, ad iul. 30).
Reg: Reg II, pag. 318 num. 789 (ad iul. 30). – Potthast II, pag. 1657 num. 20577 (ad. iul. 30). – Šebánek, Archivy, pag. 44 num. 247 (ex A).
Lit: Hledíková, Prokurátoři, pag. 89.

In autographi superioris partis medio „cor" *duabus lineis deletum, in angulo dextro* „bo" *eodem modo deletum, in chartae replicatae parte dextra* „Ra. d. ron", *in autographi tergi margine superiore* „P. d. sco Ambro p fre Heinr", *in angulo superiore sinistro* ‚J' *legitur; quae omnia in circulo cancellariae apostolicae videntur esse scripta.*

Ex causis, quas statuere non possumus, solummodo littera initialis ‚G' *papae nominis maiusculis scripta est in A.*

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..[1] abbati et conventui monasterii de Sare, || Cisterciensis ordinis, Pragensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia ... confovere.[2] Eapropter ... personas vestras et locum,[a] in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que inpresentiarum rationabiliter possidet[b] aut ... poteritis[c] adipisci ... suscipimus.[3] Specialiter autem terras, possessiones, redditus, domos et alia[d] bona ... comunismus.[e] [4] Nulli ergo ... nostre protectionis et confirmationis infringere ... contraire.[5] Si quis autem ... incursurum.[5] Datum apud Vrbem Ueterem III[f] idus augusti, pontificatus nostri anno primo.[f]

Bulla: Gregorii X. papae in filis sericis flavi et rubri coloris illaesa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533—534.

---

672. [a]) *Vox in loco raso ex voce* ‚monasterium' *correcta est, super eandem vocem vestigia competentis notae correctoris alio atramento additae apparent in A.* — [b]) *Ita pro* ‚possidetis' *legitur in A.* — [c]) *Manu et atramento correctoris ex* ‚poterit' *corr. est in A.* — [d]) *Vox manu et atramento correctoris super linea, ubi vox* ‚omnia' *una linea subnotata restabat, addita est in A.* — [e]) *Ita A.* — [f–f]) *Verbis competenter distentis, ut ultima linea expleretur, scriptum est in A.*

[1]) *Winrico.* —[2] *Vide CDB I, pag. 327 num. 359 cum variatione* (‚maliciis agitentur' *pro* ‚molestiis agitentur'). — [3]) *Vide CDB II, pag. 161 num. 173 cum verborum ordine paulum mutato.* — [4]) *Vide CDB IV, pag. 464 num. 271.* — [5]) *Vide CDB II, pag. 47 num. 53.*

673.

Johannes, episcopus Pragensis, Helvico, plebano in [Havlíčkův] Brod, mandat, ut commissioni causae inter Sigefridum, plebanum in Přibyslav, et monasterium in Pohled super capella in Buková hora (Buchberch) *ventilatae supersedere curet neve praetactum Sigefridum audiat.*

Apud Roudnice [nad Labem] [1272][1] *aug. 27.*

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Pohled, sign. L IV ŘC Pohled num. 13) asservatur (A). — *Apographum saec. XIV. codex mnscrus membr.* „Chartularium et urbarium monasterii Vallis s. Mariae" *intitulatus, in UK Pragae (sign. XIV E 13) asservatus continet, fol. 13[v]—14 (B).*

Reg: Reg II, pag. 319 num. 792. — *Reg III, pag. 136 num. 337 (mendose ad 1316 aug. 27).*
Lit: Nový, Pečeti, pag. 204 (sigillum chartae mendose ad aug. 28 positae).

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide etiam superius num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (WW), J III 6 (0), 3, Pohled (K), Aliae ecclesiae (W).

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, dilecto in Christo filio fratri Heluico, plebano in Brod, salutem in Domino. ||Accedns[a] ad presentiam nostram honesta et religiosa domina Katherina, abbatissa de Walle sancte Marie, Cisterciensis || ordinis, nost-

re dyocesis, quoddam nobis obtulit instrumentum, per quod ostentitur[b] et probatur apperte, quod causa illa, quam || vobis contra eam et conventum eius Sifridus, plebanus de Primslaus, a nobis obtinuit delegari super capella de Buchberch cum suis pertinenciis, prius fuerat inter Iacobum, quondam plebanum de Pohled, et iamdictum S. diutius iudicialiter ventilata et postmodum iudicata et diffinitiva sentencia legitime terminata per eum, qui auctoritatem habuit iudicandi.[2] Nos perspicaciter attendentes, quod causam super eisdem rebus decisam iudiciali calculo[c] iterum non deceat iudicare, cum exceptio rei iudicate peremptoria sit et perimat negotium, si iterum in iudicium deducitur principale,[3] discretioni vestre mandamus, quatinus commissioni cause prefate omnino supersedere curetis, nec pretactum S. decetero[d] pro eo, quod ad vos[e] commissionem premissam tacite[f] veritate obtinuit, audiatis; mendax enim precator carere debet penitus inpetratis.[4] Datum[g] apud Rudnich VI kalendas septembris, pontificatus nostri anno quintodecimo.[g]

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto scidula membranacea ex autographo ipso scissa laesum dependet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

673. [a]) *Ita pro* ‚Accedens' *in A.* — [b]) *Ita pro* ‚ostenditur' *in A.* — [c]) *Post vocem locus rasus apparet in A.* — [d]) *In loco raso scriptum est in A.* — [e]) *Vox super linea addita est in A.* — [f]) *Ita pro* ‚tacita' *legitur in A.* — [g–g]) *In loco raso scriptum est in A.*

[1]) *Cf. num. 148 n. 1.* — [2]) *Vide num. 447.* — [3]) *Cf. Decr. Greg. IX., X, 2. 27. 13 (Friedberg II, col. 399).* — [4]) *Cf. Decr. Greg. IX., X, 1. 3. 20 (Friedberg II, col. 25).*

674.

Gregorius X. papa Johanni, episcopo Pragensi, mandat, ne permittat, ut monasterium s. Mariae Magdalenae in Dobřany ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinens contra privilegia ipsi indulta ab aliquo indebite molestetur.

Apud Urbem Veterem [1272] aug. 30.

Apographum vidimationis chartae W[iticonis], generalis praepositi monasteriorum b. Mariae Magdalenae, s. a. et l. [ante 1281] datae insertum est, cuius vidimationis autographum in SÚA Pragae (archivum mon. in Chotěšov, sign. L IV ŘP Chotěšov num. 16) asservatur (B).[1]

In tergo vidimationis chartae manu scribae mon. in Chotěšov saec. XV. scriptum legitur: „Conservatorium antiquum super monastrium *(sic)* in Dobrzano." *Alia manus scribae eiusdem mon. saec. XV. addidit:* „Hec littera non est excopiata, quia tantum ad trienium duravit etc. et monasterium in Dobrzan dependet."

Cf. litteras eiusdem tenoris sub eodem dato abbati sancti Petri Erfordiae ad commodum monasterii s. Mariae Magdalenae in Mühlhausen (in Thuringia) datas = Potthast II, pag. 2138 num. 20595a–26660 = Simon, L'Ordre des Pénitentes, pag. 239 num. 126.

Cf. etiam num. 676 nec non litteras Clementis IV. papae Brunoni, episcopo Olomucensi, Perugii [1265] iun. 8 datas (= Pferschy, Urkundenbuch, pag. 107 num. 172), quas in serie regestorum huius tomi suo tempore vide.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri ..,[2] episcopo Pragensi, salutem et apostolicam benedictionem. Sub religionis habitu vacantibus studio pie vite ita debemus esse propicii, ut in divinis[a] beneplacitis exequendis malignorum non possint obstaculis impediri. Cum itaque dilecti filii, ..[3] prepositus, ..[4] prior et conventus monasterii Penitentium[b] sancte Marie Magdalene in Dobirsan, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini, Pragensis diocesis, a nonnullis, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, diversas — sicut accepimus — paciantur iniurias et iacturas, nos volentes eorumdem, prepositi, prioris et conventus, providere quieti et perversorum conatibus obviare, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsos, prepositum, priorem et conventum, pro nostra et apostolice sedis reverencia favoris oportuni presidiis prosequens non permittas eos contra indulta privilegiorum sedis ipsius[5] indebite ab aliquo molestari, molestatores[c] huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellacione postposita conpescendo, attencius provisurus,[d] ut de hiis, que cause cognicionem exigunt et que indulta huiusmodi non contingunt, te nullatenus intromittas. Nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras quam eciam processum, quem per te illarum auctoritate haberi contingerit, omnino carere viribus ac nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter exequaris, ut eius fines quomodolibet non excedas; presentibus post triennium minime valituris. Datum apud Vrbem[e] Ueterem[f] III kalendas septembris, pontificatus nostri anno primo.

---

674. [a] ‚divina' *mendose in B.* — [b] ‚penitetu' *in B.* — [c] ‚molestores' *in B.* — [d] ‚provisuru' *in B.* — [e] ‚Vrbeni' *in B.* — [f] ‚Uetere' *in B.*

[1] *Charta, primitus in archivo Magdalenitarum in Dobřany reposita, posterius in archivo mon. in Chotěšov una cum aliis chartis mon. in Dobřany (cf. ex. gr. num. 191, 192) asservabatur, sicut ex annotationibus in tergo apparet. Cf. in apparatu.* — [2] *Johanni.* — [3] *Nomen ignoramus.* — [4] *Nomen ignoramus.* — [5] *Cf. ex. gr. litteras Innocentii IV. papae Lugduni [1248] iul. 2 datas (Berger II, pag. 3 num. 4119) nec non litteras Clementis IV. papae Viterbii [1268] iun. 9 datas (Simon, L'Ordre des Pénitentes, pag. 238 num. 125).*

675.

Radoslaus de Heraltice, castellanus Znoymensis, et Čúžkraj, cudarius eiusdem loci, a rege Bohemiae iudices constituti, litem inter [Theodericum], abbatem Lucensem, et cives Znoymenses diiudicant.

In Znojmo 1272 sept. 1.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Louka, sign. H 7) asservatur (A). — Apographum cum varietatibus lectionum confirmationis chartae Karoli IV., marchionis Moraviae, Brunae 1342 apr. 6 (CDM VII, pag. 294 num. 404) datae insertum est, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum, valde laesum ibidem (sign. H 33 a) asservatur (B).[1] *— Simplicia apographa exstant in codice mnscro membr. saec. XV.* „Matricula Lucensis“ *intitulato, in eodem archivo (inter Cerronianos II, 253) asservato, fol. 29^{v}—30 num. 32 (C), fol. 54—54^{v} num. 92 (D).*[2] *— Apographum saec. XVII. in codice mnscro chart.* „Liber seu matricula [Lucensis] ... a. 1662 ... noviter erecta et in meliorem ordinem redacta“ *intitulato, ibidem (Collect. mnscr. num. 10) asservato invenitur, fol. 26—26^{v} num. 30 (E).*

Ed: CDM IV, pag. 98 num. 66 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 319 num. 793. — Šebánek, Archivy, pag. 44 num. 248 (ex A, B).
Lit: Dušková, Česká listina 2, pag. 163 n. 78, pag. 200 (scriba chartae).[3]

Scriba: destinatarii (mon. Lucensis) proprius, Johannes, scriba Lucensis (vide ex. gr. num. 588, 739, 820, 833; cf. num. 520). Cf. Exempla script. num. 3, 6.
Dictator: idem fortasse atque scriba.
Vide: II. 3, Louka (L), 4, De chartae apud nobiles usu (PPPP), 5, De chartae apud civitates usu (BBB).

Cum omnia, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, oportet ea sigillis et testibus efficaciter communire,[a] hinc est, quod nos Rado‖zlaus de Heroltitz, castellanus Znoymensis, Suscicray, zudarius eiusdem loci, a serenissimo domino nostro rege Boemie[4] iudices constituti dominum abbatem ecclesie[b]‖ Lucensis[5] et cives Znoymensis civitatis, tam per iudicium quam per arbitrium eo, quod utraque pars[c] in nos tamquam arbitros suos consensit, invenimus et promulgavimus id esse ‖ de iure ecclesie Lucensis, quod cives supradicte civitatis usque ad montem sancti Ypoliti ad rivulum, qui dicitur Grådniz, nullam[d] navem vel piscationem[d] ibidem habere tenentur, nisi tantum hamo in medio aque, que est superiori parte Grådniz;[e] pecora etiam civitatis in nulla silva ecclesie Lucensis nec virgultis nec in vineis, cultis vel incultis, sed solum in campis desertis pascentur, id tamen non de iure, set gracia speciali, quia ea iura scimus predictam ecclesiam a primis[f] fundamentis taliter habuisse; simili etiam modo pecora ville Sedlaspiz in campo civium predictorum, quod dicitur Bruckerewelt, pascentur. Pena quoque illius, qui contra iura predicta et nostrum arbitrium predicto monasterio dampnum hactenus facere presumpserit, scilicet in predictis piscationibus, silvis, virgultis, vinetis, cultis vel incultis,[g] primo pro contumatia domino abbati et prenotate ecclesie quinque talenta usualis monete solvere tenebitur; insuper de dampno illato, secundum quod eius quantitas estimabitur, satisfactione plenaria emendabit. Item quicumque terminos agrorum, quos homines ecclesie Lucensis contiguos habent cum civibus, iniuriose trassulcaverit[h] vel dearando subtraxerit, predicte pene, quam statuimus, subiacebit. Super ista omnia dominus abbas de consilio nostro pro longevitate illustri[h] domini nostri regis Boemie[6] lignum, per quod homines predictam aquam transseant,[h] indulsit; non tamen hoc aliquo iure exigente, set gracia speciali. Igitur quecumque parcium hiis,[i] que arbitrati sumus, contradixerit,[k] nobis et parti adverse in X talentis tenebitur Morauiensis ponderis et monete. Et ut ista rata permaneant atque firma, sigillo domini[l] abbatis[m] et sigillis nostris et sigillo civitatis placuit roborari. Datum in Znoym anno Domini M°C°C° LXXII°, in die beati Egidii abbatis pre-

sentibus Ranocerio quondam zudario, filio suo Lupo, Iarozlao de Kneniz, Conrado, Murcerio, Friderico quondam lantrichterio, Bohusone, Nagrado, Rissone, Cvnzone de Vitis, Doberlone civibus de Znoym et aliis quampluribus.[m]

Sigilla: quattuor in scidulis membr. paulum laesa appendent; 1) [Theoderici], abbatis ecclesiae Lucensis. Vide Sigilla num. 3, 22/II; 2) Radoslai de Heraltice, castellani Znoymensis. Vide Sigilla num. 4, 11; 3) Čúžkrai, cudarii Znoymensis. Vide Sigilla num. 4 a, 3; 4) civitatis Znoymensis. Vide Sigilla num. 5, 8.

---

675. [a]) ‚munire' *A.* — [b]) ‚eccl̃ee' *fortasse in A.* — [c]) *Signo competenti adiecto super linea pallidiore atramento vox addita est in A.* — [d–d]) *In loco raso atramento pallidiore scriptum est in A.* — [e]) *Littera* ‚a' *ex* ‚e' *corr. est in A.* — [f]) *Vox ultima littera exclusa in loco raso scripta est in A.* — [g]) *Scriba primum* ‚imcultis' *scripsit, sed prima hasta vocis erasa corr. in A.* — [h]) *Ita A.* — [i]) ‚h̃' *A.* — [k]) *Littera* ‚e' *ex* ‚r' *videtur esse correcta in A.* — [l]) *Vox in loco raso scripta est in A.* — [m–m]) *Atramento pallidiore nec non penna tenuiore usque ad finem scriptum est in A.*

[1]) *Cf. confirmationis chartas chartae B apud Šebánek, Archivy, pag. 130 num. 664 annotatas.* — [2]) *Ibidem fol. 42 solummodo initium textus chartae praebetur.* — [3]) *Cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscrum in UK Brunae asservatur, pag. 64.* — [4]) *Přemyslo Otakaro II.* — [5]) *Theodericum.* — [6]) *Dies obitus Přemysli Otakari II. aug. 26 anni 1278 fuit.*

676.

Gregorius X. papa [Johanni], episcopo Pragensi, mandat, ut excommunicationis sententiam a [Witicone], generali praeposito monasteriorum b. Mariae Magdalenae, in monasterium eiusdem ordinis in Freiberg sicut rationabiliter prolatam faciat inviolabiter observari.

Apud Urbem Veterem [1272] sept. 13.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 797) asservabatur, nunc autem secundi belli gentium calamitatibus deletum latet (A).

Ed: CDSR II. 12, pag. 403 num. 608 (ex A).
Reg: Simon, L'Ordre des Pénitentes, pag. 239 num. 127. — Schieckel, pag. 235 num. 990 (ex A).

In membranae replicatae parte dextra „N. c.", *in tergo chartae* „Rodolfus de Valva" *scriptum erat; quae ambae notae in circulo cancellariae apostolicae videntur esse scriptae.*

Editione superius commemorata, ubi etiam descriptionem notarum (vide superius) nec non bullae invenies, usi sumus.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri ..,[1] episcopi Pragensi, salutem et apostolicam benedictionem. Expo‖suit nobis dilectus filius ..,[2] prepositus generalis monasteriorum beate Marie Magdalene ad Romanam ‖ ecclesiam nullo medio pertinentium[a] in Alamannia, ordinis sancti Augustini, quod ipse in ..[3] priorem, ..[4]‖ prioris-sam et moniales monasterii sancte Marie Magdalene de Friberch, Misnensis diocesis, dicti

ordinis sibi subiectas pro eo, quod obedientiam et reverentiam sibi debitam ei[b] exhibere indebite denegabant, canonica monitione premissa auctoritate propria excommunicationis sententiam exigente iustitia promulgavit, quam apostolico petiit munimine roborari. Quocirca fraternitati tue per per[b] apostolica scripta mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari. Datum apud Urbem Veterem idibus septembris, pontificatus nostri anno primo.

Bulla: Gregorii X. papae in filis cannabinis illaesa appendebat.

---

676. [a]) *Littera ‚n' cum membrana destructa periit in A.* — [b]) *Ita A.*

[1]) *Johanni.* — [2]) *Witico.* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Nomen ignoramus.*

677.[++]

Bruno, episcopus Olomucensis, monasterio in Tišnov possessionem iuris patronatus ecclesiae sancti Petri Brunae nec non ecclesiarum in [Velká] Bíteš, Čejč et [Moravské] Budějovice confirmans ea, quae de proventibus dictarum ecclesiarum monasterium percipere valeat, statuit accedente capituli ecclesiae Olomucensis consensu.

In Olomouc 1272 sept. 29.

Charta autographi instar in membrana scripta in SAR Brunae (archivum mon. in Tišnov, sign. Y II 4) asservatur (B). — Apographum vidimationis chartae Johannis, episcopi Olomucensis, in Pustiměř 1305 sept. 22 datae (Reg II, pag. 887 num. 2055) insertum est, cuius vidimationis duo autographa in membrana scripta ibidem (sign. B 13 a, 13 b) asservantur (C, D). — Duo apographa simplicia saec. XVIII. exstant in copiario chart. „Privilegia et documenta monasterii Tischnovicensis s. ord. Cisterciensis" *intitulato, in eodem archivo (FM, collect. mnscr. num. 603, tomus I.) asservato, fol. 11[v]—13 (ex B), fol. 19[r]—21 (ex C seu D) (E, F).*

Ed: CDM IV, pag. 99 num. 67 (ex B, ad textum chartae Brunonis de anno 1259 (qui recipitur, vide inferius) revocatur).
Reg: Reg II, pag. 320 num. 796 (ad sept. 30). — Šebánek, Archivy, pag. 44 num. 249 (ex B, C, D).
Lit: KK, pag. 256—258 (charta arte diplomatica tractatur, falsitas eius demonstratur).

In tergo chartae manu saec. XIII. ex. scriptum legitur: „Super ecclesia sancti Petri in Brunna" *(D).*

Scriba: B 26 = destinatarii saec. XIII. ex. proprius. Exempla script. num. 2 b, 22.
Dictator: verba chartae spuriae Brunonis episcopi in Modřice 1259 sept. 29 datae (= num. 197[++], exemplar B) repetit consensus formula capituli Olomucensis addita. Quae ex charta modo dicta recepta sunt, typis minoribus dedimus.
Chartam brevi ante annum 1293 fictam esse, ut monasterium Tusnovicense iura sua ad perceptionem proventuum de ecclesiis suis efficaciter (videlicet charta episcopali consensu capituli munita) defendere posset, pro certo haberi potest.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (CCCC), 3, Tišnov (L).

Bruno, dei gratia Olomuncensis episcopus, dilectis in Christo* abbatisse et conventui sanctimonialium in Tusnowiz, ordinis Cysterciensis, nostre diocesis, salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum,‖ in quo potestatem habere videmur ordinariam, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, ut id per officii nostri sollicitudinem ad effectum debitum perducatur. Cum igitur, sicut vestra nobis porrecta peticio continebat, inclitus dominus ‖ noster, bone memorie dominus Wencezlaus, rex Bohemorum illustris, ius patronatus, quod in ecclesia sancti Petri de Brunna, nostre diocesis, habuisse dinoscitur, vobis et monasterio vestro, sicut per ipsius ostendistis litteras inde confectas,[1] pia libera‖litate contulerit ac ipse postmodum contra huiusmodi collacionem de facto veniens, dilectum in Christo Albertum, eiusdem ecclesie nunc rectorem, ius patronatus usurpando sibi ad eandem ecclesiam presentarit suusque filius, magnificus dominus noster Premizl, dominus regni Bohemie, dux Austrie ac marchio Morauie, inter vos et prefatum Albertum per arbitros concordiam faciens, quemadmodum in ipsius exprimitur litteris,[2] patrisque sui factum gratum habens et ratum, ius patronatus eiusdem ecclesie sancti Petri de Brunna, pium erga vos et monasterium vestrum liberalitatis gerens zelum, in vos iterum duxerit transferendum, noc vestris devotis supplicacionibus inclinati dictique domini nostri factum pium et providum conmendantes in Domino et consensum nostrum favorabiliter adhibentes, ius presentandi ad eandem ecclesiam sancti Petri de Brunna nostro et successorum nostrorum ac archidiaconi loci, qui pro tempore fuerit, iure salvo, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate ordinaria confirmamus, sub interminacione anatematis inhibentes, ne quis hanc nostram confirmacionem presumat infringere vel ei ausu temerario contraire. Ceterum, quia circa personas in monasterio vestro ad dei servicium dedicatas expense plurime requiruntur, in quibus, sicut vestra nobis patefecit insinuacio, defectum contingit aliquociens vos habere, supplicastis etiam humiliter nobis, ut de proventibus ipsius ecclesie sancti Petri in Brunna in subsidium expensarum vestrarum aliqua consolacio vobis fiat. Nos in hoc etiam affectu pio vestris condescendendo precibus, habita super eo nichilominus diligenti consideratione, quod ecclesie predicte competens[a] prebenda remaneat et honesta, sic statuimus auctoritate ordinaria et statuendo vobis concedimus, quod omnes fructus et redditus ville de Barewz, qui in censu, iudicio et in huiusmodi temporalibus proveniunt, et plenas frumenti decimas ville de Cvrim, que spectare noscuntur ad eandem ecclesiam sancti Petri, pro vobis et monasterio vestro post decessum in Christo dilecti Alberti, ipsius ecclesie nunc rectoris, annis singulis percipere valeatis, ita tamen, quod plebanus ecclesie sepedicte, qui post ipsum pro tempore fuerit, de decimis dicte ville de Cvrim decem muttas tritici et totidem muttas avene ac alios omnes eiusdem ecclesie redditus, quos habere dinoscitur, sine diminucione percipiat annuatim. Inspecta quoque monasterii vestri necessitate legitima et evidenti, ut de proventibus aliarum ecclesiarum parrochialium nostre diocesis, in quibus ius patronatus obtinetis, post modernorum decessum plebanorum annuam possitis recipere pensionem, videlicet de ecclesia in Budwiz quartam partem decimarum et de ecclesia in Bites, quod et Henrichs vulgariter appellatur, terciam partem decimarum et de ecclesia in Sceycz quinque muttas[b] tritici antique mensure Brunnensis et totidem muttas siliginis, cum nichominus[c] iuxta consideracionem nostram dictarum ecclesiarum rectores, qui pro tempore fuerint, de proventibus residuis possint honeste et commode sustentari, hospitalitatem servare ac alia facere, que de iure fuerint facienda, vobis et monasterio vestro de gracia concedimus speciali. Insuper ius patronatus dictarum ecclesiarum in Brudwiz[c] et de Bites, quod et Henrichs vulgariter appellatur, collatum vobis et per predictum pie recordacionis dominum Wencezlaum regem, ut in litteris suis inde confectis plenius continetur,[1] factum suum, quod ex pia liberalitate processit, gratum habentes et ratum, nostro et successorum nostrorum ac archidiaconi loci, qui pro tempore fuerit, iure salvo vobis similiter et per vos monasterio vestro auctoritate ordinaria confirmamus. In huius autem confirmacionis et concessionis testimonium et evidenciam presentes vobis dari iussimus litteras nostri sigilli munimine roboratas. Datum Olomuc[d] in festo beati Michaelis anno[e] Domini M°CC°LXX°II°, III° kalendas octobris.[e] Nos etiam Heydolfus decanus, Albertus prepositus archidiaconus[f] Brunnensis totumque capitulum, videlicet Cyrus archidiaconus Olomuncensis,[d] Allexius prepositus de Wolwramskirechen archidiaconus Znoymensis, Lampertus custos archidiaconus Prazzlauiensis, Chunradus scolasticus, Bartholo-

meus, Woyzlaus, Iohannes de Homburch, Theodericus de Wlinstein, Thomas, Petracus, magister Theodericus notarius Yglauie canonici Olomuncenses gratiam concessionis et confirmacionis per venerabilem patrem et dominum nostrum episcopum antedictum supradicto monasterio pie factam gratam et ratam habentes ipsamque firmamento sigilli capituli nostri dignum duximus roborandam. Datum loco et termino prenotatis.

Sigilla: duo in filis sericis flavi et rubri coloris fere illaesa appendent; 1) Brunonis episcopi. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) ecclesiae Olomucensis. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.

677.++ a) ‚petens' *B.* — b) *Altera littera ‚t' ex ‚a' corr. est in B.* — c) *Ita B.* — d) ‚Olom̃' *B.* — e–e) *Verbis competenter distentis scriptum est in B.* — f) *Syllaba ‚chi' supra lineam addita est in B.*

1) *Vide chartam in Tišnov 1240 dec. 7 datam (CDB III, pag. 351 num. 259.* — 2) *Vide num. 165 seu 166.*

678.+

Johannes, episcopus Pragensis, venditionem medietatis villae Lovosice cum attinentiis expresse nominatis a Henrico milite, filio quondam Smilonis de Lichtenburk, monasterio in Zella factam petitionibus ambarum partium oblatis confirmat.

Pragae 1272 oct. 3.

Apographum ex autographo sic dicto descriptum vidimationi Johannis, episcopi Misnensis, in arce Stolpen 1524 sept. 23 datae insertum est, cuius vidimationis autographum in SAR Děčín (sign. Lovosice I $A^{\alpha}N^{ro}$ 1 b) asservatur (B). — *Versionis Bohemicae apographum saec. XVI. libere compositum nec non nonnullis additamentis augmentatum in convoluto chart. scriptum exstat ibidem (sign. VI $W^{Y}N^{ro}$ 1) (T); cuius textum inferius sub* vide.*

Ed: AČ 18, pag. 291 num. 1 (haud completus textus ex B praebetur).
Lit: Šebánek, Ein fast übersehenes Bohemico-Saxonicum aus dem Jahre 1272, pag. 377 (ex B, T) (totius rei tractatio diplomatica).

Dictator: ignotus.
His rationibus nisi chartam (B) in ordinem chartarum, quae dubiae fidei sunt, redegimus: 1) Editor chartae B episcopus Johannes est, quamquam argumentum eius (patronatus iure excepto) nulla ratione ad episcopum pertinebat, e contrario venditor medietatis villae Lovosice, Henricus de Lichtenburk, ipse ad chartam edendam aptus erat. 2) In corroborationis formula chartae Johannis appensio solummodo eiusdem sigilli commemoratur, ex vidimatione anni 1524 autem docemur eandem tunc sigillo Henrici de Lichtenburk (neque quoquam alio) munitam fuisse (vide inferius sub titulo: sigillum).
Translationem B in linguam Bohemicam (T) ante annum 1542 exstitisse probare possumus. Quae in T fraudulenter certe addita sunt, uncis acutis clausimus.
Ad rem cf. CDB IV, pag. 384 num. 220.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (XX), 4, De chartae apud nobiles usu (QQQQ).

Johannes, dei gracia Pragensis episcopus, universis Christi fidelibus presentibus et futuris, ad quos pervenerit presens scriptum, salutem in Christo, omnium salvatore. Noverint universi, quod in presencia nostra constitutus dominus Heinemannus

miles, filius quondam felicis memorie Zmilonis de Luchtenberg,[1] palam recognovit et publice confessus est, quod medietatem ville, que dicitur Lewochitz, abbati Cisterciensis ordinis de Cella conventuique eiusdem, sito in Misnensi diocesi, super Albea[a] in nostra dyocesi locatam vendidit pure et sine omni condicione cum omnibus juribus et consuetudinibus ad ipsam pertinentibus, cum jure patronatus, cum terris cultis et incultis, vinetis, aquis, aquarum usibus,[b] ripis[c] ac insulis, pratis ac pascuis, piscariis et molendinis, item cum vecturis navium seu traductis, usu littoris utriusque libere potituris, item cum silvis adiacentibus et rubetis prefato abbati[2] et eius conventui pro quingentis marcis argenti boni et legalis, et easdem sibi a sepefato abbate necnon suo conventu pleniter et integre bene et legaliter persolutas. Hanc ergo vendicionem et tradicionem rite et legittime celebratam predicti, scilicet abbas et Heinemannus, nobis oblatam pecierunt nostra diocesana auctoritate a nobis iugiter confirmari. Nos vero eorum devotis precibus inclinati prefatam vendicionem et empcionem, quia rite sunt et racionabiliter celebrate, nostra pontificali auctoritate duximus confirmandas ac nostri sigilli munimine roborandas sub interminacione[d] anathematis districtius prohibentes, ne quis contra predicta venire audeat vel aliquid infringere vel mutare. Actum et datum Prage anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, proxima secunda feria post festum beati Wentzeslai.

Sigillum: de sigillo, quo olim autographum chartae munitum erat, in vidimationis formulae fine haec commemorantur: „Litteris vero reverendissimi domini praesulis Pragensis supranominati eciam appensum sigillum has continebat in margine litteras: Sigillum Heinemanni de Luchtenburgk".

678.[+] [a]) ‚Albeam' *B.* — [b]) *Ita scribae incuria pro recto* ‚decursibus' *videtur esse scriptum in B.* — [c]) ‚rupis' *B.* — [d]) ‚interminacioni' *B.*

[1]) *Brevi post 1269 maii defuncti.* — [2]) *Eberhardo fortasse.*

678.[+*]

Jan, z buožích milosti pražský biskup, všem věrným v Kristu života nynějšího i budúcího, jimž by vokázáno bylo toto psaní, pozdravení vzkazuje v tom, kterýžto všech spasení jest i život. Listem tímto vysvědčujem nynějším, a aby v známost věrným to vešlo, žádáme, kterak pan Jindřich rytíř, syn někdy Smiluov, dobré paměti z Lychtenburku, před námi vyznal a vobecně vyhlásil jest, že[a] polovici vsi Lovosic, ⟨kteráž jemu po smrti otce jeho z milosti pána našeho nejjasnějšího krále českého přináležela⟩, prodal jest ⟨bez místa⟩, žádného práva a vymienky sobě nepozuostavujíce, panu opatovi řádu cistersienského z Celle a konventu jeho, ležícímu[b] v biskupství míšenském, se všemi právy a užitky k též polovici vsi náležejícími, s dědinami ornými i neornými, vinnicemi, vodami a vod užitky, břehy, lukami, pastvami, rybništěmi, mlejny, item s přívozem aneb s převožováním vobojího břehu, ⟨což koli k spravování jeho užitkuov náleží⟩, k svobodnému užívání. Item vostrovy, ⟨kteréž sou, aneb ještě by bejti mohly, mezi vobojími břehy řeky Labe od dědin Lovosických, kteréž se počínají ke vsi Prosmiku a skonávají se u vsi Žernozek⟩, item s lesy příležejícími, s křovinami, ⟨skalami, horami, s dolinami a vší svobodou, kterouž sou koli v týmž dědictví od počátku vysazení rodičové jeho míti se pravili⟩, s collaturou kostela ⟨vrchní,[c] aneb k témuž kostelu náležící, ku poctivosti boží a jeho matce milé, za odpuštění svých hříchuov z dobré vuole⟩ opatu a konventu předpověděnému nadal, ⟨žádajíce, aby přijat byl do bratrství téhož

konventu a účastenství modliteb jejich věrných věčně⟩. Přiznal se tejž Jindřich před námi, že jest přijal od téhož opata a konventu jeho za zaplacení téhož dědictví předpověděného pět set hřiven stříbra dobrého a berného ⟨váhy pražské⟩. Protož, aby pro dlouhost času nebo vlastní pominutí takový prodaj ⟨k záduší a collatury dání⟩, kteréž se pořádně, rozumně i slušně stalo, od některých zase neodvolalo aneb pod vobmyslem nějakým zrušeno nebylo, předpovědění, totižto pan opat z strany konventu svého a pan Jindřich z Lichtenburku takové koupení a prodaj nám oznamujíce, prosili, abychom mocí ouřadu biskupství našeho to ztvrdili. My pak k jejich snažným prozbám souce nakloněni, takového trhu koupení a prodaje mezi nimi pořádně a rozumně pošlého naší biskupskú mocí stvrzujeme a pečetí naší upevňujeme, pod pokutou kladby přísně zapovídajíce, aby žádný proti tomu na odpor nenastupoval a neb jináč toho nezrušil. Stalo se a datum v Praze léta Páně 1272, v pondělí po svatém Václavě.

678.+* [a] *Deest in T.* — [b] ‚ležící' *T.* — [c] ‚vrchního' *T.*

679.

Juta priorissa et conventus monasterii b. Mariae Magdalenae in Dobřany causam contra Miroslaum praepositum et conventum monasterii in Chotěšov ratione summae expresse nominatae tractatam ad gratiam praefati praepositi resignant eique se ad debitam reverentiam exhibendam offerunt, munera certa recipientes.

[In Chotěšov]' 1272 oct. 7.

Duo autographa in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum mon. in Chotěšov, sign. L IV ŘP Chotěšov num. 17 a, b) asservantur (A 1, A 2).

Reg: Reg II, pag. 320 num. 797 (A 1 adducitur). — Simon, L'Ordre des Pénitentes, pag. 239 num. 128.
Lit: KK, pag. 250.

Scriba A 1: destinatarii proprius, qui chartam sequentem (num. 680) nec non chartam Přemysli Otakari II. mon. in Chotěšov Pragae 1275 mart. 10 datam (num. 771+) scripsit (= P II 89). Exempla script. num. 3. 8; cf. etiam Exempla script. num. 1 a, 73.
Scriba A 2: ignotus, destinatarii sine dubio proprius.
Dictator: destinatarii proprius, qui stilo communi usus est; idem atque in charta num. 680.
Quae in sinistra columna dedimus, ex A 1, quae in dextra, ex A 2 sunt; utrum A 2 ex A 1, an A 1 ex A 2 descriptum sit, certe discerni non potest. Ambo exemplaria chartae num. 679 simul cum charta num. 680 scripta sunt (vide non solum dati formulas harum chartarum, sed etiam notam 3 in num. 679 nec non notam 2 in 680). Qua de causa verborum cohaerentias inter num. 679 (A 1, A 2) et num. 680 litteris minoribus haud expressimus.
Vide: II. 3, Dobřany (D), Teplá — Chotěšov (G).

Ivta,[a] soror priorissa,[b] totusque conventus ordinis sancte[c] Marie Magdalene in Dobran universis Christi fidelibus, ad quos[d] presens[e] scriptum pervenerit, deum deorum || in monte Syon speculari. Noverit tam presens hominum etas quam in Christo successura[f] posteritas, quod nos, per quosdam fraudiloquos ve||re pacis turbatores et commode[g] quietis emulos tamquam inbecilles[h] femine et sanioris consilii tunc minus[i] capaces inprudenter affate et inducte, dominum Mi||rozlaum, prepositum Chotissowicensem,[k] et con-

ventum ibidem[k] occasione cuiusdam summe pecunie, videlicet quinque marcarum argenti, quam, ut dicebatur, idem dominus prepositus et conventus racione quarundam decimarum singulis annis nostre domui in Dobran reddere,[l] coram venerabili domino[m] patre[m] Leone, Ratisponensi episcopo, auctoritate sedis apostolice ordini nostro per Alemaniam dato conservatore, traximus in causam. Conparentibus[n] igitur nobis[o] coram eodem domino episcopo termino et loco datis et contra dictum dominum prepositum et conventum[p] proponentibus, pars ipsius domini prepositi et conventus,[q] que citata[r] ibidem aderat, excipiendo proposuit, quod sepe dictus prepositus et conventus[q] non deberet coram ipso domino episcopo respondere nec ipsius auctoritate posse astringi, quam idem episcopus racione conservatorie commissionis[s] sibi dicebat esse attributam, pro eo, quod Boemia non[t] continetur[u] sub regno Alemanie, cum sit regnum per se et alio utatur idiomate,[v] nec idem episcopus racione predicta poterat cognoscere[w] aliter, nisi de manifestis, que nulla tergiversatione[x] celari possunt; excipiens eciam[y] dicta pars de loco non tuto, sedem apostolicam appellavit. Sane[z] dictam causam nos[z] sub sorte duelli dubiam ac suspensam, nullo[aa] iure ipsam fulciri considerantes, habito sapientum consilio

presentibus venerabili domino Reinhero abbate Cladrubensi, fratre Iacobo gardiano et fratre Friderico Egrensi, ordinis fratrum Minorum in Misa, presentibus domino Dobrovito decano in Topla, Cunrado in Ztancau, Iacobo de Chotessowich plebanis, Vlrico iudice cum aliis iuratis civibus in Dobran ad hoc specialiter evocatis, fratre Themone nostro tunc visitatore, presencialiter suo firmo consensu

presente fratre Iacobo gardiano et fratre Fridrico Egrense[bb] de Misa ordinis fratrum Minorum et aliorum[cc] plurium[cc] vere pacis cultoribus ad hoc specialiter evocatis, de consensu nostri prepositi generalis[2] nec non in presencia nostri provincialis Themonis dicti, ipsius etiam assensu celeriter

accedente dictam causam ad graciam prefati[dd] prepositi in scriptis,[3] nichil nobis de iure dicte cause in posterum[ee] reservantes,[c] in manus dicti domini prepositi resignavimus ac renunciavimus eidem in perpetuum perimende; preterea obtulimus[ff] nos, tam que sumus in domo Dobranensi presentes, quam que sunt nobis per Christum successure, dicto domino preposito ad exhibendam debitam reverenciam[gg] tanquam domino nostro et predicte nostre domus vero patrono ac securo protectori. Attribuimus eciam ipso domino preposito vicarium a nobis electum et presentatum in predictis nostris ecclesiis[hh] instituere ac, cum se nobis forte ingratum reddiderit,[ii] destituere, quemadmodum ad[kk] ad officium pertinet iuris patronatus. Ad hoc lucide ac directe profitemur, quod omnia mobilia et immobilia ad predictas ecclesias in Dobran pertinencia, que a dominis Wicardo[ll] et Iohanne recepimus,[4] in manus dicti iam[5] prepositi resignavimus, que omnia ab eodem domino et patrono nostro Chotissowensi[mm] preposito denuo recepimus in signum debite subiectionis possidenda. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXX°II°,[nn] nonas[oo] octobris.

Sigilla: tria in scidulis membranaceis appendent, seu appendebant; 1) avulsum et deperditum est in A 1, A 2; 2) conventus in Dobřany, laesum, verumtamen conservatione integratum in A 1, A 2. Cf. Sigilla num. 3, 17; 3) fratrum ord. Minorum in Stříbro, valde laesum, sed conservatione integratum in A 1, avulsum et deperditum in A 2. Vide Sigilla num. 3, 19.

---

679. [a] ‚Iuta' *A 2.* — [b] *Vox deest in A 2.* — [c] *Post vocem locus rasus apparet in A 2.* — [d] *Potius* ‚quas' *legi possit in A 2.* — [e] *Finis primae lineae in A 2.* — [f] ‚suc‖cessura'; *finis secundae lineae in A 2.* — [g] ‚mode' *A 1, A 2.* — [h] ‚in‖becilles'; *finis tertiae lineae in A 2.* — [i] *Vox supra lineam alia manu addita est in A 1, deest in A 2.* — [k-k] ‚et conventum monasterii Chotessouicensis' *legitur in A 2.* — [l] *Vox* ‚tenebatur' *videtur deesse in A 1, A 2.* — [m-m] ‚patre domino' *legitur in A 2.* — [n] ‚Comparentibus' *in A 2.* — [o] *Vox supra lineam eadem manu fortasse atque in nota i addita est in A 1.* — [p] ‚ɔ̃t' *A 2.* — [q] ‚ɔ̃t̃' *A 2.* — [r] *Ultima syllaba* ‚ta' *supra lineam addita est in A 2.* — [s] ‚missionis' *A 1, A 2.* — [t] *Scriba* ‚no' *scripsit,* ‚o' *erasit et porro scripsit in A 1.* — [u] ‚contineatur' *A 2.* — [v] ‚ydiomate' *A 2.* — [w] ‚gnoscere' *A 2.* — [x] ‚tergiversacione' *A 2.* — [y] ‚etiam' *A 2.* — [z-z] ‚Sane nos dictam causam' *in A 2.* — [aa] ‚nulloque' *A 2.* — [bb] *Ita A 2.* — [cc-cc] *Ita pro* ‚aliis pluribus' *in A 2.* — [dd] *Vox* ‚domini' *sequitur in A 2.* — [ee] *Littera* ‚p' *ex* ‚i' *corr. est in A 2.* — [ff] *Vox in loco raso scripta est in A 1,* ‚offerimus' *legitur in A 2.* — [gg] *Abinde usque ad finem pallidiore atramento scriptum est in A 1.* — [hh] *Vox supra lineam addita est in A 2.* — [ii] *Syllaba* ‚des' *in fine lineae sequitur in A 2.* — [kk] *Ita pro* ‚id' *legitur in A 1, A 2.* — [ll] ‚Wicuardo' *A 2.* — [mm] ‚Hotessouensi' *A 2.* — [nn] ‚M° CC° LXII' *A 2.* — [oo] *Ita in A 1, A 2.*

[1]) *Vide dati formulam num. 680.*— [2]) *Witiconis.*— [3]) *Vide in num. 680.*— [4]) *Vide ex. gr. num. 191, 192, 236.*— [5]) *In A 2 per incisiones sigillorum appendendorum causa factas ultimae lineae textus violatae sunt.*

680.

Juta priorissa et conventus monasterii b. Mariae Magdalenae in Dobřany formam concordiae factae in lite inter se nec non Miroslaum praepositum et conventum monasterii in Chotěšov versante ineunt.

In Chotěšov 1272 oct. 7.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Chotěšov, sign. L IV ŘP Chotěšov num. 18) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 321 num. 798. — Simon, L'Ordre des Pénitentes, pag. 239 num. 129.
Lit: KK, pag. 250.

Scriba: destinatarii proprius, qui chartam praecedentem (num. 679 A 1) nec non chartam Přemysli Otakari II. mon. in Chotěšov Pragae 1275 mart. 10 datam (num. 771+) scripsit (= P II 89). Cf. Exempla script. num. 3, 8; cf. Exempla script. num. 1 a, 73.
Dictator: destinatarii proprius, qui stilo communi usus est, idem atque in charta num. 679. Ambo exemplaria huius chartae simul cum charta num. 680 scripta sunt (vide non solum dati formulas harum chartarum sed etiam notam 3 in num. 679 nec non notam 2 inferius). Qua de causa verborum cohaerentias inter num. 679 (A 1, A 2) et num. 680 litteris minoribus haud expressimus.
Vide: II. 3, Dobřany (E), Teplá — Chotěšov (H).

Universis Christi fidelibus literas presentes inspecturis Iuta, priorissa ordinis sancte Marie Magdalene, totusque conventus in Dobran feliciter vivere et cum sanctis ‖ bravium eterne salutis obtinere. Quoniam ea, que in tempore fiunt, cum tempore transeunte

pretereunt, quia memorie hominum labilis in tan‖tum et fallax insidiatur oblivio, quod, que fuerunt clara et aperta, dubia redduntur posteris et obscura, nisi scripture suffragio fulciantur. Eapropter, ‖ cum olim quedam controversia inter nos ex una parte et virum honestum, dominum Mirozlaum prepositum et conventum monasterii Chotissowicensis ex altera litis cuiusdam occasione fuisset suborta, mediantibus viris prudentibus ac religiosis, venerabili domino Reinhero, abbate Cladrubensi, fratre Iacobo gardiano et fratre Friderico Egrensi, ordinis fratrum Minorum in Misa, presentibus domino Dobrovito, decano in Topla, Cunrado de Ztancau et Iacobo de Chotissowich plebanis, Vlrico iudice cum aliis iuratis civibus de Dobran ad hoc specialiter evocatis, fratre Themone, nostro tunc visitatore, presencialiter suo firmo consensu accedente talis inter nos et memoratum prepositum et conventum concordia et amicabilis compositio[a] intervenit, quod nos ecclesias sancti Viti, sancti Nycolai in Dobran, quibus a viris nobilibus Wichardo et Iohanne, ipsius genero, dictarum ecclesiarum tunc patronis, fueramus investite, cum omnibus privilegiis nostris, que super ipsas undecumque fuerant obtenta,[1] in manus iam dicti prepositi, ad quem ipsarum ecclesiarum ius patronatus cum universitate postmodum est devolutum, de provida deliberatione et unanimi nostro concessu publice resignavimus ex integro. Verum idem prepositus tanquam pius pater, dominus[b] et patronus nos in specialem recipiens gratiam, affectu paterno nobis denuo providere cupiens, in prefatis ecclesiis cum ipsarum pertinenciis omnibus coram prefatis viris et multis aliis, quemadmodum in aliis literis super hoc editis plenius continetur,[2] canonice nos instituit et institutas, prout ipsius officium pertinebat, nos nostraque in propriam recepit defensionem. Ad maiorem facti huius evidenciam, ut nulla fraudiloqua cavillatio circa hoc aliquatenus suboriri valeat, nostri sigilli ac venerabilium predictorum[c] patrum, videlicet domini R., Cladrubensis abbatis, et fratris Iacobi gardiani[3] et conventus ordinis fratrum Minorum in Misa sigillorum apendiciis presens scriptum fecimus ac ordinavimus roborari. Acta sunt hec in Chotissowich anno Domini M°CC°LXX°II°nonas[d] octobris.

Sigilla: tria in scidulis membranaceis appendent; 1) Reinheri, abbatis Cladrubensis, e cera minii coloris confectum, laesum. Cf. (?) Sigilla in CDB IV. 2, num. 13; 2) conventus in Dobřany, illaesum. Vide Sigilla num. 3, 17; 3) fratrum ord. Minorum in Stříbro, valde laesum, sed conservatione integratum. Cf. Sigilla num. 3, 19.

---

680. [a]) ‚positio' *A.* — [b]) *Vox supra lineam addita est in A.* — [c]) *Vox in loco raso videtur esse scripta in A.* — [d]) *Ita A.*

[1]) *Vide ex. gr. num. 191, 192, 236.* — [2]) *Vide num. 679.* — [3]) *Jacobi sigillum nunquam appensum erat. Vide titulum* „Sigilla".

681.

Hanmannus, Ludmannus et Helvicus, Přemysli Otakari II., regis Bohemiae, per Bohemiam et Moraviam urburarii, universitasque iuratorum in Jihlava Wernhero Lotingo et [Marsilio], abbati Siloensi, montes expresse nominatos conferunt.

[In Jihlava][1] 1272 oct. 23.

Autographum in membrana scriptum inepta conservatione integratum in SÚA Pragae (archivum mon. in Strahov, sign. ŘP Strahov num. 12 A LV 3) asservatur (A).

Ed: CDM VII, pag. 770 num. 135 (ex apogr. quodam).
Reg: Reg II, pag. 322 num. 799.
Lit: KK, pag. 236 n. 3 (intitulatio chartae tractatur). — Mezník, Jihlavské privilegium, pag. 8 ss (scriba chartae statuitur, specimen scripturae eiusdem praebetur (num. 7)). — Šebánek, Česká listina 3, pag. 123—124 (charta arte diplomatica tractatur).

Scriba: civitatis Iglaviae proprius, Hermannus, rector (et notarius) Iglaviensis, idem, qui exemplar B magnae chartae Iglaviensis sic dictae, spuriae (cf. CDB IV, pag. 292 l. 45 ss) scripsit (= V 72+). Cf. Exempla script. in CDB IV. 2, num. 24.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Želiv (G), 5, De chartae apud civitates usu (CCC).

⁝ In nomine Domini amen. ⁝ Hanmannus, Ludmannus et Helwicus, serenissimi domini nostri regis Otchacari‖[a] urburarii per totam Bohemiam et Morauiam, fidelisque universitas iuratorum in Yglauia omnibus hanc paginam ‖ inspecturis salutem in Domino. Quoniam, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, necesse est ea ‖ proborum virorum ac litterarum testimonio confirmari, noverit igitur tam presens etas quam futura posteritas, quod nos utilitatem attendentes communem et civitatis Yglauie profectum nec non tocius provincie gravesque labores et expensas, Wernhero dicto Lotingo et domino ..,[2] abbati Sylowensis ecclesie, cum ipsorum cooperariis contulimus stollonem in monte Rudolfi et omnes montes ibidem mensuratos, tam cum dominorum laneis, quam burgensium; et quicquid ibi confractum[b] fuerit, usque ad semitam, per quam itur in Aychornsberch, pro parte regis tantum omni iure hereditario colendum et possidendum; et idem stollo in dependentibus et prostratis iura cuiuslibet stollonis hereditarie obtinebit. Ut autem hec omnia robore non careant perpetue firmitatis, presentem eis dedimus paginam sigillo civitatis Yglauiensis et urburariorum munimine roboratam. Acta sunt hec anno Domini M°C°C°LX°X°II°, X° kalendas nove[m]bris[c] presentibus iuratis Yglauie civitatis, videlicet Wernhero Lotingo, Gernodo Nigro, Iacobo, Hermanno, Ortw[in]o, Dithmaro, Nusiro, Leone et aliis personis honestis ac fide dignis.

Sigilla: 1) civitatis Jihlava adhuc anno 1951 in filis sericis fere illaesum appendebat, nunc extra chartam conservatione redintegratum asservatur. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 39; 2) avulsum et deperditum est.

---

681. [a]) ‚Otch' *A.* — [b]) *Littera ‚a' ex alia littera corr. est in A.* — [c]) *Quae uncis clausimus, cum membrana putrefacta periit in A.*

[1]) *Charta loci inditione caret; eandem in Jihlava datam esse pro certo habendum est.* — [2]) *Marsilio.*

682.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, civibus in [Uherský] Brod indulget, ut eo iure, quod civitas Głubczyce habet, utantur iisdemque ius depositionis mercium concedit.

Apud Brunam 1272 oct. 29.

Autographum in membrana scriptum in OA Uherské Hradiště (archivum civitatis Uherský Brod, sign. num. 1) asservatur (A).

Imago phototypica: Sobotík, Památky, tab. 1. — Uherský Brod, tab. 6.
Ed: CDM IV, pag. 100 num. 68 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 449 num. 250. — Reg II, pag. 322 num. 800. — CDS VII. 2, pag. 199 num. 1415. — MHDC V, pag. 78 num. 114.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 276, 278, 341, 344, 345, 347 n. 265, pag. 365 (BU 1). — Uherský Brod, pag. 52—54 (rei deliberatio, translatio textus chartae in linguam Bohemicam). — Bakala, Počátky těžby kovů, pag. 177 (rei deliberatio).

Scriba: P II 83 = Johannes notarius. Exempla script. num. 1 a, 66.
Dictator: idem atque scriba (Johannes notarius), qui quasdam stili proprietates magistri Petri cancellarii sibi vindicavit, libro cancellariae a magistro Petro condito utens.
Vide: II. 1 a, P. O. II., Johannes notarius (A), De chartae apud civitates usu (DDD).

[I]n[a] nomine sancte et individue trinitatis amen. [O]thakarus, dei gracia Boemie[b] rex, dux Austrie, || Stirie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonys, omnibus in || perpetuum. [U]t ea, que racionabiliter ex mere liberalitatis munificentia regie maiestatis || sudditis[c] necessitatis et utilitatis obtentu graciosius concedantur, oblivionis laborinthum non incidant calumpnie morsu et rubigine vetustatis oppressa, scriptorum autenticorum sustentaculis fulciuntur ad geste rei memoriam sempiternam. [U]niversis igitur et singulis nostre ac future etatis hominibus liqueat evidenter, quod devotorum civium nostrorum de Broda profectui et commodo flagrancius intendentes, ipsis favorabiliter, ut eo iure, quod habet civitas nostra Lubchicz,[1] gaudere valeant nunc et in evum, duximus indulgendum. De superhabundanti ad hec eis gracia singularis commoditatis promocionisque omnimode interventu ius deposicionis mercium seu mercimoniorum ibidem concurrencium hinc et inde, quod vulgo niderlage dicitur, concedentes huiusmodi sub pretextu, quod cives de terris nostris octo diebus et cives aliarum terrarum duabus ebdomadis ad plenum cum suis mercibus inibi moram trahere teneantur, abinde postmodum, et non prius, libere cum suis mercibus ulterius processuri. [I]n cuius rei evidenciam clariorem presens privilegium ipsis dari mandavimus sigillorum nostrorum munimine roboratum testibus, qui prefatis interfuerunt, inferius annotatis, videlicet: Chirnino camerario, Nezamizlone pincerna, Besnata dapifero Morauie, Smilone de Brumow, Vlrico de Durrenhoncz[d] capitaneo Karinthie et aliis quam pluribus dilectis nostris fidelibus fidedignis. Acta sunt hec aput Brunam sub anno dominice incarnacionis M°C°C°LXXII°, IIII° kalendas novembris, coronationis nostre divina favente clemencia

anno XI°, datum ibidem per manum magistri Petri, venerabilis prepositi Wisegradensis, cancellarii regni nostri, anno et die predictis.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., [ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis], in filis sericis flavi et rubri coloris appendebat; nunc valde laesum parte reversa omnino carens avulsum exstat. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, [2 IV].

---

682. [a]) *Hoc loco nec non inferius, ubi uncos posuimus, ad litteram maiorem depingendam spatium vacuum relictum est in A.* — [b]) ‚Boẽm' *A.* — [c]) *Ita A pro* ‚subditis'. — [d]) *Ita A pro* ‚Durrenholcz'.

[1]) *Vide num. 790 n. 3.*

683.

Leo, episcopus Ratisbonensis, omnibus, qui ecclesiam in Vyšehrad in certis sollemnitatibus visitaverint, indulgentias concedit.

In Strahov 127[2][1] dec. 31.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 56) asservatur (A).

In tergo chartae manu saec. XIII. scriptum legitur: „Super indulgencia altaris sancti Michaelis domini episcopi Ratisponensis" *(A); quae nota recte ad chartam num. 687 pertinet. Inferius nota* „R[ta] " *manu fortasse saec. XV. scripta reperitur.*

Scriba: vix editoris, potius destinatarii proprius.[2]
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (Y).

Nos Leo, miseratione divina Ratisponensis episcopus, universis presentes || litteras inspecturis volumus esse notum, quod nos omnibus Christi fidelibus || causa devocionis ad ecclesiam Wisegradensem venientibus, corde tamen contritis || et confessis, in festis beatorum Petri et Pauli apostolorum et in dedicatione eiusdem ecclesie necnon in quatuor festivitatibus Virginis gloriose quadraginta dies criminalium et octoginta venialium, beatorum Petri et Pauli apostolorum confisi suffragiis, misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et sigillo nostro fecimus roborari. Datum in Strahouia anno Domini M°CC°LXX° tercio, pridie kalendas ianuarii.

Sigillum: Leonis, episcopi Ratisbonensis, formae ex longo rotundae in scidula membranacea laesum appendet; in adversa parte sigilli medio figura episcopi in solio sedentis conspicitur; circumscriptio haec est:

[+ LEO] . MISERA[TIONE] . DIA . RATIS]PON . EC[CLIE . EPS].

683. [1]) *Initium anni ad dec. 25 (festum Nativitatis Domini) ponitur, sicut ex charta num. 686 clare apparet.* — [2]) *Eadem enim manu charta Leonis ecclesiae Wissegradensi in Strahov 1273 ian. 4 data (num. 687) scripta est; e contrario charta ibidem 1273 ian. 1 (num. 686) domui hospitalis s. Johannis Hierosolymitani data alia manu scripta est.*

684.

Bruno, episcopus Olomucensis, decanis suae dioecesis mandat, ne fratres Minores in locis, ubi argentifodinae consistunt, in iuribus expresse nominatis perturbari patiantur.

Brunae 1272 —.

Autographum in membrana scriptum olim in archivo fratrum Minorum in Jihlava asservabatur, nunc autem latet (A).[1]

Ed: Tomaschek, Deutsches Recht, pag. 327 num. 4 (ex A, descriptio chartae praebetur). — CDM VII, pag. 771 num. 136 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 324 num. 806.
Lit: Dřímal, Biskup Vilém z Kolína, pag. 32 ss (charta in cohaerentia cum charta Theoderici episcopi inferius adducta tractatur).

Dictator: fortasse cancellariae episcopi proprius, qui stilo communi usus est. Mutatis mutandis verba chartae A in charta spuria Theoderici, episcopi Olomucensis, in Modřice 1281 sept. 17 data (= Dřímal, loco sup. cit., pag. 39 sub c) repetuntur.
Nihilominus statu totius rei considerato chartam A pro sincera habere possumus.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (DDDD), 3, Ordo fratrum Minorum (H).
Editionibus superius laudatis (Tomaschek = E, CDM VII = F) apertis erroribus correctis in chartae textu edendo usi sumus.

B.,[2] dei gracia Olomuncensis[a] episcopus, dilectis in Christo filiis, universis decanis nostre dyocesis, salutem in Domino. Vigorem privilegiorum, que honestis ac religiosis viris, fratribus Minoribus et eorum ordini per universum orbem super elemosinarum postulacione,[b] predicacione,[c] confessionum audiencia[d] et nonnullis aliis a sede apostolica sunt concessa,[3] volentes ob reverenciam sedis eiusdem in statu debito per totam nostram dyocesim conservare, cum hoc nobis iam dudum per ipsam sedem specialiter iniunctum existat,[4] ne de inobediencia, que sceleri comparatur[e] ydolatrie, districtius arguamur, discrecioni vestre in virtute obediencie[f] et sub pena suspensionis ab officio damus firmiter in preceptis, quatenus fratres Minores, qui sine fidelium elemosinis, cum proprium[g] non habeant, nequeunt sustentari,[h] in civitatibus et in omnibus locis et villis, in quibus argentifodine consistunt, per omnes decanatus vestros predicare, confessiones audire ac eciam illorum corpora sepelire, qui apud eos elegerint sepulturam, libere paciamini, non permittentes eos in hiis aliquatenus perturbari, specialiter illos, qui eorum tabulas defferunt, ab inquietacione et molestacione qualibet deffendendo.[i] Ut autem hec, que vobis iniungimus, debitum nanciscantur[k] effectum, volumus et mandamus sub pena predicta, quatenus omnes illos et singulos, qui dictos fratres et eorum tabulas defferentes in aliquo

impedire presumpserint vel turbare, sive clerici sint sive layci, tamdiu excommunicacionis[l] sentencia auctoritate nostra percellere non differatis, facientes ipsos cum sollempnitate[m] anathematis ab universis Christi fidelibus arcius evitari, donec ipsi passis iniuriam plena satisfaccione premissa a nobis in forma ecclesie fuerint absoluti, alioquin premissam suspensionis penam et aliam non effugietis canonicam ulcionem. Mandamus insuper, ut debitores dictorum fratrum ad solvendum eis, quod debetur, monicione[n] premissa simili excommunicacionis[l] sentencia conpellatis, testes, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, veritati perhibere testimonium compellendo.[o] Data Brunne anno dominice incarnacionis M°CC°LXX°II°.[p]

Sigilllum: in scidula membranacea appendebat; sed avulsum et deperditum erat.

---

684. [a] ‚Olomucensis' *F.* — [b] ‚postulacionem' *E.* — [c] ‚predicacionem' *E.* — [d] ‚audienciam' *E, F.* — [e] ‚conparatur' *F.* — [f] ‚obedire' *E.* — [g] ‚propriam' *E, F.* — [h] ‚sustensari' *F.* — [i] ‚defendendo' *F.* — [k] ‚nasciscantur' *E,* ‚nansciscantur' *F.* — [l] ‚excomunicacionis' *E.* — [m] ‚solempnitate' *F.* — [n] ‚monicionem' *E.* — [o] ‚conpellendo' *F.* — [p] ‚M° CC° LXXII°' *F.*

[1]) *Sicut a procuratoribus SAR Brunae certiores facti sumus. Autographum commemoratur apud Tomaschek nec non in CDM inferius citatis.* — [2]) *Bruno.* — [3]) *Cf. ex. gr. Potthast II, pag. 1364 num. 16644, pag. 1431 num. 17569.* — [4]) *Litteras ignoramus.*

685.

Protivec de [Starý] Herštejn certam summam pecuniae a monasterio in Chotěšov accipiens, omni iuri, quo ipse aut heredes ipsius ratione villarum Staňkov et Ohučov, quas germanus suus Vitlo de Staňkov monasterio dicto legavit, gaudere possint, renuntiat.

— 1272 —.

Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. „Annales monasterii Cotieschouiensis" *intitulato, in UK Pragae (sign. XV B 4) asservato, pag. 246—247 (B).*

Reg: Reg IV, pag. 730 num. 1829.

Dictator: fortasse destinatarii proprius. Cf. num. 639.
Vide: II. 3, Teplá-Chotěšov (I), 4, De chartae apud nobiles usu (RRRR).

Nos Protywecz dictus[a] de Hersstein praesentibus protestamur, quod nos a domino Myroslao, praeposito de Cotieschow, et suo conventu XXX marcas argenti minus duabus accipientes, omni juri, quo nos ac liberi[b] seu haeredes nostri gaudere poteramus ratione bonorum seu haereditatum germani nostri Witle de Stanckaw, videlicet ipsam Stanckaw, Ohuchaw cum[c] omnibus attinentiis earundem, quas praedictus germanus noster domui Cotieschouiensi ob remedium sui et suorum libere legavit assensu inclyti regis nostri mediante,[1] omni malo[d] ingenio remoto et fictae suspitionis scrupulo abrenunciavimus et quoad vixerimus,[e] renunciamus. In hujus rei testimonium praesens scriptum scribi fecimus

sigilli nostri et oris testimonio[f] confirmantes. Testes sunt: Martinus de Mirekau, Swatomirus de Bescko, Andreas de Sucin, Wolwramus de Oplot, Lemarus ibidem, Rapoto, Marso, Wisco, Henricus de Oldrichowa, Jacobus de Chaskow, Drslaus filius Zone de Malecho, Zdeborius de Briscowitz, Petrus de Petrowicz, Rudgerus de Deschenicz, Prsedota de Petrowicz, Lutoborius[g] de Ptenin. Datum anno Domini M°CC°LXXII°.

685. [a] ‚dicti' *B.* — [b] ‚libere' *B.* — [c] ‚et' *legitur in B.* — [d] ‚mali' *B.* — [e] ‚junxerimus' *B.* — [f] ‚testimonii' *B.* — [g] ‚Lucoborius' *legi potest in B.*

[1]) *Vide chartam Přemysli Otakari II. num. 639.*

686.

Leo, episcopus Ratisbonensis, ex consensu et rogatu Johannis, episcopi Pragensis, omnibus, qui ecclesias seu parochias hospitalis s. Johannis Hierosolymitani per Bohemiam visitaverint, indulgentias concedit.

In Strahov 1273 ian. 1.

Autographum in membrana scriptum in archivo arcis Pragensis Pragae (archivum cap. Pragensis, sign. II 30) asservatur (A).[1]

Reg: Reg II, pag. 325 num. 808. — Delaville, Cartulaire III, pag. 208 num. 3486. — Eršil-Pražák, Katalog, pag. 28 num. 58 (ex A).

Scriba: ignotus.[2]
Dictator: ignotus, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Ordo hosp. s. Johannis Hierosol. (S).

Leo, dei gracia Ratisponensis episcopus, universis, ad quos presens scriptum ‖ pervenerit, salutem in Domino. Cupimus enim quoslibet in Christo fideles ad bona ‖ opera provocare premio speciali. Ex consensu et rogatu venerabilis domini ‖ Iohannis, episcopi Pragensis, omnibus, qui hospitalis ordinis sancti Iohannis Baptiste Ierosolimitani[a] per Boemiam ecclesias[b] seu parrochias humiliter orationis causa quesierint et devote, quadraginta dies criminalium et centum venialium de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium has literas ipsis dedimus nostro munimine roboratas. Datum[c] in Strahouia anno Domini M°CC°LXX° tercio, kalendis ianuarii.[c d]

Sigillum: in scidula membranacea appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

686. [a] ‚Irli' *A.* — [b] *In loco raso videtur esse scriptum A.* — [c-c]) *Alia manu coaeva alioque atramento additum est in A.* — [d]) *Scriba primum* ‚ianuarii' *scripsit, ambas ultimas litteras erasit et titulum addidit in A.*

[1]) *Quando charta in archivum capituli devenerit, incertum est.* — [2]) *Cf. num. 683 et 687.*

687.

Leo, episcopus Ratisbonensis, omnibus, qui in certis festivitatibus ad altare sancti Michaelis in ecclesia Wissegradensi confluxerint, indulgentias concedit.

In Strahov 1273 ian. 4.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 57) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 325 num. 809.

In tergo chartae manus saec. XIII. scripsit: „Super indulgencia altaris sancti Michaelis domini episcopi Ratisponensis" *(A). — Inferius nota* „R^{ta} " *fortasse manu saec. XV. scripta reperitur.*

Scriba: vix editoris, potius destinatarii proprius.[1]
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.[2]
Vide: II. 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (Z).

Nos Leo, miseratione divina Ratisponensis episcopus, universis presentes litteras || inspecturis volumus esse notum, quod nos omnibus Christi fidelibus, qui ad altare || sancti Michahelis archangeli in ecclesia Wisegradensi[a] in anniversario dedicacionis || eiusdem et in festivitatibus sanctorum Michahelis, Mathie et Andree apostolorum necnon[b] in quatuor festivitatibus Virginis gloriose causa devotionis confluxerint, triginta dies criminalium et sexaginta venialium de iniuncta sibi penitentia misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium presentes litteras tradidimus sigilli nostri robore communitas. Datum in Strahovia anno Domini M°CC°LXX° tercio, pridie nonas ianuarii.

Sigillum: Leonis, episcopi Ratisbonensis, scidula membranacea ex autographo ipso scissa valde laesum dependet. Cf. num. 683 (sine sigillo secreto).

---

687. [a]) *Ita; littera ‚g' ex alia littera correcta est in A.* — [b]) *Tertia littera ‚n' ex ‚m' correcta est in A.*

[1]) *Eadem enim manu charta Leonis episcopi ecclesiae Wissegradensi in Strahov 1272 dec. 31 data (num. 683) scripta est; e contrario charta ibidem 1273 ian. 1 hospitali s. Johannis Hierosolymitani data (num. 686) alia manu scripta est.* — [2]) *Congruentias stili vide etiam in num. 683.*

688.

Gregorius X. papa monasterio in Teplá omnes libertates et immunitates confirmat.

Apud Urbem Veterem [1273] ian. 5.

Autographum in membrana scriptum valde laesum[1] *in SAR Žlutice (archivum mon. in Teplá, sign. Kl. prem. Teplá num. 26) asservatur (A). — Apographum codex mnscrus membr.-chart. saec. XVI.—XVII.* „Annales monasterii Teplensis" *dictus, olim in bibliotheca mon. Teplensis asservatus (sign. ψ VI 146), qui nunc latet*[2] *continet, fol. 56—56^{v} (B).*

Ed: Hugo, Ord. Praem. Annales II, col. 580 (e quodam apographo, erronee ad a. 1271).
Reg: Reg II, pag. 325 num. 810. — Potthast II, pag. 1663 num. 20661.
Lit: Hledíková, Prokurátoři, pag. 90.

In autographo hae notae leguntur: in dextro angulo superiore nota „bo“ *duabus lineis deleta; in chartae replicatae parte dextra* „Nepul R.²“; *sub chartae replicatae parte sinistra* „ .“, *inferius* „G²“, *in tergi medio margine superiore* „Guido Nōuar“; *quae omnia in cancelllaria apostolica videntur esse scripta. Inferius in tergo verba* „Confirmatio libertatis de Teplá“ *fere evanuerunt.*

§ Gregorius § episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..[3] abbati et conventui monasterii in Tepla, Premonstra||tensis ordinis, Pragensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis ... complere.[4] Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis[a] || postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, sive per privilegia seu alias indulgentias vobis et monasterio vestro concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus, principibus aliisque Christi fidelibus rationabiliter vobis seu monasterio predicto indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo ... paginam nostre confirmationis ... contraire.[4] Si quis autem ... incursurum.[4] Datum[b] apud Vrbem Ueterem nonis ianuarii, pontificatus nostri anno primo.[b]

Bulla: Gregorii X. papae in filis sericis flavi et rubri coloris appendebat; nunc avulsa et extra chartam asservata est. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533—534.

---

688. [a]) *Finis tertiae lineae A.* — [b–b]) *Verbis competenter distentis, ut ultimae duae lineae explerentur, scriptum est A.*

[1]) *Vestigia scripturae ductus in charta, quae humiditate affecta est, in pluribus locis apparent.* — [2]) *Imagine phototypica mnscri usi sumus.* — [3]) *Hugoni.* — [4]) *Vide CDB II, pag. 27 num. 30.*

689.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, sororibus [monasterii] sanctae Clarae in Cheb villam Dřenice confert.

Apud Zbraslav 1273 ian. 14.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. s. Clarae in Cheb, sign. L IV ŘK1 Cheb num. 1) asservatur (A). — Apographum exstat in vidimatione Cristoferi Pleidner, commendatoris et pastoris, conventusque ordinis Theutonicorum in Egra [ibidem] 1544 aug. 11 data, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (num. 103) asservatur (B). — Simplex apographum saec. XV. exstat in copiario membr. „Salbuch“ *nominato, quod in OA Cheb (archivum civitatis Cheb) asservatur, fol. 73^{v} (C). — In eodem copiario exstat etiam versio Germanica, quam inferius sub * praebemus, fol. 102^{v}—103 (T).*

Ed: Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 490 num. 30 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 449 num. 251. — Reg II, pag. 325 num. 811. — Gradl, Monumenta, pag. 105 num. 289. — Siegl, Das Salbuch, pag. 228 num. 2 (ex C).
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 276—278, 341—345, 365 (SC1).

Scriba: P II 83 = Johannes notarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 66.
Dictator: idem atque scriba (Johannes notarius), qui quasdam stili proprietates magistri Petri cancellarii sibi vindicavit, libro cancellariae a magistro Petro condito utens.
Vide: II. 1 a, P. O. II., Johannes notarius (B), 3, Ordo fratrum Minorum — moniales s. Clarae (A).

In nomine Domini amen. Othakarus, dei gracia rex Boemie,[a] dux Austrie, Stirie, || Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, || omnibus in perpetuum. Ut regi regum eterno rex complaceat temporalis, celsi||tudo regia pervigili debet studio meditari, qualiter piis locis ac personis, illis[b] precipue, que in carne preter carnem viventes vitam ducunt angelicam sub celibati[c] castimonia,[d] que sola potens est in fiducia deo animas presentare, taliter manum porrigat adiutricem, quod ab eo, qui pro rebus caducis immarcescibilem dat coronam, digne retribucionis premium consequi et successoribus benefaciendi relinquere valeat pie immitacionis[e] exemplum. Proinde quoque est, quod nos religiosis dominabus sororibus sancte Clare in Egra divine propiciacionis obtentu villam in Treinzk, spectantem olim ad castellaniam Egrensem, cum censu, decimis ac aliis suis iuribus universis de speciali gracia nostre munificencie dedimus, contulimus et donavimus in perpetuum iure proprii libere possidendam.[e] Ad cuius rei memoriam et cautelam eisdem sororibus presens privilegium dari mandavimus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum aput Sbrazlaus anno Domini M°C°C°LXXIII°, XVIIII° kalendas februarii, datum ibidem per manum magistri Petri, venerabilis Wisegradensis[c] ecclesie prepositi, cancellarii regni nostri, anno et die predictis, coronacionis nostre divina favente clemencia anno XII°, indictione prima.

Sigillum: in filis sericis flavi, viridis et rubri coloris appendebat; iam avulsum et deperditum est.

---

689. [a]) ‚Bo͞em' *A.* — [b]) *Ex* ‚ulis' *fortasse correctum est in A.* — [c]) *Ita A.* — [d]) *Littera* ‚m' *ex* ‚ut' *correcta est in A.* — [e]) *Littera* ‚a' *ex* ‚i' *correcta est in A.*

689.*

In dem namen des Hern amen. Othakarus, von gots gnoden konig in Behemen, herczog in Osterreich, Steyern unde Karinthien, marggrave in Mehern, ein herre czu Carniol, in der Margk unde czu Eger unde des Portos Naonis, czu wissen allen ewiclich. Auf das der czeitliche konigk behegelich sei dem ewigen konige aller konige, so sal di konigliche hoe mit wachendem fleiß bedenken, wi si togentlichen steten unde personen, besundern den, di in dem leichnam an des leibes wollust lobende unde ein engelisch leben furen in eim begeben loben kewschen leben, das do mechtig ist in gutem wertrawenem gote, dem hern, di sele czu antworten, den sul konigliche hoe alzo behulfen sein mit hantzeichungen, das si von gote, der umbe vorgengkliche dinge unvergenglich lon unde krone gebet wirdiges lon der vergeltungen erlangen moge unde sein nochkommelingen ein exempel wolczuthun unde togentlicher nochfolgungen vorlossen moge. Hirumbe wir den geistlichen frawen

unde schwestern sant Claren in Eger umbe gotlicher erbarmungen willen von sunderlicher gnode unser mildikeit das dorf Drentz, das vor zeiten gehort hot czu dem schlosse beim Eger, mit sein czinsen, czehenden unde andern allen sein rechten, das hab wir on gelegen, gegeben unde si domit begobet ewiclich mit rechter eigenschaft freilich czu besitczen. Czu gedechtnis unde wissenschaft eins solchen dingen hab wir geboten den gnanten swestern dis keinwertige privilegium mit verwarungen unser sigil czu geben. Dis ist geschehen czu Sbreslau noch Crists geburt tawsent czweihundert im drei unde sebenczigesten ior, in der newnczenden kalenden des monden februari unde gegeben doselbest durch di hant meister Petern, venerabilis thumprobosten der kirchen Wissengrad, canczelers unsers reichs, im jor unde tage obberurt unde unser kronungen von gotlicher mildikeit im czwelften ior in der ersten indiccion.

690.

Riccardus, sancti Angeli [Romae] diaconus cardinalis, [Brunoni], episcopo Olomucensi, mandat, ut nuntios fratrum militiae s. Jacobi [in Alemannia] subsidia pro Terrae sanctae tutela imploraturos benigne recipiat.

[Apud Urbem Veterem 1273 ian. 18.][1]

Autographum epistulae in membrana scriptum in archivo publico Viennae (sign. Allg. Urkundenreihe, sub dato suo) asservatur (A).

Ed: Lippert, Des Ritterordens Thätigkeit, pag. 593 num. 9 (ex A).
Lit: Lippert, ibidem, pag. 553 ss (totius rei deliberatio).

In tergo epistulae manu scribae eius inscriptio in transversum ad textum posita legitur: „Domino .., dei gratia episcopo Olmocensi."

Imagine xerographica A nobis a procuratore archivi publici Viennensis benigne missa usi sumus.

Venerabili in Christo patri et amico karissimo ..,[2] dei gratia episcopo Olmocensi, Riccardus, miseratione divina sancti Angeli diaconus cardinalis, salutem in Domino. Rem exequi‖mur pietatis, cum fideles Christi ad ea, per que transitoria nature debitum exolvendo[a] in eterna feliciter valeant commutare, sollicite invitamus nec demereri cre‖dimus sed potius promereri, cum fidelibus[b] ipsis Terre necessitates exponimus, ad cuius suffragium christicole universi tenentur et debent sollicite vigilare. Sane cum ‖ prefata Terra, quam Redemptor noster suo voluit pretioso sanguine consecrare, tanto ad presens maiori succursu indigere noscatur, quanto fortius ab inimicis impetitur Crucifixi, et magister et fratres militie sancti Iacobi de gladio ad succursum huiusmodi pro viribus elaborent se et sua ad id exponere minine[a] formidantes, ad quos[a] eis fidelium subsidia sunt plurimum oportuna, paternitatem vestram requirimus et rogamus, quatinus fratres dicti ordinis eiusque nuntios, cum ad vos accesserint pro huiusmodi subsidio humiliter implorando, benigne recipere ac honeste tractare velitis ob reverentiam apostolice sedis ac nostri amoris eis vestras patentes litteras in vestra civitate et diocesi liberaliter concedatis, ut per hec et alia bona, que Domino ispirante[a] feceritis, possitis ad eterne felicitatis

gaudia pervenire nosque devotionem vestram exinde possimus merito commendare, scientes, quod, quicquid eisdem fratribus honoris et gratie in hac parte duxeritis impendendum, nobis ipsis reputabimus fore factum.

Sigillum: formae e longo rotundae in tergo epistulae scidula membranacea traiecta per octo foramina impressum erat; iam avulsum et deperditum est.

---

690. *[a]) Ita A. — [b]) Syllaba ‚li' super linea cum signo reclamatorio addita est in A.*

[1]) Epistula dati formula caret, eadem secundum tenorem litterarum eiusdem editoris universis archiepiscopis, episcopis et ceteris ecclesiarum praelatis destinatarum eandem rem tangentium compleri potest. (Vide Lippert sup. cit., pag. 593 num. 8). — [2]) Brunoni.

691.

Gregorius X. papa [Brunoni], episcopo Olomucensi, mandat, ne fratres militiae s. Jacobi in Alemannia contra privilegia apostolicae sedis ipsis indulta molestari permittat.

Apud Urbem Veterem [1273] ian. 23.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Viennae (sign. Allg. Urkundenreihe, sub dato suo) asservatur (A).
Ed: Lippert, Des Ritterordens Thätigkeit, pag. 595 num. 11 (ex A).
Lit: Lippert, ibidem, pag. 553 ss (totius rei deliberatio).

In chartae replicatae parte dextra „Vercellin"; *sub charta replicata in parte sinistra* „.s."; *in autographi tergo in medio margine superiore* „Andreas de Secia" *legitur; quae omnia in cancellaria apostolica videntur esse scripta.*

Imagine xerographica A nobis a procuratore archivi publici Viennensis benigne missa usi sumus.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri . . ,[1] episcopo Olomucensi, salutem et apostolicam benedictionem. Etsi quibuslibet ecclesiis et perso‖nis ecclesiasticis ex iniuncte nobis servitutis offitio defensionis presidio assistere teneamur, illis tamen specialius et efficatius adesse nos ‖ convenit, qui non solum sua verum etiam semetipsos salubriter abnegantes contra inimicos crucis Christi pro fidei defensione pugnando se mor‖ti exponere non formidant. Cum itaque, sicut ex parte dilectorum filiorum, magistri[2] et fratrum domorum ordinis militie sancti Iacobi in Alamania,[a] fuit propositum coram nobis, iidem a nonnullis, qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, diversis affligantur molestiis et iacturis, nos eorundem magistri et fratrum providere quieti et malignorum malitiis obviare volentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eisdem magistro et fratribus efficaci presidio defensionis assistens non permittas eos contra indulta privilegiorum apostolice sedis[3] ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita com-

pescendo, attentius provisurus, ne de hiis, que cause cognitionem exigunt vel que indulta huiusmodi non contingunt, te ullatenus intromittas. Nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras quam eciam processum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere iuribus ac nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter exequaris, quod eius fines quomodolibet non excedas presentibus post triennium minime valituris. Datum[b] apud Vrbem Ueterem X kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo.[b]

Bulla: Gregorii X. papae in filis cannabinis illaesa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533—534.

---

691. [a]) *Littera ‚m' ex ‚nr' corr. est in A.* — [b–b]) *Verbis competenter distentis, ut ultimae duae lineae explerentur, scriptum est in A.*

[1]) *Brunoni.* — [2]) *Fortasse Hugolini.* — [3]) *Vide in opere Lipperti superius laudato.*

692.

Gregorius X. papa Brunoni, episcopo Olomucensi, testamentum ipsius confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Apud Urbem Veterem [1273] ian. 23.

Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (achivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. K 5—K 7[v] num. 79 (B). — Alterum apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, pag. 159 num. 187 (C).

Ed: CDM IV, pag. 89 num. 59 (ex C, erronee ad a. 1272 ponitur et false affirmatur in C chartam Přemysli Otakari I. a. 1207 datam (CDB II, pag. 52 num. 59) insertam esse).
Reg: Potthast II, pag. 1664 num. 20674.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 151 num. 54 (exemplar B adducitur). — KK, pag. 365 n. 2.

Gregorius[a] episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri B.,[1] Olomucensi[b] episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur ... effectum.[2] Eapropter, venerabilis in Domino frater, tuis iustis postulacionibus grato concurrentes[c] assensu disposicionem et ordinacionem,[d] quas de bonis per tuam industriam Olomucensi[b] ecclesie acquisitis ad opus cottidianarum distribucionum ipsius ecclesie et quorundam anniversariorum et pro aliis piis usibus de consensu Olomucensis[e] capituli te fecisse proponis, prout in litteris inde confectis tuo et ipsius capituli ac carissimi in Christo filii nostri Bohemie[f] regis illustris[3] sigillis munitis plenius continetur, ratas et gratas habentes eas, sicut pie ac provide canonica moderacione servata facte sunt et in alicuius preiudicium non redundant,[g] auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communismus,[h] tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes,

qui talis est: In nomine sancte et individue trinitatis amen. Cum[i] nichil hominibus *etc.*[i] [4] Nulli ergo ... paginam nostre confirmationis ... contraire.[2] Si autem ... incursurum.[2] Datum apud Vrbem Veterem X°[k] kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo.

---

692. [a] ‚Regorius' *B.* — [b] ‚Olom' *B, C.* — [c] ‚concurrens' *B, C.* — [d] ‚ordinem' *B, C.* — [e] ‚Olomcz' *B*, ‚Olom' *C.* — [f] ‚Boem' *C.* — [g] ‚redundat' *C.* — [h] ‚munimus' *B, C.* — [i–i] ‚Quere privilegium LVII' *legitur in C; quae revocatio ad partem membranaceam codicis, fol. 42v—46 spectat, ubi textus versionis I. testamenti exstat.* — [k] ‚X' *C.*

[1]) *Brunoni.* — [2]) *Vide CDB II, pag. 46 num. 53.* — [3]) *Přemysli Otakari II.* — [4]) *In B sequitur tenor versionis II. testamenti Brunonis, episcopi Olomucensis, in Olomouc 1267 nov. 29 dati (num. 526).*

693.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, villas olim Svatomiri militis expresse nominatas, sibi iure praevio propter eiusdem excessus enormes addictas monasterio in Vyšší Brod in concambium pro aliis villis eiusdem monasterii etiam expresse nominatis confert.

In Myšenec 1273 ian. 25.

Autographum in membrana scriptum in SAR Třeboň (archivum mon. in Vyšší Brod, sign. HA 6/III) asservatur (A). — Apographum saec. XVI.—XVII. (praeter nonnullas copias recentiores) exstat in copiario mon. Altovadensis chart. in eodem archivo (sign. 115/II) asservato, pag. 9—10 (B).

Ed: Millauer, Der Ursprung, pag. 67 num. 10 (ex A). — Pangerl, Urkundenbuch von Hohenfurt, pag. 26 num. 21 (ex A). — Köpl, Urkundenbuch der Stadt Budweis in B., pag. 7 num. 12 (e Pangerlo).
Reg: Reg II, pag. 329 num. 813.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 279, 313, 315—318, 328, 346, 366 (Av).

Scriba: P II 84, qui fortasse per occasionem in cancellaria regia scripsit. Exempla script. num. 1 a, 67.
Dictator: magister Petrus cancellarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., P II 84 (A), magister Petrus cancellarius (KK), 3, Vyšší Brod (V).

⁝ [I]n[a] nomine sancte et individue trinitatis amen. ⁝ Othakarus, dei gracia rex Boemie,[b] dux Austrie, Styrie et Karin‖thie marchioque Moravie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Cum in ‖ humanis disposicionibus nichil ad summe soliditatis culmen valeat pervenire, sed semper de gestis homi‖num quamvis racionabilibus sub serenitatis tempore oblivionum nebulas et calumpniarum timeri opporteat tempestates, necesse est ea, que ex principum beneplacito disponuntur, scriptis autenticis commendari, ut ex scripture testimonio rei geste acquiratur memoria et calumpniandi materia apud posteros recindatur.[c] Eapropter ad noticiam omnium volumus pervenire, quod monasterio sito in Alto Vado, ordinis Cisterciensis, quem[d] ob sue religionis devocionem et rigorem observancie regularis, in qua fratres ipsius ordinis Domino humi-

liter famulantur, nostre liberalitatis benivolencia et favore tanto amplius prosequimur et fovemus,[c] quanto in eodem hospitalitatis ac alia karitatis opera per crebram exerciciorum evidenciam clarius ac uberius elucescunt, possessiones seu villas, videlicet Nemtsicz, Bilhlawa, Chratzan et Tupess, que olim fuerant Swatomiri[f] militis nobisque propter excessus eiusdem enormes iure previo sunt addicte, nam non solum eisdem ac eciam aliis possessionibus culpis suis exigentibus debite est privatus, immo propter commissi facinoris qualitatem, nisi nostra preventus fuisset gracia, mortis subire supplicium debuisset,[1] cum universis attinenciis earundem contulimus liberaliter et sincere in concambium quarundam villarum, videlicet Ztradanitz, Plawen, Maltze et Zaborsi, quas abbas et conventus dicti monasterii nobis de consensu unanimi assignarunt libera et spontanea voluntate. In predictis eciam bonis, que monasterio contulimus supradicto, nobis vel heredibus nostris nullam reservamus penitus actionem, absolventes ipsum monasterium ab omni inpeticione, que per dictum Swatomirum vel heredes suos aut per quemcumque alium super repeticione bonorum huiusmodi posset institui in posterum contra ipsum. In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis presentes sepedicto monasterio concessimus litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas testibus, qui aderant, subnotatis, qui sunt: Andreas Boemie camerarius, Ierco de Waldenberch, Burchardus marschalcus Boemie, Theodricus subcamerarius, Bawarus de Ztraconitz, Sifridus de Baruch, Bohuslaus burchravius de Phrimberch, Albertus burchravius in Vren, Wernhardus de Schovmberch, Onso subpincerna, Chunradus magister coquine et alii quamplures fideles nostri. Actum in Missentz anno Domini millesimo CC°LXXIII°, VIII° kalendas februarii, datum ibidem anno et die predictis, coronacionis nostre anno XI°, indictione prima.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris in medio fractum, sed conservatione integratum appendet; in margine exteriore inscriptio apparet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV, 3 II.

---

693. *[a] Ad maiorem litteram depingendam spatium vacuum relictum est in A. — [b] ‚Boẽm' A. — [c] Ita A pro ‚rescindatur'; littera ‚c' fortasse ex ‚t' correcta est. — [d] Ita A. — [e] Littera ‚o' ex ‚a' correcta est in A. — [f] ‚miri' in loco raso scriptum est in A.*

[1]) *Bona praedicta heredibus Svatomiri postremo reddita sunt. Cf. chartam Venceslai II. regis Pragae 1292 iul. 3 datam (Reg II, pag. 680 num. 1581).*

694.

Gregorius X. papa monasterio in Louka omnes libertates et immunitates confirmat.
Apud Urbem Veterem [1273] febr. 4.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Louka, sign. B 6) asservatur (A). — Apographum exstat in codice mnscro membr. saec. XV. „Matricula Lucensis" intitulato, in eodem archivo (inter Cerrronianos II, 253) asservato, fol. 36v—27 num. 48 (B).

Ed: CDM XV, pag. 10 num. 13 (ex A).
Reg: Šebánek, Archivy, pag. 44 num. 250 (ex A).
Lit: Hledíková, Prokurátoři, pag. 90.

In autographo hae notae leguntur: in dextro angulo superiore nota „bo" duabus lineis deleta; in chartae replicatae parte dextra „Mich"; sub charta replicata in parte sinistra „..", inferius „Gɔ²"; in autographi tergi sinistro angulo superiore nota ‚y', in medio margine superiore". Bernardi villa;"; quae omnia in cancellaria apostolica videntur esse scripta. Inferius verba „Lucen libertates et immunitate[s]" registrator monasterii Lucensis saec. XIII.—XIV. scripsit (F).

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..[1] abbati et conventui monaste‖rii Lucensis, Premonstratensis ordinis, Olomucensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere ... impertiri.[2] Eapropter[a] ‖ dilecti ... indulgentias monasterio vestro seu vobis concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut ... communimus.[3] Nulli ergo ... hanc paginam nostre confirmationis ... contraire.[2] Si quis ... incursurum.[2] Datum[b] apud Vrbem Ueterem II nonas februarii, pontificatus nostri anno primo.[b]

Bulla: Gregorii X. papae in filis sericis flavi et rubri coloris appendet. Cf. Diekamp IV. pag. 530 n. 3, pag. 533—534.

---

694. *[a]) Finis tertiae lineae in A. — [b–b]) Verbis competenter distentis, ut ultimae duae lineae explerentur, scriptum est A.*

[1]) *Theoderico.* — [2]) *Cf. CDB II, pag. 38 num. 42 (pro voce ‚precibus' vox ‚desideriis' ponitur).* — [3]) *Vide num. 688.*

695.

Frater Nicolaus, provincialis fratrum Praedicatorum per Poloniam, frater Johannes, prior domus [fratrum Praedicatorum], Pragensis dioecesis, et postea etiam prior hospitalis s. Mariae Pragae [apud pedem pontis s. Johannis Hierosolymitani] tres litteras papales ecclesiae Wissegradensi destinatas se vidisse protestantur, tenores earum inseri facientes.
— 1273 febr. 19.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 58) asservatur (A). — Apographum insertum est vidimationi Gregorii, episcopi Pragensis, [1296 iun. 12 — 1301 sept. 6] datae (adhuc ineditae), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (num. 110) asservatur (B). — Aliud apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum eccl. Wissegradensis membr. in eodem archivo (sign. KVš lib. 26) asservato, fol. 37—37ᵛ num. 96—98 (C). — Ibidem, fol. 38ᵛ num. 101 haud integer textus praebetur (D).[1]

In tergo chartae manus saec. XIII. scripsit: „Rescriptum privilegiorum Celestini, Innocentii, Gregorii, pontificum Romanorum, super censu V marcarum" *(P).*

Scriba: W 2 = ecclesiae Wissegradensis proprius, qui et notas in tergis aliarum chartarum Wissegradensium scripsit (F). Scripturae eius ductus similitudinem quandam cum scriptura chartae Přemysli Otakari II. in castro Pragensi 1268 mart. 4 datae (num. 550+ +(seu+) = P II 67) exhibent. Exempla script. num. 3, 5 a; cf. etiam num. 1 a, 50.

Dictator: fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.

Vide: II. 3, Ordo fratrum Praedicatorum (G), Ordo hosp. s. Johannis Hierosol. (T), Vyšehrad, ecclesia capitularis (AA).

⁝ Celestinus ⁝ episcopus, servus servorum dei, *etc.*[2] Gregorius episcopus, servus servorum dei, *etc.*[3] Innocencius episcopus, servus servorum dei, *etc.*[4] Ego frater Nicolaus, provincialis fratrum ordinis Predicatorum per provinciam Polonie, et ego frater Iohannes, prior domus, Pragensis dyocesis, cum conventu meo, eiusdem ordinis, testimonium peribemus[a] litteras Celestini pape, ‖ domini Gregorii pape ac domini Innocencii pape non cancellatas, non violatas aut in aliqua parte sui abolitas cum integro filo et expressa bulla sub hac forma nos vidisse. Idem ego, prior hospitalis sancte Marie in ‖ Praga,[b 5] cum conventu meo protestamur. Acta sunt hec anno Domini millesimo C°C°LXX°III°, in dominica, qua cantatur Esto michi.

Sigilla: quattuor in scidulis membranaceis appendent; 1) provincialis fratrum Praedicatorum in Polonia formae ex longo rotundae e cera rubri coloris in catillum cereum naturalis coloris impressum fere illaesum; in medio sigilli figura b. Mariae virginis cum Ihesu parvulo in sinistra, lilio in dextra manu conspicitur; inferius monachus genibus nixus exstat et vox PVINC | IAL *legitur. Circumscriptio haec est:*

//// ORIS . P͡VICIAŁ . F͡R // . P͡DICATOR͡ . POLON //⁝

2) conventus fratrum Praedicatorum Pragae paulum laesum. Vide Sigilla num. 3, 16; 3) prioris Pragensis, ordinis Praedicatorum, paulum laesum. Vide Sigilla num. 3, 15; 4) ecclesiae fratrum domus hospitalis [s. Mariae] Pragae fere illaesum. Vide Sigilla num. 3, 29.

---

695. [a]) *Ita A.* — [b]) *Ultima littera ‚a' in loco raso scripta est in A.*

[1]) *Charta vidimationis formula incipit; porro revocationes tantum ad litteras insertas sequuntur. Ita conformatum textum fotasse scriba Libri privilegiorum fecit. Alterum autographum chartae A non exstitisse putamus.* — [2]) *Sequitur tenor litterarum Coelestini III. papae Laterani [1197] iul. 26 datarum (CDB I, pag. 327 num. 359).* — [3]) *Sequitur tenor litterarum Gregorii IX. papae Viterbii [1237] iun. 22 datarum (CDB III, pag. 201 num. 163).* — [4]) *Sequitur tenor litterarum Innocentii IV. papae Perusii [1253] mart. 23 datarum (CDB IV, pag. 451 num. 265).* — [5]) *Nomen ignoramus.*

696.

Ludovicus dictus Merce, [civis Pontensis], allodium suum in villa Kájov (Kayowe) *Johanni, filio Episcopi, [itidem civi Pontensi], sub certis condicionibus locat.*

In Most 1273 mart. 1.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum domus Dominici sepulchri in Zderaz' sign. L IV ŘKřb Zderaz num. 20) asservatur (A).

Ed: Schlesinger, Stadtbuch von Brüx, pag. 7 num. 23 (ex A, qui villam „Kayowe" *villae* „Koschowe" *parem facit).*
Reg: Reg II, pag. 329 num. 815.
Lit: Šebánek, Česká listina 3, pag. 130 (deliberatio diplomatica).

In chartae replicatae parte dextra nota ‚R' *manu registratoris mon. Zderaziensis saec. XV. scripta legitur. In chartae tergo manu eiusdem saec. scriptum legitur:* „Littera super V marcas in Ponte in villa Kayowe prope Byelinam."

Scriba: ignotus, fortasse civitatis Pontensis proprius.
Dictator: fortasse Hermannus scriptor civitatis, qui et alias chartas e circulo diplomatico Pontensi emanatas dictavit (ex. gr. chartam iudicis et iuratorum in Most 1279 mart. 24 datam (typis nondum editam) et chartas in Reg II, pag. 1185 num. 2710, pag. 544 num. 1264, pag. 784 num. 1825).
Vide: II. 5, De chartae apud civitates usu (EEE).

Quoniam facta et dicta hominum ex temporum mutatione et annorum transitu sepe in oblivionem[a] || labi solent et ex oblivione in calumpniam, cautum est, ut, que memoria indigent, scripturarum et || testium robore muniantur. Igitur ego Ludewicus dictus Merce presentibus et futuris hoc scriptum intuentibus || notum esse cupio, quod allodium meum, quod in villa Kayowe habui, locavi, dimisi et dedi Iohanni, filio Episcopi, in possessionem veram et propriam sibi suisque heredibus et posteris possidendum in perpetuum sub hac forma: Quod dictus Io. michi per tempus vite mee de prefato allodio solvere debet anno quolibet quinque marcas argenti, in festo beati Michahelis[2] duas marcas et dimidiam, in festo Nativitatis Domini[3] duas marcas et dimidiam, et in die beati Martini[4] annis singulis pro censu solvet hospitali in Brucke tres fertones et dimidium. Post mortem vero meam predictus. Io. sive sui heredes vel posteri prefatas quinque marcas quolibet anno in festo beati Martini solvet in perpetuum locis et personis subnotatis, quibus eas pro anime mee remedio assignavi, videlicet ecclesie parrochiali in Ponte marcam unam, capelle sancti Michahelis ibidem marcam unam ad pretium sacerdotis in eadem capella omni die celebraturi; item fratribus Minoribus in Ponte marcam unam, monachis in Ozzek marcam unam et in festo beati Michahelis quolibet anno cum una marca pauperes vestire debebit. Si vero propter discordiam et gwerram principum provincia Belynensis, in qua dictum allodium situm est, devastata fuerit et idem allodium propter hoc cum aliis villis circumiacentibus desolatum et incultum iacuerit, nec michi, si vixero, nec locis et personis prenotatis dictus Io. supradictas quinque marcas solvere tenebitur, donec pace reformata per principes sepedicti allodii pacificam redeat ad culturam. Et ut singula supradicta a me sive ab ipso Io. vel a suis posteris negari, mutari vel sinistre interpretari non possint aliquo modo, pro cautela utriusque partis ipse et ego presentem paginam conscribi super hiis fecimus et sigilli civium de Brucke appensione muniri. Acta sunt hec in Brucke anno Domini millesimo C°C°LXX°III°, kalendis martii videntibus et audientibus testibus, quorum nomina sunt subscripta. Sunt autem hii: Henricus plebanus de Ponte, Berenger et Vlricus frater eius, Hermannus[b] scriptor, Theodericus gener Episcopi et filius eius Nycolaus, Stizlaus et alii quamplures.

Sigillum: civitatis in Most in scidula membranacea valde laesum appendet. Vide Sigilla num. 5, 5.

---

696. [a] *Prima littera ‚i' ex ‚t' videtur esse correcta in A.* — [b] *‚Herma' A.*

[1]) *Charta primum apud destinatarium suum (Johannem, filium Episcopi) asservari debebat; postea, quando nescimus, cum iure patronatus ecclesiae in Most monasterio in Zderaz tradita et archivo eiusdem adiuncta est. Ibidem iam temporibus saec. XV. erat, sicut ex notis in charta replicata nec non in tergo chartae (vide in locis competentibus) scriptis apparet.* — [2]) *Sept. 29.* — [3]) *Dec. 25.* — [4]) *Nov 11.*

697.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio in Kladruby donationem factam in bonis villarum Zhoř et Zahořany per nobilem virum Stanimirum de Bořice sub certa condicione confirmat.

In castello Zvíkov 1273 mart. 10.

Apographum saec. XVII. exstat in Libro privilegiorum monasterii Cladrubensis chart. in SÚA Pragae (sign. RKP 3471) asservato, tom. I (a), fol. 85 num. 38 (B). — Aliud apographum exstat ibidem, tom. III (c), pag. 77 sine num. (C).

Reg: Reg II, pag. 330 num. 816.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 384 n. 390.

Dictator: ignotus, fortasse destinatarii proprius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 3, Kladruby (F).

Nos Othacharus,[a] dei gratia Boemorum rex, dux Austriae, Styriae, Carynthiae, marchio Morauiae,[b] dominus Carniolae,[c] Marchiae, Egrae ac Portus Naonis, cupientes religionis pia loca in eleemosinarum[d] crescere adaugmento, scire volumus praesentium quoslibet inspecturos, quod nos donationem factam ecclesiae monasterii Cladrubensis in bonis duarum villarum, videlicet Zhorzy[e] et Zahorzany,[f] cum attinentiis universis per nobilem virum Ztanimirum de Bozychce de nostra voluntate pariter et assensu, ob reverentiam Salvatoris[g] nostri praesentis scripti testimonio confirmamus, eandem ratam et inconvulsam perpetuo habituri; ita tamen, quod eidem Ztanimiro et suae coniugi[h] [1] a iam dicto claustro de Cladrub in haereditate unius araturae temporibus vitae ipsorum debeat provideri, post quorum exitum eadem bona in usus claustri devenient memorati. In cuius rei testimonium praesentes litteras[i] scribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari. Acta sunt haec anno[k] dominicae incarnationis[k] millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, sexto idus martii in castello Chunberch.[l]

---

697. [a]) ‚Ottacharus' *C.* — [b]) ‚Moraviae' *C.* — [c]) ‚Carñn' *B, C.* — [d]) ‚eleemosynarum' *C.* — [e]) ‚Zhorzii' *B.* — [f]) ‚Zahorzanii' *B.* — [g]) ‚Satoris' *B, C.* — [h]) *Hoc loco nec non inferius saepius ‚j' ponitur pro ‚i' in C.* — [i]) ‚literas' *C.* — [k–k]) ‚dominicae incarnationis anno' *B.* — [l]) *Vocem posterior manus duabus lineis delevit et ‚Clingberg' addidit in B, ‚Ctinberch' in C legitur.*

[1]) *Nomen ignoramus.*

698.

Gregorius X. papa pluribus praelatis, inter quos [Bruno], episcopus Olomucensis, nominatur, mandat, ut indagatione de moribus in regnis suis facta litteras ad sedem apostolicam mittant sex menses ante concilium generale, ut interim haberi possit competens discussio.

Apud Urbem Veterem [1273] mart. 11.

Apographum exstat in Gregorii X. registris in archivo secreto Vaticano asservatis (Reg. Vat. 37), fol. 74 ep. 65 (cur.) (R).

Ed: Sbaraleae Bullarium III, pag. 197 num. 16 (destinatarius litterarum minister generalis ordinis fratrum Minorum est). — Guiraud, Les registres de Grégoire X., pag. 91 num. 220 (ex R).
Reg: Palacký, Reise, pag. 42 num. 329 (destinatarii tantum communiter „praelati per omnes Christianorum terras“, *inter quos Bruno, Olomucensis episcopus, nominatur, sunt). — Böhmer, RI 1246—1313, pag. 330 num. 203. — Reg II, pag. 330 num. 817. — Potthast II, pag. 1665 num. 20685 (destinatarius Johannes, Nidrosiensis episcopus, est; inferius nonnulli praelati in operibus antiquioribus, quae laudantur, nominati sunt), num. 20686 (ex Palacký).*

Imagine phototypica R a v. d. G. Battelli nobis benignissime missa usi sumus.

electo Compostellano.[a] [1] Dudum super generalis convocatione concilii ad universos orbis principes et prelatos nostras sub certa forma litteras destinantes,[2] quia inter alia, de quibus in ipso concilio est agendum, specialiter circa reformationem morum, qui peccatis exigentibus in clero et populo videntur graviter deformati, nostra versatur intentio, inter cetera prelatis ipsis mandavimus per easdem, ut usque ad tempus pro concilio ipso congregando prefixum[3] per se aut alios viros prudentes et deum timentes omnia, que correctionis et reformationis limam exposcunt, subtiliter inquirerent et in scriptis redacta fideliter deferrent in ipsius concilii notionem. Et nichilominus in eisdem prediximus litteris nos sollers studium et efficacem daturos operam aliis modis et viis, ut eadem in examen ipsius concilii devenirent, per ipsum correctionem et directionem accomodam receptura. Volentes itaque premissa, prout magni nobis desiderii dictat anxietas, cum omni diligentia effectu sollicite prosecutionis impleri, ad hoc tuum ministerium ex multa confidentia duximus eligendum, discretioni tue per apostolica scripta mandantes, quatenus ea, que in regno Legionis, prout facultas aderit, sive in clero cuiuscunque religionis aut status, sive in reliquo populo christiano utriusque sexus, sive in fidelibus cuiusvis secte vel ritus conversantibus inter eos, quatenus per illos christiana religio infici potest, seu quomodolibet fermentari, correctionis remedio indigere videntur, per te ac alios viros ad hoc ydoneos, non quidem per testes iuratos seu alias ordinaria inquisitione, sed alia investigatione, que per familiares collationes et alios diversos indagandi modos cum religiosis et aliis execrantibus maxime vitia colentibusque virtutes, adhiberi poterit, diligentius exquirens, ea singillatim distincte ac aperte conscripta necnon et consilia de remediis adhibendis ad correctionem et reformationem illorum sub sigillo tuo per aliquos fideles nuntios ad

presentiam nostram mittas, in missione huiusmodi dictum tempus ipsius preveniendo concilii per sex menses, ut interim haberi possit competens[b] discussio et plena deliberatio ad oportuna exquirenda, ut decet, antidota circa illa per approbationem eiusdem concilii adhibenda. Volumus autem omni te cautela et diligentia providere, ut ad investigationem predictorum taliter procedatur, quod nulli per hoc irrogari possit infamia nec adversus aliquem proinde scandalum suscitari. Datum apud Vrbem Ueterem V idus martii, anno primo.

In Yspania: Compostellano,..;[4] in Boemia: Olomucensi episcopo,[5] ...[6]

---

698. [a]) *Alio atramento scriptum est in R; ad quod* ‚Super indagatione de moribus corrigendis facienda et referenda ad concilium' *additum est.* — [b]) ‚petens' *R.*

[1]) *Gundisalvo.* — [2]) *Vide n. 4 et 6.* — [3]) *Maii 7 anni 1274.* — [4]) *Ubi tria puncta posuimus, in R legitur:* ‚Yspalensi, Toletano, Terraconensi archiepiscopis; Cesaraugustano, Segobiensi, Pampilonensi, Civitatensi, Gadicensi episcopis; in Francia: Senonensi, Rothomagensi, Turonensi, Auxitano archiepiscopis; Siluanectensi, Constantiensi episcopis; in Norweia: Nidrosiensi archiepiscopo; in Anglia: Centauriensi, Eboracensi archiepiscopis; in Provincia: Narbonensi, Arelatensi archiepiscopis; Caturcensi episcopo', — [5]) *Brunoni.* — [6]) *Ubi tria puncta posuimus, in R legitur:* ‚in Alamannia: Magdeburgensi archiepiscopo; Patauiensi, Ratisponensi et Secowiensi episcopis; in Vngaria: Quinquecclesiensi, Zagabriensi episcopis; in Istria supra mare: patriarche Gradensi; magistro ordinis fratrum Predicatorum; ministro generali ordinis fratrum Minorum; abbati Cluniacensi, abbati Premonstratensi, abbati Cisterciensi; priori Cartusiensi; in Ibernia, in Scotia: Armachano, Dublinensi archiepiscopis; in Italia: Ianuensi archiepiscopo; Brixiensi, Lucano, Civitatensi, Anagnino, Auximano episcopis; in regno Sicilie: Capuano, Acherontino archiepiscopis; Pactensi episcopo; in Romania: Andreuillensi, Mothonensi episcopis; priori generali ordinis Heremitarum; patriarche Ierosolimitano, patriarche Grecorum; Anteradensi episcopo; militie Templi, hospitalis Ierosolimitani, sancte Marie Theutonicorum magistris'.

699.

Gregorius X. papa pluribus principibus, inter quos [Přemysl Otakarus II.], rex Bohemiae, nominatur, nuntiat se civitatem Lugdunensem concilii conveniendi causa elegisse eosque rogat, ut praedicto termino in civitate praedicta una cum aliis principibus et praelatis se praesentent.

Apud Urbem Veterem 1273 apr. 13.

Apographum exstat in Gregorii X. registris in archivo secreto Vaticano asservatis (Reg. Vat. 37), fol. 102 ep. 5 (cur.) (R).

Reg: Palacký, Reise, pag. 42 num. 330. — Böhmer, RI 1246—1313, pag. 330 num. 204. — Reg II, pag. 331 num. 819. — Potthast II, pag. 1665 num. 20717 (opera antiquiora, ubi hae litterae impressae sunt, adducuntur). — Guiraud, Les registres de Grégoire X., pag. 118 num. 308 (ex R).

Imagine phototypica a v. d. G. Battelli nobis benignissime missa usi sumus.

..,[1] regi Francie illustri.[a] In litteris, quas per universos orbis principes et prelatos super generalis convocatione concilii destinavimus,[2] etc. ut in superiori proxima usque duximus eligendam.[3] Quod tibi tenore presentium nuntiantes, serenitatem regiam rogamus et hortamur in illo, qui regibus dat salutem, in remissione tibi peccaminum suadentes, ut te illi gratifices, qui tot gratiis te prevenit, et laborem voluntarium ad tam sancti, tam utilis negotii promotionem assumens, prefixo per easdem litteras termino interim ad hoc oportunitate captata in civitate[b] predicta una cum aliis principibus et prelatis, quorum super[c] hoc[c] Dominus corda tetigerit, tuam velis presentiam exhibere. Datum ut supra.[4]

In eundem modum scribitur regibus, comitibus et aliis infrascriptis:[a] ...[5] Boemie,...[6] regibus;...[7]

---

699. [a]) *Alio atramento scriptum est in R.* — [b]) *Scriba titulum omisit in R.* — [c-c]) *Verba cum signo reclamatorio in margine addita sunt in R.*

[1]) *Philippo.* — [2]) *Cf. Potthast II, pag. 1654 num. 20525.* — [3]) *Vide ibidem, fol. 101[v] num. 4; quae hoc loco in litteris modo editis desunt, ex litteris Odoni, Rothomagensi archiepiscopo, datis in Sbaraleae Bullario III, pag. 198 num. 18 typis editis characteribus orthographicis litterarum usui orthographico medii aevi accomodatis praebemus:* ‚locum, in quo idem concilium convenire deberet, ex causa duximus subticendum: Prediximus tamen in illis, quod locum eundem ipsis principibus et prelatis intimare competenti tempore curaremus. Nobis igitur cum fratribus nostris huiusmodi loci electionem deducentibus in exacte discussionis examen occurrebant hinc inde diversa, que discutientium videbantur iudicium alternare. Nec enim preterit nostre considerationis indaginem, quam grave, quam durum est, locum sedis apostolice proprium, in quo precipuorum apostolorum glorificatus est exitus, in quo illorum corpora gloriosa quiescunt, terrarum spatio tam diffuso dimittere, tanto locorum intervallo a peculiari nostro populo Romane Urbis abesse, convicinis partibus, que sedi eidem non solum spiritualiter sed etiam temporaliter subesse noscuntur, commoditatem vicinitatis nostre subtrahere; quanta ex absentia nostra diversis Italie partibus possent imminere discrimina, quantum partium earumdem inveterata scissura pro integrande unitatis obtinendo remedio nostro auxilio indigebat; quantis denique oneribus, quantis laboribus nos et fratres nostros, quorum aliquos etas, quosdam debilitas, nonnullos infirmitas et omnes ad hec desuetudo reddit inhabiles, exponimus non sine rerum dispendiis, que quasi pro nihilo ducimus non sine discriminibus corporum, que non facile contemnuntur. Hec et alia, que non posset succintus sermo percurrere, in partibus istis locum huiusmodi eligendum concludere videbantur. Verum ea, que in eodem sunt agenda concilio, contrarium suadebant et specialiter negotium Terre sancte, quam, dum Creatori omnium cariorem omnibus scriptura describit, satis aperte indicatur, carissimam procul dubio a nobis habendam, cum soleat, quod est in superioris conspectu prestantius, in subditorum estimatione prestare. Adiicit insuper beneficiorum consideratio, que inibi humano generi de divine superabundantia gratie obvenerunt. Siquidem Salvator omnium operatus est in medio illius terre salutem, ibi sumpsit corporalis nativitatis initium, ibi conversationis humane deduxit tempora, ibi post probrose passionis opprobria pro redemptione nostra mortem subiit temporalem et sui pretiosi effusione cruoris vetus piaculum expiavit. Numquid igitur non contingent redemptorum corda immensa et innumerabilia beneficia Redemptoris? Numquid non accendent cuiusque precordia, ut ipsi pro tot, que nobis tribuit, hoc saltem necessitatis tempore aliquid impendamus? Dum crucis hostes Crucifixum habentes ostentui cultores, ipsius Christiani nominis professores, ut Christi cultum de Terra deleant, incessanter exterminant et conculcant, ipsos debilitantes viribus, extenuantes opibus et eorum facies replentes ignominia ipsosque diversis confusionibus saturantes. Ad vindicandas itaque Redemptoris iniurias ac redimenda ignominiose conculcationis opprobria in redemptis, nostrum circa terram eandem Creatoris conformantes affectui ac debita meditatione pensantes, quod eiusdem terre subsidium precipue de principum et prelatorum pendet auxilio, quos ultra Mon-

tes credimus convenire posse commodius, exinanivimus nos metipsos et sub spe illius, qui dat lapso virtutem, debilitatem nostram contempsimus sub ipsius fiducia, qui de sua misericordia nos confortat. Quod intendimus in eo posse sperantes, parvipendimus onera, labores consideratione calcavimus et ceteris nostris ac fratrum nostrorum incommoditatibus in eiusdem considerationis examinatione postpositis, ut principum et prelatorum eorumdem facilius possimus habere presentiam ac terre predicte subventionem efficacius promovere, civitatem Lugdunensem, quo inibi concilium cum maiori commoditate conveniat, de ipsorum fratrum consilio duximus eligendam.' — [4]) *Scilicet:* ‚Datum apud Vrbem Ueterem idus aprilis, anno II°. — [5]) *Ubi tria puncta posuimus, in R legitur:* ‚Anglie, Scotie, Norweye, Vngarie'. — [6]) *In R legitur:* ‚Castelle, Aragonum, Nauarre'. — [7]) *In R legitur:* ‚Carnotensi, Flandrensi, Atrebatensi, Britannie, Blesensi, Niuernensi, Burgundie comitibus; Burgundie, Brabantie, Saxonie et de Brunswic ducibus; Brandeburgensi et Misnensi marchionibus; principi Achaye; Galluris, Arborensi et Calaritano iudicibus.'

700.

Bruno, episcopus Olomucensis, totumque capitulum eiusdem ecclesiae Johanni de Homburg, uni de tribus commissariis ad testamentum Johannis, plebani de Osoblaha, canonici Olomucensis et Cremsirensis, exsequendum constitutis, emptionem laneorum in villa Kozłówki ad duas vicarias instituendas confirmant easdemque vicarias inter alias vicarias Olomucensis et Cremsirensis ecclesiarum recipiunt.

In Olomouc, in capitulo[1] 1273 apr. 17–18.

Apographum saec. XIV. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 41–41[v] (B). — Apographum saec. XV. servavit Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis chart. ibidem (sign. E I 28) asservatus, fol. 25[v] num. 40 (C). — Aliud apographum exstat in Copiario episc. Olomucensis saec. XV. ex. chart. in SAR Brunae, olim in Collect. Ant. Boček num. 2888, nunc in Collect. mnscr. num. 815 asservato, fol. 24–24[v] (D).

Ed: CDM IV, pag. 109 num. 77 (ex B, C, ad a. 1273 sine diei indicio).
Reg: CDS VII. 2, pag. 210 num. 1462 (erronee ad 1274 apr. 10). — Reg II, pag. 331 num. 820 (ad apr. 18).

Dictator: Conradus, notarius episcopi (?).
Cf. annotationem ad sept. 2 in Necrologio Olomucensis ecclesiae (SAR Olomouc, sign. E I 40, pag. 81) manu saec. XIII. scripto (Dudík, Ueber Nekrologe der Olmützer Domkirche, pag. 560): „Obiit magister Iohannes, plebanus de Hozenploz, canonicus huius ecclesie, qui dedit calicem deauratum et casulam de baldekino huic ecclesie; et vicariam de IIII[or] laneis in villa Koselow in ipsa ecclesia instituit; et secundum calicem deauratum operis Veneciani eidem vicarie assignavit".
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (EEEE), Conradus notarius (AAA), 3, Olomouc, ecclesia capitularis (BB).

Bruno, dei gratia Olomucensis[a] episcopus, A.[2] decanus, Al.[3] prepositus, Cyrus[b] archidiaconus totumque capitulum eiusdem ecclesie dilecto sibi in Christo Iohanni de Homburc,[c] confratri suo et canonico, salutem et sinceram in Domino karitatem.[d] Quod scimus, loquimur et quod pro certo didicimus, presentibus confitemur, qualiter bone memorie magister Iohannes,[e] plebanus de Hoczenploz,[f] nostre Olomucensis[a] ecclesie et Cremserensis[g] canonicus, tunc in studio generali Padue existens,[4] circa sua extrema dum et[h] aliqua de bonis suis legasset, inter quosdam in reliquis te et magistrum Iohannem[i] de Noua Ecclesia et dominum[k] Henricum de Merin suos[l] fidei commissarios[m] fecit ac eciam ordinavit, vestre fidei recommittens[n] taliter de hiis agendum, prout anime sue magis pos-

set expedire. Tu autem predictorum confidei commissariorum[o] tuorum tibi in hac parte annuente consensu persolutis legatis de rebus predicti magistri Iohannis[p] iam defuncti de superfluo eatenus providisti.[q] Comparasti etenim pro septuaginta duabus[r] marcis argenti in villa[r] Coselow ultra[s] nemus octo laneos cum omnibus suis pertinenciis, iudiciis videlicet atque steuris,[t] qui preter hec iura singuli singulas marcas solvendo octo marcas reddunt[t] annuatim; horum quoque laneorum IIII^{or} [u] cum omnibus suis iuribus pro una vicaria in nostra Olomucensi[v] ecclesia et alios[w] IIII^{or} [u] pro altera in Cremserensi[x] habenda deputasti, intendens de huiusmodi duabus prebendulis in sacerdotali ordine duos[y] vicarios[y] prebendari, qui in ministerio[z] sui officii divini numinis[aa] cultum adaugeant. In utraque ordinasti eciam, ut, postquam de nostro consensu vice prima contuleris et de ea provideris persone alicui, quocienscunque deinceps vicaria predicta[bb] vacaverit, ordinacio eius ad capitulum nostre Olomucensis[a] ecclesie debeat pertinere. Verum quoniam vicariarum earum[i] acceptacio a nobis de racione requiritur ac confirmacio desideratur, quod in hac parte per[cc] te[cc] laudabiliter intentum et effectum existit,[dd] acceptum gerimus ac eciam confirmamus, statuentes et ordinantes, ut predicte vicariales prebendule inter alias vicarias nostre Olomucensis et Cremserensis[g] ecclesie reputentur. Et qui pro eis divini officii ministri extiterint, pro vicariis et vicariorum nomine censeri debeant ac eciam nuncupari,[ee] eis locum et stallum inter alios vicarios designando. Ad hec statuimus, ut, qui[f] pro aliqua prebendularum huiusmodi in prefata nostra Olomucensi[a] ecclesia vicarius fuerit, quolibet die[ff] dominico, sabbato[gg] et feria sexta et quibuslibet[hh] diebus aliis, qui extra dies iam dictos feriales occurrerint, in officio, quod dici compecierit,[ii] missam dicere teneatur; insuper et quolibet mense semel peragendo memoriam predicti magistri Iohannis[kk] missam unam dicere pro defunctis debeatque cunctis horis psallendis in nostra ecclesia cum aliis vicariis interesse; pro loco autem,[ll] ubi execucionem sui officii deo persolvat, quodlibet altare in ipsa Olomucensi[a] ecclesia, quod tunc temporis aptum et ad hoc vacare poterit, deputamus. Ne autem de prehabitis cuiquam questio vel dubium valeat suboriri, presentem paginam nostro et capituli nostri sigillis fecimus roborari. Actum et datum Olomucii[mm] in capitulo pro eleccione decani aliisque expediendis nostre ecclesie negociis secunda[nn] feria[nn] post Quasi modo geniti[oo] indicto et continuato[pp] usque in proximam terciam feriam[f] subsequentem,[qq] anno Domini millesimo[rr] ducentesimo septuagesimo tercio.[rr]

---

700. [a] ‚Olom̄' *B, C,* ‚Olomucen̄' *D.* — [b] ‚Cirus' *D.* — [c] ‚Homburcz' *D.* — [d] ‚caritatem' *C, D.* — [e] *Cum titulo superfluo in B.* — [f] ‚Hoczemploz' *C, D.* — [g] ‚Cremsirensis' *C, D.* — [h] ‚in' *C.* — [i] *Deest C.* — [k] ‚dn̄n' *C,* ‚dum' *D.* — [l] *Deest B, D.* — [m] ‚comissarios' *C,* ‚omissarios' *D.* — [n] ‚recomittens' *C.* — [o] ‚omissariorum' *B, D.* — [p] ‚Io.' *B, C.* — [q] ‚providissti' *C.* — [r] ‚willa' *C.* — [s] ‚cc̄ut' *B, D.* — [t] ‚sturis' *C.* — [u] ‚qua^{or}' *C.* — [v] ‚Olom̄' *B–D.* — [w] ‚aliorum' *C.* — [x] ‚Cremsirensi' *C, D.* — [y-y] ‚duobus vicariis' *D.* — [z] ‚misterio' *C.* — [aa] ‚muñimis' *D.* — [bb] ‚priusdicta' *C.* — [cc-cc] *Deest C, D.* — [dd] ‚extitit' *D.* — [ee] ‚nunccupari' *D.* — [ff] ‚dei' *D.* — [gg] ‚sabato' *D.* — [hh] ‚quilibet' *C.* — [ii] ‚ɔpecierit' *D.* — [kk] ‚Io' *C.* — [ll] ‚aut' *D.* — [mm] ‚Olom̄' *B, D.* ‚Olm̄' *C.* — [nn-nn] ‚ff II^{a}' *D.* — [oo] ‚gemiti' *C.* — [pp] ‚continuo' *D.* — [qq] ‚sequen tem' *D.* — [rr-rr] ‚M° CC° LXXIII°' *C.* ‚M° CCLXXIII°' *D.*

[1]) *Accuratius vide in textu.* — [2]) *Alexius.* — [3]) *Albertus.* — [4]) *Obiit sept. 12 (vide in apparatu) fortasse a. 1272.*

701.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, ecclesiae s. Mariae in Rouchovany et eius rectori, magistro Wernhero, suo capellano, villam Přešovice, quae ad ipsum ex morte Marquardi est devoluta, cum iure iudicandi ibidem confert.

— 1273 apr. 19.

Autographum in membrana scriptum in archivo civitatis Brunae (sub dato suo) asservatur (A).[1]

Ed: CDM IV, pag. 102 num. 70 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 449 num. 253. — Reg II, pag. 332 num. 821.
Lit: Vaněček, K soudní imunitě, pag. 38 (rei deliberatio). — Fiala, Kancelář, pag. 178 (sigillum). — Šebánek, Testamenty, pag. 291 (m. Wernherus). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 383 n. 385.

In tergo chartae manu saec. XIII. „Rvchwan" *et paulo inferius alia manu* „De collacione Prisowitz" *scriptum legitur.*[2]

Scriba: P II 85 = ignotus, fortasse ipse Wernherus capellanus. Exempla script. num. 1 a, 68.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 3, Aliae ecclesiae (X).

Ottacharus, dei gratia rex Boemie,[a] dux Austrie, Styrie et Karinthie marchioque Morauie, dominus || Carniole, Marchie et Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Attestantur hoc temporalia || non in uno statu manencia, quod gesta hominum transitoria a memoria hominum labentia processibus || temporum successivis sint scripture testimonio commendanda. Quapropter tam presentibus quam futuris volumus fore notum, quod villam, que vulgariter Priswize nuncupatur, que ex morte Marchwardi[3] ad nos iure patrie,[4] cum sine heredibus decesserit, esse noscitur devoluta, ecclesie sancte Marie in Ruchowan ob nostre ac nostrorum progenitorum remedium animarum et in magistri Wernheri, eiusdem ecclesie rectoris, dilecti capellani nostri, premium meritorum conferimus et contulimus sine diminutione qualibet iure hereditario perpetuo possidendam; hanc sibi[b] nichilominus gratiam concedentes, ut in villa predicta causas quaslibet debeat iudicare nullo alio sibi vendicante iuditium de hominibus dicte ville; in causis vero criminalibus, que menbrorum[b] mutilationem requirunt seu vite privationem, iudex eiusdem rectoris associato sibi iudice loci, in qua[b] sita est ecclesia, tanquam assessore causam cum eodem fine debito terminabit; illo tamen adhibito moderamine, quod ex offitio assessorio idem iudex nichil sibi iuris in culpis huiusmodi vendicabit. Et ut premissa donatio seu collatio robur obtineat perpetue firmitatis, presentes litteras nostrorum fecimus sigillorum munimine communiri presentibus testibus subnotatis, videlicet Schyrnino camerario Moravie, Andrea et Ditrico camerariis Boemie, Purchardo marschalco Boemie, Zmilone de Strelik, Gregorio camerario domine regine,[5] Schetsone ac aliis quampluribus fidedignis. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tercio, XIII kalendas maii.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis rubri et flavi coloris in longitudinem fractum, sed conservatione integratum appendet; in margine exteriore inscriptio apparet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV, 3 II.

---

701. [a] ‚Bo̊em' *A.* — [b] *Ita A.*

[1]) *Quomodo charta illuc pervenerit, statui non potest.* — [2]) *Cf. n. 1.* — [3]) *Quo e genere ille ortus sit, nescimus.* — [4]) *Scilicet iure terrae.* — [5]) *Cunegundis.*

702.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio in Marienthal cessionem villae Rusdorf per Tietzonem de Cholbov (Cholbow) *et fratres eius factam altercatione inter ambas partes sopita approbat.*

Pragae 1273 apr. 20.

Autographum in membrana scriptum, quod in archivo mon. in Marienthal (sign. num. 14) asservabatur, secundi belli gentium calamitatibus deletum est ita, ut ibidem fragmentum tantum sigilli (vide inferius) restiterit (A).

Ed: CDLS I, pag. 100 num. 62 (e quadam vidimatione nunc ignota).
Reg: Zobel, Urk. Verz. I, pag. 14 s. num. — Böhmer, Add. sec., pag. 449 num. 254. — CDM VII, pag. 772 num. 137. — Reg II, pag. 332 num. 822. — Doehler, Urkk. d. Kl. St. Marienthal, pag. 22 num. 14 (ex A). — Prochno, Regesten, pag. 97 num. 33 (ex A). — Kobuch, Die gegenwärtige Überlieferung, pag. 12 num. 12.
Lit: Kobuch, Dochování listin, pag. 723 num. 12 (chartae status). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 313, 316, 317, 328, 360 n. 309, 382 (Sf 2).

Dictator: fortasse cancellariae regiae proprius, in cuius dictatu vestigia stili magistri Petri cancellarii apparent.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (LL).
Apud Fr: apographum ex A confectum et a v. d. A. Dittrich a. 1838 aug. 24 correctum; qua copia (orthographia eius normis, quibus in editione CDB utimur, accomodata) usi sumus.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Othakarus, dei gratia rex Bohemie, dux Austrie, Styrie et Karinthie marchioque Moravie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Cum ex benignitate regie dignitatis commodo religiosarum personarum, que se ac sue intentionis propositum divinis servitiis totaliter devoverunt, pia sollicitudine intendere debeamus, ut, postquam ipsis tranquillitatis opulentia fuerit preparata, Domino ardentius valeant famulari, expedit, ut ea, que a nostris subiectis eisdem personis liberaliter conferuntur vel etiam relinquuntur, auctoritate regia confirmemus, ne imposterum super collatis taliter vel relictis alicuius contentionis materia valeat suscitari. Eapropter ad notitiam omnium volumus pervenire, quod, cum Tietzo de Cholbow et fratres sui villam Rudunchsdorf cum silvis, pratis, piscationibus ac aliis attinentiis universis, super qua inter monasterium Sivridesdorff ex una parte et ipsos

ex altera altercatio versabatur, eidem monasterio in nostra presentia relinquerint spontanee perpetuo possidendam, cedentes et renunciantes omni iuri, quod ipsis in villa prehabita competebat, ita quod eam nulla actione de cetero poterunt vendicare, nos pie considerationis oculis intuentes per resignationem huiusmodi et ville prefate spontaneam cessionem monasterium memoratum utilitatis non modice ac votive quietis commoda obtinere, ipsam renuntiationem presentis scripture testimonio approbamus in favorem monasterii prelibati, volentes, ut sepedicta villa circa ipsum perpetuo debeat remanere. In cuius rei memoriam sempiternam presentem literam eidem monasterio concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratam testibus, qui presentibus aderant, subnotatis, videlicet Andrea Boemie camerario, Iarozlao de Turnow, Zmilone de Brumow, Burchardo marschalco Boemie, Volchmaro pincerna, Onsone subpincerna, Chunrado magistro coquine et aliis quampluribus fidelibus regni nostri. Actum et datum in Praga anno Domini millesimo CCLXXIII, XII kalendas maii.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, quod in filis sericis flavi coloris appendebat, nunc avulsum est et media pars eius tantummodo (vide supra) restat. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

703.

Radoslaus [de Heraltice], burggravius Znoymensis, protestatur, quomodo Lupus de Oleksovice cum monasterio in Oslavany super bonis in Oleksovice obligatis convenerit.

In Znojmo 1273 maii 15.

Autographum in membrana scriptum, olim in archivo mon. Oslavanensis asservatum, nunc in archivo civitatis Brunae (sub dato suo) asservatur (A).

Ed: CDM V, pag. 254 num. 42 (ex A, dati formula erronee „LXXII in vigilia Marci“ *legitur, i. e. 1272 apr. 24).*
Reg: Reg II, pag. 311 num. 778 (ex CDM ad 1272 apr. 24).

In chartae tergo manu registratoris monasterii Oslavanensis saec. XIII. scriptum legitur: „De prato et XVI iugeribus in Iglauia“ *(A); quod fere evanuit.*

Scriba: ignotus, opinionem excludere non possumus eum e circulo cudae Znoymensis exstitisse.
Dictator: ignotus.
Vide: II. 3, Oslavany (GG), 4, De chartae apud nobiles usu (SSSS).

Nos Ratzlaus, purcravius Znoymensis, omnibus hanc litteram inspecturis hiis litteris nostris protestamur, || quod Lubůs de Olekuwicz zelo pietatis ductus XVI iugera agrorum et pratum quoddam situm || super Iglauiam aquam villle prenotate[1] venerabili[a] domine abbatisse et conventui dominarum de Osla pro VII marcis || argenti puri Morauiensis

ponderis exposuit et obligavit; que tamen necessitate compulsus[b] aliis obligasset,[c] hoc addito et adiuncto, quod, quidquid prefatis abbatisse et conventui de ipsis et prato et agris emolimenti seu utilitatis ante solutionem summe prehabite dominus tollere dederit, ad turpe lucrum non debeat deputari, set in pias elemosinas pro se et suis caris tam vivis quam defunctis, et si quid lesionis vel turbationis eidem moasterio[d] per ipsum illatum sit, quod tamen ignoranter factum est, Dominus, qui misericors peccata dimittit, super hiis sibi debeat misereri. Actum Znoyme[e] presentibus szudario domino Szucecraio, Laurencio et Woluelino fratribus filiis Rancirii, domino Sborone, domino Rancirio, Wernhardo et Iencone filiis Lupi de Nasmericz, domino Ieroslao de Knenicz, Merbotone provinciali Znoymensi et aliis quam pluribus tunc [i]bidem[f] collectis anno Domini M°CC°LXXIII, idus[c] maii.

Sigillum: Radoslai [de Heraltice], castellani Znoymensis, scidula membranacea ex autographo ipso scissa illaesum dependet. Vide Sigilla num. 4, 11.

---

703. [a]) ‚ven^{s}' *A.* — [b]) ‚ɔpulsus' *A.* — [c]) *Ita A.* — [d]) *Ita A; titulus enim deest.* — [e]) ‚Zn͡oym' *A.* — [f]) *Quod uncis clauditur, cum membrana destructa periit in A.*

[1]) *Scilicet Oleksovice.*

704.

Gregorius X. papa monasterium in Doksany protegendum suscipit, omnes possessiones ac bona eius confirmat eique iura et libertates plurimas concedit.

Apud Urbem Veterem 1273 maii 15.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Doksany, sign. L IV ŘP Doksany num. 6) asservatur (A).

Ed: Hugo, Ord. Praem. Annales, col. 528—530 (ex apographo quodam).
Reg: Reg II, pag. 333 num. 824 (ex A). — Potthast II, pag. 1669 num. 20731.
Lit: Krofta, Kurie II, pag. 146 (rei deliberatio). — Pražák, Privilegium Přemysla I., pag. 167 (charta in cohaerentia cum charta num. 807+ laudatur). — Hledíková, Prokurátoři, pag. 90.

In autographo hae notae leguntur: In marginis superioris parte sinistra voces „c͡oe. p̍. ordɔ s͡a Au͡g. P͡aul.", in parte dextra „ascribet̊ in aud. pt° d͡at apposit͡a" (quarum maxima pars lineis deleta est, verba „in aud." atramento pallidiore scripta sunt); in angulo dextro nota „bo" duabus lineis deleta, paulo inferius „Paul"; in autographi tergo in media parte superiore „Bernardi villa" et inferius „f.'; quae omnia in cancellaria apostolica videntur esse scripta. In autographi tergi sinistra parte inferiore inscriptio apparet, cuius litterae fere evanuerunt (ultimae duae voces „de Boemia" tantum legi possunt) ita, ut discerni nequeat, utrum in cancellaria apostolica an manu registratoris monasterii scripta sit.

In privilegio conscribendo mutata arenga et articulo XV. praetermisso eadem forma adhibita est, quam ex Libro provinciali cancellariae apostolicae edidit Tangl, Kanzleiordnungen, pag. 233 num. 3.

⁝ Gregorius ⁝ ⁑ episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus . .,[1] magistre monasterii de Dokzan, eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis ⁑ ⁝ in perpetuum ⁝ ‖ Prudentibus virginibus ... religionis[2] enervet. Eapropter, dilecte in Christo filie, ... et monasterium de Dokzan, Pragensis diocesis, abbatissam propriam non habens‖[a] sed per magistram solitum gubernari, in quo ... communimus.[3] In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam atque institutionem Premonstratensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur ... vocabulis[3]: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, villam de Mur cum terris, pratis, aquis, molendinis et omnibus pertinentiis suis, villam de Pelez cum terris, pratis, aquis et aliis pertinentiis suis, villam de Walin cum vinea, terris et aliis attinentiis suis, villas de Rohatecz et de Olesk cum pertinentiis earundem, villam de Chotsowicz cum ecclesia, quam habetis ibidem, vinea et aliis pertinentiis suis, villam de Luboteniz cum redditibus denariorum et aliis suis pertinentiis, villam de Goduin cum terris, pratis et aliis suis attinentiis, villam de Nuchnicz cum pertinentiis suis, villam de Chopistz cum terris, piscariis, redditibus, silvis, molendinis, aquis et aliis pertinentiis suis, villam de Dusnik, de Martinowawez et de Wraschow,[b] villam de Lenechicz cum ecclesia, quam habetis ibidem, villam de Crabchicz cum vinea, terris et attinentiis suis, villam de Weltrus cum ecclesia et aliis attinentiis suis, villas de Gluzin, de Chinowicz, de Chotisow, de Chirnowicz, de Wirbechau, de Wognicz, de Birnang, de Busowicz, de Chorchicz, de Chopistz, de Zalesl, de Hosthincz et de Sirbicz cum ecclesia, villam de Cholowsk cum terris, silvis, pratis et aliis pertinentiis suis, villam de Crawar cum foro et aliis pertinentiis suis, villas de Ianesdorp, de Hermaunesdorp et[c] de Palicz cum agris, aquis, molendinis, silvis et aliis attinentiis earundem, de Welichow, de Iacobz, de Peterstorph, de Lupoldesdorph, de Wichowicz, de Domnicz, de Sonewalde et de Permindesgrune villas cum terris, silvis, aquis, piscariis et aliis pertinentiis suis, villam de Sbuncz cum ecclesia, quam habetis ibidem, nec non decimas, redditus, possessiones, silvas, aquas, piscarias, homines, iurisdictionem temporalem et quicquid iuris tam in predictis locis et villis quam aliis predicte diocesis monasterium vestrum noscitur obtinere, cum terris, pratis, vineis, nemoribus ... immunitatibus suis.[3] Sane novalium vestrorum, que propriis sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive ... presumat.[3] Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas ... officia celebrare,[3] dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero, ... infra fines parrochie vestre, si eam habetis, nullus ... vel interdicti sint aut etiam publice usurarii, nullus ... canonica iustitia[3]; et in predictis decimis moderatione concilii generalis.[4] Si qua igitur ... inveniant.[3] ⁑ Amen. Amen.[d] Amen. ⁑

(R)[e] Ego[f] Gregorius catholice ecclesie episcopus ss. (B. V.)

+[g] Ego Symon tituli sancti Martini presbyter cardinalis ss.

+ Ego Ancherus tituli sancte Praxedis presbyter cardinalis ss.

+ Ego frater Iohannes Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

+ Ego Iohannes sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis ss.

+ Ego Ottobonus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.

+ Ego Iacobus sancte Marie in Cosmydin diaconus cardinalis ss.

+ Ego Gottofridus sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis ss.

Datum apud Vrbem Ueterem per manum magistri Ianoni Leccacorui, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, idus[h] maii, indictione prima, incarnationis dominice anno M°CC°LXXIII°, pontificatus vero donni ⸸ Gregorii ⸸ pape X anno secundo.

Bulla: Gregorii X. papae in filis sericis flavi et rubri coloris illaesa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533—534.

---

704. [a]) *Finis tertiae lineae in A.* — [b]) *Etiam* ‚Wiraschow' *legi potest in A.* — [c]) *Vox addita est in A.* — [d]) *Vox usu cancellariae apostolicae scripta est in A.* — [e]) *In rotae medio in quadrantibus superioribus:* ‚sanctus ⸸ Petrus ⸸ sanctus ⸸ Paulus ⸸', *in quadrantibus inferioribus:* ‚⸸ Gregorius ⸸ papa X'. *Circumscriptio autem hanc papae sententiam praebet:* ‚+ Perfice gressus meos in semitis tuis' *(cf. Psalm. 16, 5).* — [f]) ‚E' *alio atramento aliaque manu scripta est in A.* — [g]) *Quae sequuntur subscriptiones, diversis manibus diversoque atramento scriptae sunt in A.* — [h]) *Ita A.*

[1]) *Předislavae (?).* — [2]) *Vide CDB III, pag. 37 num. 40.* — [3]) *Vide CDB II, pag. 274 num. 281 mutatis mutandis, quod ad sexum femininum pertinet, cum variationibus minimi momenti.* — [4]) *Vide Decr. Greg. IX., 3.30.34 (Friedberg II, col. 568).*

705.

Gregorius X. papa monasterium in Strahov protegendum suscipit, omnes possessiones ac bona eius confirmat eique iura et libertates plurimas concedit.

Apud Urbem Veterem 1273 maii 15.

Apographum exstat in charta Bartholomaei, archidiaconi Ambianensis, domini papae capellani et ipsius [litterarum] contradictarum auditoris, apud Urbem Veterem 1273 maii 28 (num. 709) data, cuius chartae autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Strahov, sign. ŘP Starahov num. 13) asservatur (B). — Apographum eiusdem chartae exstat in vidimatione Johannis Casp. Artzti, notarii publici, Pragae 1748 ian. 17 data, cuius vidimationis autographum in plagula chart. scriptum in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. F) asservatur; cuius textum haud respeximus.

Ed: Hugo, Ord. Praem. Annales II, col. 561—564 (ex quodam apographo).
Reg: Potthast II, pag. 1669 num. 20730.
Lit: Tomek, Opravy, pag. 51 ss (quaestiones topographicae).

In privilegio conscribendo eadem forma (mutatis mutandis) adhibita est, quam ex Libro provinciali cancellariae apostolicae edidit Tangl, Kanzleiordnungen, pag. 233 num. 3.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..,[a 1] abbati monasterii Montis Syon, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. Religiosam vitam ... infringat.[2] Eapropter ... et monasterium Montis Syon, Pragensis diocesis, in quo divino ... communimus.[2] In primis siquidem statuentes, ut ordo

canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam atque institutionem Premonstratensium[b] fratrum in eodem loco institutus esse dinoscitur ... vocabulis:[2] Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis, villam de Trisowiz cum omnibus appenditiis et pertinentiis suis, villam de Raduniz cum molendinis et omnibus appenditiis et pertinentiis suis, videlicet Straduniz, Oleniz, Ribehiz, Petruz,[c] Leus et cum terris, pratis, nemoribus et universis aliis ad villas seu loca pertinentibus supradicta, villas que Whoniz, Kayn, Heremdorph, Hormeriz, Craber et Sedliz vulgariter nuncupantur, cum terris, possessionibus ac omnibus appenditiis et pertinentiis [earundem],[d] villam de Sep cum appenditiis et pertinentiis et ecclesiam, quam habetis ibidem, villas de Ouuechar, Brezan, Cracchan et de Heinrichow et cum omnibus appenditiis et pertinentiis earundem, villam de Checkow cum ecclesia, que vocatur Mointa, villam de Zechowiz cum terris, silvis, possessionibus ac omnibus aliis appenditiis et pertinentiis suis, villam, que vocatur Zemik, cum appenditiis et pertinentiis suis, villam, que dicitur Mnetes, cum monte Rapz et ecclesiam sancti Adalberti et villas, que Cirnisowiz, Lothus, Creuuiz, Nebuschiz, Stenick et Striskowiz vulgariter appellantur, cum appenditiis et pertinentiis earundem, villas, quas habetis circa Necoliz, videlicet Zachum cum villis, silvis et aliis appenditiis et pertinentiis suis, villas, que Chiska, Sonebuar communiter appellantur, cum silvis, possessionibus et ceteris appenditiis et pertinentiis earundem, sancti Nicolai in Antiqua Praga et sancte Marie in Satz ecclesias cum omnibus pertinentiis earundem, homines, terras, possessiones, redditus, iurisdictionem temporalem et quicquid iuris tam in predictis villis et locis quam in toto regno Boemie monasterium vestrum noscitur obtinere, cum terris, pratis, vineis, ... immunitatibus suis.[2] Sane novalium ... colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive ... presumat.[2] Liceat quoque ... officia celebrare,[2] dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero, ... infra fines parrochie vestre, si eam habetis, nullus ... inveniant.[2] Amen. Amen. Amen. Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus ss. Ego frater Iohannes Portuensis et sancte Ruffine episcopus ss. Ego Symon tituli sancti Martini presbyter cardinalis ss. Ego Ancherus tituli sancte Praxedis presbyter cardinalis ss. Ego Iohannes sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis ss. Ego Ottobonus sancti Adriani diaconus cardinalis ss. Ego Iacobus sancte Marie in Cosmidin diaconus cardinalis ss. Ego Gottifridus sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis ss. Datum apud Vrbem Ueterem per manum magistri Ianoni Leccacorui, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, idus[e] maii, indictione prima, incarnationis dominice anno M°CC°LXXIII°, pontificatus vero donni Gregorii pape X anno secundo.

---

705. [a] *Deest B.* — [b] ‚Promonstratensium' *B.* — [c] *Cum titulo superfluo legitur in B.* — [d] *Quod uncis clauditur, cum membrana putrefacta periit in B.* — [e] *Ita B.*

[1]) *Seu Godefrido seu Sigefrido (cf. num. 503, 834+, 835).* — [2]) *Vide CDB II, pag. 274 num. 281 cum variationibus minimi momenti.*

706.

Bruno, episcopus Olomucensis, Meingoto, civi Olomucensi, cum consensu capituli Olomucensis villam Krakořice et allodium in Mošťánky (Mossan) *iure feudali confert.*

In Olomouc 1273 maii 15.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. S I a 5) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. G 4^{v} num. 45 (B). — Alterum apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 82^{v} num. 15 (C).

Ed: CDM IV, pag. 103 num. 71 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 332 num. 823.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 152 num. 57 (rectificationes lectionum Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 691 num. 52 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 40 n. 3 et 4, pag. 55 (formularius chartae). — KK, pag. 95. — Šebánek—Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 119 (prooemium tractatur).

Scriba: B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.
Dictator: Conradus, notarius episcopi, qui auctor est formularii II chartarum iura feudalia tangentium (cf. num. 373, 408, 409, 554, 664).
Cf. prooemium chartae Přemysli Otakari II. Brunae 1249 ian. 11 datae (CDB IV, pag. 258 num. 157^{+}).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (FFFF), Conradus notarius (BBB), 5, De chartae apud civitates usu (FFF).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, dilecto sibi Mengoto, civi Olomucensi, suisque heredibus in perpetuum. Censemus con‖veniens et honestum ac pium etiam arbitramur, ut eorum, qui se nobis et ecclesie nostre obsequiosos exhibent et fideles, cum ‖ benefecisse bonis sit omni parte lucrosum, recompensemus liberaliter servicia beneficiis specialibus et gratia singulari. Hinc est, ‖ quod nos gratanter inspectis obsequiis multiplicibus per bone memorie Henricum, quondam civem Olomucensem,[1] patrem tuum, fideliter nobis impensis, quodque tu ad instar dicti patris tui similia nobis exhibes et impendis servicia fide plena et sollicitudine indefessa, concedimus et conferimus liberaliter tibi et heredibus tuis iure feodali villam de Kracowiz quatuor mansos habentem et allodium de Mossan habens duos mansos cum censu, decimis, iudicio, steuris, pratis, rubetis et omnibus attinentiis necnon iuribus et terminis suis plenis per te ac heredes[a] tuos legitimos, masculos tantum, perpetuo possidenda, capituli nostri ad hoc requisito consensu pariter et obtento, cui dabis in recognitionem dictorum bonorum mensuram tritici de manso quolibet annis[b] singulis, quemadmodum vasalli nostri et ecclesie nostre infeodati de bonis episcopalibus dare tenentur; nobisque et nostris successoribus tu et heredes tui talia fideliter impendetis servicia, sicut predictus pater tuus nobis exhibere consuevit. Quod autem premissa omnia tam nobis, successoribus nostris et capitulo nostro quam tibi et heredibus tuis firmiter et inviolabiliter observentur, presentem paginam ad rei memoriam sempiternam inde conscribi et sigilli nostri iussimus munimine roborari, cui et sigillum capituli nostri similiter est appensum. Actum et datum Olomuz anno Domini M°CC°LXXIII°, idus[c] maii presentibus et consentientibus dominis: Alexio decano, Alberto

preposito, Cyro archidiacono, Conrado scolastico, Bartholomeo, Woyzlao, Lamberto custode, Petro, Thoma Romano, Iohanne de Hompurch, Theoderico de Fulmensteyn, magistro Theoderico de Yglauia, Vlrico domini Razlai filio, Budizlao et Hartmanno[d] canonicis Olomucensis ecclesie.[d]

Sigilla: in filis sericis viridis coloris appendent; 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, paulum laesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) ecclesiae Olomucensis paulum laesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.

---

706. *[a]) Cum correctura in titulo scriptum est in A. — [b]) Littera ‚a' ex quadam alia littera correcta est in A. — [c]) Ita A. — [d–d]) Verbis competenter distentis, ut ultima linea expleretur, scriptum est in A.*

[1]) *Fortasse eundem, qui in num. 361 nominatur.*

707.

Gregorius X. papa monasterium in Teplá protegendum suscipit, omnes possessiones ac bona eius confirmat eique iura et libertates plurimas concedit.

Apud Urbem Veterem 1273 maii 23.

Autographum in membrana scriptum in SAR Žlutice (archivum mon. in Teplá, sign. Kl. prem. Teplá num. 27) asservatur (A). — Apographum codex mnscrus membr. — chart. saec. XVI.—XVII. „Annales monasterii Teplensis" *dictus, olim in bibliotheca mon. Teplensis asservatus (sign. ψ VI 146), qui nunc latet, continet,[1] fol. 56ᵛ—58ᵛ (B).*

Ed: Hugo, Ord. Praem. Annales II, col. 580—582 (e quodam apographo).
Reg: Reg II, pag. 334 num. 825. — Potthast II, pag. 1670 num. 20739.
Lit: Krofta, Kurie, pag. 146 (rei deliberatio). — Hledíková, Prokurátoři, pag. 89.

In autographo hae notae leguntur: In margine superiore in parte sinistra voces „c͡oe. p̣. ordɔ s͡ci A͡ug.", *ibidem in media parte* „ascribet̂ Paul" *et paulo dextrorsus* „in a͡ud. ptᵒ d͡at. apposit͡a" *(quarum maxima pars lineis deleta est, ultimum verbum fere evanuit); ibidem in angulo dextro fortasse nota* „bo" *duabus lineis deleta; in autographi tergo in media parte superiore* „F. de N͡ucer" *in loco, ubi primum fortasse* „Quido Novar" *scriptum et postea erasum apparet; quae omnia in cancellaria apostolica videntur esse scripta. Inferius inscriptio manu registratoris mon. Teplensis scripta fere evanuit, ut vix legi possit.*

In privilegio conscribendo eadem forma (mutatis mutandis) adhibita est, quam ex Libro provinciali cancellariae apostolicae edidit Tangl, Kanzleiordnungen, pag. 233 num. 3.

⁝ Gregorius ⁝ ⁑ episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..,[2] abbati monasterii Teplensis, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis ⁑ ⁝ in perpetuum ⁝ ‖ Religiosam vitam ... infringat.[3] Eapropter ... et monasterium Teplense, Pragensis diocesis, in quo divino ... communimus.[3] In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam atque institutionem Premonstratensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur ... vocabulis:[3]

Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, villam Teplensem cum foro et omnibus appenditiis et pertinentiis suis, de Iankouici, de Rankouo, de Tyzzoua, de Babici, de Zlusetino, de Stipoclazi, de Hoztche, de Cramosin, de Cirazouo, de Bezzuerouo, de Baranouo, de Pekouici, de Crepkouici, de Zahradha, de Nezdici, de Berni, de Hoztche, de Criuche, de Rozneuici, de Cerneuici, de Pernarte, de Crukanici, de Vgezd, de Huoschene, de Pitel, de Cihan, de Luki, de Budche, de Olechouici et de Nouumforum villas cum hominibus, terris, possessionibus, iurisdictione temporali ac universis appendiciis et pertinentiis earundem; villam de Nukachou cum pertinentiis suis, de Herztouo, de Prachomoti, de Dobrauoda, de Nemehici, de Ztarauez, de Vitsino, de Lichene, de Poschouo, de Dechkouici, de Dreuohrisi, de Cladrub, de Baran, de Landeke, de Tyzzoua curia Adoldi, de Heremita, de Raiouo, de Thihan, de Bohuzlaue, de Popouici, de Hoztenouo, de Holubino, de Cramolin, de Ebruinou, de Zauissino, de Zadub, de Milhoztouo, de Vseuice, de Vulkouici, de Skuarouo, de Riskouici, de Wizochane, de Oldrichouo, de Psewilchi, de Clectini, de Zozni, de Hroznetino, de Ditreihsgrun, de Tiphenbach, de Rinolisgrun, de Vlrichonsgun, de Vernharisgrun, de Woytsgrun, de Vlipi, de Merclinsgrum, de Camrersgrun, de Odersgrun, de Henrichsgrun, de Dipoltsgrun, de Ruprechtsgrun, de Spitersgrun et de Witkesgrun villas cum hominibus, terris, possessionibus, iurisdictione temporali ac omnibus appenditiis et pertinentiis earundem necnon et ecclesias, quas in villis obtinetis predictis ac quicquid iuris in predicta diocesi et regno Boemie monasterium vestrum noscitur obtinere, cum terris, pratis, vineis, nemoribus ... immunitatibus suis.[3] Sane novalium ... colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive ... presumat.[3] Liceat quoque ... officia celebrare,[3] dummodo causam non dederitis interdicto. Crima vero, ... infra fines parrochie vestre, si eam habetis, nullus ... interdicti sint[3] aut etiam publice usurarii, nullus ... inveniant.[3] ⸸ Amen. Amen.[a] Amen. ⸸

(R)[b] Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus ss. (B. V.)

\+ Ego Symon ...[4]

Datum apud Vrbem Ueterem per manum magistri [Ia]noni[c] Leccacorui, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, X kalendas iunii, indictione prima, incarnationis dominice anno M°CC°LXXIII°, pontificatus vero donni ⸸ Gregorii ⸸ pape X anno secundo.

Bulla: avulsa et deperdita est.

707. [a]) *Vox usu cancellariae apostolicae scripta est A.* — [b]) *Descriptionem rotae vide num. 704.* — [c]) *Quod uncis clauditur, in membrana destructa periit A.*

[1]) *Sicut a procuratoribus archivi in Žlutice certiores facti sumus; imago phototypica mnscri latentis nobis praesto erat.* — [2]) *Hugoni.* — [3]) *Vide CDB II, pag. 274 num. 281 cum variationibus minimi momenti.* — [4]) *Quae sequuntur subscriptiones, eaedem sunt atque in num. 704.*

708.

Gregorius X. papa monasterium in Chotěšov protegendum suscipit, omnes possessiones ac bona eius confirmat eique iura et libertates plurimas concedit.

Apud Urbem Veterem 127[3][1] maii 23.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Chotěšov, sign. L IV ŘP Chotěšov num. 15) asservatur (A). — Apographum insertum est chartae Karoli IV., imperatoris Romanorum, Pragae 1358 febr. 21 datae (Reg VI, pag. 447 num. 757), cuius chartae autographum in membrana scriptum ibidem (num. 71) asservatur (B).[2] — Versio Bohemica chartae una cum confirmatione Karoli IV. confirmationi Georgii, regis Bohemiae, Pragae a. 1459 datae inserta in mnscro chart. „Urkundenbuch des Stiftes Chotieschau" *dicto, qui in UK Pragae (sign. Teplá rkp. D 31, cod. 220) asservatur, fol. 15—18[v] num. 3 invenitur, cuius textum sub * praebemus (T).*

Ed: Hugo, Ord. Praem. Annales, col. 463—465 (ex quodam apographo chartae B, ad a. 1272).
Reg: Reg II, pag. 312 num. 781 (ad a. 1272 maii 13). — Potthast II, pag. 1670 num. 20737.
Lit: Krofta, Kurie II, pag. 146 (rei deliberatio). — Hledíková, Prokurátoři, pag. 89 (ad a. 1272).

In autographo hae notae leguntur: In marginis superioris parte sinistra „cõe p̲. ordo P̂mo⁊tratẽn", *paulo dextrorsus* „prom (?) d⁹ Bardis, M. Land⁹ (?)", *iterum dextrorsus* „in audo post dat̂" *(quae voces lineis deletae sunt); in dextro angulo* ‚a', *paulo inferius* „Paul"; *in chartae replicatae medio* ‚f.'; *in autographi tergi medio superiore* „Franciscus de Nucẽr"; *quae omnia in cancellaria apostolica videntur esse scripta.*

In privilegio conscribendo eadem forma (mutatis mutandis) adhibita est, quam ex Libro provinciali cancellariae apostolicae edidit Tangl, Kanzleiordnungen, pag. 233 num. 3.

⁝ Gregorius ⁝ ⁞ episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus . .,[3] magistre monasterii Chotessouicensis, eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis ⁞ ⁝ in perpetuum ⁝ ‖ Religiosam vitam ... religionis[4] enervet. Eapropter, dilecte in Christo filie, ... et monasterium Chotessouicense, abbatissam propriam non habens, sed per magistram solitum gubernari, Pragensis diocesis, in quo ... communimus.[4] In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam atque institutionem Premonstratensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur ... vocabulis:[4] Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, villam Chotessouicli cum hominibus, Manton cum foro et iurisdictione temporali et omnibus pertinentiis et appenditiis suis, villam Dobran cum foro et cum duabus ecclesiis, videlicet sancti Viti et sancti Nicolay, ac omnibus pertinentiis suis, de Wschuse, de Lozina, de Cernotin, de Lesan, de Pretino, de secunda Cernotin, de Wzehono et de Iuharche villas cum omnibus appenditiis et pertinentiis earundem, villam de Ztankon cum ecclesia sancti Iacobi et cum foro et ceteris pertinentiis et appendentiis earundem, de Chuchon, de Holissono, de Hnidouizi, de Zttelici, de Lelouo, de Ztod, de Lizzono et de Bitono villis cum universis appendentiis et pertinentiis earundem, villam de Zekirene cum capella sancti Gastuli et aliam villam de Ceckitam, de Preisson, de Zaluse, de Kotonici, de Cedlte, de Horekonici, de Thynech, de Zbonen,[a] de Vgezdech, de Wherti, de Nirane et de alia Wcedech et de Leui villas cum omnibus

appenditiis et pertinentiis earundem, medietatem ville de Oyprinich, de Iezuowi et de Tornona villas cum omnibus attinentiis et pertinentiis earundem, ecclesiam sancti Laurentii in Pizna sitam in monte cum ecclesiis et capellis dependentibus ab eadem, videlicet sancti Iohannis, sancte Marie, sancti Petri, sancti Martini, sancte Crucis et sancti Wenceslay ac omnibus pertinentiis earundem, ecclesiam sancti Blasii de Zrabozzon et annuum redditum denariorum, quem percipitis in civitate Pilznensi, in Misa et in Domaslich et in foro civitatis eiusdem, terras, possessiones, redditus, iurisdictionem temporalem et quicquid iuris in villis et locis predictis monasterium vestrum noscitur obtinere, decimas grossas et minutas, quas percipitis in grangiis regis in Pilznensi provincia constitutis, tolone-um[b] in villa de Domaslich, in Wschahlau, in Zedlce et in Lubakonici, in Wodokerth duos mansus, in Totin duas capellas, videlicet sancti Michaelis et sancte Ludiuille, villam de Hrussouene cum capella sancti Gothardi, villam de Praona cum ecclesia sancti Nicolay, villas de Ternoua, de Wrutice, de Zuaremirici et Luthochonici cum omnibus appenditiis et pertinentiis earundem et alias terras et possessiones vestras et quicquid iuris in regno Boemie monasterium vestrum noscitur obtinere, cum terris ... immunitatibus suis.[4] Sane novalium vestrorum, que propriis sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive ... presumat.[4] Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas ... officia celebrare,[4] dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero ... infra fines parrochie vestre, si eam habetis, nullus ... vel interdicti sint, aut etiam publice usurarii, nullus ... canonica iustitia;[4] et in predictis decimis moderatione concilii generalis.[5] Si qua igitur ... inveniant.[4] ⸸ Amen. Amen.[c] Amen. ⸸

(R)[d] Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus ss. (B. V.)

+ Ego Symon ...[6]

Datum apud Vrbem Ueterem per manum magistri Ianoni Leccacorui, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, X kalendas iunii, indictione prima, incarnationis dominice anno MCC°LXXII,[e] pontificatus vero donni ⸸ Gregorii ⸸ pape X anno secundo.

Bulla: Gregorii X. papae in filis sericis flavi et rubri coloris illaesa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533—534.

---

708. [a]) ‚Zbon' *A.* — [b]) *Ita A.* — [c]) *Vox usu cancellariae apostolicae scripta est in A.* — [d]) *Descriptionem rotae vide num. 704.* — [e]) *Ita A, vide n. l.*

[1]) *In anni inditione chartae scribae incuria erronee annus 1272 affertur. Charta atque illa num. 707 ad a. 1273 recte ponenda est.* — [2]) *Confirmatio Karoli IV. multotiens confirmata et vidimata est, ut ex documentis competentibus in archivo monasterii Chotessovicensis asservatis cognosci potest.* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Vide CDB II, pag. 274 num. 281 mutatis mutandis, quod ad sexum femininum pertinet, necnon ordine verborum mutato.* — [5]) *Vide Decr. Greg. IX., 3. 30. 34 (Friedberg II, col. 568).* — [6]) *Quae sequuntur subscriptiones, eaedem sunt atque in num. 704.*

708.*

Řehoř[a] biskup, služebník služebníkův božích, milým v Kristu dcerám . . ,[b] mistryni kláštera chotěšovského, a jejím sestrám tak nynějším jako budoucím řeholní život vyvolujícím na[b] věky.[b] Apoštolská ochrana slušně přítomna býti má, aby snad ledajakés lechkomyslné vejtržky je buďto od jich předsevzetí spět neobrátily, aneb podstatu (ač bůh uchovej) svaté řehoły nezlechčily. Protož, milé v Kristu pánu dcery, Vašim slušným a spravedlivým prosbám milostivě místo dáváme a klášter chotěšovský, abbatyše vlastní nemající, ale kterýž skrze mistryni spravován býval, v arcibiskupství[c] prazském, v kterémžto božským službám ste se odevzdaly, a pod ochranu svatého Petra a naši přijímáme a tímto listem potvrzujeme. Napřed ustanovuje, aby řád kanovnický, kterýž podle boha a svatého Augustina reguly a řádu premonstratenského bratřím v týmž klášteře nařízenej jest, na budúcí věčné časy tam bez porušení se zachovával. Přitom jaké koli skutky a pozemské zboží týž klášter nyní spravedlivě a podle práva církevního má aneb budoucně z dovolení papežuov, nadání králův neb knížat, z obětování věřících aneb jinými spravedlivými prostředky z pomocí boží bude moci dostati, ať vám i budoucím vašim jistá a neporušitedlná zůstávají. Kteréžto statky vlastními jmény tuto poznamenati za slušné sme soudili: Místo to, na kterýmž dotčený klášter jest, se vším jeho příslušenstvím, ves Chotěšovice s lidmi, Mantov s rynkem a právem časným a se vším k tomu příslušenstvím a příležejícími věcmi, městečko Dobřany s rynkem a dvěma kostely, totižto svatého Víta a svatého Mikuláše, a se vším jeho příslušenstvím, vsi Vsuše, Losina, Černotín, Lažany, Přetino, druhej Černotín, Zswikov a Jicharce se vším jich příslušenstvím, vsi Ohněnov, Hnidousy, Střelice, Lelovo, Stod, Lisov a Bitovo se vším jich příslušenstvím, ves Sekyřany s kaplou svatého Haštala a druhou ves Sekyřany, vsi Přehejšov, Záluží, Kotovice, Sedlec, Hořikovice, Tejnec, Zbuch, Oujezd, Vherce, Nejřany a druhý Oujezd a Líně se vším jich příslušenstvím, polovici vsi Vejprnice, vsi Jezna a Trnovo se vším jich příslušenstvím, kostel svatého Vavřince v Plzni na vrchu postavený s kostely a kaplami k témuž kostelu příslušejícími, jako svatého Jana, Matky boží, svatého Petra, svatého Martina, Svatého kříže, svatého Václava a se vším jich příslušenstvím, kostel svatého Blažeje v Zrakořanech a roční peněžitý plat, kterýž béřete v městě Plzni, v Stříbře a Domažlicích a na trhu téhož města, země, statky, ouroky neb platy, právo plné časné a jaké koli právo v vesnicech a městech dotčených klášter váš má, desátky veliké i malé, kteréž berete na hranicích královských v Plzenským kraji postavených, clo[d] ve[d] vsi Domažlicích, v Šťáhlavech, v Sedlci a v Libákovicích a v Vodokrtech dva lány a v Tetínu dvě kaply, totiž svatého Michala a svaté Lidmily, ves Hrušovany s kaplou svatého Kotharta, ves Prunnov s kostelem svatého Mikuláše, vsi Trnovou a Vrutice, Svářenice a Litochovice se vším jich příslušenstvím a jiné země a statky vaše a jaké koli právo v Království českém klášter váš má, s zeměmi, lukami, vinicemi, hájemi, drahami a pastvami, na porostlinách i rovinách, na vodách neb mlejních, na cestách i stezkách a ve všech jinejch svobodách a vejminkách jich. Item novotiny vaše, kteréž vlastním nákladem vzděláváte, s kterých až posavad žádný ještě nebral, buďto k píci dobytka, žádný od vás desátku ať bráti, neb dobejvati nesmí. A nechť vám jest svobodno osoby svobodný z světa utíkající k obcování přijímati a je bez překážky jaké držeti. Přitom zapovídáme, aby žádná z sester vašich, kteráž by v klášteře vašem professí učinila, bez povolení mistryně své z téhož místa, kromě pod spůsobem útrpnějšího řádu, vycházeti nemohla; a pakli by vyšla, aby jí žádný bez obecního vašeho listu přijíti a zdržovati nesměl. Kdyby pak veřejná zápověď mši svaté sloužení v zemi byla, vám dopouštíme v zavření, vyžena z místa toho osoby, které by v kladbě byly aneb na které by se zápověď taková vztahovala, bez zvonění, temným hlasem služby boží vykonati, toliko když k zápovědi takové příčiny nedáte. Křižmo a olej posvátný k posvěcování oltářů neb kostelův a svěcení mnišek od biskupa v vašem arcibiskupství[c] bráti budete, bude-li katolický, a v jednotě a poslušenství svaté Římské stolice trvati; a ten v té věci bez ošemetnosti všelijaké bude se chtíti vám propůjčiti. Přitom zapovídáme, aby v osadě fary vaší, jestli ji máte, žádný bez povolení biskupa vašeho kaplu neb modlitebnici znovu stavěti nesměl, pokudž by však bez ublížení privilejí římských biskupův byly. Dále nové a ne obyčejné zbírky od arcibiskupa, biskupů, arcipryštů neb děkanů a jiných osob duchovních i svědských od vás aby brány bejti měly neb žádány, zapovídáme. Pohřeb také v témž místě svobodný vyhlašujeme, aby jich žádosti a poslední vůli, kteříž by se tu pochovati žádali, leč by snad v kladbě aneb v zápovědi aneb zjevní

lichevníci byli, žádný neodpíral, však bez ublížení spravedlnosti a práva těch kostelův, od kterých taková těla mrtvá k pochování se berou. Desátky také a statky k právu far vašich příslušejících, kteréž by od svědských se držaly, vskupovati a právně vysvobozovati z rukou jich a k farám, k kterýmž příslušejí, zase připojiti svobodu mějte. K pokoji a také k dobrému vašemu podle otcovské starosti prohlédajíce, mocí apoštolskou zapovídáme, aby žádný v okolku míst vašich loupeže, krádeže provozovati, oheň klásti, krev vylívati, lidi bráti, s nimi se vězeti neb jeho vázati, zabíjeti aneb moc nad ním provozovati nesměl. Item všecky svobody od předkův našich, římských biskupův, klášteru vašemu propůjčené, tolikéž i vejrunky, vejsady i svobody svědské od králův a knížat neb jiných věrných vám podle rozumu a slušnosti dané mocí apoštolskou potvrzujeme a tímto listem ohrazujeme, ustanovujíce, aby žádný živý člověk dotčený klášter všetečně bouřiti a neb jeho statky bráti aneb pobrané držeti, zmenšiti aneb jak koli snižovati nesměl, ale všeckno nechť v celosti zachováno jest jim, pro kterýchžto správu a vychování propůjčeno jest, všelijak k užitku jim ať slouží, pokudž by stolici apoštolský, arcibiskupův, duchovnímu právu a strany desátkův dotčených nařízení sněmovnímu odporné nebylo. Protož jestli by kdo napotom, buď on duchovní neb svědská osoba, toto naše nařízení a potvrzení vědomě přestoupil a proti tomu všetečně o nětco se pokoušel, po druhým a po třetím napomenutí, jestli že hřích svůj slušným zadostiučiněním nenapraví, ouřadu a cti své buď prázen a vinným se božího soudu z přečiněné nešlechetnosti býti znej a přesvatého těla a krve boží a pána vykupitele našeho Ježíše Krista buď prázen a v nejposlednější den nechť hrozné pomstě poddán jest. Všem pak v týmž místě nařízení svá a práva zachovávajícím buď pokoj pána našeho Ježíše Krista, aby i zde z dobrých skutkův užitek braly a u přísného soudce mzdu věčného pokoje našly, amen. Já Šimon etc. svatého Martina kardinál, já Antherus etc. svaté Praxedy kardinál, já Řehoř katolické církve biskup, já bratr Jan portuenský a svaté Rufiny biskup, já Jan svatého Mikuláše v žaláři tulián-ským diakon kardinál, já Ottobonus svatého Adryána kardinál diakon, já Jakub Matky boží v Kosmidinu diakon kardinál, já Kotfryd svatého Jiří u Zlatého rouna kardinál diakon. Dán v Starém městě skrze mistra Jara Lertatonii, svaté římské církve místokanclíře, XXIII máje, od vtělení Páně 1272,[c] papežství pak pana našeho Řehoře, toho jména desátýho, léta druhého.

708.* [a] ‚Řehož' *T.* — [b] *Deest in T.* — [c] *Ita T.* — [d-d] ‚slove' *T.* — [e] *Vide in versione Latina n. 1.*

709.

Bartholomaeus, archidiaconus Ambianensis, domini papae capellanus et ipsius [litterarum] contradictarum auditor, compositionem inter monasterium Brevnoviense et Strahoviense super privilegio Gregorii X. papae, cui procurator monasterii Brevnoviensis contradixit, in audientia publica factam pronuntiat, tenorem eiusdem privilegii inseri faciens.

Apud Urbem Veterem [1273] maii 28.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Strahov, sign. ŘP Strahov num. 13) asservatur (A). — Apographum exstat in vidimatione Johannis Casp. Artzti, notarii publici, Pragae 1748 ian. 17 data, cuius vidimationis autographum in plagula chart. scriptum in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. F) asservatur (B).

Reg: Schramm, Regesten, pag. 79 sine num. (ad maii 23, ex A).

Omnibus presentes litteras inspecturis Bartholomeus, archidiaconus Ambianensis, domini pape capellanus et ipsius contradictarum[1] auditor,[a] salutem in Domino. Noveritis, quod, cum magister Bernardus de Bernardiuilla, generalis || procurator ordinis Premonstratensis, pro ..[2] abbate et fratribus monasterii Montis Syon, eiusdem ordinis, Pragensis diocesis, impetraret privilegium apostolicum sub hac forma: Gregorius episcopus, servus servorum dei, *etc.*[3] Eidem privilegio Otto clericus, procurator ..[4] abbatis et conventus monasterii Brewnouiensis, ordinis sancti Benedicti, Pragensis diocesis, pro ipsis in audiencia publica contradixit, quod tandem ea conditione absolvit, quod nullum eisdem abbati et conventui super iuribus predicti monasterii per predictum privilegium preiudicium generetur, nec ad ipsos et eorum iura idem privilegium aliquatenus extendatur. Quod pars altera promisit firmiter coram nobis. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostro sigillo[b] ac suprasigillo muniri. Datum apud Vrbem Ueterem V kalendas iunii,[c] pontificatus domini Gregorii pape X anno secundo.

Sigillum: in filis cannabinis conexis appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

---

709. [a]) ‚auditō‘ *A.* — [b]) *Post vocem locus rasus latitudinis cca 10 mm apparet in A.* — [c]) *Post vocem spatium latitudinis cca 10 mm sequitur in A.*

[1]) *Scilicet litterarum.* — [2]) *Godefrido seu Sigefrido.* — [3]) *Sequitur tenor privilegiii num. 705.* — [4]) *Martini.*

710.

Budiš, abbas monasterii in [Klášterní] Hradisko, novam plantationem nomine Štěpánov et silvam adiacentem iudici eiusdem loci iure civitatis Uničov sub certis condicionibus plantandam confert.

In [Klášterní] Hradisko 1273 iun. 15.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum“, *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 26 num. 29 (B). — Aliud apographum saec. XVII. servavit M. Siebenaicher* „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis“, *cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, fol. 105[v] — 106 (C).*

Ed: CDM IV, pag. 104 num. 72 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 335 num. 826.
Lit: Kavka, Československé dějiny I, pag. 366 (translatio in linguam Bohemicam a f. d. Kamínková facta).

Dictator: ignotus, fortasse mon. Gradicensis proprius.
Vide: II, 3, Kl. Hradisko (P), 4 b, De chartae apud locatores usu (S).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

In nomine Domini amen. Ea, que[a] geruntur in nostra audiencia,[b] conscribi facimus, ut scripture testimonio rei geste memoriam habeamus. Igitur tam[c] futuris quam presentibus memoriter innotescat, quod nos Budis,[d] dei gratia abbas ecclesie Gradicensis, novam plantacionem quandam nomine Stephanow et silvam adiacentem ad latitudinem L[a e] laneorum iure[f] Nove Civitatis[g] [1] iudici de Stephansdorf[h] et pueris suis exstirpandam[i] et plantandam de consensu fratrum nostrorum contulimus et dedimus pacifice et quiete possidendam; ita tamen, quod finita libertate et termino antedicto quilibet laneus fertonem argenti, spudonem[k] unum tritici, alium siliginis, duos avene et[c] tres honores, videlicet in Nativitate Domini IIII[or l] pullos, in festo Pasche XL[a m] ova,[n] in Pentecoste IIII[or l] caseos et pro nostra voluntate XX[ti o] capetia[n] metere seu XX[ti p] denarios dare, nobis annis[q] singulis[q] persolvere[r] teneatur; domino episcopo[2] sex denarios decimales et sex similiter ad reparacionem poncium circa Olomucz persolvere annis singulis teneatur; equum ociosum bene expeditum domino regi, si necesse fuerit, similiter ducere sit paratus; communes steuras seu exacciones domini nostri regis una cum pauperibus vel hominibus suis tamquam[s] alii pauperes residentes in bonis abbacie similiter solvere teneatur, quandocunque fuerit requisitus; preterea tres laneos liberos dicto iudici et pueris suis perpetuo dedimus habendos, et si ultra numerum L[a t] laneorum plures exstirpaverit,[t] similiter decimus suus erit; habebit eciam molendinum unum liberum et tabernam et[c] tercium denarium dicte ville, habebit eciam fabrum et pistorem, bancum carnificis et sutorem. In cuius testimonium presentem literam sibi dari fecimus sigillo nostro firmiter communitam. Acta sunt hec anno Domini millesimo[u] ducentesimo LXXIII°, [u] datum in Gradisch in die sancti Viti martyris.

---

710. [a]) *Hic et inferius* ‚ae' *et* ‚oe' *ponitur pro* ‚e' *in C.* — [b]) *Hic et inferius* ‚t' *ponitur pro* ‚c' *in C.* — [c]) *Deest in B.* — [d]) ‚B' *B.* — [e]) ‚quinquaginta' *C.* — [f]) *Hic et inferius* ‚j' *pro* ‚i' *ponitur in C.* — [g]) *Post vocem denuo* ‚L' *sequitur in B.* — [h]) ‚Stephansdorff' *C.* — [i]) ‚extirpandam' *C.* — [k]) *Ita B, C.* — [l]) ‚quatuor' *C.* — [m]) ‚quadraginta' *C.* — [n]) ‚owa' *B.* — [o]) ‚viginti' *C.* — [p-p]) *Deest in C.* — [q-q]) ‚singulis annis' *in C.* — [r]) *Deest in C.* — [s]) ‚tanquam' *C.* — [t]) ‚extirpaverit' *C.* — [u-u]) ‚1273' *C.*

[1]) *Scilicet civitatis Uničov; iura eiusdem vide CDB III, pag. 82 num. 76.* — [2]) *Scilicet Olomucensi.*

711.

Bruno, episcopus Olomucensis, monasterio in Louka privilegium Roberti, praedecessoris sui, renovat, tenorem eius inseri faciens.

Apud Znojmo 1273 iun. 19.

Duo autographa in membrana scripta in SAR Brunae (primum in archivo mon. in Louka, sign. C 7, alterum in FM, collect. dipl. sign. I/12) asservantur (A 1, A 2). — *Apographum (ex A 1 seu ex A 2 confectum) exstat in codice mnscro membr. saec. XV.* „Matricula Lucensis" *intitulato, in eodem archivo (inter Cerronianos II, 253) asservato, fol. 29 — 29' num. 30 (B 1).*

Ed: CDM IV, pag. 105 num. 73 (e quadam copia vidimata nunc ignota).
Reg: Reg II, pag. 335 num. 828. — Bretholz, Regesten, pag. 148 num. 12 (ex A 2). — Eisler, Geschichte Brunos (ZVGMSch 12 (1908)), pag. 193 num. 11 (ex A 1, erronee ad iul. 19). — Šebánek, Archivy, pag. 45 num. 251 (ex A 1, A 2).
Lit: Šebánek—Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 119 n. 34 (pro Conradi, notarii episcopi, opere ultimo non recte habetur).

In tergo A 1 manu registratoris monasterii saec. XIII. scriptum est: „Est privilegium domini Brunonis episcopi super ecclesiis et decimis", *in A 2:* „Privilegium domini Brunonis episcopi super ecclesiis et decimis" *(H).*

Scriba A 1, A 2: B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.
Dictator: Conradus, notarius episcopi.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (GGGG), Conradus notarius (CCC), 3, Louka (M).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, dilectis in Christo ..[1] abbati et conventui monasterii Lucensis, Premonstratensis ordinis, Olomucensis diocesis, || salutem et sinceram in Domino caritatem. Exhibita nobis vestra peticio continebat, quod privilegium a venerabili in Christo patre,[a] pie || memorie domino Roberto, quondam episcopo Olomucensi, predecessore nostro, vobis et per vos monasterio vestro concessum, ipsius[b] episcopi et capituli ecclesie || Olomucensis sigillorum appensione munitum, iam in tantum sit lapsu temporis antiquatum et vetustate nimia comsumptioni vicinum, ut renovationem ex necessitate requirat;[2] quare super eo vobis et monasterio vestro provideri a nobis humiliter postulastis. Nos autem vobis et monasterio vestro prefato paterna volentes in hac parte, ut convenit, sollicitudine providere, presertim cum ea, que in eodem continentur privilegio, per felicis recordationis dominum Honorium, papam tercium, sint vobis et monasterio vestro, sicut vidimus, confirmata,[3] dictum privilegium, quod diligenter perspeximus et vidimus non abolitum, non cancellatum nec in aliqua parte sui viciatum, cui prefati domini Roberti et capituli Olomucensis ecclesie erant appensa sigilla, de verbo ad verbum, nichil[c] addentes vel minuentes, per quod ipsius privilegii tenor seu verborum series inmutetur,[d] transcribi fecimus ad cautelam. Est autem ipsius privilegii tenor talis: In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Robertus, Olomucensis episcopus, *etc.*[4] Quia igitur ipsum autenticum ex necessitate vidimus renovandum et in scriptum aliud redigendum, nos presens eius transcriptum ad evidentem cautelam et firmitatem ampliorem nostri et capituli nostri ecclesie Olomucensis sigillorum fecimus munimine roborari. Datum apud Znohem, anno Domini[e] M°CC°L°XX°III,[f] XIII° kalendas iulii.[e]

Sigilla: in filis sericis flavi et rubri coloris appendent; 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, paulum laesum in A 1, illaesum in A 2. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) ecclesiae Olomucensis illaesum in A 1, A 2. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.

---

711. *[a]) Finis secundae lineae in A 2. — [b]) Finis tertiae lineae in A 2. — [c]) Loco ‚c' potius ‚e' videtur esse scriptum in A 1. — [d]) ‚immutetur' A 2. — [e-e]) Verbis competenter distentis scriptum est in A 1, A 2. — [f]) ‚M° CC° LXX° III' A 2.*

[1]) *Theoderico.* — [2]) *Autographum chartae insertae, quod nunc habemus, re vera adhuc optime asservatum est; dictator confirmationis chartae igitur seu communem formularium in confirmationibus usitatum, seu alterum exemplar (nunc deperditum) chartae Roberti prae manibus habuit.* — [3]) *Vide CDB II, pag. 246 num. 256.* — [4]) *Sequitur tenor privilegii Roberti, episcopi Olomucensis, cca a. 1220 dati (CDB II, pag. 191 num. 207) cum nonnullis lectionum variationibus, quarum hae enotandae sunt: pag. 192 l. 10 post* ‚trinitatis' *adde* ‚amen. Nos Robertus'; *ibidem l. 14 post* ‚modo debito' *adde* ‚deinceps possideant'; *ibidem l. 15 loco* ‚habuit' *lege* ‚habent'; *ibidem l. 19 post* ‚ecclesiam' *adde* ‚sancti Nicolai'.

712.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, dat monasterio in Žďár [nad Sázavou] omnes poenas pecuniarias, in quibus homines eiusdem monasterii per singulos beneficiarios Bohemiae et Moraviae in iudicio fuerint condempnati, eisdem beneficiariis mandans, ne ab hominibus dicti monasterii ullam pecuniam exigere vel recipere audeant.

Brunae 1273 iul. 4.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. A 194) asservatur (A). — *Apographum exstat in confirmatione Karoli VI., Romanorum imperatoris etc., Viennae 1738 aug. 11 data, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. A 208) asservatur (B).*[1] — *Aliud apographum praebet codex mnscrus chart. saec. XVII.* „Diplomatarium monasterii Zarensis 1252—1642 . . ." *intitulatus, ibidem (sign. 60/7) asservatus, pag. 30—32 num. 18 (C).*

Ed: Steinbach, pag. 30 num. 18 (ex A). — *Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 491 num. 31 (ex A).* — *CDM IV, pag. 106 num. 74 (e quadam copia vidimata).*
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 449 num. 258. — *Reg II, pag. 336 num. 830.* — *Šebánek, Archivy, pag. 45 num. 252 (ex B).*
Lit: Lorenz, Deutsche Gesch., pag. 392 n. 1 (Johannes notarius). — *Dušková, Notář Jindřich, pag. 61 (idem).* — *Dušková, Urkundenwesen, pag. 276—278, 341—346, 366 (Sr).*

Scriba: P II 83 = Johannes notarius. Cf. Exempla script. 1 a, num. 66.
Dictator: magister Henricus.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus (D), Johannes notarius (C), 3, Žďár (T).

Othakarus, dei gratia rex Boemie,[a] dux Austrie, Stirie et Karinthie marchioque Moravie, dominus Carniole, Mar‖chie, Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Dignum et iustum est et consentaneum racioni, ut, ‖ quociens per suorum peticiones fidelium, que tamen ab equitatis tramite non discordent, regia maiestas requiri‖tur, eis annuens debeat sue benignitatis oculo arridere, eoque maxime, quo pia causa exigit et merita postulant personarum. Inde est, quod, cum Winricus abbas et conventus monasterii in Scar nostre celsitudini humiliter supplicarint, ut omnes culpas et mulctas sive penas pecuniarias, in quibus ipsius monasterii in Scar homines per singulos beneficiarios terrarum Boemie et Moravie in iuduciis[b] legittime condempnantur, ipsi monasterio ad sustentacionem fratrum et conventus ibidem ob divine retribucionis meritum largiri misericordi-

ter dignaremur, nos ipsius abbatis et conventus prefati monasterii fidem puram et devocionem sinceram considerantes, quam ad nostre gerunt superheminenciam dignitatis, plura eciam grata et utilia devocionis obsequia, que nobis prestiterunt hactenus, prestant ad presens et in futurum prestare poterint, attendentes, quin insuper solerti meditacione pietatis Actori hoc fore placiturum pensantes, dictorum abbatis et conventus benigne precibus annuentes, ipsi abbati et conventui prefati monasterii omnes culpas et mulctas sive penas pecuniarias, in quibus homines ipsius monasterii per singulos benefiarios[c] terrarum Boemie et Moravie vel aliquos ex ipsis in iudicio fuerint condempnati, cum pietati conveniat, presentis tenore privilegii valituri perpetuo pro melioracione et subsidio monasterii prefati damus et concedimus ex certa nostra consciencia et de gracia speciali; hoc expresso et adiecto, quod homines prelibati monasterii ad citaciones beneficiariorum nostrorum iudicio astare debeant et parere, universis beneficiariis terrarum Boemie et Moravie dantes districtius in mandatis, quatenus a sepedicti monasterii hominibus, si qui per ipsos in aliqua pena pecuniaria in iudicio fuerint condempnati, nullam pecuniam exigere vel recipere audeant, sicut gravem indignacionis nostre aculeum voluerint evitare. Ad cuius rei memoriam et robur perpetuo duraturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Actum Brunne anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tercio, quarto nonas iulii, datum ibidem anno et die predictis per manum Iohannis, aule nostre notarii, coronacionis nostre anno XI°, indictionis prime.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi et rubri coloris fragmentum sigilli appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

712. [a] ‚Boẽm' *A.* — [b] *Ita A pro* ‚iudiciis'. — [c] *Ita A pro* ‚beneficiarios'.

[1]) *E copia in plagulis chartaceis scripta in SAR Brunae (B 1, sign. S 385) asservata cognosci potest chartam etiam a Maria Theresia, imperatrice Romanorum etc., Viennae 1747 apr. 6 confirmatam esse.*

713.

Communitas civium in Litoměřice pronuntiat Hanmannum dictum de Travčice (Trabic) *in praesentia ipsorum hereditatem suam in Sulejovice Dietmaro de Hořenec vendidisse.*

[In Litoměřice] 1273 iul. 25.

Versionis Bohemicae apographum saec. XVI. in convoluto chart. scriptum exstat in SAR Děčín (sign. Lovosice VI W[Y] N[ro] 1), num. 2 (T).

Omni materia ad comparandum necessaria carentes, nec chartae textum Latinum restituere nec eandem iudicare possumus.

Vide: II. 4, De chartae apud nobiles usu (TTTT), 5, De chartae apud civitates usu (GGG).

My vobec města Lithoměřic všem věrným křesťanuom, kteříž toto psaní uzří a neb slyšeti budou, známo činíme, že Hanneman řečený z Trabic s povolením svých bratří a všech svých spoludědicuov při zdravém souc rozumu, dědictví své ve vsi Sulovicích, kteréž od starodávna svobodně a beze všech překážek držel, v přítomnosti všech nás a před námi prodal i zapsati dal Děthmarovi z Churině, spoluměštěnínu našemu, dědicuom i budúcím potomkuom jeho se vším k témuž dědictví příslušenstvím, dědinami ornými i neornými, lukami, vodami, s polmi, domy k dědičnému vládnutí, však pod touto znamenitě výměnkou, aby týž Děthmar a budoucí potomkové jeho každého roku z tolika dědin neb lánuov, kteréž by vyměřeny byly jemu nebo jim obyčejnou měrou německou, z každého lánu platu dávali jednu hřivnu stříbra dobrého na den svatého Michala archanjela;[1] a ode všech jiných služeb a neb robot spolu i s budoucími svými mají prosti a očištěni býti. Na potvrzení té věci a pevnost věčnou tento list na žádost Hannemana i bratří jeho, tolikéž i Jindřicha z Pokratic, strýce jeho, často jmenovanému Dětmarovi dali sme pro vysvědčení. Staly se ty věci léta Páně 1273 na den svatého Jakuba v přítomnosti Conrada z Sandavy rychtáře, Jindřicha z Hyndelsheynnu, Jindřicha z Korsehr, Petra z Sandavy, Vernhera z Oustí, Šifrýda Werneřického, Hemmana mladého, Anzhelina i jiných mnohých více mužuov hodnověrných, jichžto svědectví k věčné paměti pečetí naší upevňujeme pro uvarování ruoznic, kteréž by budúcně mezi obojí stranou vzniknúti mohly; tolikéž i s přivěšením[a] pečetí Hammemanovú.

713. [a]) *Ita T.*

[1]) *Sept. 29.*

714.

Petrus, Wissegradensis praepositus, regni Bohemiae cancellarius, domini papae capellanus, varias dispositiones maxima ex parte in usum capituli Wissegradensis facit.

In Vyšehrad, „in domo nostra“ *1273 sept. 3.*

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 59) asservatur (A).[1]

Reg: Reg II, pag. 337 num. 834.
Lit: Šebánek—Dušková, Listina v č. státě doby Václava I., pag. 120 (explicatio ad villam Zahrádka pertinens). — Nový, Listiny, pag. 21 (deliberatio diplomatica, non autem omnino recta).

In tergo chartae registrator saec. XIII. primo vocem incertam „Reconmg̃ni“, *inferius* „Recognicio domini P., prepositi Wissegradensis, super quibusdam debitis duplicata“ *scripsit (P); sinistrorsus manu aetatis posterioris scriptum legitur:* „P., prepositus Wissegradensis, recognoscit in pluribus capitulo et ecclesie Wissegradensi se teneri“; *vox* „ecclesie“ *super linea, ubi primum scriba* „omni“ *(?) scripsit, scripta est (Q); inferius atramento rubro scriptum est:* „Prepositus Wissegradensis“ *(K).*

Scriba: ecclesiae Wissegradensis proprius (= W 3). Exempla script. num. 3, 5 b.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (BB).

Nos P.,[2] dei gratia Wissegradensis prepositus, totius regni Boemie cancellarius, domini pape cappellanus, constare volomus[a] universis || presentes litteras inspecturis, quod, cum super censu papali deponendo per nos in ecclesia et de solucione duarum marcarum auri pro dote || in Cholch[3] ac de donacione litterarum nostrarum super possessione[b] porcionis[c] ville in Krich[4] simul et de obmissione solucionis alicuius || census preteriti aput Zagradcam nec non de assignacione sive donacione annonarum nostrarum in Bychos et Camenimost per nos factarum ipsi ecclesie Wissegradensi, de viginti etiam marchis argenti deputatis domino Sdizlao,[5] demum de campanariis et custodibus ipsius ecclesie, item de fluminis Zazaue condicionibus seu iuribus vel eciam consuetudinibus actenus observatis vel eciam observandis ac de dampnis domini Petri archidyaconi,[6] item de tecto ecclesie ac ultimo de supplecione census[d] XXX marcharum pro prandiis[d] inter ipsum capitulum et nos mencio haberetur, ecce nos, qui a primo introitu nostro in dictam ecclesiam Wissegradensem[7] eiusdem capituli secuti sumus per omnia voluntates, fomites discordie, qui hinc et[e] inde occasione predictorum possent aliqualiter generari, iusto racionis tramite[f] resecantes, dicimus et recognoscimus, quod censum papalem, ex quo recepimus Cholch, non solvimus, duas marcas auri debitas racione dotis in Cholch, viginti marcas argenti domini Sdislai pro Krich, de Zagradca quoque duorum annorum medium censum pro ornatu ecclesie non solvimus, que omnia in octavis beati Martini[8] dante Domino persolvemus; de annona in Bychos et Camenimost pro remedio anime nostre dicto capitulo dedimus liberaliter et libenter. Super villa Krich dicimus et recognoscimus, quod eam recepimus sub hac forma a domino C.[9] decano et a capitulo nomine obediencie tempore vite nostre, quod in anniversario felicis memorie domini Iacobi, prepositi Pragensis et ecclesie nostre canonici,[10] qui contulit ecclesie nostre medietatem ville eiusdem, tenemur dare prandium, candelam nocturnalem et sex[g] candelas cum totidem denariis ad offertorium, ut moris est in ecclesia Wissegradensi, super quo scripta nostra sigillo nostro[h] ipsi decano et capitulo dedimus roborata.[4] Recognoscimus eciam illos dominos, quorum predia sive possessiones adherent flumini dicto Zazaua, ius piscandi habere ibidem. De tecto ecclesie taliter duximus terminandum, quod medietatem solvemus sumptuum ista vice, cum ecclesiam Wissegradensem contigerit operiri, quandocumque fuerimus[i] requisiti, salvis tamen per omnia privilegiis ecclesie, que super eodem articulo ante nostra tempora per maiorum et seniorum nostrorum industriam sunt confecta.[4] Recognoscimus eciam, quod clare memorie rex Boemorum Ottacarus[11] Zagradcam cum suis attinenciis ecclesie Wissegradensi liberaliter contulit pro ornatu ecclesie et aliis,[k] que canoci[l] necessaria et utilia ecclesie viderint, reformandis.[12] Unde nos fratribus nostris, ecclesie nostre canonicis, medietatem census de ipsa Zagradca singulis annis solvere de racione tenemur. Causam et questionem, que de silva domini Petri[5] mota est inter ipsum et homines nostros, domino decano et capitulo commisimus decidendam. Recognoscimus eciam ipsis in decem prandiis nos teneri in omnem eventum, quorum termini in subscriptis melius sunt expres-

si: primum in anniversario fundatricis ecclesie Wissegradensis intrante septembri,[13] secundum in Nativitate Domini,[14] tercium in Epiphania Domini,[15] quartum in aniversario[a] fundatoris[16] in die Felicis in Pincis,[17] quintum in die Palmarum, sextum in die Pasche, septimum in Ascensione Domini, octavum in die Penthecosten, nonum in die Petri et Pauli,[18] decimum et ultimum in dedicacione ecclesie.[19] Sane de agris campanariorum et custodum ecclesie, quos vel nos vel homines nostri occupant sive occupaverunt, statim cedimus, volentes, ut quicumque agri de morte ipsorum campanariorum sive custodum vacaverint, ad heredes ipsorum, ut iustum est, devolvantur; si vero absque heredibus decesserint, agri, quoscumque reliquerint, talibus conferantur, qui possent ecclesie Vissegradensi[a] secundum consuetudinem eiusdem ecclesie utiliter deservire. Promittimus[m] etiam infra hinc et octavam beati Martini[8] supplere deffectum possessionum, quas capitulo dedimus nomine prandiorum, qui extenditur ad duas marcas argenti. In cuius rei testimonium presentem litteram domini abbatis Brewnowensis[20] et domini prioris Montis Syon[c][21] et nostro necnon ecclesie Wissegradensis sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXX°III°, tercio nonas septembris in domo nostra in Wissegrad.

Sigilla: Quattuor in scidulis membranaceis appendent; 1) ecclesiae Wissegradensis laesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2 num. 34; 2) [Martini], abbatis Brevnoviensis, valde laesum. Cf. Sigilla num. 3, 2; 3) Petri, praepositi Wissegradensis, regni Bohemiae cancellarii, magna ex parte laesum. Vide Sigilla num. 3, 58; 4) prioris Strahoviensis magna ex parte laesum. Vide Sigilla num. 3, 25.

---

714. [a]) *Ita A.* — [b]) *Scriba primum* ‚possessionem' *scripsit et in scribendo ultimam litteram* ‚m' *erasit in A.* — [c]) *Syllaba* ‚por' *correcta partim in loco raso est A.* — [d-d]) *Syllaba* ‚sus' *primae vocis necnon cetera verba in loco raso scripta sunt in A.* — [e]) *Super linea scriptum est A.* — [f]) *Syllaba* ‚tra' *in loco raso scripta est A.* — [g]) *Littera* ‚s' *ex* ‚t' *videtur esse correcta A.* — [h]) *Ex* ‚meo' *videtur esse correctum A.* — [i]) *Littera* ‚i' *ex* ‚l' *correcta est A.* — [k]) *Prima littera* ‚i' *ex* ‚l' *correcta est A.* — [l]) *Ita A pro* ‚canonici' *in fine unius et initio alterius lineae.* — [m]) *In loco raso scriptum est A.*

[1]) *Duo exemplaria huius chartae olim exstiterant, sicut e nota in tergo chartae scripta (vide inferius in apparatu) cognosci potest.* — [2]) *Petrus.* — [3]) *Cf. de villa Koleč chartas in CDB IV, pag. 413 num. 241 et pag. 446 num. 263.* — [4]) *Litterae non exstant.* — [5]) *Quo de genere ortus sit, nescimus.* — [6]) *Fortasse Belinensis; vide num. 776.* — [7]) *A. 1265.* — [8]) *Nov. 18.* — [9]) *Cunone.* — [10]) *Obiit a. 1268.* — [11]) *Obiit a. 1230 dec. 15.* — [12]) *Cf. chartam spuriam in Humpolec 1219 iul. 26 datam (CDB II, pag. 409 num. 374).* — [13]) *Svatavae, quae a. 1126 sept. 1 obiit.* — [14]) *Dec. 25.* — [15]) *Jan. 6.* — [16]) *Vratislai II. (obiit a. 1092).* — [17]) *Jan. 14.* — [18]) *Jun. 29.* — [19]) *Dies incertus est.* — [20]) *Martini.* — [21]) *Fortasse Henrici.*

715.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monialibus in Imbach quandam vineam apud Krems in proprietatem concedit.

In castris ante Sopronium 1273 oct. 3.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Viennae (sign. Allg. Urkundenreihe, sub dato suo) asservatur (A).

Ed: Chmel, Der österreichische Geschichtsforscher I, pag. 554 num. 4 (fortasse ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 450 num. 259. — Reg II, pag. 339 num. 837.
Lit: Hrubý, Jindřich Vlach, pag. 144 n. 3 (mentio de persona Henrici notarii). — Gesamtinventar des Wiener Haus-, Hof- und Staatsarchivs III, pag. 456 (notae in tergo chartae). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 61 (scriba chartae). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 276—279, 341—345, 366, 369, 387 n. 404 (Ib).

In tergo chartae manu saec. XIII. scriptum legitur: „de vinea".

Scriba: P II 83 = Johannes notarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 66.
Dictator: magister Henricus notarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus notarius (E), Johannes notarius (D).
Imagine phototypica chartae necnon informationibus a procuratore archivi publici Viennensis nobis datis usi sumus.

Othakarus,[a] dei gratia rex Boemie,[b] dux Austrie, Stirie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre || ac Portus Naonis. Regalis[a] superheminencie maiestatem licet[c] universos et singulos sue liberalitatis dexteram extendere || deceat et cunctos in sue sinu gracie confovere, illos tamen tenetur favorabilius sue protegere benignitatis mu||nimine, in illos pocius effundere debet sue pietatis dulcedinem, qui huius contempta seculi vanitate se divino servicio devoventes nituntur deo in sinceritate mentis et corporis famulari. [P]resentis[d] igitur tenore privilegii valituri perpetuo ad presencium noticiam deferri volumus et noscat posteritas futurorum, quod nos attendentes, quam pium et quam honestum sit suum recognoscere creatorem et suis manus famulis porrigere graciosas, quia moniales in Minpach in suis[e] conantur actibus Domino complacere et spretis transitoriis huius mundi pompis solis spiritualibus adherere, proprietatem cuiusdam vinee, que sita est inter viam, que a civitate Crems descendit versus Rehperch, et aquam Cremsam, quam in feudo quondam a nobis tenuit dilectus fidelis ministerialis noster Hadmarus de Sunperch, eisdem monialibus concessimus de certa sciencia nostra et gracia speciali, ut ipse ius proprietatis ipsius vinee auctoritate nostra possideant et teneant, de ipsa, quicquid eis facere placuerit, facientes. [I]n[d] cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. [D]atum[d] in castris ante Supronium anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tercio, quinto nonas octobris, secunde indictionis,[1] per manus Heinrici, notarii nostri.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in scidula membranacea valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II. 2 IV.

---

715. [a]) *Littera maior postea addita est A.* — [b]) ‚Bo͡em' *A.* — [c]) *Post* ‚licet' *praepositio* ‚ad' *videtur excidisse in A.* — [d]) *Ad maiorem litteram depingendam spacium vacuum relictum est A.* — [e]) *Littera* ‚i' *addita est A.*

[1]) *Indictionis numerus rectus est, nam Henricus notarius, qui chartam dictavit, indictione Graeca uti solebat.*

716.

Johannes, episcopus Pragensis, ecclesiam Wissegradensem, ab antiquo exemptionis privilegio dotatam, ecclesiae Romanae immediate subiectam esse recognoscit.

Pragae 1273 oct. 10.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 60) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 340 num. 838.
Lit: Krofta, Kurie II, pag. 137 (rei deliberatio). — Nový, Listiny, pag. 18 n. 62, pag. 63 n. 180 (origo diplomatica chartae). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 62 (formularius chartae).

In chartae tergo manu scribae ecclesiae Wissegradensis scriptum legitur: „Domini Iohannis, episcopi Pragensis, super exemptione" *(E = W 3); porro verba* „quam ipsemet fatetur" *manu saec. XIV. scripta sequuntur.*

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide et num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: idem atque scriba.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (YY), J III 6 (P), 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (CC).

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus XXIIII, || hoc tenore istius scripti recognoscimus et publice protestamur, quod venerabilis Wissegradensis || ecclesia, nostre dyocesis, exemptonis[a] ab antiquo dotata privilegio, ecclesie Romane et domino pape nullo || medio est subiecta;[1] et hoc eam exemptionis gaudere privilegio inconcusse vidimus et cognovimus a tempore nostre floride iuventutis sub temporibus quatuor predecessorum nostrorum, Peregrini[2] videlicet et Iohannis,[3] qui fuit avunculus noster, Bernardi[4] et Nicholai,[5] episcoporum Pragensium. Unde nos etiam eandem exemptionem eam habere pleno iure recognoscentes, in nullo ei volumus derogare, ipsam illesam et inconvulsam in omnibus, quantum possumus, defendendo. In cuius rei testimonium hanc litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Prage in die sanctorum Gereonis et sociorum eius martyrum anno Domini M°C°C°LX°X° tercio.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in scidula membranacea paulum laesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

716. [a]) *Ita A pro* ‚exemptionis'; *titulus enim deest.*

[1]) *Vide privilegium Lucii II. papae Laterani 1144 apr. 11 datum (CDB I, pag. 138 num. 136).* — [2]) *Inter annos 1224—1225 munere suo fungebatur.* — [3]) *Scilicet Johannis II. 1226—1236.* — [4]) *1236—1240.* — [5]) 1241—1258.

717.

Bruno, episcopus Olomucensis, Hermanno laico et suis haeredibus iudicium civitatis Mohelnice et villarum expresse nominatarum vendit.

In Kelč 1273 nov. 25.

Apographum insertum est confirmationi Johannis, episcopi Olomucensis, in Pustiměř 1305 mart. 29 datae (Reg II, pag. 875 num. 2023), cum eadem confirmationi Pauli, episcopi Olomucensis, Brunae 1448 oct. 16 datae, cum eadem denique confirmationi Francisci, cardinalis de Dietrichstein, episcopi Olomucensis, in Kroměříž 1617 iul. 29 datae; quae confirmatio exstat in vidimatione civitatis Šumperk, ibidem a. 1647 febr. 4 data, cuius vidimationis autographum chartaceum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. O I b 1/1 seš. A) asservatur (B).[1]

Ed: CDM IV, pag. 107 num. 75 (e confirmatione quadam civitatis Mohelnice).
Reg: Bischoff, Österreichische Stradtrechte, pag. 92 sine num. (ad a. 1273). — Reg II, pag. 341 num. 841.
Lit: Breitenbacher, Die Müglitzer Stadtchronik, pag. 9 (identificationes topographicae). — Teichmann, Die Müglitzer Stadtprivilegien, pag. 27 (translatio in linguam Germanicam). — KK, pag. 237 n. 4.

Dictator: cancellariae episcopi proprius, fortasse idem, qui chartas num. 607 et 620 dictavit et stili sui charactere stilo magistri Conradi, notarii episcopi, affinis est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (HHHH), 5, De chartae apud civitates usu (HHH).

Brvno, dei gratia episcopus Olomucensis, Hermanno laico, praesentium exhibitori, et suis haeredibus in perpetuum. Fuga temporis et mutabilitas facta hominum abolent, ut, quasi non fuerint, ignorentur; perutili provisum est consilio, ut, quod dignum agitur memoria, scriptis et testibus memoriae commendentur. Hinc est, quod scire volumus praesentes pariter et futuros, quod nos tibi vendidimus iure haereditario iudicium civitatis nostrae Müglicz cum duobus[a] mansis liberis pertinentibus ad ipsam civitatem, quatuor macellis, videlicet duobus[a] carnium, duobus[a] panum et una stuba balneali, similiter liberis in eadem civitate, et villarum, quarum nomina subscribuntur, videlicet Lubyn, Lukawecz, Smola, Schüczendorff, Reissiel Magnum et Paruum, Galicz, Hudkendorff, Paruum Gestreb, Quietcin, Kirchlebs, Crymaczaw, Stebnicz, Zadlawicz et etiam tertium denarium iudicii civitatis et villarum omnium praedictarum, ita ut istud tuum iudicium haereditarium successionis iure tuos libere transeat ad haeredes, ad nulla prorsus servitia a nobis vel a nostris successoribus compelleris nec aliquis tuorum haeredum, imo ipsum iudicium cum attinentiis praenotatis libere possidendum. Ut autem haec venditio nostra iudicii antedicti rata permaneat et inconcussa, tibi et haeredibus tuis dari fecimus praesens scriptum sigilli nostri munimine roboratum cum testibus annotatis, quorum nomina sunt haec: Conradus scholasticus ecclesiae nostrae, Joannes et Arnoldus curiae nostrae notarii, Joannes de Phulstein dapifer noster, Theodoricus Stango marschalcus noster et quamplures alii fide digni. Datum in Kelcz per manum Gysconis[2] anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, in die sanctae Catharinae.

---

717. [a]) ‚duabus' *B.*

[1]) *Exstant etiam nonnullae vidimationes variorum editorum inter annos 1650—1732 datae, quae in SAR Kroměříž asservantur (sign. 0 I c a/1, 0 I b e/1, 0 I c 10/4a, 0 II a 13/5) et textum chartae Brunonis chartae Johannis et Pauli insertum continent. Easdem, quia variationes minimi momenti tantum praebent, praetermisimus.* — [2]) *Cf. num. 726.*

718.

Bruno, episcopus Olomucensis, Johanni de Vroleiwezen, *famulo suo, decem mansos in Kietrz iure feudali confert.*

In Kietrz 1273 dec. 6.

Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. L 5 num. 91 (B). — Aliud apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 56 num. 67 (C).

Ed: CDM IV, pag. 108 num. 76 (ex C).
Reg: Kopetzky, Regesten, pag. 127 num. 112. — CDS VII. 2, pag. 206 num. 1440. — Reg II, pag. 342 num. 842.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 152 num. 58 (corr. lect. Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 692 num. 53 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae).

Dictator: aut Conradus, quondam notarius, nunc scholasticus episcopi, aut cancellariae episcopi proprius, qui formulario III. a Conrado notario confecto (vide num. 483) usus est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (IIII), Conradus notarius (DDD), 4 a, De chartae apud milites usu (Q).

Bruno, dei gracia Olomucensis[a] episcopus, dilecto fideli Iohanni de[b] Vroleiwezen,[c] famulo suo in perpetuum. Dignum esse censemus et consonum racioni, ut eos, qui se nobis et ecclesie nostre obsequiosos exhibent et paratos, ampliori quodammodo et speciali dileccionis studio prosequamur. Hinc est, quod notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos tibi et tuis heredibus pretextu serviciorum tuorum, que nobis et ecclesie nostre exhibuisti et intendis in posterum exhibere, decem mansos sitos[d] in villa nostra Ketschir, quos soror tua devota, matrona dilecta nobis, relicta quondam Alberti Stangonis, militis nostri bone memorie,[1] a nobis et ab ecclesia nostra in feodum tenet temporibus vite sue, conferimus liberaliter et libenter iure feodi perpetuo possidendos; ita tamen, quod non prius habeas aliquam iurisdiccionem in eisdem laneis, nisi prius predicta soror tua disponente Domino clauserit dies suos. Ut autem hec nostra donacio tibi tuisque heredibus rata permaneat et inconvulsa, presens scriptum tibi dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Huius rei testes sunt: Conradus scolasticus, Theodericus de Fulmenstein[e] ecclesie nostre canonici, Iohannes plebanus de Ketschir, Iohannes notarius capituli[f] nostri, Herbordus de Fullmenstein[g] dapifer noster et Iohannes filius eius, Ticzmannus Stange marschalcus noster, Herbordus et Waltherus[h] fratres de Fulmenstein[i] et alii quam plures. Datum in Ketschir anno Domini M°CC°LXXIII°, [k] in die beati Nicolai.

718. [a] ‚Olom' *B, C.* — [b] *Deest C.* — [c] ‚Vrolenwezen' *C.* — [d] ‚sitas' *erronee C.* — [e] ‚Fulmstein' *B,* ‚Fullensteyn' *C.* — [f] ‚caplli' *B.* — [g] ‚Fulmt' *B,* ‚Fullenstein' *C.* — [h] ‚Walther' *B,* ‚Walcherus' *C.* — [i] ‚Fulm' *B,* ‚Fullenstein' *C.* — [k] ‚M° CCLXXIII' *C.*

[1]) *Katherina, cuius maritus mox post annum 1249 morte obiit, cf. num. 609; mirum est in eadem charta inter bona Katherinae collata mansos in Kietrz nominatos non esse.*

719.

I. Bruno, episcopus Olomucensis, mandatum Gregorii X. papae sibi missum per relationem (quam inferius sub II vide) exsequitur.

— [1273][1] dec. 16.

II. Relatio [Brunonis, episcopi Olomucensis ad Gregorium X. papam] missa de statu in regno Alemanniae et partibus convicinis.

— [1273 dec. 16].[2]

Autographa (litterarum nec non relationis) in membrana scripta in archivo secreto Vaticano Romae (sign. A. A. Arm. I—XVIII, num. 3105 (I), 3104 (II)) asservantur (A I, II). — Apographa saec. XV. exstant in codice mnscro membr. „Collectio antiquorum instrumentorum ..." *intitulato, qui in bibliotheca Vallicelliana Romae (sign. B 12) asservatur, fol. 541—551 (B I, II).*

Ed: Balbín, Miscellanea, dec. I, lib. VI. 2, pag. 88 num. 8 (II, e Raynaldo, vide sub Lit, haud completus textus praebetur). — Hormayr, Archiv 1829, pag. 442 sine num. (II, e Raynaldo). — Höfler, Analecten, pag. 18 num. 1 (ex B I, II). — CDM VI, pag. 364 num. 6 (I, II, e Höflero). — Theiner, Vetera monumenta I, pag. 306 num. 535 (ex A I, II). — Wenzel, CDA XII, pag. 57 num. 58 (ex B I, ad a. 1272). — MGH, CC 3, pag 589 num. 619 (I, ex A), num. 620 (II, ex A).
Reg: Dobner, Monumenta IV, pag. 276 num. 90 (II, ad a. 1267). — Böhmer, Add. primum, pag. 401 num. 354. — Palacký, Reise, pag. 43 num. 331 (II, ad a. 1274). — Reg II, pag. 342 num. 845 (I, II). — Perlbach, Preußische Regesten, pag. 217 num. 799 (II, ad dec. 15). — RI VI, pag. 27 num. 42 d (II). — Seraphim, Preußisches UB, pag. 214 num. 315 (I, II, ad dec. 15). — Bondy—Dvorský, K historii židů I, pag. 32 num. 29 (II). — Bretholz, Quellen zur Gesch. der Juden in Mähren, pag. 9 num. 11 (II).
Lit: Raynaldus, Annales XIV, pag. 206—209 § 6—12 (ex B I, II, haud completum textum II cum notis praebet). — Böhmer, Add. primum, pag. 53 (editio relationis). — Dudík, Iter Romanum, pag. 42 (dati formula et relationis editiones). — Snopek, Některé relace, pag. 234 (exemplar B I, II). — Goll, Zu Brunos von Olmütz Bericht, pag. 487 (rei deliberatio). — Šusta II. 1, pag. 126 (idem); reliqua opera, in quibus relatio tractatur, omisimus.

In tegro chartae I. inscriptio in transversum ad textum posita manu Conradi notarii (vide inferius) scripta legitur: „Sanctissimo patri, domino suo, domino G., sacrosancte Romane sedis summo pontifici".

Scriba: B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.
Dictator: Conradus, notarius episcopi (I), fortasse Bruno episcopus (II).
Modus expeditionis I et II certe statui (vide inferius apud „Sigillum") *non potest; fieri potuit (sicut in editionibus competentibus affertur) chartam II chartae I impositam fuisse. Quae opinio inscriptione, qua charta I munita est, sine dubio videtur fulciri.*
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (KKKK), Conradus notarius (EEE).

Autographorum rationem habere non potuimus, imaginibus phototypicis a v. d. G. Battelli nobis benigne missis tantum usi sumus.

I. Sanctissimo patri, domino suo, domino G.,[3] sacrosancte Romane sedis summo pontifici, B.,[4] dei gratia episcopus Olomucensis, debi‖tam reverentiam devotaque pedum oscula beatorum. Sanctitatis vestre litteras et mandatum, quod continebant, reverenter, ut de‖cuit, suscepimus et devote,[5] et si non exacta, ea tamen, qua potuimus, iuxta conditionem temporis summus illud ‖ diligentia executi. Quod vero in missione litterarum, quas vobis rescripsimus, tardasse videmur, supplicamus humiliter et devote, quatinus sanctitatis vestre clementia nos in hoc excusatos habere dignetur. Receptis enim litteris vestris ad exequendum id, quod continebant, nulla prius propter diram guerre commotionem inter serenissimum dominum nostrum, regem Boemorum illustrem,[6] et dominum Vngarie regem[7] nobis obtulit se facultas. In hiis eciam, que sanctitati vestre sub spe fiducie scripsimus, provida et circumspecta discretio vestra nobis, quod necessarium arbitramur valde, cavere dignetur. Datum[a] XVII[o] kalendas ianuarii.[a]

Sigillum: An litterae sigillo munitae sint, nescimus.

II. [1] Quoniam dies mali sunt, ad instantis temporis maliciam redimendam, immo pocius propulsandam vestre providentia sanctitatis indixit concilium, ut communi consilio malis communibus occurratur; inter ‖ cetera mandans nobis, quatinus ea, que in regno Alemanie et partibus convicinis, prout facultas aderit, sive in clero cuiuscumque religionis aut status vel in reliquo populo christiano utriusque sexus, sive ‖ in infidelibus cuiuscumque secte vel ritus conversantibus inter eos, quatenus per illos christiana religio infici potest seu quomodolibet fermentari, correctionis remedio indigere videntur, per nos aut alios viros ad ‖ hoc ydoneos, non quidem per testes iuratos seu alias ordinaria inquisitione, set alia investigatione, que per familiares collationes et alios diversos indagandi modos cum religiosis et aliis execrantibus maxime vicia colentibusque virtutes haberi poterit, diligenter exquirentes ea sigillatim, distincte et aperte conscripta necnon et consilia de remediis adhibendis ad correctionem et reformationem illorum sub sigillo nostro per aliquos fideles nuncios ad presentiam vestram mittamus, in missione huiusmodi tempus ipsius preveniendo concilii per sex menses, ut interim haberi possit conpetens discussio et plena deliberatio ad oportuna exquirenda, ut decet, antidota circa illa per approbationem eiusdem concilii adhibenda: Volentes nos omni cautela et diligentia providere, ut ad investigationem predictorum taliter procedatur, quod nulli per hoc irrogari possit infamia nec adversus aliquem proinde scandalum suscitari — quod quidem intelligimus de personis specialibus, non in genere, presertim cum mandaveritis in clero cuiuscumque religionis aut status in regno Alemanie et partibus convicinis sive in reliquo populo christiano utriusque sexus fieri hoc debere —, nos igitur in hiis vestro parentes mandato non secundum opinionem procedere intendentes in hiis, que per experientiam didicimus, quod scimus, loquimur et, quod vidimus, protestamur.

[2] Quoniam secundum apostolum periculosa tempora[8] iam venerunt, in quibus homines se ipsos amantes preponunt commodo reipublice rem privatam, unde non solum in regno Alemanie, set ubique hec pestis in tantum invaluit, quod quantum est in hominibus, sive spiritualibus sive secularibus, horrentes iuga superiorum in regum electionibus et eciam prelatorum aut tales eligunt, quos eis subesse oporteat pocius quam preesse, aut in diversos dividunt vota sua, duabus forsan de causis, ut plus emungant a pluribus quam ab uno, aut ideo, ut, si voluerit unus procedere per rigorem iusticie, contra ipsum per alium se defendant. Ecce, pater et domine reverende, exemplum huiusmodi coram vestris oculis est et nostris, iam preteritum et iam instans: preteritum in electione regis Yspanie[9] et comitis Richardi,[10] et nunc regis Yspanie[9] et comitis Rudolfi.[11] Hoc ideo vobis scribimus, quia in littera prima, quam de concilio scripsistis[12] super uno principali articulo celebrando, qualiter subveniatur Terre sancte, eadem subventio iam debilitata videatur, cum imperii turbatio penitus turbet eam, cuius reformationis consilii credimus esse summam, quod talis, si fieri posset, per vestrum consilium haberetur imperator consilio concilii adiuvante, qui potenter ordinata pace in mundo posset esse huius executor negocii propria in persona.

[3] Certe, domine reverende, si audemus dicere, videtur quod tam spirituales quam seculares imperatoris potentiam iam abhorrent. Volunt quidem per spiritum sanctum benignitatem imperatorum habere et per unigenitam sapientiam dei patris imperatorem eligere sapientem; sed quasi personam terciam abnegantes, potentiam ipsam horrent; cum tamen velle et scire nichil valeant sine posse et magis expediens videatur, quod unius potentia, etiam si aliquantulum malignari vellet, malignitatem aliorum nichilominus compescendo, toleraretur, quam si sine compescente insolescerent universi. Illius saltem malignitatem mors deleret unius, plurium insolentiam de facili delere non posset, cum iam in consuetudinem devenisset. Hec de regno Alemanie sufficiant, quamvis in eis exprimendis nos diminutos pocius quam superfluos reputemus.

[4] Confinia vero regni circa terminos nostros hec sunt: Vngaria, Ruschia, Lethouia et Pruscia. Hec vero sunt pericula a regno Vngarie christianitati imminentia: primum quod in ipso regno Cumani manutenentur, qui non solum alienigenis, set eciam ipsius regni incolis atrociter sunt infesti et modo apud alios minus solito preliandi infantibus et senibus non parcentes, iuvenes et iuvenculas captivatos in sui ritus malicie deducunt consuetudinem, ita quod potentiam suam taliter iam multiplicaverunt per eosdem, quod ipsi Vngarie certum ex hoc imminet periculum et iactura et terris etiam convicinis. Item in eodem regno manifeste heretici et scismatici confoventur terrarum profugi aliarum. Ecce ipsa regina Vngarie est Cumana,[13] proximi parentes eius gentiles sunt et fuerunt. Due filie regis Vngarie Ruthenis, qui sunt scismatici, desponsate fuerunt.[14] Soror iuvenis huius regis Vathatio est tradita, ecclesie inimico.[15] Rutheni sunt scismatici et Tartarorum nichilominus servitores. Lethwani et Prutheni velud gentiles plures episcopatus Polonie iam penitus deleverunt. Isti sunt parietes proximi nobis, in quibus, cum ardeant, rem nostram agi[16] sine dubio iam videmus.

[5] Ut ergo de principibus Teutonie taceamus, qui adeo in se sunt divisi, ut superio-

rem habere non intendant, quod desolationem et destructionem sue terre unus ab altero expectare videtur, unde ad christianitatem in nostris partibus defendendam vel ad dampna transmaritimarum partium propulsanda inhabiles sunt omnino, soli regno Boemie imminere videtur in partibus nostris defensio fidei christiane. Certe per has terras fuit introitus Tartarorum et iterum expectatur. Nisi ergo vestra paterna providentia cavere voluerit periculis iam vicinis, sic studens in acquisitione Terre sancte, quod non relinquat in periculo terras istas, volentes vitare Karibdim[b] in Cillam utique incidemus.[17] De clero vero scribimus ita vobis, quod in illis quidem, que sunt de vita et honestate eorum, satis in aliis conciliis est provisum. De quibusdam vero emergentibus in terris nostris et nobis vicinis — nescimus autem, si sint generalia apud omnes — credimus ita esse, quod quoad paucitatem beneficiorum et eorum tenuitatem nimietas est eorum, qui gaudere volunt privilegio clericali, ex quo nobis, qui prelati sumus, maxima perplexio consuevit oriri. Cum enim talibus provideri non possit, coguntur mendicare in opprobrium ordinis clericalis, vel quod deterius est, nolentes fodere, artes mechanicas nescientes, quarum commertio vitam ducant, ad furta, latrocinia et sacrilegia convertuntur et in talibus comprehensi quandoque traduntur episcopis. Quorum tandem carcerem evadentes, perseverantes tamen malicia in consueta, iterum deprehensi suppliciis deputantur manibus iudicantium et consentientium inquinatis adeo, ut multitudinem effrenatam propter hoc accidat aliquando denunciari excommunicationis vinculum incidisse, propter quod inter prelatos et laicos frequenter scandalum suscitatur.

[6] Placeat ergo sanctitati vestre, ex quo tanta est distantia episcoporum in partibus nostris, quod de facili ad degradationem talium convenire non possint, in talibus casibus, ubi incorrigibiles inveniuntur clerici, primo, secundo et tercio in factis enormibus deprehensi, valeat episcopus sine convocatione episcoporum eos solus in sua sollempni synado[c] approbante ipsa synodo degradare, vel aliter propter multitudinem ipsos clericos capientium sine difficili accessu curie Romane ipsis laicis vestra studeat paternitas in absolutionis beneficio providere.

[7] Sunt alia vero, in quibus clerum et ecclesias seculares, conventuales seu parrochiales adeo contingit offendi, quod sedem apostolicam ab huiusmodi filiabus iam non oporteat expectare, quod crescant, cum eas cottidie in rebus et iuribus minui et decrescere videamus. Illa enim ostensio, que per Dominum in ewangelio et per Moysen in veteri testamento leprosorum[d] [18] sacerdotibus debebatur, per quam peccantium confessio intelligitur, de medio est sublata. Predicationis verbum, quod eis in commisso sibi populo competebat audiri, contempnitur ab eisdem. Ipsas conventuales et parrochiales ecclesias[e] in diebus dominicis et festivis non contingit a populo frequentari et hoc maxime in civitatibus et oppidis, ubi Predicatores et Minores domicilia sua habent. Solent enim dicti fratres primo diluculo dicere missas suas usque ad horam terciam non cessando, preter unam autem, quam dicunt sollempniter in conventu, legendo breviter continuant plures missas; et quoniam gaudent brevitate moderni, populus querit pocius missas illas conventualibus et parrochialibus ecclesiis pretermissis. Consueverunt etiam dictis missis fratres detinere populum per sermonem; quare alias ecclesias non visitant, ut deberent. Consueverunt

etiam dare indulgentiam duorum, trium, quatuor, decem et plurium annorum in diebus sollempnitatum suarum et per octavas earum de indulgentiis, quas a singulis episcopis colligere consueverunt. Vidimus etiam quasdam litteras papales, quas habent,[19] idulgentiarum cottidie centum dierum eis, qui visitaverint ecclesias eorundem. In quibus omnibus non solum ecclesiis civitatum ipsarum, set etiam liminibus sanctorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum sanctorum, que exinde non frequentantur, sicut prius consuetum fuerat, non modicum derogatur. Vobis etiam, pater reverende, et aliis confratribus vestris et coepiscopis, legatis etiam a latere vestro missis non bene sedere videtur, quod cum in cottidianis predicationibus vestris et nostris non plus quam quadraginta dies dare consueverimus, eorum auctoritas excellere nos videtur. Quid ergo restat faciendum? Immo nichil aliud fit cottidie, nisi quod nomen fratrum patribus preiudicet, sacerdotibus videlicet, episcopis, immo vobis; et pastores ammodo dici non debeamus nec oporteat vultum agnoscere pecoris nostri in confessionibus nec pabulum eis predicationis afferre nec curare infirmum nec consolidare confractum, cum ipsi de hiis omnibus nobis invitis et irrequisitis se cottidie intromittant, privilegiatos se in eo per sedem apostolicam asserentes. Unde, quia non communicamus vivis, nec etiam communicamus defunctis, sive in oblationibus, sive in canonica portione. Habent enim dicti fratres in civitatibus quasi omnium hominum sepulturas. Semen clericorum, quod in testamentis quandoque steterat, nunc a testamentis dinoscitur penitus cecidisse et legata sunt ab eis penitus relegata. Hec quidem sunt dampna, que clerus sustinet ab eisdem. Exinde autem plura inconvenientia subsecuntur. Certe cum dominus beato Petro apostolo simul commiserit[f] ius ligandi atque solvendi[20] et cum contrariorum esse debeat eadem disciplina, miramur, qualiter ius solvendi habere se dicant, cum non habeant ius ligandi nec etiam habere vellent, cum etsi committatur eis etiam ab episcopis, quod aliquem excommunicent, reddunt se difficiles tamquam exemptos; timent enim ex hoc eis displicere, contra quos hoc esset forsitan faciendum. Volunt quidem bibere calicem vini meri, cum tamen plenus sit mixto et fex eius non sit exinanita,[21] bibendam illam et clericis relinquentes. Videntur enim dicti fratres non curando curare, cum curam non habeant animarum. Utilitatem cure percipiunt et eius periculum recusantes habere, presunt sine sollicitudine, honorem cure habentes sine onere et sine discriminis proprii periculo, agnoscentes crimina aliorum. Item auctoritas eorum in confessionibus audiendis penitentiariorum vestrorum videtur excedere potestatem. Illi enim remittunt ad nos absolutos pro penitentia iniungenda, isti vero absolvunt et iniungunt penitentias sine nobis. Legati a latere vestro missi, legationis sue terminos exeuntes, archiepiscopi et episcopi, extra suas dioceses de absolvendo et ligando intromittere se non possunt: fratres vero ad quascumque terras veniunt, iniungunt penitentias et absolvunt, excellentes in hac iurisdictione omnes iurisdictiones ordinarias et eciam delegatas. In hiis omnibus consilium vires nostras excedit, set vestrum est pocius providere, quod et prelatorum et cleri auctoritas conservetur, et nichilominus tam sanctorum ordinum multitudo maxima valeat sustentari, mediam forte viam tenendo inter dominum Innocentium[g] papam IIII[22] et III[h] Alexandrum,[23] quorum unus pro clero, alter pro fratribus suas constitutiones dinoscitur edidisse.[24] Quoniam autem iniunxistis nobis, aliquid consilii

nostri in mare magnum discretionis vestre presumimus instillare: videlicet quod a confessionibus audiendis quoad consulendum non arceantur fratres, set pro absolutionibus et penitentiis iniungendis remittant nichilominus confitentes ad legitimos sacerdotes. Et quamvis fratres alias sint exempti, tamen quoad confessiones audiendum et eciam predicandum eligantur ab episcopis tantum, qui ad hoc ab ipsis habiles et ydonei iudicentur, habentibus potestatem eos, qui secus presumpserint, per censuram ecclesiasticam compescendi et eciam predicationis silencium inponendi perpetuo eis, qui in predicationibus suis clero detrahere consueverunt. Ne autem, sicut dictum est supra, populus in predicatione fratrum distrahatur a missis in propriis parrochiis audiendis, statuere potestis, ut ab ipsis fratribus tantum in parrochiis predicetur, nisi forsan in fratrum festivitatibus, dedicationis videlicet et patroni, sub cuius titulo speciali eorum ecclesia est fundata. Videtur etiam, quod cum ordines isti super paupertatem et mendicitatem penitus sint fundati, nichil propriis manibus laborantes, cum hoc sine maximo mundi preiudicio stare non possit, quod qui non laborat, manducet, et hoc in multitudine nimium effrenata prohibere merito debeatis et eciam episcopis, ut prohibeant, potestatem dare, ne conventum accipiant in locis omnibus, ubi placet; ubi autem hoc fieri possit et debeat, fiat requisita et accepta episcopi voluntate. Item, pater et domine reverende, discretio vestra sciat, quod eciam ab aliis quibusdam religiosis monasteriis parrochiales ecclesie diminuuntur ex eo, quod laici, qui ius patronatus habent in eisdem, religiosis monasteriis illud dare solent, cuius occasione predicta monasteria parte reddituum ipsius ecclesie sibimet reservata secularibus clericis, quos presentant, vix tantum relinqunt,[c] ut taceamus de hospilitate[i] servanda, quod sufficere sibi possint. Presentant etiam quandoque religiosos ordinis sui dicentes ex privilegio sedis apostolice hoc eis licere et revocant eos, quando volunt, forte alia non de causa, nisi quod cum eis pro velle suo bona ecclesie minime parciuntur, alias fingentes causas contra ipsos, de quibus eos coram episcopo accusare recusant, asserentes, quod non debeant fratres sui ordinis infamare, cum illi tamen episcopo presentati coram ipso velint defendere famam suam. Sciat eciam vestra paternitas reverenda, quod excepto rege Boemie,[25] qui solus presentat episcopo ad ecclesias sibi vacantes, in quibus ius obtinet patronatus, investiendos clericos, sicut debet, omnes alii in Pragensi diocesi hoc facere contradicunt; et ita ascendunt ad regimen animarum sacerdotes clavibus non acceptis et eos destituunt ipsi laici, quando placet. Et hoc dominus episcopus Pragensis[26] propter consuetudinem nimis inveteratam et propter multitudinem generaliter contradicentium reformare non poterit, nisi ei vestra auctoritas suffragetur. Hec de clero vobis scripsimus, sicut de veritate omnimoda nobis constat.

[8] De populo vero christiano utriusque sexus vobis constare scimus tamquam ei, qui Leodiensis archidiaconus extitistis,[27] quod in illis et aliis quibusdam partibus christianitatis synodus aliquociens in anno cum laicis servari consuevit, ubi testes sinodales ad hoc electi et iurati deponere consueverunt et dicere, que contra deum et religionem christianam publice fiunt a laicis illo anno vel eciam, que fama accusat, contra quam vel purgare se contingit accusatos vel non purgantes se canonicam secundum terre consuetudinem non evadere ultionem. In aliis vero diocesibus hoc fieri non obtinet consuetudo, unde laicorum

impuniti manent excessus, si sint eciam manifesti. Si vero sacerdos tales forsitan voluerit in sua parrochia accusare, frequenter ex eo sentit periculum vite sue. Provideat ergo sanctitas vestra, si placet, ut christianitatis synodus servetur ubique pro conservanda honestate populi christiani, cum idem deposcat auctoritas ewangelica, in qua dicitur: Dic ecclesie,[28] quod talia ecclesie sunt dicenda. Sunt eciam quidam et quedam apud nos religiosorum sibi habitum et nomina vendicantes, quos et quas, cum eorum non sit religio per sedem apostolicam confirmata, sectarum nomine credimus conprehendi, qui passim, ut iugum evadant obedientie, habentes velamen malicie libertatem, quasi liberius Domino servituri, dominos et dominas habere nolentes, fugientes eciam obedientiam sacerdotum seu eciam cohercitionem coniugii maritalis et per aliquem ordinem se astringi, femine iuvenes in statu viduitatis se ponunt, illecte forsitan ab aliquibus, per quos nubere prohibentur contra apostolum, qui de talibus ita dicit: Vidua non eligatur nisi sexaginta annorum.[29] Item: Adolescentiores autem viduas devita. Volo autem huiusmodi nubere. Iste etenim sunt, que solent circuire domos non solum ociose, set et verbose. Unde et post sathanan sepius convertuntur retrorsum.[30] Certe iste sunt religiose ille, que sub nomine honestatis, sicut olim contra Barnaban et Paulum, sediciones contra clericos suscitare sueverunt,[31] a quibus eciam in confessionibus fugiunt nec recipiunt ecclesiastica sacramenta, innuentes tacite, quasi sacramenta in eorum manibus sint polluta. Consilium autem de huiusmodi aliud non damus, nisi quod apostolus dedisse dinoscitur sicut supra, quod tales nuberent, suam dixit omnimodam voluntatem, vel in approbatis religionibus retrudantur.

[9] De infidelibus vero inter nos conversantibus, deo teste, de hereticis nichil scimus. De Iudeis vero dicimus, quod christianas habent nutrices, usuras patenter exercent et eas indigentibus aggravant ultra modum in tantum, ut infra annum excedant eciam ipsam sortem. Publica exercent officia, thelonearii, monetarii fiunt, et cum alias sint infideles, fidem minimam eciam in hiis servant. Furatos calices, vestes sacras necnon et libros recipiunt a furibus et servant. Et cum sic acceptos cogantur restituere christiani, si apud eos fortassis inveniantur, Iudei eos restituere non coguntur.

[10] In hiis omnibus, que vestre scripsimus sanctitati, si diminuti forsan vel superflui invenimur, petimus, ut vestra discretio parcat nobis. Voluistis autem, ut vobis cum omni cautela et diligentia scriberemus,[e] quod sine dubio nobis ipsis necessarium arbitramur, quoniam, si littera ista de nomine nostro ad aliorum manus quam ad vestras forsitan perveniret, scimus, quod persecutionis scandalum evadere non possemus.

Sigillum: In plagula membranacea 16 incisiones sigilli appendendi causa factae apparent.

---

719. [a–a] *Verbis competenter distentis scriptum est A.* — [b] *Littera* ‚b' *ex* ‚d' *correcta est A.* — [c] *Ita A.* — [d] *Post vocem locus rasus punctis expletus sequitur in A.* — [e] *Vox super linea addita est A.* — [f] ‚miserit' *A.* — [g] *Quae abinde sequuntur usque ad finem, in membranae tergo scripta sunt in A.* — [h] *Ita pro* ‚IIII' *A.* — [i] *Ita pro* ‚hospitalitate' *A.*

[1]) *Litterae nota anni carent, sed cum ad concilium generale Lugdunense a. 1274 maii 7 initum missae sint, ad a. 1273 ponendae sunt.* — [2]) *Quomodo relatio dati formula carens poni liceat, vide inferius in apparatu.* — [3]) *Gregorio.* — [4]) *Bruno.* — [5]) *Vide num. 698.* — [6]) *Přemyslum Otakarum II.* — [7]) *Stephanum.* — [8]) *2. Tim. 3, 1.* — [9]) *Alphonsi.* — [10]) *de Cornubia.* — [11]) *de Habsburg.* — [12]) *Litteras ignoramus, cf. autem apud Potthast II, pag. 1652 ex. gr. num. 20514, 20515.* — [13]) *Elisabeth, uxor Stephani regis, iam aug. 1 anni 1272 defuncti.* — [14]) *Filiae regis Stephani Katharina et Elisabeth Stephano Dragutino et eius fratri Uroš II.* — [15]) *Imperatori Graecorum, cf. etiam litteras Belae IV., regis Hungariae, Gregorio IX. 1239 iun. 7 missas (Theiner, pag. 17 num. 388), ubi dicitur:* ‚Watacius enim nostram neptem suo filio duxit in uxorem'. — [16]) *Cf. Horatius, Epist. I 18, 84;* ‚nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.' — [17]) *Cf. Gualterum ab Insulis, Alexandreis V, 301:* ‚Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim'. — [18]) *Matth. 10, 8; 11, 5; Levit 14, 2.* — [19]) *Litteras huius generis sine moderatione datas ignoramus; cf. Potthast II, pag. 1634 num. 20302.* — [20]) *Matth. 16, 19; 18, 18.* — [21]) *Ps. 74, 9.* — [22]) *Anni pontificatus eius 1243–1254 sunt.* — [23]) *Anni pontificatus eius 1254–1261.* — [24]) *Vide Potthast II, pag. 1287 num. 15602.* — [25]) *Přemyslo Otakaro II.* — [26]) *Johannes III.* — [27]) *Vide Eubel, pag. 8 n. 13.* — [28]) *Matth. 18, 17.* — [29]) *1. Tim. 5, 9.* — [30]) *1. Tim. 5. 11, 14, 13, 15.* — [31]) *Cf. Act. Ap. 13, 50.*

720.

Johannes, episcopus Pragensis, [C.] decano et plebano Glacensibus mandat, ut cives civitatis Kłodzko, qui grave facinus in claustro fratrum Minorum perpetraverunt, poenae excommunicationis subiectos denuntient.

In [Trhový] Štěpánov [1274][1] *ian. 1.*

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Vratislaviensi (archivum fratrum Minorum Glacensium, sign. num. 10) asservabatur, nunc autem latet eiusque imago phototypica tantum restat (A).

Ed: Volkmer-Hohaus, Urkunden, pag. 307 sine num. (ex A).
Reg: Reg II, pag. 350 num. 849. — CDS VII. 2, pag. 208 num. 1449. — Volkmer-Hohaus, Urkunden, pag. 20 sine num.
Lit: Nový, Listiny, pag. 67 (scriba chartae).

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide et num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: Idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (ZZ), J III 6 (A).
Imaginem phototypicam adversae partis chartae benignissime nobis v. d. H. Appelt ex apparatu diplomatico editionis „Schlesisches Urkundenbuch", *qui Marburgae asservatur, mittendam curavit.*

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, dilectis in[a] Christo ..[2] decano et plebano[a][3] Cladcensibus[b] et unversis[c] sub‖ditis eorum[d] salutem in Domino. Cum, sicut veridica relatione cognovimus, quidam cives de Cladsk ‖ cum suis complicibus timore dei postposito in contemptum libertatis ecclesiastice et scanda‖lum plurimorum violata temere emunitate ecclesiastica violenter ingressi claustrum et domum fratrum Minorum in Cladsk, quemdam ibidem occiderunt hominem et ipsius occisi corpus in piscinam eorumdem fratrum nequiter proiecerunt, gladio quodam ante coquinam ipsorum[e] et martello,[f] cum quo prefatum iugulaverant hominem, derelictis[g] in eorum non modicum et tocius religionis ecclesiastice ac nostrum non modicum preiudicium et gravamen. Cum igitur tante temeritatis excessum non possimus nec debeamus conniventibus oculis pertransire, ne

facilitas venie incentivum tribuat delinquendi et hii efficiantur, qui nequam fuerant, nequiores, universis vobis et singulis in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis districte precipiendo mandamus, quatinus quilibet vestrum in ecclesia sua et alibi, ubicumque expedire videbitur, dictos cives nominatim et alios in genere, qui verbo vel facto, consilio aut mandato aut aliqua cooperatione alia qualicumque per se vel alium aut alios predictum iniuriosum deo et hominibus ac horribile facinus perpetrarunt, tamdiu sollemniter et publice singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis exstinctis excommunicationis sententie, quam ipso facto incurrerunt sacrilegi supradicti, denuntiet subiacere, faciatisque[h] ipsos ab universis Christi fidelibus artius[i] evitari, donec ipsi primo satisfaciant nobis et predictis fratribus de tam gravi et atroci iniuria irrogata et postmodum sedem apostolicam adeant et ab ea in forma ecclesie obtineant se absolvi. Alioquin prefatam excommunicationis penam quisque vestrum se noverit incursurum. Datum in Scepanow kalendis ianuarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, scidula membranacea ex autographo ipso scissa sigilli fragmentum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1.[4]

---

720. [a–a]) *In loco raso scriptum est; ex iis, quae erasa sunt, vestigia vocis* ‚filiis' *clare apparent A.* — [b]) ‚Cl͡adcen' *A.* — [c]) *Ita A pro* ‚universis'. — [d]) *Ex* ‚eius' *correctum est A.* — [e]) *Ex* ‚eorum' *correctum est A.* — [f]) *In loco raso scriptum est A.* — [g]) *Ex* ‚derelicto' *correctum est A.* — [h]) *Littera* ‚f' *in loco raso scripta est A.* — [i]) *Littera* ‚r' *ex* ‚i' *videtur esse correcta A.*

[1]) *Cf. num. 148 n. 1.* — [2]) *C. (vide num. 723).* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Ex imagine phototypica discerni non potest, utrum sigillum sine sigillo secreto, an cum eodem fuerit.*

721.

Johannes, episcopus Pragensis, ad praesentationem Miroslai, praepositi monasterii de Chotěšov, Hroznatam, custodem monasterii eiusdem, ecclesiae in [Horní] Sekyřany plebanum instituit.

In [Trhový] Štěpánov 1274 ian. 2.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Chotěšov, sign. L IV ŘP Chotěšov num. 19) asservatur (A). — *Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII.* „Annales monasterii Cotieschouiensis" *intitulato, in UK Pragae (sign. XV B 4) asservato, pag. 133 num. 6 (B).*

Reg: Reg IV, pag. 732 num. 1836 (ex B).
Lit: Nový, Listiny, pag. 59 n. 134, 135 (scriba chartae). — *Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 58 (formularius cancellariae episcopi).*

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide et num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: Idem atque scriba.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (AAA), J III 6 (R), 3, Teplá—Chotěšov (K).

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiter‖nam. Cum a nobis petitur, quod iustum est, tam vigor iuris quam ordo postulat rationis, || ut id ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Eapropter universitati vestre tenore pre‖sentium volumus esse notum, quod nos ad petitionem et presentationem honorabilis viri Miroslai, prepositi de Hotesouich, honesto viro Hrosnate, custodi ecclesie et monasterii Hotesouicensis, ecclesiam de Sekyran[a] cum omnibus suis pertinentiis, in qua idem prepositus plenum ius obtinet patronatus, auctoritate, qua fungimur, ex certa sciencia confirmamus, investientes eum donis spiritualibus et curam animarum sibi et regimen committentes. In cuius rei testimonium hanc litteram[b] sigilli nostri caractere fecimus roborari. Datum in Scepanow in octava beati Stephani, anno Domini[c] M°C°C°LX°X°IIII° a nativitate eiusdem computato, pontificatus vero nostri anno XVI°.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis rubri coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

721. [a]) *Potius* ‚Sekyram' *legi potest A.* — [b]) *Littera* ‚m' *ex* ‚n' *correcta est A.* — [c]) *Ex* ‚d͡mi' *correctum est A.*

722.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, Brunoni, episcopo Olomucensi, consensum adhibet, ut de possessionibus episcopalibus cum consensu capituli Olomucensis militibus et famulis ipsius nomine feudi bona conferre possit.

Pragae 1274 ian. 8.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. T I a 1) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. K 3ᵛ—K 4 num. 77 (B). — Aliud apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, pag. 58—60 num. 70 (C).

Ed: CDM IV, pag. 110 num. 78 (ex A). — CIB I, pag. 183 num. 64 (ex CDM).
Reg: Hormayr, Archiv 1828, pag. 639 (ad dec. 7). — Idem, Taschenbuch 1843, pag. 451 (ad dec. 7). — Böhmer, Add. sec., pag. 451 num. 262 (recte), num. 274 (ex Hormayro ad dec. 7). — Reg II, pag. 351 num. 850 (recte), pag. 383 num. 916 (e Böhmero ad dec. 7).
Lit: Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 692 num. 44 (sigillum, notae in tergo chartae). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 366.

Scriba: P II 11 = B 1 = Conradus, Brunonis, episcopi Olomucensis, notarius. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.
Dictator: Conradus, notarius episcopi.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 2 b, Bruno episcopus (LLLL), Conradus notarius (FFF).

Otakarus, dei gratia Boemie rex quintus, dux Austrie, Stirie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, || Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus presentem pagi-

nam inspecturis in perpetuum. Pium est et ho||nestum ac consentaneum rationi, ut, quorum devotionis constantia fideique puritas tam probabilibus argumentis quam veris || experiri potest indiciis, eorum speciali prerogativa favoris et gratie coronetur fidelitas, ut, ubi fides est per operis evidentiam, ibi remunerationis dignissime premium sit paratum, ceterique ipsorum exemplo ad devotionis et fidelitatis constantiam fortius invitentur. Cum igitur venerabilis in Christo pater dominus Bruno, episcopus Olomucensis, ad honorem et utilitatem ecclesie sue indefessa sollicitudine diligenter intendens, statum eius, quibus potest, promotionibus erigendo, militibus et famulis suis, qui tam nobis in defensione terrarum nostrarum et ad resistendum inimicis nostris, quam eciam ipsi domino episcopo nobis semper exposito et parato iam multis retroactis temporibus non sine magnis laboribus et personarum periculis fideliter servierunt et serviunt incessanter, de bonis et possessionibus episcopalibus unicuique iuxta suorum exigentiam obsequiorum nomine feodi bona duxerit aliqua conferenda pleno capituli sui accedente consensu, nos considerantes et plenius advertentes, quod eidem ecclesie Olomucensi non modicus in hoc facto profectus et honor accrescit quodque dominus Bruno episcopus tam per industriam suam, quam per nostram eciam largitionem Olomucensi ecclesie, cui libenter et liberaliter divine remunerationis intuitu sueque devotionis et fidelitatis obtentu contulimus et donavimus oppidum de Hullyn cum omnibus suis pertinentiis, ut in alio privilegio inde confecto continetur plenius,[1] temporibus suis bona plurima conquisivit; tales eciam, qui militaria nobis prestent obsequia pro defensione terrarum nostrarum et ad resistendum adversariis nostris, ut temporis[a] condicio presentis exposcit, volentes habere mansione stabili infra dominii nostri rete, consensum nostrum super infeodationibus huiusmodi favorabiliter et liberaliter adhibemus. Et ut prefati milites ac famuli necnon et heredes sui dictorum feodorum, prout in privilegiis episcopi et capituli Olomucensis sibi concessis plenius est expressum,[2] stabili et perpetua gaudeant firmitate ipsique et eorum posteri, qui in bonis eisdem feodalibus de iure successerint, episcopo, qui pro tempore fuerit, et ecclesie Olomucensi obsequiis militaribus perpetuo sint astricti, nos adicientes celsitudinis nostre robur, quod per eundem dominum Brunonem episcopum et capitulum suum in hac parte factum est, ratum habentes et gratum, id potestate regia confirmamus, inhibentes districte ac firmiter ex nostre plenitudine potestatis, ne quis dictam infeodationem pie ac provide factam presumat infringere vel ei aliqualiter contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem regiam se noverit graviter incursurum. Datum Prage per manum magistri Petri, Wissegradensis prepositi, regni[b] nostri cancellarii, anno Domini millesimo ducentesimo LXX°IIII, VI idus ianuarii, indictione secunda.[b]

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi et rubri coloris sigilli fragmentum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

722. [a]) *Littera ‚s' in loco raso scripta est A.* — [b–b]) *Verbis competenter distentis, ut ultimae duae lineae explerentur, scriptum est in A.*

[1]) *Vide num. 283.* — [2]) *Cf. ex. gr. num. 56, 80, 373 etc.*

723.

Johannes, episcopus Pragensis, C., decano Glacensi et plebano in Szalejów [Dolny], iterato mandat, ut denunciationem poenae excommunicationis per totum decanatum, ubicumque fratres Minores voluerint, expleri faciat.

Pragae [1274][1] febr. 7.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Vratislaviensi (archivum fratrum Minorum Glacensium, sign. num. 9) asservabatur, nunc autem latet eiusque imago phototypica tantum restat (A).

Ed: Volkmer-Hohaus, Urkunden, pag. 308 sine num. (ex A).
Reg: Reg II, pag. 352 num. 852. — CDS VII. 2, pag. 209 num. 1453. — Volkmer-Hohaus, Urkunden, pag. 20 sine num.
Lit: Nový, Listiny, pag. 67 (scriba chartae). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 62 (formularius cancellariae episcopi).

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide et num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: Idem atque scriba.
Cf. etiam chartam Johannis episcopi num. 572.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (BBB), J III 6 (S).
Imaginem phototypicam adversae partis chartae benignissime nobis v. d. H. Appelt ex apparatu diplomatico editionis „Schlesisches Urkundenbuch", *qui Marburgae asservatur, mittendam curavit.*

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, dilecto in Christo filio C.,[a 2] decano Cladcensi et plebano in Suedlers‖dorph, salutem in Domino. Miramur de tue devotionis providentia, quod[b] in denunciatione,[b] quam ad instanciam religiosorum virorum gar‖diani[3] et fratrum Minorum de Cladsk ex offitio nostro in negocio eodem procedentes fieri mandavimus, tibi et plebano[3] ‖ de Cladsk necnon universis aliis plebanis ac eorum vicariis in decanatu tuo constitutis nostras super hoc patentes cum adiectione certe pene litteras destinantes,[4] tu tamen, sicut nobis dicitur,[c] negocium ipsum saltem in genere exequi hactenus non curasti. Et licet contra te propterea ad penam canonicam procedere deberemus, cum crescente contumacia crescere debeat et plena,[d] tecum tamen hac vice mitius agere cupientes, discretioni tue mandamus iterato sub pena excommunicationis, quatinus prefatam denunciationem non expressis propriis nominibus aliquorum, sed tantum in genere, tamdiu in parrochiali ecclesia de Cladsk et in ecclesia etiam premissorum fratrum Minorum ac in omnibus aliis ecclesiis, ubicumque fratres predicti voluerint, per totum decanatum tuum singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis exstinctis sollempniter et publice expleri facias iuxta priorum continentiam litterarum, donec a nobis aliud receperis in mandatis. Alioquin prefatam excommunicationis penam ipso facto te noveris incursurum. Hec autem fieri volumus salva dictorum fratrum querela, quam ipsi prosequi poterunt, quandocumque eis expedire. Datum Prage VII idus februarii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

Sigillum: in scidula membranacea appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

723. [a]) *Teste CDS VII. 2 (vide in apparatu) alio atramento scriptum est A.* — [b-b]) *Super linea scriptum est A.* — [c]) *Prima littera ‚i' ex ‚e' videtur esse correcta A.* — [d]) *Ita pro* ‚pena' *A.*

[1]) *Cf. num. 148 n. 1.* — [2]) *Plenum nomen ignoramus.* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Vide num. 720.*

724.

Bruno, episcopus Olomucensis, Mraviconi, militi suo, et uxori eius Annae cum consensu capituli sui villam Mořkov iure feudali confert.

In Kroměříž 1274 febr. 11.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. S I a 6) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. G 2 num. 42 (B). — Alterum apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, pag. 57—58 num. 69 (C).

Ed: CDM IV, pag. 113 num. 80 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 352 num. 853.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 153 num. 60 (corr. lect. Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 692 num. 55 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae).

Scriba: B 27 = verisimillime cancellariae Brunonis episcopi proprius, qui autem in nulla alia charta eiusdem episcopi apparet. Exempla script. num. 2 b, 23.
Dictator: idem atque scriba; vestigia eiusdem stili etiam in num. 607, 620 et 717 exstant.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (MMMM), 4 a, De chartae apud milites usu (R).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, dilecto fideli suo Mrawichoni militi in perpetuum. Quoniam dubitationis scrupulus || rite gestam multociens opprimit veritatem, huic morbo humana succurrens discretio consuevit veritatis processum ad || noticiam perducere futurorum. Hinc est, quod scire volumus posteros et presentes, quod nos tibi ob serviciorum tuorum merita et || fidelitatis nobis et nostre ecclesie exhibita et, ut dum vixeris, exhibenda villam Murizt cum omnibus suis pertinenciis, videlicet agris, nemoribus, cultis pariter et non cultis, aquis, rivulis, pratis, pascuis, piscationibus conferimus iure feodi cum omni utilitate, que eidem ville nunc est vel inesse poterit in futurum, libere possidendam temporibus vite tue; hoc adicientes de gratia speciali, quod, si uxor tua supervixerit diem tuum extremum, ipsa eandem villam cum omnibus iuribus prenotatis usque ad finem vite sue nomine dotalicie[a] inviolabiliter et libere possidebit. Ut autem hec nostra collatio facta tibi et uxori tue, domine Anne, rata permaneat et inconvulsa, super ea presentem paginam conscribi fecimus de favore et consensu Alexii decani, Alberti prepositi, Cyri archidiaconi, Woyzlai,[b] Bartholomei, Iohannis de Hamburch, Th.[1] de Wlmensten[c] et aliorum canonicorum ecclesie nostre, nostri et eiusdem capituli nostri sigillorum munimine roboratam.[d] Datum Cremeser anno Domini M°C°C°LXXIIII, dominica, qua cantatur Esto michi.

Sigilla: in filis sericis viridis et rubri coloris appendent; 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, paulum laesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) ecclesiae Olomucensis paulum laesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.

---

724. *[a] Ita A. — [b] Littera ‚l' e quadam alia littera correcta est A. — [c] ‚Wlmenstn' A. — [d] Altera littera ‚a' ex ‚i' correcta est A.*

[1]) *Theoderici.*

725.

Bruno, episcopus Olomucensis, Henrico de Domášov [nad Bystřicí], militi suo, cum consensu capituli sui villas Bílovice et Biskupice iure feudali confert.

In Kroměříž 1274 febr. 25.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. Q I c 1) asservatur (A). — Apographum saec. XV. exstat in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis chart. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 28) asservato, fol. 106[v] num. 191 (B). — Versionem Bohemicam praebet codex mnscrus chart. saec. XV.—XVI. Manská kniha 4 communiter dictus, in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 4) asservatus, pag. 1; cuius textum sub praebemus (T).*

Ed: CDM IV, pag. 116 num. 83 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 352 num. 854.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 153 sine num. (corr. lect. Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 692 num. 57 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae).

Scriba: B 28 = verisimillime cancellariae Brunonis episcopi proprius, qui autem in nulla alia eiusdem episcopi charta apparet. Exempla script. num. 2 b, 24.
Dictator: formulario I. chartarum iura feudalia tangentium a Conrado notario confecto usus est (vide ex. gr. num. 556, 608, 609, 610 etc.).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (NNNN), Conradus notarius (GGG), 4 a, De chartae apud milites usu (S).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, Heydenrico de Domatsow, militi suo dilecto, et heredibus suis in perpetuum.‖ Digne agimus et ratione movemur, dum eorum, qui se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et fideles, recompensamus ‖ servicia favore ac gratia speciali, ut fervencius nostris insistant obsequiis, dum favorem nostrum sibi senserint affuisse. Hinc ‖ est, quod inspectis sinceritatis tue serviciis, que nobis in ecclesie nostre negociis et utilitatibus non parcendo rebus et persone promptidine[a] grata iam diucius inpendisti et intendas[b] in huiusmodi persistere serviciis incessanter, cumque benefecisse bonis et fidelibus sit omni parte lucrosum, nos tibi, qui[c] te tam fidei puritate quam serviciorum exigencia retribucionis premio dignum reddis, damus et conferimus liberaliter et libenter in feodum capituli nostri accedente consensu villas Belewiz et Pyschopyz cum omnibus iuribus eorumdem, videlicet silvis, pratis, pascuis, piscationibus, censu, iudiciis, sturis et omnibus proventibus, qui supradictis villis iam insunt vel inesse pote-

runt in futuro, nullo diminuto vel excepto per te ac heredes tuos, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneas et possideas ac ratione ipsius feodi ius wassallorum Magdeburgensis ecclesie habeas in omnibus indistinctum, quod et aliis concessimus infeodatis a nobis, quodque heredes tui, filii tantum, sicut premissum est, gaudeant ipso iure. Dabis eciam annis singulis in recognitionem bonorum ipsorum canonicis nostris Olomucensibus de quolibet manso mensuram tritici, quemadmodum infeodati ceteri dare tenentur. Ceterum statutum est per nos de consilio capituli nostri, ut quilibet wassallorum nostrorum infeodatorum a nobis alia de propria pecunia debeat comparare bona, que extimatione[b] facta bonorum sibi collatorum ab ecclesia terciam partem valere debeant eorumdem. Te vero ab huiusmodi statuto exemptum fore volumus, specialem in hoc consenciente capitulo nostro tibi gratiam facientes, ut nullum exinde quo ad dictum feodum tuum tibi preiudicium generetur. Quod autem omnia premissa perpetuam optineant firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense[d] capitulum, ego Allexius decanus, Albertus prepositus, Cyrus archidiaconus, Conradus scolasticus, Lampertus custos, Bartolomeus, Woizlaus, Iohannes de Hombo[r]gh,[e] Theodericus[f] de Wlmensteyn,[g] Petracus, Thomas, Budizlaus et alii quamplures super premissis omnibus consensum nostrum liberaliter adhibentes subscribimus presensque scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum in Crenser anno Domini M°CC°LXX°IIII, dominica, qua cantatur Reminiscere miserationum tuarum, Domine.

Sigilla: 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, in filis sericis viridis et flavi coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) ecclesiae Olomucensis in filis sericis viridis tantum coloris laesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.

---

725. [a] ‚promtidie' *pro* ‚promptitudine' *in A.* — [b] *Ita A.* — [c] *In loco raso scriptum est A.* — [d] ‚Olom' *A.* — [e] ‚Hoborgh'; *quod uncis clauditur, cum membrana destructa periit A.* — [f] *Littera ‚o' in scribendo videtur esse addita A.* — [g] ‚Wlmsteyn' A.

725.*

Bruno, boží milostí biskup olomúcký,[a] Heydenrichovi z Domášova, rytieři svému milému, a jeho erbóm na věky. Hodně činíme a rozumem toho dosaháme, když těm, kteříž nám a našemu kostelu služebné se činie a věrné, služby odplacujem zvláštní přiezní a milostí, aby tiem snažnějie k našim službám hotovi byli, když naši přiezeň sobě od nás znamenají. I tak jest, že sezřevše na tvé upřiemné služby, kteréž nám v kostela našeho potřebách a užitciech, nelituje svého zbožie a osoby, se vší snažností již z dávna jsi učinil, a myslíš bez oblevenie v těch službách ostati, a také poněvadžť dobrém a věrném dobře učiniti jest se všech stran puožitečné, my tobě, jenž tak svú vierú čistú jako službami vydáváš se hoden podobné odplaty, dáváme a poddáváme svobodně a dobrovolně s kapituly našie povolením v manstvie Bielovice a Biskupice vsi se všemi jejich právy, totčíž s lesy, s lukami, pastvištěmi, loviště mi, úroky, s súdmi,[b] bernėmi[c] a se všemi puožitky, kteříž na svrchupsaných[d] vsech nynie jsú anebo potom býti mohú, ničehož ani umenšujíce ani vynímajíce, tvým synóm toliko ale ne dcerám, aby to právem manském držal a požíval a podlé toho právo manské kostela magburského jměl ve všech[e] nerozdielné, jakož i jiným manóm dali sme, a aby tvoji erbové toliko synové, jakož se svrchu píše, toho práva požívali.

Také máš dáti na každý rok pro přiznánie svrchu psaného zbožie kanovníkóm našim olomúckým[a] s každého lánu měřici žita, jakožto i jiní manové [dávati][f] mají. Také s radú našie kapitoly jest ustaveno, aby každý z [našich] manóv od nás vystavených jiná svými vlastními[g] penězi přikúpiti mohl[h] sbožie, kteréž by dobrú váhú protiv prvniem sbožím třetí diel[i] jmělo[k] a stálo. Ale tě toho ustanovenie chceme býti prázdna a vyňata, v tom tobě zvláštní milost s přivolením našie kapitoly činiece, aby skrze to nižád[né] pohoršenie jelikožto k tomu manství tobě vyšlo. A aby všechny svrchupsané věce věčnú pevnost obdržely, my na věčnú památku tento list[l] kázali jsme psáti a pečet naši k němu přivěsiti. A my olomúcká[a] kapitola, já Allexius děkan, Albrecht probost, Cirus arcibřešt, Conradus scolasticus, Lampert custos, Bartholoměj, Vojslav, Jan z Homburg, Dětřich z Walminstejna, Petraš, Thomas, Budislav a jiní mnozí k svrchupsaným věcem davše naše přivolenie, teď se podpisujem a pečetí naší přivěšenú potvrzujeme. Dán v Chroměříži léta božieho tisíc dvěstě sedmdesátého čtvrtého, druhú neděli v puostě.

725.* [a] ‚Olom̃' *T.* — [b] *Alia manu postea in* ‚súdními' *correctum est in T.* — [c] *Eadem manu atque in n. b in* ‚berní' *correctum est in T.* — [d] ‚svrchupsaniech' *T.* — [e] ‚vešech' *T.* — [f] *Quae hic et inferius uncis clauduntur, in charta destructa perierunt in T.* — [g] ‚vlastiemi' *T.* — [h] *Deest T.* — [i] ‚dielem' *T.* — [k] ‚jměl' *T.* — [l] ‚listem' *T.*

726.

Bruno, episcopus Olomucensis, Hermanno de Wercinghehusen cum consensu capituli sui villam Pyzdratice (Bysertiz), *duos laneos in villa Želeč et totidem in monte circa Kroměříž cum piscina iure feudali confert.*

In Kroměříž 1274 mart. 4.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. F I a 4) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. H 1—H 2 (B). — Aliud apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 76—76[v] num. 4 (C).

Ed: CDM IV, pag. 117 num. 84 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 354 num. 857.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 154 num. 63 (corr. lect. Ant. Boček; erronee ad CDM IV num. 85 loco 84 revocatur). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 693 num. 58 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae).

Scriba: B 29 = fortasse Arnoldus notarius. Exempla script. num. 2 b, 25.
Dictator: formulario I. chartarum iura feudalia tangentium a Conrado notario confecto usus est. (Vide ex. gr. num. 556, 608, 609, 610 etc.).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (OOOO), Conradus notarius (HHH).
Arnoldus notarius (A), 4 a, De chartae apud milites usu (T).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, dilecto sibi Hermanno de Wercinghehusen et heredibus suis in perpetuum. Digne ‖ agimus et ratione movemur, dum eorum, qui se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et fideles, recompensamus servicia favore ac gratia ‖ speciali, ut fervencius insistant nostris obsequiis, dum favorem nostrum sibi senserint affuisse. Hinc est, quod inspectis sinceritatis ‖ tue serviciis, que nobis in

ecclesie nostre negociis et utilitatibus non parcendo rebus et persone promptitudine grata iam diucius inpendisti et intendas[a] in huiusmodi persistere serviciis incessanter, cumque benefecisse bonis et fidelibus sit omni parte lucrosum, nos tibi, qui te tam fidei puritate quam serviciorum exigencia retributionis premio dignum reddis, damus et conferimer[b] liberaliter et libenter in feodum capituli nostri accedente consensu villam integram Bysertiz, in villa nostra Sals duos laneos, item duos laneos in monte circa Cremser exstirpandos et piscinam unam sub eodem monte sitam; quorum laneorum et piscine medietas tua est et alia medietas Chiseconis,[1] capellani nostri, cum attinenciis earumdem, videlicet silvis, pratis, pascuis, piscationibus, censu, decimis, iudicio, sturis omnibusque proventibus, qui supradictis bonis ad presens insunt vel inesse poterunt in futuro, nullo diminuto vel excepto per te ac heredes tuos, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneas et possideas ac ratione ipsius ius wassallorum Magdenburgensis ecclesie habeas in omnibus indistinctum, quod et aliis concessimus infeodatis a nobis, quodque heredes tui, filii tantum, sicut premissum est, gaudeant ipso iure. Dabis eciam annis singulis in recognitionem bonorum ipsorum canonicis nostris Olomucensibus[c] de quolibet manso mensuram tritici, quemadmodum infeodati ceteri dare tenentur. Ceterum statutum est per nos de consilio capituli nostri, ut quilibet wassallorum nostrorum infeodatorum a nobis alia de propria peccunia debeat comparare bona, que extimatione[a] facta bonorum sibi collatorum ab ecclesia terciam partem valere debeant earumdem.[a] Te vero ab huiusmodi statuto exemptum fore volumus, specialem in hoc consenciente capitulo nostro tibi gratiam facientes, ut nullum exinde quo ad dictum feodum tuum tibi preiudicium generetur. Quod autem omnia premissa perpetuam obtineant firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense[c] capitulum, ego Allexius decanus, Albertus prepositus, Cyrus archidiaconus, Conradus scolasticus, Lamperter[d] custos, Bartolomeus, Iohannes de Homburgh,[e] Theodericus de Wlmensteyn,[f] Petracus, Vlricus, Budizlaus, Hartmannus et alii quamplures super premissis omnibus consensum nostrum liberaliter adhibentes[g] per manum Arnoldi notarii subscribimus presensque scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum Cremser anno Domini M°CC°LXXIIII, dominica, qua cantatur Oculi mei semper.[h 2]

Sigilla: in filis sericis flavi et rubri coloris appendent; 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, valde laesum. Cf. Sigilla in CDB IV.2, num. 12; 2) ecclesiae Olomucensis, valde laesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27.

---

726. [a] *Ita A.* — [b] *Ita* (‚pf[s] im[s]') *pro* ‚conferimus' *A.* — [c] ‚Olom' *A.* — [d] *Ita* (‚Lapt[s]') *pro* ‚Lampertus' *A.* — [e] ‚Hob[2]gh' *A.* — [f] ‚Wlmsteyn' *A.* — [g] *Littera* ‚d' *ex* ‚l' *correcta est in A.* — [h] ‚ad Dominum' *additum est in B, C.*

[1]) *Fortasse eiusdem, qui in dpm formula num. 717 nominatur.* — [2]) *Cf. Psalm. 24, 15.*

727.

Bruno, episcopus Olomucensis, Conrado de Landesberg (Landesberch) *cum consensu capituli sui villam Kovalovice [u Kojetína] iure feudali confert.*

[In Kroměříž cca 1274 mart. 4.][1]

Apographum saec. XIV. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 81—81v num. 13 (B). — Aliud apographum saec. XV. exstat in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis chart. ibidem (sign. E I 28) asservato, fol. 107—107v num. 195 (C).

Ed: CDM IV, pag. 60 num. 47 (ex B, C, ad a. 1270).
Reg: Reg II, pag. 286 num. 737 (ad a. cca 1270).
Lit: Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae).

Dictator: formulario I. chartarum iura feudalia tangentium a Conrado notario confecto usus est. (Vide ex. gr. num. 556, 608, 609, 610, 726 etc.).
Excludere non possumus chartam ab Arnoldo notario in dpm formula nominato scriptam esse. Vide et n. 1.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (PPPP), Conradus notarius (III), Arnoldus notarius (B), 4 a, De chartae apud milites usu (U).

Bruno, dei gracia episcopus Olomucensis, dilecto fideli suo Chunrado[a] de Landesberch[b] et suis heredibus in perpetuum. Digne[c] agimus et[d] racione movemur, dum eorum, qui se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et fideles, reconpensamus servicia favore ac gracia speciali, ut fervencius insistant nostris obsequiis, dum favorem nostrum sibi senserint affuisse. Hinc est, quod inspectis sinceritatis tue serviciis, que nobis in[e] ecclesie nostre negociis et utilitatibus non parcendo rebus et persone promptitudine grata diucius impendisti et intendas[f] in huiusmodi persistere serviciis incessanter,[g] cumque benefecisse bonis et fidelibus sit omni parte lucrosum, nos tibi, qui te tam fidei puritate quam serviciorum exigencia retribucionis premio reddis dignum, damus et conferimus liberaliter et libenter villam Chowalowiz,[h] que continet sex laneos et unum allodium de tribus laneis, pomerium, silvam,[i] curticulas, pascua et cum[k] alia utilitate, que eidem ville nunc inest vel inesse poterit in futuro, videlicet censu, iudicio, sturis,[l] proventibus et attinenciis nullo diminuto vel excepto in feodum capituli nostri accedente[m] consensu, ut per te ac heredes tuos, filios dumtaxat et non filias, titulo[n] feodi teneas et possideas ac racione ipsius feodi ius vasallorum Magdeburgensis ecclesie in omnibus habeas indistinctum, quod omnibus conferimus infeodatis a nobis, quodque heredes tui,[o] filii tantum, sicut[p] premissum est, guadeant[q] ipso iure. Dabis eciam annis singulis in recongnicionem[r] ipsorum bonorum canonicis nostris Olomucensibus de quolibet laneo mensuram tritici, quemadmodum[s] ceteri infeudati[t] ipsis dare[u] tenentur. Ceterum statutum est per nos de consilio capituli[v] nostri,[v] ut quilibet vasallorum nostrorum infeudatorum[w] a nobis alia de propria pecunia[x] debeat[y] comparare bona, que extimacione[z] facta bonorum sibi[o] collatorum ab ecclesia terciam partem valere debeant eorumdem. Illaque bona comparata sive empta reci-

pere debeant a nobis et ab ecclesia nostra et tenere similiter[z] iure ac titulo feodi, quemadmodum bona episcopalia, sed ad distinccionem bonorum emptorum et episcopalium non debent de bonis emptis dare mensuram tritici predictam. Illaque non[aa] solum ad filios, verum eciam ad filias transferentur. Te vero ab huiusmodi statuto exemptum fore volumus, specialem in hoc consenciente capitulo nostro tibi graciam facientes, ut nullum exinde tibi quo ad dictum feodum tuum preiudicium generetur. Quod autem omnia premissa perpetuam obtineant[bb] firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense capitulum[cc] super premissis omnibus consensum nostrum liberaliter adhibentes per manum Arnoldi notarii subscribimus presensque scriptum nostri sigilli munimine roboramus.

---

727. [a] ‚Conrado' *C.* — [b] ‚Landesberg' *C.* — [c] ‚dignum' *C.* — [d] ‚ac' *C.* — [e] ‚et' *mendose in B, C.* — [f] *Ita B, C.* — [g] ‚incesanter' *C.* — [h] ‚Chowalowicz' *C.* — [i] ‚silvas' *C.* — [k] ‚omnia' *B.* — [l] ‚steuris' *C.* — [m] ‚attendente' *B.* — [n] ‚tituli' *C.* — [o] *Deest C.* — [p] ‚sicud' *B,* ‚sic̃' *C.* — [q] ‚gaudeat' *C.* — [r] ‚recognicionem' *C.* — [s] ‚q̃uemdū' *B.* — [t] ‚infeodati' *C.* — [u] *Vox* ‚dare' *mendose repetitur in B.* — [v-v] ‚nostri capituli' *B.* — [w] ‚infeodatorum' *C.* — [x] ‚peccunia' *C.* — [y] ‚debent' *B, C.* — [z] ‚smiliter' *B.* — [aa] *Sequitur vox, quae haud certe legi potest, in C.* — [bb] ‚optineant' *C.* — [cc] *Hoc loco nomina dignitariorum capituli deesse videntur in B, C.*

[1]) *Charta nota temporis caret. Quoniam autem in eius dpm formula Arnoldus notarius nominatur necnon eadem cum num. 726 verbis cohaeret, ambas chartas uno et eodem tempore exstitisse verisimiliter est coniciendum.*

728.

Johannes, episcopus Pragensis, Johanni, abbati de Osek, indulget, ut fratribus, quibus ecclesiam parochialem in Osek gubernandam commiserit, curam animarum ibidem committere possit.

Pragae [1274][1] mart. 5.

Apographum saec. XVII. exstat in copiario chart. „Privilegia Ossecensia 1693" *intitulato, in SAR Litoměřice (archivum mon. in Osek, sign. M III 12) asservato, pag. 184—185 (B).*

Dictator: ignotus, qui stilo communi usus est.
Chartam solummodo Johanni III., episcopo Pragensi, adiudicare possumus; anno 1318, ad quem eadem pertineret, si editor eius Johannes IV. episcopus esset, abbas Osecensis Gervicus erat (cf. Reg III in registro).
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (CCC), 3, Osek (H).

Joannes, dei gratia Pragensis episcopus, honorabili viro Joanni, abbati in Ossek, Cisterciensis ordinis, nostrae dioecesis, salutem in Domino. Petitionibus vestris favorabiliter inclinati, ut fratribus illis de vestro monasterio, quibus ecclesiam parochialem sanctae Mariae virginis ante ambitum claustri vestri commiseritis gubernandam, curam

animarum in confessionibus audiendis et poenitentiis injungendis et omnibus aliis, quae ad plebanizatus spectant officium, possitis committere, auctoritate vobis, qua fungimur, indulgemus. Datum Pragae III nonas martii, pontificatus nostri anno sextodecimo.

728.

[1]) *Cf. num. 148 n. 1. Vide etiam in apparatu.*

729.

Bruno, episcopus Olomucensis, Martino, abbati Trebecensi, mandat, ut Ulricum, abbatem Geracensem, in possessionem iuris patronatus ecclesiae in Rancířov, e quo a Marquardo [de Bílkov] eiectus est, reponat.

In Kroměříž 1274 mart. 7.

Autographum in membrana scriptum in archivo mon. in Geras (sign. num. 19) asservatur (A).

Ed: Mayer, Urkunden des Präm. Stiftes Geras, pag. 39 num. 20 (ex A, erronee ad mart. 19).
Reg: CDM VII, pag. 772 num. 138. — Žák, Das Stiftsarchiv in Geras, pag. 7 num. 19 (ad mart. 19).
Lit: Žák, Doplňky dipl. mor., pag. 593 num. 7 (corr. lect. CDM VII, ad mart. 19). — Žák, Die Beziehungen, pag. 153 et 154 (rei deliberatio). — KK, pag. 224.

Scriba: B 4 = Johannes, notarius episcopi. Exempla script. num. 2 b, 18 (cf. Exempla script. in CDB IV. 2, num. 28).[1]
Dictator: probabiliter idem atque scriba chartae, qui stilo communi usus est.
Ad ius patronatus ecclesiae in Rancířov etiam charta Johannis, episcopi Olomucensis, in Pustiměř 1303 aug. 17 data (Reg II, pag. 850 num. 1974) pertinet; cf. etiam num. 105[+].
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (QQQQ), Johannes notarius (D), 3, Třebíč (B).

B.,[2] dei gratia Olomucensis episcopus, dilecto in Christo M.,[3] abbati Trebecensi, salutem cum sincera || in Domino karitate. Conquestus est nobis dilectus in Christo Vl.,[4] venerabilis abbas Ierocensis, quod dominus || M.[5] ipsum a possessione iuris patronatus ecclesie in Ranzir eiecerit violenter nullo iuris ordine || observato. Qua re dileccioni vestre[a] auctoritate[b] presentium committimus et mandamus, quatenus, si ita est, dictum abbatem Ierocensem in possessionem dicte ecclesie reponatis contradictores per censuram ecclesiasticam conpescendo et extunc secundum mandatum priorum litterarum[6] ad instantiam prefati M. in iudicio procedatis, faciendo iusticiam utrobique. Datum in Chremsyr anno Domini M°CC°LXX° quarto, feria quarta ante dominicam Letare Iherusalem.

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, in tergo chartae impressum erat; nunc fragmenta circumscriptionis eiusdem tantum restant.[7]

729. [a]) *In loco raso scriptum est in A.* — [b]) ‚auctoQte' *A.*

[1]) *De scribae manu cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscrus in UK Brno asservatur, pag. 137.* — [2]) *Bruno.* — [3]) *Martino.* — [4]) *Vlricus.* — [5]) *Marquardus [de Bílkov].* — [6]) *Litterae non exstant.* — [7]) *In plagula membranacea charta replicata deest; in medio inferioris marginis eiusdem incisio sigilli appendendi causa facta apparet, sed sine usu videtur mansisse.*

730.+

Bruno, episcopus Olomucensis, canonicis Olomucensibus in villa Kozłówki pro pecunia sua empta cum consensu capituli sui duodecim mansos vendit.

In Olomouc 1274 mart. 7.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SAR Olomouc (archivum cap. Olomucensis, sign. A I a 34) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. K 1—K 1[v] num. 72 (B). — Aliud apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 25—25[v] num. 30 (C).

Ed: CDM IV, pag. 114 num. 81 (ex A, B, C).
Reg: Kopetzky, Regesten, pag. 127 num. 113. — CDS VII. 2, pag. 209 num. 1455. — Reg II, pag. 353 num. 856.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 153 num. 61 (corr. lectionum). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 692 num. 56 (idem).

Scriba: B 30 = ignotus, cuius scripturae ductus recentiores videntur esse. Exempla script. num. 2 b, 26.
Dictator: ignotus; vestigia stili eiusdem in consensus capituli Olomucensis formula in num. 731+ vide.
Charta suspicionem movet, nam: 1) Die 7. mensis martii anni 1274 Bruno in Kroměříž (vide num. 729) versabatur; 2) Inter canonicos nominatus Conradus eodem tempore regulariter titulo scholastici (vide iterum num. 729), non autem notarii episcopi uti solebat; 3) Manus scribae in aliis chartis nec Brunonis episcopi nec capituli Olomucensis apparet.
Charta, quae simul cum charta num. 731+ orta est, in circulo capituli Olomucensis videtur esse scripta. Cf. etiam chartas Brunonis episcopi et Přemysli Otakari II. ad eandem rem spectantes (num. 700 et 750+).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (RRRR), 3, Olomouc, ecclesia capitularis (CC).

Nos Bruno, dei gracia episcopus Olomucensis, tenore presencium contineri et earum intuitu cunctis deducere intendimus in publicam noticionem ad rei memoriam || sempiternam, quod, cum villam Cozelowe in Opauiensi provincia sitam pro nostra peccunia emissemus nobis, quippe alias adventicia[a] quam de rebus ecclesie conquisi||ta prospicientes, in ipsa nostra Olomucensi ecclesia quandam repositam peccuniam, quam pro creando in eadem cuiusdam certi et honesti ministerii cultu qui||dam iam defuncti canonici legarant eidem, unde superstitibus canonicis intendentibus hac mediante peccunia bona comparare et nobis eciam necessitatem habentibus de peccunia pro disponendis privatis utilitatibus nostre sedis de communicato eorumdem nostrorum canonicorum consilio pariter et consensu in predicta villa duodecim mansos cum censu, decimis, pratis,[b] steuris, iudiciis et aliis omnibus pertinenciis suis necnon iurisdictione perfecta eisdem vendidimus pro centum et octo marcis argenti tradidimusque ad possidendum et disponendum, prout ex disposicione predictorum defunctorum, quorum hec[c] erat pecunia, quidam ex ipsis superstitibus

canonicis pie ac provide disponere habuerunt; et nos huiusmodi peccuniam sic receptam in usum et utilitatem nostre sedis convertimus econverso. In cuius rei testimonium presentes sigilli nostri iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense capitulum, videlicet ego Alexius decanus, ego Albertus prepositus, ego Cyrus archidiaconus Olomucensis, ego Lambertus custos, ego Conradus notarius, ego Bartholomeus, ego Woyzlaus, ego Ditricus, ego Petrus, ego Iohannes de Homburch et nos ceteri canonici Olomucenses premissis omnibus consensum nostrum presentibus expressum liberaliter adhibentes, sigillum nostrum ad maiorem evidenciam appendi fecimus huic scripto. Actum et datum Olomuz anno Domini millesimo ducentesimo LXX°IIII°, nonas[d] marcii.

Sigilla: duo in filis sericis violacei coloris appendebant; nunc avulsa et deperdita sunt.

730.+ [a]) *Syllaba* ‚cia' *in loco raso atramento obscuriore scripta est A.* — [b]) *Scriba primum* ‚paratis' *scripsit, voce finita primam litteram* ‚a' *erasit A.* — [c]) *In loco raso scriptum est A.* — [d]) *Ita A.*

731.+

Bruno, episcopus Olomucensis, ea, quae testamentum Heidolphi quondam decani continet, acceptans, vicariam in ecclesia Olomucensi cum consensu capituli sui creare indulget.

In Olomouc 1274 mart. 7.

Apographum chartae dubiae fidei saec. XIV.—XV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, pag. 249—250 num. 133 (B). — Alia apographa eorundem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 24^{v}—25 num. 29 (C) necnon ibidem (pars chartacea), pag. 60—62 num. 72 (D).

Ed: CDM IV, pag. 115 num. 82 (ex C).
Reg: CDS VII. 2, pag. 209 num. 1456. — Reg II, pag. 354 num. 858.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 153 num. 62 (corr. lect. Ant. Boček).

Dictator: ignotus, vestigia stili eius in consensus capituli Olomucensis formula in num. 730+ vide.
In Necrologio Olomucensis ecclesiae (SAR Olomouc, sign. E I 40 pag. 57) manu saec. XIII. scriptum (Dudík, Ueber Nekrologe der Olmützer Domkirche, pag. 531 ad mart. 6) legitur „Obiit Heydolphus, decanus huius ecclesie, qui pro vicaria perpetua, quam erexit, quartum dimidium laneum in Studendol et alterum dimidium laneum in Kossolow donavit ecclesie annectens vineam quandam in Pustmir, de qua singulis annis instituit in vigilia virginis Katherine decem solidos pauperibus scolaribus choralibus et decem vicariis distribui, videlicet presentibus, fuditque duas campanas maiores in ipsa ecclesia, predictam vicariam libris et preparamentis instaurando ipsamque pro successoribus suis conferendis et alia multa bona fecit ecclesie."
Charta cum num. 730+ cohaeret; ex argumentis ibidem sub 1) et 2) prolatis etiam suspicionem movet. Cf. etiam num. 700, 750+.
Vide: II 2 b, Bruno episcopus (SSSS), 3, Olomouc, ecclesia capitularis (DD).

Nos Bruno, dei gracia Olomucensis[a] episcopus, scripturam testamentariam bone memorie Heydolphy[b] [1] decani perlegentes, hoc ipsum inter cetera sue ultime voluntatis decreta potissimum conperimus statuisse: In primis hec[c] etenim profitendo ad se spectare villam Studendol seque habere redditus unius et dimidie marce in Cossolav[d] ultra nemus et unum ortum humularium circa Olomuc,[a] qui sic disposuit, sic eciam ordinavit, ut de predictis bonis constituatur et habeatur vicaria in ipsa nostra Olomucensi[a] ecclesia et Ortholphus,[e] scolaris suus, quam cito sacerdos[f] esse[g] poterit et efficietur, redditus et utilitates eius percipiat de eis ac pro eis ad honorem ipsius ecclesie et in anime sue remedium in ipsa ecclesia more vicarii divinum[h] officium impleturus.[i] Et idem Ortholphus[e] et quicunque successor vicarius singulis annis in vigilia beate Katherine[2] talentum denariorum inter vicarios et scolares chorales,[k] plus dando vicariis et scolaribus minus, distribuere teneatur, habens ad hoc ex[l] ipsius H. decani disposicione vineam quandam in Pustimyer[m] sibi pro media parte dispositam reliqua parte cedente ad illuminacionem parrochie quondam sue ibidem in Pustimyer[m] situate. Huiusmodi autem sue disposicionis et voluntatis nos idem H. executorem et testamentarium fidelem accipiens nobis pro fide et nostra consciencia recommisit singula adimplenda. Qui igitur non solum ex nostri officii debito quam ex speciali fidei[n] recommisso cunctis astringimur[o] exequendis tam pii testatoris propositum sic cupientes[p] perficere, ut ne de contingentibus aliquid obmittamus, de requisito et obtento[q] consensu nostri capituli acceptamus de bonis pro ipsa superius designatis vicariam et ei locum exstandi in prefata nostra ecclesia Olomucensi[a] benivole indulgemus, cedentes de villa predicta Studendol et omnibus iuribus, que nobis in ea competerent,[r] quam cuius ad nos spectante dominio quidam a nobis tenebat in feudo,[s] set prefatus H. decanus suis denariis redemit eandem; et adicientes[t] ipsam ad opus huiusmodi vicarie, ordinamus etiam[u] et de communicata[v] nostra et nostri capituli auctoritate statuimus, ut prefatus Or. et quicunque alius successor suus, qui pro ea vicarius extiterit, pro vicario et vicarii nomine censeri debeat ac eciam nuncupari, ei locum et stallum inter alios ipsius nostre[w] ecclesie[w] vicarios designando, qui ordine sacerdotali deserviens cunctis horis psallendis debeat interesse; indulgentes et permittentes pro voto et disposicione ipsius Hei.[x] erigi altare circa locum sue sepulture in honore beate virginis Katherine ibique debeat idem Ortholphus[y] et suus successor, quanto frequencius potest, salva honestate sua et debita devocione missarum solempnia[z] celebrare. Ordinabitque de huiusmodi, cum vacaverit, vicaria decanus Olomucensis[a] cum consilio[aa] et[aa] consensu sui capituli de persona tali, que apta videbitur pro singulis, que conveniunt, adinplendis.[bb] In cuius itaque nostre concessionis, confirmacionis et ordinacionis veridicum testimonium presentes nostri sigilli munimine fecimus roborari.[cc] Et nos Olomucense[a] capitulum, ego Alexius[dd] decanus, ego Albertus prepositus, ego[ee] Cirus[ff] archidiaconus, ego Lampertus[gg] custos, ego[h] Conradus notarius, ego Barsco, ego Woyslaus, ego Tilmannus,[hh] ego Iohannes de Hamburc et nos ceteri canonici Olomucenses[a] nostrum consensum et consilium accomodantes presentibus expressum nostrum sigillum ad sui evidenciam appendi fecimus[ii] huic scripto. Acta sunt hec[h] Olomucii[a] nonis[kk] marcii anno Domini M°CC°LXX°IIII°.[ll]

731.+ [a] ‚Olom' *B, C, D.* — [b] ‚Heydolfi' *C,* ‚Heydulfi' *D.* — [c] ‚hic' *C,* ‚hoc' *D.* — [d] ‚Cossolaw' *D.* — [e] ‚Ortulfus' *D.* — [f] ‚sacerdus' *D.* — [g] *Deest D.* — [h] *Deest C.* — [i] ‚inpleturus' *D.* — [k] ‚corales' *D.* — [l] ‚quod' *C.* — [m] ‚Pustemir' *C.* — [n] ‚fide' *D.* — [o] ‚astringerim' *B,* ‚astringerimus' *D.* — [p] ‚cupient' *D; in fine unius et in initio alterius lineae scriba syllabam* ‚es' *omisit.* — [q] ‚optento' *D.* — [r] ‚peterent' *C, D.* — [s] ‚feodum' *D.* — [t] ‚addicientes' *D.* — [u] ‚eciam' *C, D.* — [v] ‚municata' *B,* ‚comunicata' *C.* — [w-w] ‚ecclesie nostre' *D.* — [x] ‚Hey' *D.* — [y] ‚Or.' *C,* ‚Ortul.' *D.* — [z] ‚sollempnia' *C.* — [aa-aa] *Deest B, D.* — [bb] ‚adimplendis' *C.* — [cc] ‚ro' *C; in fine unius et in initio alterius lineae scriba syllabas* ‚borari' *omisit.* — [dd] ‚Allexius' *D.* — [ee] *Deest B, D.* — [ff] ‚Cyrus' *C.* — [gg] ‚Lambertus' *C,* ‚Lamptus' *D.* — [hh] ‚Tulmannus' *B,* ‚Tylemannus' *D.* — [ii] *Deest B, C, D.* — [kk] ‚non' *B,* ‚nonas' *C, D.* — [ll] ‚M° CC° LXXIIII°' *C,* ‚M° CCLXXIIII' *D.*

[1]) *Ex iis, quae in Necrologio Olomucensis ecclesiae (vide Dudik, pag. 531 num. 5 et 6) leguntur, non satis elucet, utrum Heidolphus decanus mart. 5 an mart. 6 obierit. Annus obitus eius verisimillime 1274 erat.* — *Zemek, Posloupnost, pag. 172 erronee mortem eius ad 1273 mart. 20 posuit.* — [2]) *Nov. 24.*

732.

Sidelerus iudex et universitas civium in Kadaň testantur Isintrudim viduam et filium ipsius Ottonem, concives eiusdem civitatis, de bonis in Chraztka *unam marcam argenti hospitali s. Francisci Pragae singulis annis solvere velle.*

In Kadaň 1274[1] mart. 10.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 445 (36/2/6)) asservatur (A). — *Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. (1654), qui* „Liber aureus" *appellatur, ibidem (sign. V/1, 202) asservato, pag. 88—90 (B).*

Reg: Reg II, pag. 1188 num. 2719 (ad a. 1284 ?).
Lit: Šebánek, Česká listina 3, pag. 106 n. 38, 138 n. 143, 145.

In chartae tergo manu registratoris Crucigerorum Pragensium saec. XIII. scriptum legitur: „Privilegium super marcam argenti de Kadano" *(A 1 = CDB IV, num. 32, 244, 245, 292+ +, erronee sub sign. A); inferius manu saec. XVII. scriptum est:* „Privilegium inventum in commendatura Egrensi anno 82, 11 die novembris."[2]

Scriba: ignotus, fortasse destinatarii proprius.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Charta ad annum 1274 nequaquam pertinere non potest, quia in ea de Přemyslo Otakaro II. iam defuncto (vide n. 4) mentio fit. Itaque verisimiliter coniciendum est, scribam in anni notatione aut numerale ‚V' (LXX° VIIII) aut numerale ‚X' (LXXX° IIII) omisisse. Sed de chartae sinceritate non dubitandum est.
Vide: II. 3, Crucigeri cum stella rubea (T), 5, De chartae apud civitates usu (III).

In nomine Domini amen. Universis tam presentibus quam futuris, ad quos presens scriptum pervenerit, || iudex[3] et universitas civium de Kadano salutem et omne bonum. Cum ea, que fiunt in tempore, a memoria || hominum simul cum lapsu temporis evanescant, expedit, ut ea facta, que diuturniora esse volumus, scripturarum || apicibus commendentur[a] aut in ora testium reponantur. Hinc est, quod universis Christi fidelibus

tam presentibus quam futuris, quibus presentis scripti compilatio[b] exhibita fuerit, cupimus esse notum, quod Ysintrudis vidua et filius ipsius Otto, nostre civitatis concives, de bonis sibi ab inclito rege Bohemie Othakkaro, beate memorie,[4] collatis in Chraztka singulis annis domui hospitalis fratrum Stellatorum in ponte Pragensi, volente sic fieri prenotato domino rege, pro testamento in sui suorumque memoriam sine repulsa I marcam argenti in quadragesimali tempore volunt solvere aut tantum ferri, quantum pro marca in preassignato iam tempore poterit comparari.[c] Nec solum ipsi, quibus in presenti datum est bona prescripta possidere, verum eciam, quicunque ipsis sive iure successerint hereditario, sive bona ipsis vendita fuerint, prenotatam summam iam dicte domui solvere statuto tempore tenebuntur. Ne autem pie voluntatis ac propositi statutum a presentibus aut a posteris aliquatenus, sive per ignoranciam, sive quocunque alio intercipiente inpedimento valeat immutari, presens scriptum munimine sigilli nostre civitatis fideliter confirmamus cum nominibus testium, quibus cognitum est huius facti negocium, subaratis. Sunt autem hii testes: Sydelerus iudex, Wernhardus, Bertoldus Gygas, Otto frater Sydeleri, Merkelinus Diues, Hermannus Ruzilstorm, Volkelinus, Gothfridus, Nicolaus, Conradus, Hermannus et alii nostre civitatis concives, viri providi, fide digni. Datum in Kadano anno incarnationis[d] Domini[e] M°CC°LXX°IIII, VI° idus marcii.[e]

Sigillum: civium de Kadaň in filis sericis rubri coloris paulum laesum appendet. Vide Sigilla num. 5, 1.

---

732. *[a]) ꝑmendentur' A. — [b]) ꝑpilatio' A. — [c]) ꝑparari' A. — [d]) Littera ‚t' ex ‚l' correcta est in A. — [e-e]) Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) Vide in apparatu. — [2]) Unde apparet chartam ab anno 1682 iterum in archivo Crucigerorum Pragensium esse servatam. — [3]) Nomen vide inferius. — [4]) Přemysl Ottakarus II. a. 1278 aug. 26 obiit. Cf. etiam in apparatu.

733.

Bruno, episcopus Olomucensis, Henrico et Gunthero de Brandeyz *villas [Horní] Moštěnice cum iure patronatus ecclesiae, Říkovice, Štolbach* (Stolbach) *et mediam villam Unčice cum consensu capituli sui iure feudali confert.*

In Kroměříž 1274 mart. 11.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. Q X d 1) asservatur (A). — Apographum exstat in vidimatione Pauli de Praga, curiae episcopalis Olomucensis officialis, s. l. 1423 mart. 5 data et per Nicolaum, quondam Andreae de Wińsko, notarium publicum, scripta, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. Q X d 1 b) asservatur (B). — Aliud apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr., ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. G 2ᵛ — G 3 num. 43 (C). — Aliud denique apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 77–77ᵛ num. 6 (D).

Ed: CDM IV, pag. 118 num. 85 (ex A — D).
Reg: Reg II, pag. 355 num. 859.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 154 num. 64 (sigillorum (A) et vidimationis (B) descriptio). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 693 num. 59 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae).

Scriba: B 29 = fortasse Arnoldus notarius. Cf. Exempla script. num. 2 b, 25.
Dictator: formulario I. chartarum iura feudalia tangentium a Conrado notario confecto usus est (vide ex. gr. num. 556, 608, 609, 610, 726 etc.).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (TTTT), Conradus notarius (KKK), Arnoldus notarius (C), 4 a, De chartae apud milites usu (V).

Bruno, dei gracia episcopus Olomucensis, dilectis fidelibus suis, Henrico et Gunthero de Brandeyz fratribus et eorum || heredibus in perpetuum. Digne agimus et ratione movemur, dum eorum, qui se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et || fideles, recompensamus servicia favore ac gracia speciali, ut fervencius insistant nostris obsequiis, dum favorem nostrum sibi sen||serint affuisse. Hinc est, quod inspectis sinceritatis vestre serviciis, que nobis in ecclesie nostre negociis et utilitatibus non parcendo rebus et persone promptitudine grata iam diucius inpendistis et intenditis in huiusmodi persistere serviciis incessanter, cumque benefecisse bonis et fidelibus sit omni parte lucrosum, nos vobis, qui vos tam fidei puritate quam serviciorum exigencia retributionis premio dignos redditis, damus et conferimus liberaliter et libenter in feodum capituli nostri accedente consensu in solidum villas Mosniz et ibidem ius patronatus ecclesie, Richowiz, Stolbach et mediam villam Vnsitz cum attinenciis earumdem,[a] videlicet silvis, nemoribus, pratis, pascuis, piscacionibus, censu, decimis, iudiciis, sturis omnibusque proventibus, qui supradictis villis sive bonis ad presens insunt vel inesse poterunt in futurum, nullo diminuto vel excepto per vos ac heredes vestros, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneatis et possideatis ac ratione ipsius feodi ius wassallorum Magdeburgensis ecclesie habeatis in omnibus indistinctum, quod et aliis concessimus infeodatis a nobis, quodque heredes vestri, filii tantum, sicut premissum est, gaudeant ipso iure. Dabitis etiam annis singulis in recogntionem[b] bonorum ipsorum canonicis nostris Olomucensibus[c] de quolibet manso mensuram tritici, quemadmodum infeodati ceteri dare tenentur. Ceterum statutum est per nos de consilio capituli nostri, ut quilibet wassallorum nostrorum infeodatorum a nobis alia de propria pecunia debeat comparare bona, que extimatione[b] facta bonorum sibi collatorum ab ecclesia terciam partem valere debeant eorumdem. Illaque bona comparata sive empta recipere debeant a nobis et ab ecclesia nostra et tenere similiter iure et titulo feodi, quemadmodum bona episcopalia, set ad distinctionem bonorum emptorum et episcopalium non dabunt de bonis emptis mensuram tritici predictam. Illaque non solum ad filios verumeciam ad filias transferentur. Quod autem omnia premissa perpetuam optineant firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi[d] nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense[e] capitulum, ego Allexius decanus, Albertus prepositus, Cyrus archidiaconus, Conradus scolasticus, Lampertus custos, Woyzlaus, Bartholomeus, Iohannes de Homburch,[e] Thidericus de Wl-

mensteyn,[f] Petracus, Vlricus, Budizlaus, Hartmannus et alii quamplures super premissis omnibus consensum nostrum liberaliter adhibentes subscribimus presensque scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum in Cremser anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, dominica, qua cantatur Letare.

Sigilla: 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, in filis sericis viridis, violacei, flavi et glauci coloris fere illaesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV.2, num.12; 2) ecclesiae Olomucensis in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV.2, num. 27.

733. [a] *Littera ‚a' ex ‚o' correcta est A.* — [b] *Ita A.* — [c] ‚Olom̃' *A.* — [d] *Altera littera ‚c' ex ‚r' videtur esse correcta in A.* — [e] ‚Hob²ch' *A.* — [f] ‚Wlmsteyn' *A.*

734.

Bruno, episcopus Olomucensis, Achilli de Hemenhusen, *militi suo, villam Sádek et possessiones in Matějovice cum consensu capituli sui iure feudali confert.*

In Kroměříž 1274 [mart. 11.][1]

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. Q X a 1) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. L 4ᵛ—L 5 num. 90 (B). — Aliud apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 80ᵛ—81 num. 11 (C).

Ed: CDM IV, pag. 120 num. 86 (ex A—C).
Reg: Reg II, pag. 355 num. 860.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 154 num. 65 (corr. lect. Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 693 num. 60 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae).

Scriba: B 29 = fortasse Arnoldus notarius. Cf. Exempla script. num. 2 b, 25.
Dictator: formulario I. chartarum iura feudalia tangentium a Conrado notario confecto usus est (vide ex. gr. num. 556, 608, 609, 610, 726, 733 etc.).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (UUUU), Conradus notarius (LLL), Arnoldus notarius (D), 4 a, De chartae apud milites usu (W).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis,[a] dilecto sibi Achilli de Hemenhusen, militi suo, suisque[b] heredibus in perpetuum. Digne || agimus et ratione movemur, dum eorum, qui se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et fideles, recompensamus servicia favore || ac gratia speciali, ut fervencius insistant nostris obsequiis, dum favorem nostrum sibi senserint affuisse. Hinc est, || quod inspectis sinceritatis tue serviciis, que nobis in ecclesie nostre negociis et utilitatibus non parcendo rebus et persone promptitudine grata iam diucius inpendisti et intendas[c] in huiusmodi persistere serviciis incessanter, cumque benefecisse bonis et fidelibus sit omni parte lucrosum, nos tibi, qui te tam fidei puritate quam serviciorum exhigentia retributionis premio dignum reddis, damus et conferimus

liberaliter et libenter in feodum capituli nostri accedente consensu villam integram Shadic, item in villa Mathei allodium unum et quartum medium mansum in ipsa villa cum omnibus iuribus eorundem, videlicet silvis, pratis, pascuis, piscationibus, censu, iudicio, sturis omnibusque proventibus, qui supradicte ville et laneis ad presens insunt vel inesse poterunt in futuro, nullo diminuto vel excepto per te ac heredes tuos, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneas et possideas ac ratione ipsius feodi ius wassallorum Magdeburgensis ecclesie habeas in omnibus indistinctum, quod et aliis concessimus infeodatis a nobis, quodque heredes tui, filii tantum, sicut premissum[d] est, gaudeant ipso iure. Dabis eciam annis singulis in recognicionem bonorum ipsorum canonicis nostris Olomucensibus[a] de quolibet manso mensuram tritici, quemadmodum infeodati ceteri dare tenentur. Ceterum statutum est per nos de consilio capituli nostri, ut quilibet wassallorum infeodatorum a nobis alia de propria peccunia debeat comparare bona, que extimatione[c] facta bonorum sibi collatorum ab ecclesia terciam partem valere debeant eorumdem. Illaque bona comparata sive empta recipere debeant a nobis et ab ecclesia nostra et tenere similiter iure et titulo feodi, quemadmodum bona episcopalia, sed ad distinctionem bonorum emptorum et episcopalium non dabunt de bonis emptis mensuram tritici predictam. Illaque non solum ad filios, verumeciam ad filias transferentur. Te vero ab huiusmodi statuto exemptum fore volumus, specialem in hoc consenciente capitulo tibi gratiam facientes, ut nullum exinde quo ad dictum feodum tuum tibi preiudicium generetur. Ut autem omnia premissa perpetuam obtineant firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense[a] capitulum, ego Allexius decanus, Albertus prepositus, Cyrus archidiaconus, Conradus scolasticus, Lampertus custos, Woyslaus, Iohannes de Homburgh, Theodericus[e] de Wlmensten,[f] Budizlaus, Vlricus, Petracus, Hartmannus et alii quamplures super premissis omnibus consensum nostrum liberaliter adhibentes, subscribimus presensque scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum Cremser anno Domini M°CC°LXXIIII.[g]

Sigilla: 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, in filis sericis rubri et viridis coloris illaesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12; 2) seu avulsum et deperditum est seu nunquam appensum erat.

---

734. [a] ‚Olom̄' *A.* — [b] *Litterae* ‚isque' *in loco raso videntur esse scriptae in A.* — [c] *Ita A.* — [d] *Littera* ‚p' *ex* ‚s' *correcta est in A.* — [e] *Littera* ‚h' *ex* ‚l' *correcta est in A.* — [f] ‚Wlmsten' *A.* — [g] *Vox* ‚Dominica' *sequitur B, C; ibidem verba* ‚qua cantatur Letare Iherusalem' *aliis manibus videntur esse addita.*

[1]) *Autographum notatione mensis et diei caret; quia eadem manu atque num. 733 scriptum est, opinioni scribarum apographorum B et C consentientes (vide n. g) illud simul cum num. 733 exaratum esse putamus.*

735.

Henricus, comes palatinus Rheni, dux Bavariae, concedit, ut monasterium in Chotěšov pro domo sua ducentas cuppas salis semel in anno sine ullo teloneo in oppido Cham persolvendo advehere possit.

Apud Domažlice 1274 mart. 16.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Chotěšov, sign. L IV ŘP Chotěšov num. 20) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 355 num. 861.

In tergo chartae manu saec. XIII. scriptum legitur: „Super thelonium salis CC^{arum} cupparum in Canbia" *(A).*

Vide: II, 3, Teplá-Chotěšov (L).

Nos Heinricus, dei gratia comes palatinus Reni, dux Bawarie, universis presentia inspecturis salutem || in perpetuum. Quanto de personarum probitate precipue religiosarum gratiorem sentimus odorem et || quanto ordinem speciali affectione et favoris prerogativa prosequimur, tanto sincerius sollicitudo menti nostre || ingeritur pro talibus ecclesiis[a] et ardor puritatis ferventius interpellat. Hinc est, quod nos ob honestatem morum et sacre conversationis meritum tam fratrum quam sanctimonialium in Gotesawe[b] et ordinem sancti Avgustini Premonstratensem, sub quo inibi manentes deo militant, eidem ecclesie in Gotesawe,[b] cuius monastice disciplin[e][c] observanciam, quam oculata fide congnovimus, quare et eam singulari favore duximus amplectendam, talem fecisse gratiam presentibus protestamur, quod pro domo sua ducentas cuppas salis maioris ligaminis apud oppidum nostrum in Chambe semel in anno possit ducere sub nostra deffensione[d] sine qualibet requisitione vectigalis vel mute seu thelonei, quocumque ius illud vel postulatio nomine censeatur, ab omni enim eo, quod pro pretaxata quantatate[e] salis semel in anno recipi consuevit, dictam ecclesiam recongnoscimus absolutam. Ut igitur in hac nostra concessione omnis calumpnie materia[f] amputetur, immo presens indultum nostrum, quod ob remedium anime nostre parentumque nostrorum libere et favorabiliter indulsimus, inconvulsum et stabile permaneat, presens scriptum sigilli nostri munimine iussimus insigniri. Datum apud Tavst anno Domini millesimo CCLXXIIII^{to}, XVII kalendas aprilis.

Sigillum: Henrici, comitis palatini Rheni, ducis Bavariae, in filis sericis flavi et rubri coloris, cuius fragmentum tantum restat. Descriptionem eius vide Primbs, Siegel der Wittelsbacher, pag. 13 (Heinrich I. b).

---

735. *[a] Littera ‚l' ex ‚c' videtur esse correcta A. — [b] Voci uncus superpositus est A. — [c] Scriba primum ‚disciplina' scripsit; titulum erasit et ‚a' in ‚e' correxit in A. — [d] Ita A. — [e] Ita A pro ‚quantitate'. — [f] Altera littera ‚a' ex ‚e' correcta est in A.*

736.

Henricus, comes palatinus Rheni, dux Bavariae, teloneario suo in Cham mandat, ut indultum suum monasterio in Chotěšov concessum (vide num. 735) observet.

In Domažlice 1274 mart. 16.

Apographum exstat in confirmatione Ottonis, palatini comitis Rheni, ducis Bavariae, in Domažlice 1290 maii 24 data (Reg II, pag. 645 num. 1501)[1], cuius confirmationis autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Chotěšov, sign. L IV ŘP Chotěšov num. 23) asservatur (B).

Quae litteris minoribus significavimus, e charta praecedente (num. 735) sumpta sunt.
Vide: II. 3, Teplá-Chotěšov (M).

H.,[2] dei gratia comes palatinus Reni, dux Bawarie, theloneario suo in Kamb, qui pro tempore fuerit, gratiam suam. Cum ob sacre conversationis studium fratrum et sanctimonialium in Gotesaw[a] ecclesie eidem concesserimus, ut pro domo sua ducentas cuppas salis maioris ligaminis semel in anno apud oppidum nostrum Kamb libere possit ducere* sine* muta,[3] tibi presentibus districte precipiendo mandamus, quatenus, sicut nostram gratiam diligis, predictum gratie nostre indultum*, quod ob remedium anime nostre liberaliter indulsimus, infringere vel offendere non debeas ullo modo, set illibatum et firmum teneas, si indignationem nostram volueris evitare. Datum in Tavst anno Domini M°CC°LXXIIII°, XVII kalendas aprilis.

---

736. [a]) *Voci uncus superpositus est in B.*

[1]) *Cum mendosa affirmatione ibidem chartam num. 735 esse insertam.* — [2]) *Henricus.* — [3]) *Vide num. 735.*

737.

Henricus et Witko, fratres de Rosenberg, monasterio in Vyšší Brod ius patronatus ecclesiae in Raabs resignant.

In Rožmberk 1274 mart. 19.

Autographum in membrana scriptum in SAR Třeboň (archivum mon. in Vyšší Brod, sign. HA 108/III(A)) asservatur (A). — Apographum simplex saec. XVI. in plagula chartacea scriptum in SAR Český Krumlov (sign. I 3 P num. 24 a) asservatur (B).

Ed: Pangerl, Urkundenbuch von Hohenfurt, pag. 28 num. 22 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 356 num. 862.
Lit: Dušková, Česká listina 2, pag. 181 n. 21 (stilus chartae). — Šebánek, Listiny přímětické, pag. 85 (totius rei deliberatio).

Scriba: ignotus, seu editorum seu destinatarii proprius.
Dictator: fortasse idem atque scriba.

Chartae textu usus est scriba, qui chartam dubiae fidei eorundem editorum in Rožmberk 1272 mart. 19 (num. 656⁺) datam exaravit.
Vide: II. 3, Vyšší Brod (W), 4, De chartae apud nobiles usu (UUUU).

⁑In nomine sancte et individue trinitatis amen.⁑ Quoniam eorum, que geruntur || in tempore, oblivio solet memoriam resecare, necesse est ea tam scripturarum quam testium munimi||ne perhennari. Igitur nos Heinricus et Witko, fratres de Rosenberch, confitemur et constare volumus || presentium inspectoribus universis, quod nos de consensu et expressa voluntate matris nostre, dilecte domine Hedewigis, venerabili patri, abbati de Hohenvurt,[1] et conventui eiusdem loci, ordinis Cysterciensis, quem conventum pater noster, dominus Wocho bone memorie,[2] in honore beate et gloriose virginis Marie inchoavit et ex novella plantatione pro sue suorumque progenitorum et heredum salute et animarum remedio fundavit,[3] quorum defectui condolentes et pura mente profectui modis omnibus intendentes, ius patronatus ecclesie in Rakz, Pataviensis dyocesis, quod[a] ad nos ex vero patrimonio pertinebat, donantes resignavimus favorabiliter atque plane. Et in hac parte cessimus in perpetuum iuri nostro exceptione quelibet[b] pretermissa, ut conferendi, velud nos habuimus, prefatam ecclesiam plenam et liberam habeant potestatem. Ut autem supradicta robur optineant firmitatis, presentem litteram in evidens testimonium scribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari cum testibus subnotatis, qui sunt: dominus Werenhardus et Heinricus fratres de Schowenberch, dominus Vlricus de Noua Domo, dominus Hoyerus de Klocot, dominus Zewis, dominus Witigo, Wocho filii domini Budewoy de Krummenow, Heinricus et Wocho domini Witigonis filii de Krummenow, dominus Albertus de Porsow, dominus Benysius frater suus, dominus Heinricus de Hvritz, dominus Benysius de Horach et fratres sui Iohannes, Iohan, Bohuzlaus, dominus Zwatemyrus miles, dominus Predota frater suus, dominus Benata purchgravius et frater suus Vlricus de Wisle, Ozle et frater suus Bezpri, Kunas de Strizendorf et alii quamplures. Datum et actum in Rosenberch anno gratie Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, XIIII° kalendas aprilis.

Sigillum: Commune Henrici et Witkonis de Rosenberg, quod in filis sericis flavi coloris appendebat, nunc in filis xylinis moderno tempore usitatis acriter flavi coloris fere illaesum, sed conservatione integratum appendet. Vide Sigilla num. 4, 27.

---

737. [a]) *Littera ‚d' e quadam alia littera correcta est in A.* — [b]) *Ita A pro* ‚qualibet'.

[1]) *Fortasse Ottoni.* — [2]) *Obiit 1262 iun. 3 (vide num. 335).* — [3]) *Cf. ex. gr. num. 187, 188.*

738.

Bruno, episcopus Olomucensis, Franconi et Alberto, fratribus dictis Stokvisch, *nonnulla bona, praesertim villas Želetice, Kostelec, decimam in Vracov et possessiones in Modřice cum consensu capituli sui iure feudali confert.*

Apud Modřice 1274 mart. 21.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. Q VII b 1) asservatur (A). — Apographum insertum est vidimationi magistri Antonii Francisci Haupt, notarii publici ecclesiae Olomucensis, in Olomouc 1665 aug. 1 datae, cuius vidimationis autographum in charta scriptum ibidem (sign. Q VII b 1) asservatur (B). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. G 3—G 4^{v} num. 44 (C). — Aliud apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 75—75^{v} num. 1 (D).

Ed: CDM IV, pag. 121 num. 87 (ex A et D).
Reg: Reg II, pag. 356 num. 863.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 155 num. 66 (corr. lect. Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 694 num. 61 (corr. in autographo). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae). — KK, pag. 100 n. 9, 135 n. 1. — Šebánek, Listiny na modřická léna, pag. 12 ss (totius rei deliberatio, translatio chartae in linguam Bohemicam).

Scriba: B 4 = Johannes, notarius episcopi. Exempla script. num. 2 b, 18 (cf. Exempla script. in CDB IV. 2, num. 28).[1]
Dictator: formulario I. chartarum iura feudalia tangentium a Conrado notario confecto usus est (vide ex. gr. num. 556, 608, 609, 610, 726, 733, 734 etc.).
Inter canonicos Olomucenses magister Johannes archidiaconus nominatur, quamquam tunc (vide num. 734 et 740) Cyrus eodem munere fungebatur.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (VVVV), Conradus notarius (MMM), Johannes notarius (E), 4 a, De chartae apud milites usu (X).

Bruno, dei gratia Olomucensis episcopus, dilectis sibi Franconi et Alberto fratribus dictis Stokvisch ac heredibus eorum in perpetuum. Digne agimus ac racione movemur, dum eorum, qui || se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et fideles, recompensamus servicia favore ac gratia speciali, ut ferventius nostris insistant serviciis, dum favorem nostrum sibi senserint affuisse. || Hinc est, quod inspectis sinceritatis vestre serviciis, que nobis in ecclesie nostre negociis et utilitatibus non parcendo rebus et personis promptitudine grata iam diucius inpendistis et in||tendatis[a] in huiusmodi persistere serviciis incesanter,[a] cumque benefecisse bonis et fidelibus sit in omni parte lucrosum, nos vobis, qui vos tam fidei puritate quam serviciorum exigentia retribucionis premio dignos[b] redditis,[b] damus et conferimus[c] liberaliter et libenter in feodum capituli nostri accedente consensu villam in Seletiz, que XXIIII^{or} laneos dicitur obtinere, et decem curticulas cum omnibus iuribus, attinentiis et utilitatibus, que eidem ville nunc insunt vel inesse poterunt in futurum. Preterea damus et conferimus vobis et heredibus vestris iure feodi et pleno iure villam episcopalem in Cozteliz, que XVI laneos et XIIII curticulas habere dinoscitur, et allodium, quod ipsi colere dicimini aratro vestro, ut omnia predicta simul cum censu, decimis, iudicio, stewris omnibusque proventibus ac pertinenciis nullo diminuto vel excepto per vos ac heredes vestros, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneatis et possideatis in omnibus pleno iure. Damus etiam et conferimus vobis decimam[d] nostram in Pratzowe, quam decimam nos habere dinoscimur, duas videlicet partes decimarum, terciam plebanus loci iure simili obtinebit; idem de vineis, si ex eis aliquid contigerit provenire, vobis conferimus liberaliter et libenter. Conferimus etiam vobis simili iure racione custodie castri nostri in Modriz, quod ibi ambo vel unus vestrum adminus residentiam

faciatis, in eadem villa quatuor laneos et quatuor curticulas et unum molendinum, quod, inquam, molendinum nobis molere debet, quantumcumque ad nostram curiam indigemus, et racione eius, quod nobis molere debet, de merica nostra ad dictum molendinum recipiet ligna nostra pro suo libito voluntatis. Et etiam ad curiam suam, ad castrum tantummodo, ligna nostra recipiet pro igne et aliis necessariis preter ligna quercina, que omnimodis prohibemus. Statuimus etiam et volumus, ut racione ipsius ipsius[e] feodi ius vasallorum ecclesie Meydburgensis in omnibus habeatis indistinctum, quod omnibus concedimus infeodatis a nobis, quodque heredes vestri, filii tantum, gaudeant ipso iure. Dabitis[f] enim in recognicionem bonorum ipsorum annis singulis canonicis nostris Olomucensibus de quolibet manso vobis serviente mensuram tritici, quemadmodum ceteri infeodati dare tenentur. Ceterum statutum est per nos de consilio capituli nostri, ut quilibet vasallorum nostrorum infeodatorum a nobis alia de ppria[g] peccunia[a] bona debeat comparare, que extimacione[a] facta bonorum sibi collatorum ab ecclesia terciam partem valere debeant eorumdem. Vobis vero talem fecimus gratiam, quod tantummodo pro triginta duabus marcis alia bona debeatis vestra peccunia[a] comparare et ab ecclesia Olomucensi recipere titulo feodali, sed ad dinstinccionem bonorum emptorum et episcopalium non dabitis de bonis emptis mensuram tritici predictam. Illa quoque bona empta sive comparata non solum ad filios, verumetiam ad filias transferentur. Non dabitis etiam mensuram tritici de agris illis seu laneis, quos ad usus vestre[h] agriculture aut famulorum vestrorum agriculture duxeritis deputandos. Quod autem omnia premissa perpetuam obtineant firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos capitulum Olomucense, ego Alexius decanus, ego Albertus prepositus, ego magister Iohannes archidiaconus Olomucensis,[i] ego Lambertus custos Olomucensis,[i] ego Conradus scolasticus Olomucensis[i] et nos ceteri presentes Woyzlaus, Bartholomeus, Petrus, Thomas et alii quamplures super premissis omnibus consensum nostrum liberaliter adhibentes, presens scriptum sigilli capituli nostri munimine roboramus. Actum et datum aput Modriz anno Domini millesimo CC°LXX° quarto, XII kalendas aprilis.

Sigilla: in filis sericis rubri et viridis coloris appendent; 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, paulum laesum. Cf. Sigilla in CDB IV.2, num. 12; 2) ecclesiae Olomucensis valde laesum. Cf. Sigilla in CDB IV.2, num. 27.

---

738. [a]) *Ita A.* — [b-b]) *Ex* ‚dignum reddis' *per rasuram correctum est in A.* — [c]) *Post vocem locus rasus apparet; fortasse ibi* , 7 ' *scriptum erat in A.* — [d]) *Littera* ‚a' *videtur esse addita in A.* — [e]) *Vox* ‚ipsius' *perperam repetitur in A.* — [f]) *Litterae* ‚itis' *in loco raso exstant, fortasse e* ‚dabis' *correctae sunt in A.* — [g]) *Ita A pro* ‚propria'; *titulus enim deest.* — [h]) *Vox in loco raso scripta est in A.* — [i]) ‚Olom̃' *A.*

[1]) *De scribae manu cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscr. in UK Brno asservatur, pag. 137.*

739.

Bruno, episcopus Olomucensis, monasterio in Louka litteras Theoderici, abbatis Lucensis, concessionem decimae vini de montibus in Havraníky Alšikoni [de Melrin], militi [de Havraníky], continentes confirmat, tenorem earum inseri faciens.

Apud Znojmo 1274 mart. 25.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Louka, sign. L 6) asservatur (A). — Apographum exstat in codice mnscro membr. saec. XV. „Matricula Lucensis" *intitulato, in eodem archivo (inter Cerronianos II, 253) asservato, fol. 34^{v}—35 num. 41 (B).*

Ed: CDM IV, pag. 123 num. 88 (e quadam copia simplici).
Reg: Reg II, pag. 357 num. 864. — Eisler, Geschichte Brunos (ZVGMSch 12 (1908)), pag. 194 num. 12. — Šebánek, Archivy, pag. 45 num. 253 (ex A).
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 155, 163 n. 78.

In tergo chartae manu registratoris monasterii saec. XIII. scriptum est „Super decima in K[o]verniz" *(B).*

Scriba: B 31 = destinatarii proprius, Johannes, scriba Lucensis (vide ex. gr. num. 588, 675, 820, 833, cf. num. 520). Exempla script. num. 2 b, 27. Cf. Exempla script. num. 3, 6.[1]
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (WWWW), 3, Louka (N).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, dilectis in Christo Theoderico abbati totique conventui Lucensis || monasterii, Premonstratensis ordinis, salutem et sinceram in Domino caritatem. Porrecte nobis pe||titionis vestre series continebat, quod vos attendentes devotionis affectum, quem Alsico miles ad vos || et monasterium vestrum gerit, eidem decimam vini in monte ville de Kovernik, que spectat ad monasterium vestrum, liberaliter contulistis vite sue temporibus possidendam; ita tamen, quod de ipsa decima in recognitionem[a] decem urnas vini annis singulis monasterio vestro solvat et quod post ipsius obitum dicta decima libere ac integraliter ad vestrum monasterium revertatur, quemadmodum in litteris inde confectis plenius continetur; cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus ad rei noticiam pleniorem. Tenor autem litterarum talis est: Universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis nos Theodericus, *etc.*[2] Quare supplicastis nobis, ut factum huiusmodi curaremus ex nostre auctoritatis officio confirmare. Cum igitur rebus iustis et honestis nil debeat difficultatis afferri, quod per vos in hac parte factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate ordinaria confirmamus et presentis scripti testimonio communimus. Datum apud Znoymam anno Domini M°C°C°LX°X°IIII°, VIII kalendas aprilis.

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, in scidula membranacea valde laesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

---

739. [a]) *Vox* ‚iuris' *deesse videtur in A.*

[1]) *De scribae manu cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscr. in UK Brno asservatur, pag. 63 ss.* — [2]) *Sequitur tenor chartae Theoderici, abbatis Lucensis, [in Znojmo] 1269 aug. 29 datae (vide num. 591).*

740.

Bruno, episcopus Olomucensis, Bertholdo de Ronberch, *militi suo, XIX laneos in Kochov cum consensu capituli sui iure feudali confert.*

In Kroměříž 1274 mart. 31.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. P I a 3) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. ibidem (sign. MK 1) asservato, fol. G 6^{v}—G 7 num. 47 (B). — Aliud apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 75^{v}—76 num. 3 (C).

Ed: CDM IV, pag. 124 num. 89 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 357 num. 865.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 155 num. 67 (exemplaria A et B adducuntur). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 694 num. 61 (sigilli et chartae tergi descriptio). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae).

Scriba: B 4 = Johannes, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 18 (cf. Exempla script. in CDB IV.2, num. 28).[1]
Dictator: formulario I. chartarum iura feudalia tangentium a Conrado notario confecto usus est (vide ex. gr. num. 556, 608, 609, 610, 726, 733, 734, 738 etc.).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (XXXX), Conradus notarius (NNN), Johannes notarius (F), 4 a, De chartae apud milites usu (Y).

Bruno, dei gratia Olomucensis episcopus, dilecto sibi Berhtoldo de Ronberch, militi[a] || suo, et heredibus suis in perpetuum. Digne agimus et racione movemur, dum eorum, qui || se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et fideles, recompensemus[b] servicia favore ac gratia || speciali, ut ferventius insistant nostris serviciis, dum favorem nostrum sibi senserint affuisse. Hinc est, quod inspectis sinceritatis tue serviciis, que nobis in ecclesie nostre negociis et utilitatibus non parcendo rebus et persone promptitudine grata iam diucius inpendisti et intendis in huiusmodi persistere serviciis incessanter, cumque benefecisse bonis sit in omni parte lucrosum, nos tibi, qui te tam fidei puritate quam serviciorum exigentia retribucionis premio dignum reddis, damus et conferimus liberaliter et libenter in feodum capituli nostri accedente concensu in villa nostra in Chochow decem et novem laneos sive mansos cum omnibus iuribus et attinentiis eorumdem laneorum, videlicet silvis, nemoribus, pratis, pascuis, piscacionibus, censu, decimis, iudiciis,[c] stewris et omnibus proventibus, qui supradictis laneis insunt ad presens vel inesse poterunt in futuro, nullo diminuto vel excepto per te ac heredes tuos, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneas ac possideas ac racione ipsius feodi ius vasallorum Magdeburgensis ecclesie habeas in omnibus indistinctum, quod et aliis concessimus infeodatis a nobis, quodque heredes tui, filii tantum, sicut premissum est, gaudeant ipso iure. Dabis etiam singulis annis in recognicionem bonorum ipsorum canonicis nostris Olomucensibus de quolibet manso mensuram tritici, quemadmodum infeodati ceteri dare tenentur. Non dabis etiam mensuram tritici de agris illis seu laneis, quos ad usus agriculture tue ac famulorum tuorum duxeris deputandos. Quod autem premissa perpetuam obtineant firmitatem,

nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense capitulum, ego Alexius decanus, Albertus prepositus, Cyrus archidiaconus, Woyzlaus scolasticus, Lambertus custos, Bartholomeus, Iohannes de Homburch, Theodericus de Wlmensteyn, Vlricus, Petracus, Thomas, Budizlaus et alii presentes canonici super premissis omnibus consensum nostrum liberaliter adhibentes, presens scripsum[d] sigilli nostri munimine roboramus. Datum in Chremsyr per manum Iohannis notarii anno ab incarnacione Domini millesimo ducentessimo[e] septuagessimo[e] quarto, pridie kalendas aprilis.[f]

Sigilla: in filis sericis flavi et fusci coloris appendet seu appendebat; 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, valde laesum. Cf. Sigilla in CDB IV.2, num. 12; 2) avulsum et deperditum est.

---

740. [a]) *Syllaba ‚li' ex ‚b' corr. est in A.* — [b]) *Ita A; cf. enim in formulario I. chartarum iura feudalia tangentium.* — [c]) *Ita A pro ‚iudicio'; cf. num. 556.* — [d]) *Ita A pro ‚scriptum'.* — [e]) *Ita A.* — [f]) *Scriba additis octo signis ,. . ; ' lineam usque ad finem explevit in A.*

[1]) *De scribae manu cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscr. in UK Brno asservatur, pag. 137.*

741.

Johannes, episcopus Pragensis, universis ad Cellam s. Mariae [in Fürstenzell] ab Hertvico, Pataviensis ecclesiae canonico, de novo fundatam in certis festivitatibus convenientibus indulgentias concedit.

Lugduni 1274 maii 12.

Autographum in membrana Italica scriptum in archivo publico Monacensi (sign. KU Fürstenzell 16) asservatur (A).

Reg: Reg B III, pag. 428 sine num. — Reg II, pag. 359 num. 876.

Scriba: J III 19 = ignotus, per occasionem scribens. Exempla script. num. 2 a, 21.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (DDD).

Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, universis presens scriptum intuentibus salutem in Domino. Cum || ab universis Christi fidelibus[a] loca divino cultui deputata diligenti opera et pietatis studiis debeant non || immerito promoveri, nos ex instinctu inspirationis divine promocioni nove plantacionis[b] Celle sancte Marie, ordinis || Cisterciensis, Pataviensis dyocesis, quam dilectus in Christo frater magister Hertvicus, venerabilis Patauiensis ecclesie canonicus,[c] de novo fundare cepit,[1] devote intendere cupientes, universis ad ipsum locum convenientibus in qualibet festivitate beate Virginis ac in die ipsius ecclesie dedicacionis de consensu et permissione venerabilis patris et domini Petri, Pata-

viensis episcopi, eiusdem loci dyocesani, annum unum venialium et XL criminalium dies, dummodo confessi fuerint et contriti, de iniuncta ipsis penitentia misericorditer relaxamus. Eandem quoque indulgenciam[d] damus[d] universis, qui ad opus predicte fundacionis suas elemosinas voluerint elargiri. Datum Lugdvni[2] anno Domini M°CC°LXXIIII, IIII idus maii.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis cannabinis viridis coloris artificiose circumflexis valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

741. [a]) *Truncus superior litterae* ‚b' *fortasse charta destructa evanuit in A.* — [b]) *Syllabae* ‚planta' *in loco raso cum titulo incerto atramento obscuriore scriptae sunt in A.* — [c]) *Syllaba* ‚can' *in loco raso, ubi scriba primo fortasse* ‚epc̃' *exaravit, scripta est in A.* — [d-d]) *Scriba primum* ‚in̂dulgncam̂' *scripsit, postea* ‚m' *erasit et vocem* ‚damus' *in fine lineae addidit in A.*

[1]) *Monasterium enim a. 1257 a Přemyslo Otakaro II. devastatum est.* — [2]) *Charta in concilio generali videtur esse data.*

742.

Gregorius X. papa capitulo Olomucensi creationem scholastriae per Brunonem, episcopum Olomucensem, de novo factam confirmat.

Lugduni [1274] maii 14.

Autographum in membrana scriptum in SAR Olomouc (archivum cap. Olomucensis, sign. A I a 35) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. I 1 num. 67 (B). — Aliud apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 29—29ᵛ num. 35 (C).

Ed: CDM IV, pag. 125 num. 90 (ex A et C).
Reg: Reg II, 360 num. 878. — Potthast II, pag. 1678 num. 20827.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 156 num. 68 (exemplar B adducitur). — Hledíková, Prokurátoři, pag. 88.

In autographo hae notae leguntur: in chartae replicatae parte dextra fortasse „Jac. Mut", *quod fere evanuit; sub membrana replicata in parte sinistra* „· ·"; *in autographi tergo* „M. Theatinus"; *quae omnia in cancellaria apostolica videntur esse scripta.*

⁝ Gregorius ⁝ episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..[1] decano et capitulo ecclesie Olomucensis salutem et apostolicam benedictionem. ‖ Cum a nobis petitur ... effectum.[2] Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod venerabilis frater noster B.,[3] Olomucensis[a] ‖ episcopus, ad honorem ecclesie vestre Olomucensis ferventer aspirans, in ea scolastriam auctoritate ordinaria de novo creavit, certos et competentes redditus de consensu vestro sibi de bonis per predicti episcopi acquisitis industriam deputando, prout

in patentibus litteris inde confectis ac eiusdem episcopi sigillo munitis plenius dicitur contineri.[4] Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem episcopo provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo ... paginam nostre confirmationis ... contraire.[2] Si quis autem ... incursurum.[2] Datum[b] Lugduni II idus maii, pontificatus nostri anno tertio.[b]

Bulla: Gregorii X. papae in filis sericis flavi et rubri coloris illaesa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533—534.

---

742. [a]) *Finis tertiae lineae in A.* — [b-b]) *Verbis competenter distentis, ut ultimae duae lineae explerentur, scriptum est in A.*

[1]) *Alexio.* — [2]) *Vide CDB II, pag. 46 num. 53.* — [3]) *Bruno.* — [4]) *Litterae non exstant.*

743.

Bruno, episcopus Olomucensis, omnibus subsidia ad fabricam Ratisbonensis ecclesiae igne destructae conferentibus indulgentias concedit.

Lugduni, in concilio generali 1274 maii 16.

Autographum in membrana scriptum, quod olim in archivo publico Monacensi (sign. HU Regensburg 196—202) asservabatur, nunc latet (A).[1]

Ed: Cf. Ried, Cod. dipl. Ratisb., pag. 530 apud num. 559 (in nota post textum indulgentiarum chartae Conradi, episcopi Frisingensis, a. 1274 maii 9 datae inter alia dicitur: „Hujusmodi indulgentias concesserunt ... Bruno, episcopus Olomucensis, dd. Lugduni, 16. maii 1274").
Reg: Cf. Reg B, pag. 436 sine num. (index eorum, qui ad subsidium Ratisbonensis ecclesiae Lugduni indulgentias concesserunt; inter illos etiam charta per „Brunonem, Olmocensem episcopum," *data adducitur). — Böhmer, Add. sec., pag. 422 num. 414 (idem). — Reg II, pag. 360 num. 882 (e Reg B notitiam de indulgentiarum charta Brunonis habet).*

Dictator: stilo communi usus est.
Charta e pluribus chartis est, quibus ecclesiae Ratisbonensi durante concilio generali Lugdunensi indulgentiae datae sunt. Indicem earundem tunc adhuc existentium (nunc deperditarum) ultimus archivi apud s. Emmeramum Ratisbonae procurator Ramen Zirngibel in. saec. XIX. diligenter composuit. In suo opere primo loco textum chartae episcopi Naumburgensis descriptum (N) invenies. Nomina ceterorum litterarum donatorum (inter quos Bruno quintus adducitur) necnon descriptiones sigillorum eorundem ibidem sequuntur. Ex N textum chartae Brunonis, quem praebemus, restituimus.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (YYYY).
Imagine phototypica indicis superius tacti a procuratoribus archivi publici Monacensis nobis benignissime missa usi sumus.

Bruno, dei gratia Olmocensis episcopus, universis tenore presentium intimamus, quod, cum Ratisponensis ecclesia casu fortuito ignis voragine funditus sit destructa[2] nec sine fidelium auxilio et consilio salutari reedificari valeat, auctoritate domini nostri Ihesu

Christi et beatorum apostolorum Petri et Pauli confisi suffragio omnibus elemosinas suas et subsidia ad eandem fabricam conferentibus, contritis et confessis, quadraginta dies de iniuncta[a] sibi penitentia misericorditer relaxamus presentibus post consumacionem operis minime valituris. Datum Lugduni, in concilio generali anno Domini M°CCLXX quarto, XVII kalendas iunii.

Sigillum: Teste v. d. Zirngibel Brunonis, episcopi Olomucensis, paulum laesum appendebat.[3] *Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.*

---

743. [a]) *Deest in N.*

[1]) *Vide inferius.* — [2]) *Inter annos 1247—1259.* — [3]) *Utrum in scidulis membranaceis an in filis sericis, ignoramus.*

744.

Bruno, episcopus Olomucensis, omnibus monasterium Werdinense in certis diebus visitantibus indulgentias concedit.

Lugduni 1274 maii 27.

Apographum saec. XIII.—XIV. exstat in copiario mon. Werdinensis, quod in archivo publico in Düsseldorf (sign. Werden, Reg. u. Hs., num. 10)[1] *asservatur, fol. 38 (B).*

Reg: Knipping, Die Regesten III/2, pag. 60 ad num. 2555.

Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (ZZZZ).
Imagine xerotypica apographi a procuratore archivi publici in Düsseldorf nobis benignissime missa usi sumus.

Bruno, dei gratia, Olomocensis ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in omnium salvatore. Cupientes quoslibet Christi fideles ad pietatis opera spirituali premio invitare, universis vobis et singulis vere penitentibus et confessis, qui ad diem dedicationis monasterii Werdinensis, ordinis sancti Benedicti, Coloniensis dyocesis, et ad annuum diem eiusdem monasterii singulis annis causa devotionis conveneritis, de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli auctoritate confisi quadraginta dies de iniuncta vobis penitentia misericorditer relaxamus, dummodo ad id consensus dyocesani accedat.[2] Datum Lugduni[3] anno Domini M°CCLXXIIII, VI° kalendas iunii.

744.

[1]) *Vetusta signatura B 5 1/4.* — [2]) *Consensus datus est; vide chartam Engelberti, archiepiscopi Coloniensis, Lugduni 1274 iun. 12 datam (= Knipping, Die Regesten III/2, pag. 60 num. 2555 et suo tempore in regestorum serie huius tomi).* — [3]) *Charta in concilio generali videtur esse data (vide num. 743).*

745.

Johannes, episcopus Pragensis, omnibus monasterium Werdinense in certis diebus visitantibus indulgentias concedit.

Lugduni 1274 maii 28.

Apographum saec. XIII.—XIV. exstat in copiario mon. Werdinensis, quod in archivo publico in Düsseldorf (sign. Werden, Reg. u. Hs. num. 10)[1] asservatur, fol. 37[v] (B).

Reg: Knipping, Die Regesten III/2, pag. 60 ad num. 2555.

Dictator: stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (EEE).
Imagine xerotypica apographi a procuratore archivi publici in Düsseldorf nobis benignissime missa usi sumus.

Iohannes, dei gratia Pragensis ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in omnium salvatore. Cupientes quoslibet ... accedat.[2] Datum Lugduni[3] anno Domini M°CCLXXIIII^to^, quinto kalendas iunii.

745.

[1]) *Vetusta signatura B 5 1/4.* — [2]) *Vide num. 744 cum nota 2 ibidem.* — [3]) *Charta in concilio generali videtur esse data (vide num. 743).*

746.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, Budišo, abbati Gradicensi, titulo commutationis pro villa Roštín (Rochcyn) *villam Sudice assignat.*

Brunae 1274 maii 28.

Autographum in membrana scriptum in SAR Olomouc (archivum cap. Olomucensis, sign. A I a 36) asservatur (A).[1] — *Apographum praebet codex membr. saec. XV.* „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 22 num. 21 (B).* — *Aliud apographum exstat in fragmento mnscri chart. saec. XVIII.* „Varia memorabilia" *intitulati, quod ad M. Siebenaicheri Historiam, cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, agglutinatum est, fol. 291[v]—292[r] (C).*

Ed: CDM IV, pag. 126 num. 91 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 451 num. 271. — Reg II, pag. 360 num. 883.
Lit: Hrubý, Jindřich Vlach, pag. 144 n. 3 (persona Henrici notarii). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 323, 326, 328, 329, 366, 369 (Gr 8).

Scriba: P II 66 a = fortasse circuli diplomatici cudae Olomucensis proprius; cf. num. 547. Exempla script. num. 1 a, 69.

Dictator: cancellariae regiae proprius, qui exemplum ad chartam conficiendam e libro cancellariae a magistro Petro cancellario condito sumpsit; qua de causa in charta stilus magistri Petri apparet.
Textus chartae in mnscro membr. saec. XIV. Libri formarum Henrici Italici (UK Pragae, sign. I E 48), fol. 46 num. 132 (= Reg II, pag. 1067 num. 2480) cum quibusdam praetermissionibus nec non mutationibus, quae in libris formarum occurrere solent, invenitur; cuius textum suo loco vide.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Petrus cancellarius (MM), 3, Kl. Hradisko (Q).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

⁝In nomine sancte trinitatis amen.⁝ O.,[2] dei gratia Boemie[a] rex, dux Austrie, Styrie et Karynthie, marchio Morauie, || dominus Carniole, Marchie et Egre Portusque Naonis, omnibus in perpetuum. Cum inter humane nature commoda nichil queat || memoria[b] dignius reperiri eo, quod mentes hominum alleviet, humane sollicitudini quietem preparet et res gestas in || robore sui status foveat et conservet, expedit, ut contractibus racionabiliter celebratis, qui nonnumquam per oblivionem in dubietatis sollent deduci scrupulos, per scripture testimonium perhennis memoria acquiratur. Eapropter ad noticiam omnium volumus pervenire, quod, cum venerabili B.,[3] abbati Gradycensi, de communi fratrum suorum consilio et assensu contractum permutationis de villis infra nominatis inivimus sub hac forma, quod videlicet predictus abbas nomine monasterii sui villam Rochcyn[c] cum omnibus suis usibus et pertinenciis ad eandem iure nobis hereditario possidendam, omni iuri renuncians, quod in ea monasterium habere dinoscitur, liberaliter resignavit; et nos villam Zugitz Hermanni de Lethowitz ad nos post mortem ipsius Hermanni de iure spectantem titulo commutationis inter nos habito hinc et inde predicto abbati nomine sui monasterii post tempora vite predicti Hermanni perpetuo possidendam iure proprietatis econtra libere assignamus, volentes, ut prefata villa eadem que[d] et cetere ville alie monasterii predicti gaudeat libertate; protestantes etiam, quod, si idem abbas cum predicto Hermanno de Lethowizt[e] taliter poterit ordinare, ut adhuc tempore vite sue idem Hermannus predictam villam eidem monasterio assignet, id pro grato recepimus et plurimum placet nobis, assignationem huiusmodi auctoritate presencium confirmantes ordinatione commutationis predicte in suo robore duratura. Ut autem omnia predicta in sua durent stabilitate rite facta, presentem paginam fecimus nostrorum sigillorum munimine roborari testibus, qui presentibus aderant, subnotatis, qui sunt: C.[4] camerarius Moravie,[f] Sathcyet cum fratribus suis, Hartleuus frater Iensonis, Sbnatha dapifer, Bohusso marschalcus, Hartmannus frater suus, Woocko, Mylota et alii fratres eorum, Seborius filius Egidii cum fratre, Iarozlaus de Sternenberch cum fratre et alii quam plures fideles regni nostri. Acta sunt hec Brunne anno Domini M°CC°LXXIIII°, V° kalendas iunii, datum ibidem per manus Henrici, aule nostre notarii, anno et die predictis, indictione secunda.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum, verumtamen conservatione integratum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

746. [a] ‚Boẽm' *A.* — [b] *Littera* ‚a' *in loco raso scripta est in A.* — [c] *Littera* ‚c' *ex* ‚y' *correcta est in A.* — [d] *Ita A pro* ‚qua'. — [e] *Ita A.* — [f] ‚Mȏr' *A.*

[1]) *Quando quoque modo autographum chartae in archivum capituli Olomucensis devenerit, discerni non potest. Si coniciemus apographum B ex autographo esse descriptum, pro certo habere possumus illud ex. saec. XV. in archivo capituli nondum fuisse asservatum.* — [2]) *Přemysl Otakarus II.; in B et C nomen Otto erronee completum est.* — [3]) *Budišo.* — [4]) *Černín [de Popovice].*

747.

Bruno, episcopus Olomucensis, omnibus, qui ad hospitale Sancti spiritus Hamburgi manum porrexerint adiutricem, indulgentias concedit.

Lugduni 1274 iun. 17.[1]

Autographum valde laesum in membrana scriptum olim in archivo publico Hamburgensi, nunc in archivo centrali in Potsdam (sign. Threse I, K k 24 a) asservatur (A).

Ed: Hamb. U. B., pag. 784 num. 756 b (ex A). — *Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenb. Regesten II, pag. 192 num. 473 (ex A).*
Lit: Redlich, Eine Wiener Briefsammlung, pag. 23 (vide n. 1).

Scriba: B 32 = ignotus, per occasionem scribens. Exempla script. num. 2 b, 28.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (AAAAA).
Autographi rationem habere non potuimus, imagine phototypica a procuratoribus archivi centralis in Potsdam necnon informationibus a procuratoribus archivi publici Hamburgensis nobis benignissime missis tantum usi sumus.

Bruno, dei gracia Olmocensis episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, || salutem in Domino sempiternam. Quoslibet sancte fidei professores ad zelum devocionis et ad opera || caritatis allicere cupientes, nos de omnipotentis dei misericordia et apostolorum eius Petri || et Pauli confisi suffragiis omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ad hospitale Sancti spiritus in Hamborch, Bremensis dyocesis, manum porrexerint adiutricem, accedente consensu diocesani quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum Lugduni[2] XV kalendas iulii anno Domini M°CC°LXX°[a] quarto.[a]

Sigillum: avulsum et deperditum est.

---

747. [a-a]) *Litteris competenter distentis, ut ultima linea expleretur, scriptum est in A.*

[1]) *Redlich, Eine Wiener Briefsammlung (vide in Lit), auctoritate libri formarum fretus opinabatur chartam iam ad maii 18 recte ponendam esse. Quod comprobare non possumus.* — [2]) *Charta in concilio generali videtur esse data (vide num. 743).*

748.

Gregorius X. papa [Alexio], decano Olomucensi, mandat, moneat detentores bonorum ad fratres hospitalis [s. Johannis] Hierosolymitani in Austria pertinentium, ut iidem dictis fratribus debitam satisfactionem impendant.

Lugduni [1274] iun. 27.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum magni prioratus Melitensium, sign. Jo XXVIII, Bully č. velkopřevorství num. 86) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 127 num. 92 (ex A). — Delaville, Cartulaire III, pag. 307 num. 3540 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 362 num. 887. — Potthast II, pag. 1680 num. 20853.
Lit: Hledíková, Prokurátoři, pag. 90.

In autographo hae notae leguntur: in chartae replicatae parte dextra „Paul" *(?); sub membrana replicata in parte sinistra* „ .. "; *in autographi tergo* „R de Aquila +"; *quae omnia in cancellaria apostolica videntur esse scripta.*

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio ..,[1] decano ecclesie Olomucensis, salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt no||bis dilecti filii ..[2] prior et fratres hospitalis Ierosolimitani in Austria, quod nonnulli[a] iniquitatis filii, quos prorsus ignorant, || redditus, census, decimas, instrumenta et legata, que ipsi hospitali exhibere tenentur, ac terras, possessiones et nonnul||la alia bona eiusdem hospitalis malitiose occultarunt et occulte detinere presumunt in animarum suarum periculum et eiusdem hospitalis non modicam lesionem. Quare dicti prior et fratres humiliter petebant a nobis, ut providere super hoc eidem hospitali paterna sollicitudine curaremus. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus omnes huiusmodi occultos detentores reddituum, censuum, decimarum et aliorum predictorum bonorum publice in ecclesiis coram populo per te vel per alium moneas, ut infra competentem terminum, quem illis ad hoc prefixeris, ea dictis priori et fratribus a se debita manifestent ac debitam de hiis satisfactionem impendant. Alioquin extunc in eos, si infra alium terminum peremptorium competentem, quem eis ad hoc duxeris prefigendum, huiusmodi monitis parere contempserint, generalem excummunicationis sententiam proferas, faciens eam, ubi et quando expedire videris, usque ad satisfactionem condignam sollempniter publicari. Datum[b] Lugduni V kalendas iulii, pontificatus nostri anno tercio.[b]

Bulla: Gregorii X. papae in filis cannabinis illaesa appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 n. 3, pag. 533—534.

---

748. [a]) *Secundam litteram ‚n' scriba sub lineam duxit, sed ductum erasit in A.* — [b-b]) *Verbis competenter distentis, ut ultima linea expleretur, scriptum est in A.*

[1]) *Alexio.* — [2]) *Nomen ignoramus.*

749.

Johannes, episcopus Pragensis, omnibus monasterium in Wennigsen, Mindensis dioecesis, in certis festivitatibus visitantibus indulgentias concedit.

In Mâcon 1274 [m. maio-iun.][1]

Autographum in membrana Italica scriptum in archivo publico Hannoverano (sign. Calenberg Or. 100 Kl. Wennigsen Nr. 62) asservatur (A).

Ed: Calenberger Urkundenbuch VII, pag. 38 num. 62 (ex A).
Lit: Wecken, Untersuchungen, pag. 21 (erronee scribam e cancellaria apostolica exstitisse opinatur).

Scriba: J III 20 = seu episcopi Mindensis (vide inferius) seu destinatarii proprius. Exempla script. num. 2 a, 22.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (FFF).
Imagine xerotypica nobis a procuratore archivi Hannoverensis benignissime transmissa usi sumus.

Iohannes, dei gratia Pragensis ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum || pervenerit, salutem in Domino Ihesu Christo. Ad opera pietatis et karitatis eo vos libentius invita||mus, quo vos ad illa inveniri credimus promptiores. Cupientes igitur, ut monasterium sancte Marie || virginis in Weningesen, monialium ordinis sancti Augustini, Mindensis diocesis, congruis honoribus a Christi fidelibus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad predictum monasterium in quatuor festivitatibus beate dei genitricis et virginis Marie et in festo sancti Petri apostoli, in anniversario quoque dedicationis eiusdem ecclesie cum devotione accesserint aut etiam predicte ecclesie manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli confisi suffragiis quadraginta dies de iniunctis[a] sibi penitentiis sub ratihabitione episcopi diocesani[2] misericorditer relaxamus. Datum in Makun anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis glauci et albi coloris fere illaesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

749. [a]) *Cum titulo superfluo scriptum est in A.*

---

[1]) *Charta notatione diei caret; eam accuratius ponimus ex his argumentis: a) Quamvis concilium Lugdunense usque ad m. sept. durabat, Johannes episcopus iam m. iul. in Bohemia (vide num. 751) morabatur; b) Respondentem chartam Ottonis, episcopi Mindensis, eadem manu scriptam (vide n. 2) Hoogeweg (Westfälisches Ukb. VI. num. 1035 — cf. etiam Wecken, Untersuchungen, pag. 120) eidem temporis intervallo intexuit.* — [2]) *Ottonis, episcopi Mindensis.*

750.+

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, Brunoni, episcopo Olomucensi, concedit, ut villam Kozłówki iam prius emptam comparare et de ea libere disponere possit; perfectam iurisdictionem ei ibidem confirmans.

Pragae 1274 iul. 5.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SAR Olomouc (archivum cap. Olomucensis, sign. A I b 1) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. B 6 — B 6^{v} num. 10 (B). — Aliud apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 22 — 22^{v} num. 25 (C).

Ed: CDM IV, pag. 128 num. 93 (ex C).
Reg: CDS VII. 2, pag. 212 num. 1473. — Reg II, pag. 362 num. 889.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 156 num. 69 (autographum laudatur). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 694 num. 73 (corr. lect. Ant. Boček). — Šebánek, Urkundenwesen, pag. 340 n. 205. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 329 n. 197, 366, 382 n. 384.

Scriba: P II 86 = ignotus, cuius scripturae ductus recentiores esse videntur. Exempla script. num. 1 a, 70.
Dictator: ignotus; in chartae prooemio vestigia stili Arnoldi, regis notarii, inter annos 1253—1263 munere suo fungentis, apparent (vide num. 136).
Charta vix sincera esse potest, nam: 1) neque in cancellaria regia neque in cancellaria episcopi videtur esse exarata; 2) etiam charta Brunonis super Kozłówki (num. 730+) suspicionem movet.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 2 b, Bruno episcopus (BBBBB).

Otackarus,[a] dei gracia Boemorum rex quintus, dux Austrie, Stirie, Karintie, marchio Morauie, dominus || Karniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Decet excellencie regie dignitatem vota || fidelium suorum diligenter attendere et ea sic ecffectu[b] prosequente complere, quod et principis exhibita gracia et fi||delium devocio manifesta sit presentibus ad gaudium et posteris gracie in exemplum. Hinc est, quod nos attendentes fidei puritatem, quam venerabilis pater dominus Bruno, episcopus Olomuzcensis, ad excellenciam nostram indefessa sollicitudine[c] habere dinoscitur, de habundancia benignitatis nostre, quam gneraliter[b] extendimus ad omnes devotos et benemeritos nostros, iam dicti domini episcopi iustis postulationibus grato concurrentes assensu ipsi presenti regali pagina concedimus et indulgemus, ut villam Cozelowe in Opauiensi provincia sitam,[1] quam iam dudum emisse dinoscitur, ex nostra supervenienti licencia et assensu, licet emptionis titulo comparasse potuerit, et iam emptam pro se, sua ecclesia perpetuo possidere. Damus nichilominus[d] eidem permitentes vendendi, donandi predictam villam vel quomodolibet aliter de ea disponendi pro suo et ecclesie sue honore, cultu et utilitate plenariam facultatem; et quodcumque eatenus de ea faciendum prospexerit seu iam fecisse decrevit, ratum habemus et gratum et perpetua volumus esse firmitate subnixum, dantes et confirmantes ipsi plenam et perfectam iurisditionem in villa predicta, precipientes eciam, ut nec iudex provincialis,[e] camerarius nec aliquis officialis noster prefatum dominum B., Olomuzcensem episcopum, seu quemcumque alium possessorem, ad

quem secundum dispositionem eiusdem domini episcopi sibi, ut premisimus, a nobis permissam predicta villa possidenda pervenerit, aliquomodo molestare seu inquitare[b] presumat; et qui contra presumpserit, indignationem regiam se noverit incursurum. Ad huius itaque nostre concessionis,[f] consensus et confirmationis testimonium et memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi et sigillorum nostrorum iussimus munimine roborari. Datum Prage per manum magistri Petri, Wissegradensis prepositi, regni nostri cancellarii, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, III° nonas iulii, indictionis secunde.

Sigillum: in filis sericis rubri et viridis coloris appendebat; iam avulsum et deperditum est.

750.+ [a]) *Ad litteram maiorem depingendam spatium vacuum relictum erat, ubi posterius littera ‚O addita est in A.* — [b]) *Ita A.* — [c]) *Ex ‚sollicitudinem' finali littera erasa corr. est in A.* — [d]) ‚nichliõñus' *A; post vocem coniunctio ‚et' erasa apparet.* — [e]) *Littera ‚a' ex ‚l' correcta est in A.* — [f]) *Prima littera ‚o' ex ‚e' correcta est in A.*

[1]) *Ad villam Kozłówki etiam duae chartae Brunonis, episcopi Olomucensis, spectant; vide num. 700 et 730*+.

751.

Johannes, episcopus Pragensis, ad praesentationem Petri praepositi, Cunonis decani et capituli Wissegradensis Jordanum, eiusdem ecclesiae canonicum, in ecclesia s. Mariae [in Týn] Pragae rectorem et plebanum instituit.

Apud Počedělice 1274 iul. 9.

Duo autographa in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 63, 62) asservantur (A 1, A 2). — *Apographum exemplaris A 1 insertum est actis processus a notariis publicis Velislao et Paulo, ministris ecclesiae Pragensis, in castro Pragensi 1320 iul. 8 confectis (Reg III, pag. 244 num. 593), quorum actorum autographum in rotuli forma ibidem (sign. KVš num. 128) asservatur (B1).* — *Apographum exemplaris A 2 insertum est vidimationi Nicolai, praepositi mon. s. Mariae canonicorum regularium in Roudnice, per notarium publicum Venceslaum, natum quondam Benesii de Újezd, clericum Pragensis dioecesis, Pragae 1364 ian. 26 datae, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. KVš num. 230) asservatur (B 2).* — *Alterum apographum A 1 denique itidem saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum eccl. Wissegradensis membr. ibidem (lib. 26), fol. 26—26[v] num. 74 (C 1).*

Reg: Reg II, pag. 362 num. 888. — *Teige, I. 1, pag. 459 num. 1*.*
Lit: Nový, Listiny, pag. 68—69 (scribae chartarum). — *Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 58 (formularius chartarum super plebani institutione et eius cohaerentia cum formulario episcopi Thobiae de Bechyně, cf. Novák, Formulář, pag. 22 num. 24).*

In tergo chartarum A 1, A 2 registrator ecclesiae Wissegradensis saec. XIII. scripsit: „Confirmacio ecclesie sancte Marie“ *(N = W 1); in tergo chartae A 2 inferius alia manu eiusdem saec. scriptum est:* „Ad presentacionem prepositi, decani et capituli ecclesie Wissegradensis“ *(R); denuo inferius seu eadem seu alia manu additum est:* „Anni (?) LXXXIIII[or] .. C . XXXIIII[or] “.

Scriba A 1: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide et num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4; A 2: J III 21 = W 1 = ecclesiae Wissegradensis proprius (vide num. 503). Exempla script. num. 2 a, 23. Cf. Exempla script. num. 3, 5.
Dictator: J III 6, qui auctor est formularii chartarum institutionem plebanorum tangentium.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (GGG), J III 6 (T), 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (DD), Aliae ecclesiae (Y).

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino.‖ Cum a nobis petitur,[a] quod iustum est, tam vigor iuris quam ordo postulat rationis, ‖ ut id ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus.[a] Eapropter universitati vestre ‖ tenore presentium volumus esse notum, quod nos ad presentationem honorabilium virorum[a] P.[1] prepositi, C[2] decani et tocius[b] capituli Wissegradensis ecclesie honesto viro magistro Iordano, iamdicte ecclesie canonico, exibitori[c] presentium, ecclesiam sancte Marie sitam in civitate Pragensi, dictam De hospitali[d] auctoritate, qua fungimur, confirmantes, instituimus eum ibidem rectorem[e] legitimum et[e] plebanum. In cuius rei testimonium hanc litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum et datum apud Pochedelich anno Domini M°C°C°LX°X°IIII°,[f] VII idus[g] iulii.[h]

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto; in A 1 in filis sericis rubri coloris per chartam (quae charta replicata caret) traiectis valde laesum appendet; in A 2 in filis sericis flavi coloris fere illaesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

751. [a]) *Finis lineae A 2.* — [b]) ‚totius' *A 2.* — [c]) ‚exhibitori' *A 2.* — [d]) *Verba* ‚conferimus et' *desunt in A 1, in A 2 alia manu coaeva super linea sunt addita.* — [e-e]) *In loco raso scriptum est in A 1; loco* ‚legitimum' ‚legittimum' *in A 2 legitur.* — [f]) ‚millesimo C° C° LXXIIII' *A 2.* — [g]) ‚ydus' *A 2.* — [h]) *In loco raso, ubi prius* ‚iunii' *(?) scriptum erat, fortasse alia manu coaeva scriptum est in A 2.*

[1]) *Petri.* — [2]) *Cunonis.*

752.

Bruno, episcopus Olomucensis, Gregorio X. papae de condicionibus futurae submissionis sui regis [Přemysli Otakari II.] sedi apostolicae scribit, textum litterarum suarum in hoc negotio regi missarum inseri faciens.

Pragae 1274 iul. 12.

Autographum litterarum in membrana scriptarum in archivo secreto Vaticano Romae (sign. A.A. Arm. C, num. 444) asservatur (A).

Ed: CDM IV, 130 num. 95 (ex A). — MGH, CC 3, pag. 594 num. 621.
Reg: Palacký, Reise, pag. 43 num. 337 (ex A). — Reg II, pag. 364 num. 892. — Cf. RI VI. 1, pag. 55 num. 177.
Lit: Palacký I. 2, pag. 111–113 (translationem in linguam Bohemicam — litterarum insertarum completam, reliquae partis mancam — praebet). — Šusta II.1, pag. 142 (rei deliberatio).

In tergo litterarum inscriptio in transversum ad textum posita manu Conradi notarii (vide inferius) scripta legitur: „Sanctissimo patri, domino suo, domino G., sacrosancte Romane sedis summo pontifici".

Scriba: B 1 = Conradus, notarius episcopi. Cf. Exempla script. num. 2 b, 4.
Dictator: fortasse Bruno episcopus.
Litterae in forma clausa videntur esse absolutae, sicut vestigia sigilli (vide inferius) nec non incisiones in membranam factae significant.
Vide: II. 1 a, P. O. II, 2 b, Bruno episcopus (CCCCC), Conradus notarius (OOO).
Imaginem phototypicam chartae v. d. G. Battelli nobis tradidit.

Sanctissimo patri, domino suo, domino Gregorio, sacrosancte Romane sedis summo pontifici, B.,[1] dei gratia episcopus Olomucensis, debitam reverentiam, || cum devoto pedum osculo beatorum. Obedientie filialis debitum, cum ex debito timoris et ex filiatione reverentiam amoris accipit, in || hiis, que sibi committuntur, quantum in ipso est, vacuum non revertitur, set prosperabitur in hiis, ad que Dominus misit illud. Hinc est, pater et domine || reverende, quod in verbo legationis, in quo sanctitas vestra me misit ad illustrem dominum meum regem,[2] cucurri et direxi viam meam Domino digente,[a] cuius voluntas fuit, ut michi cito occurreret, quod volebam. Semen enim verbi vestri, postquam cecidit in terram bonam cordis predicti domini mei regis, produxit fructum de preparato ad omne bonum ipsius cordis habitaculo sine dubio ampliorem, quam etiam speraretur. De submissione siquidem terrarum suarum michi commiseratis talentum paternitati vestre unicum referendum. Et ecce; cum multiplicato fructu refero vobis illud: Ipse enim ex sincera indoli boni cordis, intellecto per relationem meam vestre mentis affectu, quem geritis ad subsidium Terre sancte, in propria se persona cum exercitu suo secundum terrarum distantiam et secundum exigentiam expensarum et bonorum mobilium vel inmobilium facultatem in omnibus terris suis ultro nec eciam requisitus a me offert[b] post quadriennium ad obsequium Ihesu Christi. Nichilominus in instanti vestre gratie se submittens, ut post peregrinationis sue reditum et tunc cognoscendis iurium suorum meritis secundum deum et honestatem in negocio procedatis eodem. Iniunxerat michi siquidem sanctitatis vestre providentia, me astringens nichilominus ad hoc virtute prestiti iuramenti, ut ad submissionem plenam faciendam fidelis persuasor essem apud dominum meum regem. Et ut vobis in hac parte clare luceat fides mea, causas, propter quas hoc facere deberet, sibi tunc expressas et in scriptis positas vobis eciam studui annotare. Que tales sunt: Domine predilecte, astricti sumus iuramento, sicut scitis, quod persuadeamus vobis, ut submittatis vos ordinationi domini pape,[3] et credimus, quod hoc iuramentum nos nichilominus non astringat, ut hoc irrationabiliter faciamus. Et quia libenter vos credimus hoc audire, causas ponere decrevimus, propter quas hoc facere debeatis. Prima causa est, quia ad submissionem faciendam dominus papa[c] personaliter vos invitat et propter hoc multum deberet et deo et hominibus displicere, si aliquid talium fieri iuberet, in quo ius vestrum offendere videretur. Secunda est, ne reddatis vos suspectum ei et ecclesie, quod velitis aliquid contra deum et honestatem tenere, cum ipse promittat secundum deum et honestatem procedere in hoc facto. Tertia causa est, quod cum iam impetamini ab electo[4]

super terris vestris et oporteat iudices esse aliquos huius cause, valde periculosum esset vobis coram principibus litigare, quorum sententias videtur quod evadere competentius non possitis nisi per submissionem cause domino pape factam. Quarta causa est, quia, quamdiu submissio ista staret, nec gravare vos posset electus nec aliquis suorum; nec credimus in tanto negocio sine matura discussione iurium utriusque partis gravitatem apostolicam impetuosa acceleratione moveri debere, quia hoc fieri vix posset sine lesione partis alterius vel etiam utriusque. Quoniam autem, pater et domine michi pre aliis mortalibus diligende, et merito, quia inter prelatos alios et confratres consideravi benignitatis vestre oculum erga me clariorem, non inmerito eciam debeo formidare, ne propter hoc mee presumptionis oculus nequam fiat; quia vestre benignitatis intuitus erga me bonus fuit, supplico sanctitati vestre, ne presumptioni temerarie asscribere hoc velitis, si discretionis vestre solem consilii mei coner facibus adiuvare et in mare magnum hoc et spatiosum non solum vestre discretionis, set cardinalium vobis influentium experientie ac scientie rivos multos presumam, superflue licet, inmittere stillam unam. Videtur namque mee parvitatis ingenio, quod paternitati vestre hec forma submissionis, ex quo alia cum voluntate domini mei stare non potest, non inmerito possit aliquantulum complacere. Primo quia freno submissionis huiusmodi maxillas duorum regum potentium constrinxistis, et si diu tenueritis frenum istud, medio tempore non poterunt contra se invicem calcitrare et eos maiorem erga vos reverentiam continget habere. Preterea quia dominus meus proponit se personaliter preparare ad obsequium Ihesu Christi, qui se ipsum tradit, quomodo non omnia donaret cum ipso, quecumque in terris predictis tam Austria, Stiria et aliis quam in hominibus et rebus dinoscitur possidere expendenda in subsidio Terre sancte. Item, quia non videtur inutile, quod neutra pars isto tempore offendatur, quo Terra sancta eget subsidio utriusque, cum vix fieri possit, quod negotium submissionis sine alterius eorum gravamine terminetur, nisi forte non per[d] modum arbitrii, set per modum amicabilem eos contingeret tempore medio concordare. Et si hoc fieri deberet, vobis sine dubio foret pulcrum, ut aliquis vester sollempnis nuncius presens esset, vel magister Gregorius[5] aut frater Humbertus[6] vel alter aliquis, in quo plenam fiduciam gereretis, ut sic per vestre dispositionis auctoritatem ad vestram gloriam et honorem tante discordie negocium in unitatem amicicie reformatum exitu concluderetur optato. Et sic, pater et domine diligende, vos in persona Moysi, istorum duorum magnorum regum brachiis, quasi Vr et Aaron sustentati,[7] ad laudem bonorum et vindictam malorum possetis feliciter proficisci. Datum[e] Prage IIII idus iulii.[e]

Sigillum: In litterarum tergo vestigia sigilli, cuius dimensiones dimensionibus sigilli Brunonis episcopi respondent, nec non vestigia scidulae membranaceae, quae per litteras traiecta fuit, apparent.

---

752. [a]) *Ita A pro* ‚dirigente'. — [b]) *Vox* ‚se' *deesse videtur in A.* — [c]) ‚papę' *A.* — [d]) *Super linea additum est in A.* — [e-e]) *Verbis competenter distentis atramento pallidiore scriptum est in A.*

[1]) *Bruno.* — [2]) *Přemyslum Otakarum II.* — [3]) *Litteras, quarum hoc loco mentio fit, ignoramus, si omittamus has litteras, quae solummodo per libros formarum traditae sunt (apud Bernardum de Napoli = Reg II, pag.*

363 num. 890, 891, pag. 378 num. 905, pag. 384 num. 919); quarum rationes huius editionis sequentes textum in suo loco (in tomo editioni librorum formarum proposito) vide. — [4]) Scilicet Rudolpho. — [5]) Quo munere functus sit, nescimus. — [6]) Scilicet Humbertus de Roman, generalis fratrum Praedicatorum (cf. Šusta in Lit.). — [7]) Cf. Exodus 17, 12.

753.[+]

Witko de [Český] Krumlov protestatur, quomodo Walterus, prior [domus hospitalis s. Johannis Hierosolymitani] in Strakonice, villam Strašín acquisiverit.

— 1274 aug. 26.

Charta dubiae fidei in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum magni prioratus Melitensium, sign. Jo XLIX, Strakonice num. 2) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 1226 num. 2798. — Schmidt-Picha, Urkundenbuch, pag. 4 num. 20 a.

Scriba: ignotus, cuius scripturae ductus haud expeditae, immo potius artificiales sunt.
Dictator: idem atque scriba.
Chartam, ductus scripturae eius necnon ea, quae de sigillis statuuntur, respicientes, dubiae fidei esse putamus. Chartam apud destinatarium (in domo hospitalis Strakonicensis) post obitum seu Witkonis de Krumlov a. 1277 (vide num. 848) seu filiorum eius post a. 1302, cum bona eorum in possessionem Henrici de Rosenberg devoluta essent, ortam esse verisimilis est coniciendum.
Vide: II. 3, Ordo hosp. s. Johannis Hierosol. (U), 4, De chartae apud nobiles usu (VVVV).

In nomine Domini amen. Cum iam dudum a primeva generacione hominum non absque multa provi‖dencia mortalium ductum sit in consuetudinem, ut ea, que posteritatis memoria indigent, ‖ publice scripture[a] testimonio roborentur, ne per oblivionis tedium aliqua licium dissensionumve alter‖catio inter agentes et tractatus condicionales habentes valeat oboriri, ideo nos Witko, dominus de Crumnow, tenore presencium dilucide profitemur nos vendidisse villam dictam Strasan, cuius ad nos legaliter spectabat possessio, domine Cristine et eius filio Nicholao de Praga; quam villam dicta domina una cum filio quinque annis possedit, deinde prefatam villam vendidit domino Valtero, priori Cruciferorum de Straconicz, pro C marcis quiete et pacifice sine dissensibus horum, a quibus dictarum vendicionum manavit origo, in posterum iure hereditario possidendam. Huius rei testes sunt viri probi et idonei: dominus Bawarus de Straconicz, dominus Vitko de Crumnov una cum filiis suis Henrico et Wocone, qui et metas dicte ville assignarunt, dominus Iohannes de Dub, Verner, China, Michael fratres de Brez, Drisislaus filius Vilhemi de Osticz, Benesius de Mladicouicz, Vitus de Wliconicz, Cechan de Mirecicz, Sdata de Hor, Stephanus de Cesticz cum tribus filiis: Hyrdon, Ypolito, Bohuslao, Slavoc de Iauornic cum Hermanno filio et Gallus cum filio Slaucone, Ienic de Burcicz cum tribus filiis: Martino, Leone, Hyrdoncio, Ranoc de Custicz, Rudolfus cum Budislao fratre de Truscouicz, Habrco cum Voicecy[b] filio de Dubrauicz, Olricus de Chacanicz, Iaroslaus et Oblan de Blanicz; item homines domini Vitkonis: Nemoy, Benada, Sipota iudex de Crumnov. Ne

autem prescripta ulla succedencium valeant perturbari calumpnia, presens cedula est sub sigillorum honorabilium domini Bauari de Straconicz et nostri nec non et conventus munimine roborata. Acta sunt hec anno Domini M°CCLXXIIII°, VII kalendas septembris.

Sigilla: De tribus sigillis in corroborationis formula chartae annuntiatis: 1) Bavari de Strakonice in filis sericis rubri et viridis coloris fragmentum tantum restat. Cf. Sigilla num. 4, 32; 2) avulsum et deperditum est; 3) nunquam appendi potuit.[1]

753.+ *a) Littera ‚s' e quadam alia correcta est in A. — b) Ita A, sine dubio pro* ‚Voicech'.

[1]) *In membrana replicata enim solummodo foramina duorum sigillorum appendendi causa facta sunt.*

754.+

Witko de [Český] Krumlov protestatur, quomodo Walterus prior et conventus [domus] hospitalis s. Johannis [Hierosolymitani] in Strakonice villam Strašín cum attinentiis expresse nominatis nec non partem cuiusdam silvae acquisiverint.

— 1274 aug. 26.

Charta dubiae fidei in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum magni prioratus Melitensium, sign. Jo XLIX, Strakonice num. 3) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 1227 num. 2799. — Schmidt-Picha, Urkundenbuch, pag. 4 num. 20 b.

Scriba: ignotus, verisimillime destinatarii proprius.
Dictator: idem atque scriba, qui textu chartae praecedentis (num. 753+) usus est; quae typis minoribus exprimuntur. Charta, cuius textus ex textu chartae dubiae fidei (num. 753+) deductus (vide superius) pluribus iisque ponderosis additamentis adauctus est, pro sincera habenda non potest. Suspicionem etiam modus sigillandi eiusdem videtur movere.
Vide: II. 3, Ordo hosp. s. Johannis Hierosol. (V), 4, De chartae apud nobiles usu (WWWW).

In nomine Domini amen. Cum providencia primeve generationis[a] memoria posteritatis indigens equitatis tramite non inmerito limitetur, ne gestorum condiciona‖lis habitus per cupiditatem effrenatam, que mater licium, matteria[b] iurgiorum, fomes invidie, sectatrix iniurie, ut Extra decretali Rex pacificus dicitur,[1] va‖leat nec non et succedencium calliditate versuta tergiversationis et amminiculo perficaciter[c] temerari, ideo nos Witko, dominus de Crumnow, unâ cum nostris filiis, Henrico vi‖delicet et Wockone, tenore presencium dilucide profitemur nos vendidisse villam dictam Strazen cum duobus molendinis et iugeribus aliquod[d] ex alia parte rivi iacentibus, cuius ville unâ cum molendinis et iugeribus ad nos legaliter spectabat possessio, domine Cristine et eius filio Nicolao de Praga; quam villam et molendina cum iugeribus predicta domina* cum filio quinque annis possedit, deinde predictam villam cum attinenciis prenotatis vendidit domino Walthero priori et conventui fratrum hospitalis sancti Iohannis in Strakonicz pro centum

marcis quiete et pacifice sine dissensibus horum, a quibus dictarum vendicionum manavit origo, ut et ipsis et eorum predecessoribus donatio foret memorialis testamenti, in posterum quiete et pacifice iure hereditario possidendam. Post hec vero ob instanciam domini W., prioris predicti, et aliorum fratrum nec non quam plurium proborum virorum partem silve eis vendidimus pro XX marcis nostrorum etiam ex consensu filiorum, qui una nobiscum dictis fratribus metas dicte ville benivolencius assignarunt. Huius rei testes sunt viri probi et ydonei: dominus Bawarus de Strakonicz et nos Wi. de Crumnow* cum nostris filiis predictis et dominus Iohannes de Dub, Werner, China, Michael* de Brez, Drizislaus filius Wilhelmi de Hosticz, Benessius de Maladikowicz, Vitus de Wliconicz, Cechan de Mireticz, Sdata de Hor, Stephanus de Cesticz cum tribus filiis: Hirdon, Ypolito, Bohuslao, Slavoc de Iauornik cum Hermanno filio et Gallus cum filio Slaucone, Ienik de Burcicz cum* filiis: Martino, Leone, Herdoncio, Ranek de Custicz, Rudolphus cum Budislao fratre de Truskowicz, Habirko cum Woycieh filio de Dubrawicz, Vlricus de Zhakanitz, Iaroslaus et Oblan de Blanicz; item homines nostri: Nemoy, Banada,[e] Sypota iudex de Crumnow et alii quam plures fidedigni. Ne autem prescripta ulla succedencium[f] valeant perturbari calumpnia, presens cedula est munimine sigilli viri nobilis[g] domini Bawari de Strakonicz, in quod ex utraque parte consensimus, qui et dicte vendicionis actor, cum de suis processerit testamentis, exstitit, evidencius roborata. Acta sunt* anno Domini M° CC° LXX° quarto, VII° kalendas septenbris.[e]

Sigillum: Bavari de Strakonice in filis sericis rubri et viridis coloris paulum laesum appendet. Vide Sigilla num. 4, 32.

754.+ [a]) ‚gn^{s}at͡ois' *A.* — [b]) ‚mat^{s}ia' *A.* — [c]) *Ita A pro* ‚persicaciter'. — [d]) *Ita A pro* ‚aliquot'. — [e]) *Ita A.* — [f]) *Prima littera* ‚u' *ex quadam alia correcta est in A.* — [g]) *Syllaba* ‚bi' *in loco raso scripta est in A.*

[1]) *Cf. Friedberg II, pag. 1—2.*

755.

Henricus, vices ordinis monasteriorum sanctae Mariae Magdalenae in Bohemia etc. gerens, ad compositionem litis, quae inter monasterium in Dobřany ex parte una et [Miroslaum], praepositum monasterii in Chotěšov, ex parte altera super solutione census orta et per arbitros expresse nominatos sopita est, assensum suum praebet.

[In Dobřany][1] 1274 sept. 9.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Chotěšov, sign. L IV ŘP Chotěšov num. 21) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 378 num. 903. — Simon, L'Ordre des Pénitentes, pag. 241 num. 132.

Scriba: ignotus, seu monasterii in Dobřany, seu monasterii in Chotěšov proprius.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Dobřany (F), Teplá-Chotěšov (N).

Anno Domini M°C°C°LXX°IIII nos Heinricus, vices ordinis monasteriorum sancte Marie Magdalene || in Behemia,[a] Morauia, Austria et Stiria necnon Bavaria, cum plenitudine potestatis nobis a capitulo || generali[2] iniuncta gerentes, cum domum sororum in Dobersano in Bohemia visitaremus, ibidem a sororibus || congnovimus, quod super lite, que inter ipsas ex parte una et dominum prepositum de Chothesov[3] ex parte altera vertebatur, domino Rinhero, abbate Cladrubensi, fratre Iacobo, gardiano[b] in Misa, et fratre Friderico ibidem, viris providis et discretis mediantibus et partibus in arbitrium ipsorum consencientibus super solucione unius census, videlicet quinque marcarum, quas iam dicte sorores eis pro decimis usurpabant, que litem utrobique concitaverant, dulci colloquia,[a] firma concordia ad composicionem amicabilem per memoratos arbitros convenissent. Nos igitur tam idoneorum virorum ordinacionem scindere nolentes, set magis composicioni et concordie unitatis intendentes, que profectum domus et disciplinam ordinis respiciunt, ad instanciam sororum iam dicte composicioni, quem ad modum in privilegio super his datum[a] declaratur,[4] nostrum prebuimus assensum, firmam et ratam habentes ac tocius negocii ordinacionem sigilli nostri cum[a] munimine roborantes. Datum mense septembris,[a] in crastino Nativitatis beate Virginis.

Sigillum: Henrici, vices ordinis monasteriorum sanctae Mariae Magdalenae gerentis, formae ex longo rotundae, in scidula membranacea illaesum appendet. In medio sigilli Ihesus resurrectus, inferius figura monachi genibus nixi apparet. Circumscripto:

+ SVRREXIT DOMIN || VS . IESVS . CRISTVS.

---

755. [a]) *Ita A.* — [b]) *Littera ‚o' ex ‚e' correcta est in A.*

[1]) *Vide in textu.* — [2]) *Quando capitulum generale celebratum sit, nescimus.* — [3]) *Miroslaum.* — [4]) *Vide chartam num. 680.*

756.

Nicolaus praepositus, Bliza sanctimonialis totusque conventus monasterii in [Dolní] Kounice cum consensu [Jacobi], abbatis Syloensis, tertiam partem domus Coloniae sitae a Bliza possessam Florkino, fratri dictae sanctimonialis, sub certis condicionibus tradunt.

— 1274 [ante sept. 25].[1]

Apographum insertum est vidimationi Godeschalci, abbatis Knechtstedensis, s. l. 1274 sept. 25 datae, cuius vidimationis apographum[2] *coaevum intabulatum est libro scriniario, qui in archivo civitatis Coloniae (sign. Schreinsbuch 434) asservatur, fol. 17v num. 230 (B).*

Ed: Ehlen, Die Prämonstratenser-Abtei Knechtsteden, pag. 67 num. 88 (ex B, cuius vidimatio ad sept. 26 erronee ponitur). — Žák, Hlídka XXI, pag. 300 (ex Ehlen, cum eodem errore).
Lit: Peřinka, Klášter premonstrátek, pag. 15 (rei deliberatio, B erronee ad 1273 sept. 27 ponitur).

Dictator: ignotus.
Vide: II. 3, Dolní Kounice (A).
Imaginem xerotypicam nobis procurator archivi civitatis Coloniensis benignissime misit.

Notum sit universis et cetera, quod conventus sanctimonialium ecclesie Chvnicensis, ordinis Premonstratensis, Nikolaus prepositus et Bliza, consoror ipsarum, cum consensu patris et domini ipsarum . .,[3] abbatis Syloensis, terciam partem domus site prope portam Martis Colonie in fine ex opposito contra cippum in parrochia sancte Brigide tradidit et remisit et libere effestucavit Florkino, fratri Blize predicte, ubicumque sibi poterat accidere in divisione, ita quod ipse dictam terciam partem domus predicte divertere poterit, quocumque voluerit, absque omni contradiccione salvo ecclesiis sancte Marie et de Piscina iure et censu suo. Actum anno Domini M°CC°LXX quarto.

756.

[1]) *Chartam ante terminum in vidimatione eiusdem (vide n. 2) indicatum ponimus.* — [2]) *Tenor vidimationis hic est:* 'Viris prudentibus et honestis officialibus ecclesie sancte Marie ad Gradus in Colonia frater Godescalcus, abbas Knetstedensis, salutem et oraciones in Christo. Litteras vobis a latore presentium Florkino exhibitas presentibus nostro sigillo munitis profitemur esse sigillatas sigillis venerabilium virorum abbatis Syloensis et prepositi ecclesie sororum Chvnicensis. Datum anno Domini M° CC° LXX° quarto, VII° kalendas octobris.' — [3]) *Jacobi.*

757.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, ad preces Johannis, episcopi Pragensis, omnes habitantes in certis bonis quadragesimalis oboedientiae ad ecclesiam Pragensem pertinentibus iurisdictioni beneficiariorum Pragensium subicit.

Pragae 1274 nov. 11.

Autographum in membrana scriptum in archivo arcis Pragensis Pragae (archivum cap. Pragensis, sign. II 31) asservatur (A). — Apographum saec. XV. praebet codex mnscrus membr. „Acta capituli post Conradum archiepiscopum haereticum sede vacante administrantis" *intitulatus, ibidem (sign. VI/ 1) asservatus, fol. 91[v] (B).*

Ed: Pontanus, Bohaemia pia, pag. 55 (e quadam copia, haud completum textum praebet).
Reg: Reg II, pag. 380 num. 909. — Podlaha, Catalogus codicum, pag. 24 (ex B). — Eršil-Pražák, Katalog, pag. 29 num. 59 (ex A).
Lit: Vaněček, Základy III, pag. 25 (rei deliberatio). — Fiala, Kancelář, pag. 293 (manus scribae). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60 n. 8, 15, 16. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 276, 331—337, 341, 366, 368, 369 (Pa 2).

In tergo chartae manu saec. XIII. scriptum est: „Libertas obedientie quadragesimalis" *(H). — Manu saec. XIV. scriptum est:* „Registrata et correcta". — *Alia manu eiusdem saec. scriptum legitur:* „Registrata 1 b". *(Ad notas saec. XIV. cf. num. 307.)*

Scriba: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (F), 3, Praga, ecclesia capitularis (Q).

Otakarus, dei gratia rex Boemie, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Plurimum nobis cedere putamus || ad gloriam, si nostre preminentie[a] celsitudo de regie benignitatis clementia honorabilium personarum desideriis condescendens, ipsarum petitionibus oculo gratie favoralis[b] arridet et illas precipue || preces exaudit, per quas et aput homines laudum preconio munificentia regalis attollitur et aput deum retributionis premium prometur. Inde est, quod nos reverendi patris, domini || Iohannis, venerabilis Pragensis episcopi, karissimi compatris nostri, precibus favorabiliter annuentes et credentes ad hoc regis eterni gratiam promereri, omnia bona quadragesimalis obedientie, scilicet Pnouitz cum aliis villis in provincia Chazlauiensi sitis nec[c] non et Vgretz cum aliis villis in Boleslauiensi provincia locatis ad ecclesiam Pragensem spectantia talis[d] gaudere volumus gratia libertatis, videlicet ut omnes habitantes in bonis prefatis ab omnium aliorum quorumlibet beneficiariorum iurisdictione sint liberi et inmunes et iurisdictioni beneficiariorum Pragensium tantummodo sint astricti et coram ipsis solummodo valeant conveniri. In cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Actum et datum Prage per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo IIII°, tertio idus novembris, tertie indictionis.[1]

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris sigilli fragmentum tantum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

757. [a]) ‚p̃minetiẽ' *A.* — [b]) *Ita A, titulus enim deest.* — [c]) *Littera ‚n' ex ‚7' corr. est in A.* — [d]) *Littera ‚s' super linea addita est in A.*

[1]) *Indictionis numerus rectus est, nam Henricus notarius, qui chartam dictavit, indictione Graeca uti solebat.*

758.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, civibus in Mělník concedit, ut ibidem depositiones quattuor navium cum mercimoniis libere fieri debeant.

Pragae 1274 nov. 25.

Apographum exstat in confirmatione Karoli IV., Romanorum imperatoris, Pragae 1352 mart. 28 data (CIM II, pag. 471 num. 322), cuius confirmationis autographum in membrana scriptum in OA Mělník (archivum civitatis Mělník, sign. num. 5) asservatur (B).[1] — *Alia apographa in his confirmationibus exstant: in confirmatione Vladislai, regis Bohemiae, ex B confecta, Pragae 1475 aug. 31 data (CIM III, pag. 622 num. 366), in confirmatione Mariae Theresiae, Romanorum imperatricis, Viennae 1748 aug. 27 data et in confirmatione Josephi II., Romanorum imperatoris, Viennae 1782 sept. 5 data, quarum confirmationum autographa in membranis scripta ibidem (num. 16, 79, 80) asservantur (C, D, E).* — *Simplex apo-*

*graphum saec. XVIII. exstat in Libro privilegiorum civitatis Mělník chart. ibidem (num. 274 b) asservato, pag. 1 (F). — Versio Bohemica ex C hausta saec. XVI. in plagula scripta ibidem (sine sign.) exstat, quam inferius sub * praebemus (T).*

Ed: Pelzel, K. Karl der Vierte I, pag. 196 num. 197 (ex B). — CIM II, pag. 59 num. 22 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 382 num. 913.
Lit: Dušková, Notář Jindřich, pag. 60 n. 18. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 331, 332, 335, 366, 370 (Mk).

Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (G), 5, De chartae apud civitates usu (KKK).

Ottakarus,[a] dei gracia[b] rex Boemie,[c] dux Austrie, Styrie,[d] Karinthie,[e] marchio Morauie,[f] dominus Carniole,[g] Marchie,[h] Egre ac Portus Naonis. Quoniam nostri regni decor, quem affectamus plurimum, accrescit ex pulchritudine[i] civitatum, maxime cum eis nostra clemencia utilitatis et commodi[k] aliquid impertitur, ad utilitatem Melnicensis[l] civitatis et ut eius commoditas[m] valeat procurari et reparacionibus, quibus indiget, fulciatur, universitati civium ipsius civitatis de gracia concedimus speciali, quod deposiciones quatuor[n] navium cum sale, allecibus[o] et aliis rebus civitate libere fieri debeant in prefata, volentes, quod in deposicione huiusmodi navium ipsos[p] nullus penitus debeat impedire. Ad cuius rei memoriam et robur presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Actum et datum in Praga anno Domini millesimo[q] ducentesimo septuagesimo quarto,[q] VII°[r] kalendas[s] decembris, tercie indiccionis[2] per manus magistri Heinrici,[t] prothonotarii[u] regni nostri et plebani in Gors.

---

758. [a]) ‚Ottagarus' *C*, ‚Ottogarus' *D, E.* — [b]) *Hic et inferius* ‚t' *pro* ‚c', ‚ae' ‚oe' *pro* ‚e', ‚j' *pro* ‚i' *ponuntur in D, E, F.* — [c]) ‚Bohemie' *C, E.* — [d]) ‚Stirie' *C, D, E, F.* — [e]) ‚Karintie' *C.* — [f]) ‚Moravie' *D, E, F.* — [g]) ‚Carnioliae' *D, E.* — [h]) ‚Marchio' *C.* — [i]) ‚pulcritudine' *C, E.* — [k]) ‚comodi' *B.* — [l]) ‚Mielnicensis' *C.* — [m]) ‚comoditas' *B.* — [n]) ‚quattuor' *F.* — [o]) ‚alecibus' *C, D, E, F.* — [p]) *Deest B, C, D, E, F.* — [q-q]) ‚1274' *D, F.* — [r]) ‚septimo' *C, D, E, F.* — [s]) ‚calendas' *D, E, F.* — [t]) ‚Henrici' *C, D, E, F.* — [u]) ‚protonotarii' *D, E.*

[1]) *Autographum usque ad annum 1731 exstitisse videtur, ut ex indice privilegiorum eodem anno vidimatorum, qui in archivo civitatis Mělník invenitur, reperiri potest. — Charta Přemysli Otakari II. etiam a Venceslao II., rege Bohemiae, per chartam in Poděbrady 1290 iul. 19 datam (Reg II, pag. 648 num. 1506) confirmata est, cuius confirmationis autographum nunc etiam desideratur. Textus chartae Přemysli Otakari II. itaque iterum repetitur communiter cum textu chartae Venceslai II. in confirmationibus Karoli IV., Mariae Theresiae et Josephi II.; quarum textus hic omittuntur.* — [2]) *Indictionis numerus rectus est, nam magister Henricus, qui chartam dictavit, indictione Graeca uti solebat.*

758.*

Ottagar, z buoží milosti král český, k[nie]že[a] rakouské, štyrské, karyntské, margkrabě m[orav]ské, pán v Karniolu, v Egru a Břehu Naonsk[ého]. Poněvadž království našeho sláva, kteréž žádostivi sme najvíce, z okrasy a ozdoby měst roste, vzláště pa[k] když jim štědrota naše nějaký užitky a důchod[y] k pohodlí města Mělníka uděluje, aby důchodové [je]jich opatřeni a opravou, kteréž potřebuje, upevněno býti mohlo, vší obci města toho z milosti obzvláštní propůjčujem sklad svobodný na čtyři lodí s solí, herynky a jinými věcmi, chtíce

tomu, aby jim v takovém skladu lodí žádnej překážky nečinil žádné. Na potvrzení toho a věčnou pamět pečet naši královskou dali sme a rozkázali k tomuto listu přivěsiti. Dán v Praze léta Páně M° II° LXXIIII, septimo kalendas decembris, tertiae inditionis per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri et plebani.[b]

758.* [a] *Quae hic et inferius uncis clauduntur, cum plagula chartacea putrefacta perierunt T.* — [b] ‚in Gors' *deest T.*

759.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, privilegium patris sui Venceslai I., regis Bohemiae, Theutonicis Pragensibus concessum vidimat et confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Pragae 1274 nov. 25 seu 26.[1]

Apographum insertum est confirmationi Johannis, regis Bohemiae, Pragae 1319 iul. 27 datae (Reg III, pag. 209 num. 511) (J), cuius confirmationis duo apographa saec. XV. exstant: primum praebet codex mnscrus chart. „Primus liber vetustissimus privilegiorum, statutorum et decretorum Veteris Urbis Pragensis" *appellatus, in archivo civitatis Pragensis (sign. num. 993 = Čelakovský, Soupis rkpsů, pag. 40 num. 25) asservatus, pag. 96—97 (B); alterum codex mnscrus membr. in bibliotheca Musei Nationalis Pragae (sign. V C 9) asservatus continet, fol. 185—187 (C).*

Ed: Pelzel, Geschichte der Deutschen, pag. 380 num. 383 (J ex B). — Tzschoppe-Stenzel, Urkundensammlung, pag. 384 num. 65 (ex Pelzel, charta erronee ad 1273 dec. 27 ponitur). — Rössler, Das Altprager Stadtrecht, pag. 187—191 (J ex B, C). — CIB I, pag. 184 num. 65 (ad nov. 26, ex B). — CIM I, pag. 12 num. 5 (ad nov. 26, ex B, C). — Kristen, Privilegium, pag. 160—165 (J ex B, C). — Kejř, K privilegiu, pag. 249—256 (idem).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 451 num. 274. — Reg II, pag. 382 num. 914. — Bondy-Dvorský, K historii židů I, pag. 32 num. 31 (ubique ad nov. 26).
Lit: Šebánek-Dušková, Listina v č. státě doby Václava I., pag. 132 n. 4 (dictator chartae). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60. — Kejř, K privilegiu, pag. 241 ss (rei deliberatio), pag. 248 n. 17 (notatio diei). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 331, 339 n. 231, 347 n. 265, 383 n. 389 (TP).

Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (H), 5, De chartae apud civitates usu (LLL).

Nos Ottakarus,[a] dei[b] gracia rex Boemie, dux Austrie, Stirie, Carinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie,[c] Egre[c] et Portus Naonis,[b] tenore presencium devenire[d] cupimus in publicam noticiam,[e] quod nos quoddam privilegium Theotunicis[f] Pragensibus a patre olim nostro,[g] domino[g] Wenceslao, illustri[h] quondam rege Boemie, concessum vidimus in hec verba: In nomine Domini[i] amen. Nos[k] Wenczesslaus,[l] dei gracia Boemorum rex IIII^us^,[m] *etc.*[2] Nos autem Ottakarus,[a] dei gracia rex Boemie[n] hoc privilegium iam prescriptum, sicut rite et racionabiliter factum[o] est,[o] sic ipsum auctoritate regia confirmamus. In cuius confirmacionis nostre testimonium[p] et robur presens scriptum fieri et[q] sigillo[r] maiestatis nostre iussimus communiri.[r] Actum et datum Prage per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri et plebani in Gors,[s] anno Domini millesimo[t] CC°LXXIIII°, VI°[u] kalendas decembris, IIIe[v][3] indiccionis.

759. [a] ‚Othocarus' *C.* — [b-b] ‚etc.' *B.* — [c-c] *Deest in C.* — [d] ‚venire' *C.* — [e] ‚nocionem' *B.* — [f] ‚Theutunicis' *C.* — [g-g] ‚domino nostro' *C.* — [h] ‚illis' *B.* — [i] ‚domini dei' *B.* — [k] *Deest in B.* — [l] ‚Wenceslaus' *C.* — [m] ‚quartus' *C.* — [n] ‚Boẽm' *B, C.* — [o-o] ‚est factum' *C.* — [p] ‚testetimonium' *B.* — [q] *Deest B, C.* — [r-r] ‚etc. etc. etc.' *B.* — [s] ‚Chors' *B.* — [t] ‚M°' *C.* — [u] ‚VII' *C.* — [v] ‚tercie' *C.*

[1]) *Cf. n. u.* — [2]) *Sequitur tenor privilegii Venceslai I., regis Bohemorum, sine notis loci et temporis dati (CDB III, pag. 61 num. 58) cum inserto privilegio Soběslai II. etiam sine loco et temporis notis dato (CDB I, pag. 255 num. 290).* — [3]) *Indictionis numerus rectus est, nam magister Henricus, qui chartam dictavit, indictione Graeca uti solebat.*

760.[+]

Bruno, episcopus Olomucensis, et capitulum Olomucensis ecclesiae concordiam in quaestione agitata super silva Střelná inter se ex parte una et Budišum abbatem et conventum monasterii in [Klášterní] Hradisko ex parte altera in scriptis redigunt.

In Olomouc 1274 dec. 17.

Apographum chartae dubiae fidei saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. L 4—L 4[v] num. 89 (B). — Aliud apographum saec. XV. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, pag. 63—65 num. 76 (C).

Ed: Hallaschka, Die freie Municipalstadt Bautsch, pag. 103 lit. A (ex B, C). — CDM IV, pag. 137 num. 99 (ex B, C).
Reg: Reg II, pag. 385 num. 920.
Lit: Berger, Der große Střelnawald, pag. 165—166 (rei deliberatio). — Šebánek-Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 119 (quod ibidem de Conrado in capitulo Olomucensi ultimum memorato dicitur, corrigendum est, vide inferius).

Dictator: ignotus, fortasse seu episcopi seu capituli Olomucensis proprius; in eius stilo autem nulla vestigia stili notariorum in cancellaria Brunonis episcopi munere suo fungentium inveniri possunt.
Charta suspicionem movet, nam inter membra capituli Olomucensis Conradus scholasticus affertur, quamquam munere scholastici dato tempore Voislaus (vide num. 740) fungebatur et Conradus fortasse iam mortuus erat.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (DDDDD), 3, Kl. Hradisko (R), Olomouc, ecclesia capitularis (EE).

In nomine Domini amen. Nos Bruno, dei gracia Olomucensis[a b] episcopus,[b] Alexius[c] decanus, Albertus prepositus, Cirus archidiaconus, Conradus scolasticus totumque capitulum eiusdem ecclesie universis presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Cum nichil sit, quod in humana condicione propter labilitatem memorie perpetuo stare possit, et presertim cum presens etas postposito iuris tramite calumpnie pocius quam veritati vehementissime inhiet ac insudet, consonum est racioni, ut ea, que inter homines fiunt, scripti debeant testimonio roborari, ut scriptura docente veritas extra mundi terminos non vagetur. Hinc est, quod, cum inter nos Brunonem, dei gracia Olomucensem[a] episcopum, ac eiusdem ecclesie capitulum ex una et reverendum patrem dominum Bu-

disch, abbatem monasterii sancti Stephani in Gradisch, ordinis Premonstratensis, ex parte altera super silva quadam, que Strelna maior vocatur, que distincta est per certos terminos, prout expresse in privilegio abbatis continetur,[1] et alia Strelna minor canonicorum, que est ex ista parte rivuli Bunow inter civitatem Olomucensem[a] sita[d] et dictum rivulum, ac circuitibus earundem[e] in campis et aliis attinenciis quibuscunque questio fuisset diucius agitata, ita quod racione illius dissensionis ex ipsis bonis neutri[f] parcium poterit commodum[g] aliquod provenire. Itaque nos nostrumque capitulum et abbas cum suo conventu videntes, quod, quamdiu questio huiusmodi per aliquem decisionis modum nullum finem debitum sorciretur, bona eadem penitus inutilia remanerent, idcirco de communi[h] consensu parcium utrarumque talis primo inter nos sine scriptis concordia intervenit, videlicet quod silve predicte cum suis pertinenciis, quocumque nomine appellantur, in duas partes equaliter dividantur, ita quod una parcium nobis ac nostro capitulo assignetur, alia vero domino abbati et conventui antedicti monasterii relinquatur. Item de ecclesiis et oratoriis construendis dicimus, quod nos in nostra et abbas in sua parte habeamus sine contradiccione qualibet adverse partis liberam facultatem non obstante ecclesia, que nunc sita est in maiori Strella. Quam concordiam nos una cum consensu nostri capituli promisimus concorditer ac inviolabiliter observare,[i] renunciantes[k] omni accioni, instrumentis ac munimentis, que nobis in silvis possent conpetere antedictis. Abbas vero de consensu sui conventus viceversa promisit concordiam eandem ratam et firmam velle tenere, renunciando[l] eciam omnibus iuribus, que sibi in eadem questione poterant suffragari. Et quia conposicio huius, ut superius[m] est expressum, fuit habita sine scriptis, nos suspicantes, ne per successores utriusque partis ignaros huius facti lis per hunc modum sopita posset denuo suscitari, volentes omnibus iurgiis finem inponere, eandem conposicionem nos de consensu nostri[n] capituli et dominus abbas similiter suo conventu annuente in nullo penitus inprobantes, set pocius ratum et firmum habentes, redegimus in hiis scriptis. Et ut huiusmodi conposicio inter nos nostrumque capitulum ac dominum abbatem ipsiusque conventum rite ac laudabiliter celebrata gaudere possit robore debite ac perpetue firmitatis, eidem domino abbati ac eius conventui sepedictis presens scriptum dari mandavimus idemque nostro ac nostri capituli sigillis fecimus communiri.[o] Acta sunt hec anno Domini millesimo[p] ducentesimo LXXIIII°, [p] XVI° [q] kalendas ianuarii, datum in Olomuc[a] anno et die prefatis.

760.+ [a] ‚Olom̄' *B, C.* — [b-b] ‚episcopus Olomucensis' *C.* — [c] ‚Allexius' *C.* — [d] ‚sitam' *C.* — [e] ‚eorundem' *C.* — [f] ‚neuter' *C.* — [g] ‚omodum' *B,* ‚comodum' *C.* — [h] ‚omuni' *C.* — [i] ‚observari' *C.* — [k] ‚renuncciantes' *C.* — [l] ‚renuncciando' *C.* — [m] ‚supra' *C.* — [n] ‚eiusdem' *C.* — [o] ‚omuniri' *B, C.* — [p-p] ‚M° CCLXXIIII' *C.* — [q] ‚XVI' C.

[1]) *Scilicet charta spuria Henrici Vladislai, marchionis Moraviae, s. l. 1203 febr. 22 (CDB II, pag. 372 num. 356). Cf. et notas introductorias ibidem (pag. 372 l. 34 ss) et KK, pag. 177 n. 4.*

761.

Johannes, episcopus Pragensis, inter alia omnibus, qui in certis festivitatibus ecclesiam Wissegradensem visitaverint, indulgentias concedit.

Pragae 1274 — .

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 61) asservatur (A).

Lit: Nový, Listiny, pag. 68—69 (deliberatio diplomatica, non autem omnino recta; perperam ad Tanglum revocatur).

In tergo chartae registrator ecclesiae Wissegradensis saec. XIII. scripsit: „Pragensis episcopi Io. super indulgentia XII *(?)* annorum et pro predicantibus in ecclesia et aliis multis" *(M). — Inferius alia manu eiusdem saec. scriptum est:* „Indulgentia S. *(?)* dierum et unum annum" *(S) et manu saec. XV.* „R^{ta}".

Scriba: J III 22 = W 3 = ecclesiae Wissegradensis proprius. (vide num. 714). Exempla script. num. 2 a, 24; cf. Exempla script. num. 3, 5 b.
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (HHH), 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (EE).

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, universis Christi fidelibus nostre dyocesis salutem in Domino. Officii sollicitudine pasto‖ralis inducti ea, que ad gregis nobis commissi salutem spectare noscuntur, indeffexe[a] studemus provisionis vigilancia ‖ procurare. Cupientes igitur ecclesiam beati Petri in Wissegrad ad sedem apostolicam nullo medio pertinentem ‖ congruis honoribus frequentari, ut ex hoc frequentantes eorum sibi sanctorum patrocinia vendicent, quorum altaria et reliquie in eadem ecclesia fuerint, et animarum salutem ibidem auctore Domino consequantur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ipsam ecclesiam in festivitatibus Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis et eorum sanctorum, quorum altaria et reliquie sunt in eadem, et in dedicacionibus ipsorum altarium visitaverint humiliter et devote, annis singulis quadraginta dies, qui autem in sequenti die post Nativitatem, in die Palmarum, sequenti die post Pascha,[a] in dedicacione ipsius ecclesie, in festivitatibus beati Petri, in festivitatibus beate Virginis, in die beati Michaelis visitaverint, annis singulis annum unum et quadraginta dies de iniuncta ipsis penitencia misericorditer in Domino relaxamus, dantes insuper plenariam facultatem cunctis, qui in eadem ecclesia fidelium animabus ministraverint pabulum verbi dei, ut auctoritate nostra quadraginta dies venie audienti populo, quandocumque et quocienscumque ministraverint, valeant in Domino indulgere. Datum Prage anno Domini millesimo CC°LXXIIII°.

Sigilllum: in filis sericis rubri coloris e cera minii coloris appendebat; eiusdem parvulum fragmentum tantum restat.

---

761. [a]) *Ita A.*

762.

Petrus praepositus, Cuno decanus canonicique Wissegradensis ecclesiae expresse nominati statuunt, ut ipsorum concanonico, magistro Henrico, regni Bohemiae protonotario etc., praebenda in dicta ecclesia, quam primum se facultas obtulerit, assignari debeat.

In capitulo Wissegradensi 1275 ian. 1.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 64) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 389 num. 934.
Lit: Emler, Kanzlei, pag. 27 (de magistro Henrico tractatur). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 61 (idem). — Šebánek-Dušková, Panovnická a biskupská listina, pag. 106 (de Friderico scholastico tractatur). — Šebánek, Urkundenwesen, pag. 344 n. 228 (de Arnoldo canonico tractatur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 277 (scriba chartae).

Scriba: W 4 = P II 83 = Johannes, canonicus Wissegradensis et notarius regis. Cf. Exempla script. num. 1 a, 66.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Charta in Libro formarum Henrici Italici, re vera tantum in codice Monacensi (Catalogus Codicum MSS bibliothecae Monacensis IV. 4, pag. 41 num. 22303) exstat, pars II, fol. 121—121^{v} num. 62 (vide Tadra, Mnichovský rukopis, pag. 85 num. 40); ibidem autem textus chartae non solum cum variationibus et omissionibus (nonnulas vide Petrov, pag. 14 n. 1), sed etiam cum additamentis praebetur.
Vide: II. 1 a, magister Henricus protonotarius (I), Johannes notarius (E), 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (FF).

Nos Petrus, dei gratia prepositus, Chvno decanus, Gotfridus custos, Fridericus scolasticus, Bar‖tholomeus, Dominicus, Petrus, Bohuzlaus, Hermannus, Iordanus, Arnoldus, Laurencius, Bar‖tholomeus, Iohannes, Heinricus, canonici Wissegradensis ecclesie, racionis sequentes iuditium et cupien‖tes non solum persone in ecclesia nostra, set etiam ecclesie in persona favorabiliter providere, ut ex hoc successivis adiuta profectibus continua suscipiat incrementa, concordibus cordibus et concurrentibus ad idem votis in nostro communi capitulo solenni tractatu habito et provida deliberatione pensantes, ordinavimus atque statuimus, ut magistro Heinrico, regni Boemie prothonotario, Pragensi atque Olomucensi canonico et plebano in Gors, confratri et concanonico nostro, quem nobis et ecclesie nostre utilem fore scimus et ex quo plurima poterit ecclesia nostra commoda reportare, et precipue, quia non est congruum, ut prebenda careat, qui in canonicum cognoscitur esse receptus, prebenda in nostra ecclesia per ecclesie nostre decanum, qui pro tempore fuerit, quam primum se facultas obtulerit et quam idem magister Heinricus acceptandam duxerit, assignari debeat sine mora et quod idem decanus statim eundem magistrum Heinricum in plenam possessionem ipsius prebende immittat per se vel alium seu alios ac eum sic inductum defendat auctoritate, qua fungitur, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo, cum primum ad hoc faciendum se locus obtulerit et facultas, nostrum omnium communiter aut etiam singulariter cuiuslibet absencia non

obstante, set auctoritate communis consensus a capitulo nostro eidem decano plene prestiti et concessi. Et obligantes nos tenore presentium contra predictorum aliquod nichil penitus attemptare, pura fide promittimus dicto magistro Heinrico nos predicta omnia rata et firma semper habere et contra ea ullo umquam tempore non venire, imo studiose agere, ut opere compleantur, renunciantes omni iuris auxilio tam canonici quam civilis, quod nobis, ut predicta vel aliquod predictorum non observaremus, posset competere de iure vel de facto vel aliqualiter suffragari; de mera insuper et libera voluntate etiam promittentes eidem, quod per nos vel aliquem ex nobis privilegium, rescriptum vel indulgen[t]iam[a] a sede apostolica non impetrabitur vel impetrari procurabitur, per que vel quam huiusmodi nostra ordinacio, provisio vel promissio effectum non sortiretur debitum, vel posset aliquatenus anullari. Ipse autem magister Heinricus tuebitur ac defensabit se in prebenda sibi assignata iuxta ecclesie nostre consuetudinem approbatam. In quarum ordinacionis, provisionis et promissionis robur nostrarum infallibiliter valiturum presentes ad cautelam dicti magistri Heinrici fieri et sigillis omnium nostrum per ordinem, quo superius nominati sumus, fecimus communiri. Actum et datum in capitulo Wissegradensi anno Domini millesimo C°C°LXXV, kalendis ianuarii, quarte indictionis.[1]

Sigilla: Petri, praepositi Wissegradensis, atque 14 canonicorum Wissegradensium formae ex longo rotundae in scidulis membranaceis appendent seu appendebant; 1) — 4) avulsa et deperdita sunt; 5) Bartholomaei seu quinti seu tertii decimi inter editores chartae nominati valde laesum. Cf. Sigilla num. 3, 50; 6) Petri, archidiaconi Belinensis, illaesum fere. Cf. Sigilla num. 3, 59; 7) avulsum et deperditum est; 8) Arnoldi illaesum fere, paulo superius appensum. Cf. Sigilla num. 3, 49; 9) canonici, cuius nomen statui non potest, fragmentum tantum; 10) canonici, cuius nomen statui non potest, laesum; 11) Johannis valde laesum, paulo superius appensum. Vide Sigilla num. 3, 56 a; 12) canonici, cuius nomen statui non potest, e cera viridis coloris confectum, valde laesum; 13) canonici, cuius nomen statui non potest, e cera viridis coloris, fragmentum tantum; 14) Laurentii illaesum. Cf. Sigilla num. 3, 57; 15) Henrici paulum laesum. Cf. Sigilla num. 3, 56.
Notanda sunt haec: a) Quamquam in corroborationis formula chartae expresse affirmatur sigilla canonicorum „per ordinem, quo superius nominati“ *sunt, appensa esse, re vera sigillorum ordo valde mutatus est, sicut e descriptione superius posita patet. b) Inter necnon super incisiones factas sigillorum 4) et 5) appendendorum causa iterum incisio quaedam apparet, quae cum sigillatione chartae cohaerere non potest.*

---

762. [a]) *Ita A, cum titulo superfluo; quod uncis clauditur, cum membrana destructa periit A.*

[1]) *Indictionis numerus mendose affertur; ad a. 1275 enim indictio tertia pertinet.*

763.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, inhibet, ne occasione reparationis pontium ab hominibus monasterii in [Klášterní] Hradisko denarii exigantur.

In [Uherský] Ostroh 1275 ian. 7.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 39 num. 49 (B). — Aliud apographum exstat in fragmento mnscri chart. saec. XVIII. „Varia memorabilia" intitulati, quod ad M. Siebenaicheri Historiam, cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, agglutinatum est, fol. 295^{v} (C).

Ed: CDM IV, pag. 139 num. 100 (ex C).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 452 num. 277. — Reg II, pag. 389 num. 935.
Lit: Teige, Zpráva, pag. 49 (chartam a v. d. Boček fictam esse putat), pag. 62 (exemplar C tractatur). — Šebánek, Moderní padělky, pag. 495 (chartam sinceram esse demonstrat). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60 n. 5, 18, 22. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 331, 339, 384 n. 391 (Gr 9).

Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (K), 3, Kl. Hradisko (S).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

Otacarus,[a] dei gracia rex Boemie,[b] dux Austrie, Stirie,[c] Karinthie,[d] marchio Morauie,[e] dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, universis presentes literas inspecturis, dilectis fidelibus suis graciam suam et omne bonum. Cum dominus Budiscius,[f] venerabilis abbas monasterii Gradicensis, Premonstratensis ordinis, cesserit[g] de bonis suis, que sunt in Prerow, videlicet media taberna et quibusdam curticulis necnon quibusdam agris ad eandem tabernam pertinentibus, illi, qui reparat pontes in prefata Prerow, racione denariorum, qui solvebantur ab hominibus dicti abbatis de quolibet manso ad reparacionem poncium eorundem de[h] nostra[h] consciencia,[i] assensu pariter et mandato volumus et per presentes strictius inhibemus, ne occasione reparacionis poncium predictorum ab hominibus dicti abbatis denarii decetero per aliquem exigantur; sed ipsos a solucione predictorum denariorum absolutos deinceps liberos esse volumus et immunes. In cuius rei testimonium et robur firmiter valiturum presentes fieri et sigillo nostro fecimus communiri. Actum et datum in Ostroh per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri et plebani in Gors, anno Domini millesimo CC°LXXV°,[k] VII°[l] idus ianuarii, III[m] indiccionis.[m]

763. [a]) ‚Ottacarus' C. — [b]) *Hic et inferius* ‚ae', ‚oe' *pro* ‚e', ‚t' *pro* ‚c', ‚j' *pro* ‚i' *ponuntur in* C. — [c]) ‚Styriae' C. — [d]) ‚Carinthiae' C. — [e]) ‚Moraviae' C. — [f]) ‚Budissius' C. — [g]) ‚cesserat' C. — [h-h]) ‚denariorum' C. — [i]) ‚et' *sequitur in* C. — [k]) ‚millesimo ducentesimo septuagesimo quinto' C. — [l]) ‚septimo' C. — [m-m]) ‚tertia indictione' C.

764.

Bruno, episcopus Olomucensis, cuidam capellano suo ecclesiam parochialem in Mohelnice cum omnibus iuribus ad ipsam spectantibus confert.

In Mohelnice 1275 ian. 21.

Apographum insertum est confirmationi Lackonis, episcopi Olomucensis, in Olomouc 1404 mart. 17 datae (CDM XIII, pag. 320 num. 308), cuius confirmationis autographum olim in archivo archiep. in Kroměříž asservabatur, nunc autem latet;[a] duo apographa vidimationis in plagulis chart. scripta in SAR

Kroměříž (archivum archiep., sign. O I b 1/2) asservantur; primum in vidimatione Francisci Ludovici Pancakae (?), protonotarii apostolici et decani in Mohelnice, ibidem 1721 maii 19 datum (B), alterum simplex eiusdem saec. (C).

Ed: CDM IV, pag. 148 num. 105 (ex autographo vidimationis Lackonis, erronee ad apr. 20).[2]
Reg: Reg II, pag. 398 num. 955 (ex CDM, ad apr. 20).
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 156 sine num. (correctio in diei indicatione). — KK, pag. 334 n. 2 (stilus chartae).

Dictator: cancellariae episcopi proprius; fortasse idem, qui chartas num. 607 et 620 dictavit et stili sui caractere stilo magistri Conradi, quondam notarii episcopi, affinis est. Cf. etiam num. 717 et 779.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (EEEEE), 3, Aliae ecclesiae (Z).

Bruno, dei gratia Olomucensis episcopus, dilecto in Christo venerabili[a] presbytero, capellano suo,[3] salutem in Domino sempiternam. Cum rerum gestarum certissima repraesentatio[b] sit scriptura,[b] quae de verborum serie in eam redactorum nihil imminuit aut immutat, noverint igitur universi tam praesentes quam futuri, quod nos ecclesiam parochialem in Müglitz ad nostram collationem pleno jure spectantem tibi conferendam duximus principaliter propter deum cum omnibus juribus, quae ab antiquo ad dictam spectasse ecclesiam dignoscuntur; et ad majorem cautelam tuam et ecclesiae tuae praesenti scripto jura ecclesiae tuae, quae veritatis suffragio adiuvantur[c] et nobis veraciter constiterunt, dicta jura jussimus annotari. Sunt igitur hi redditus[d] sive proventus ecclesiae tuae: in Jestrebi,[e] in[f] Bobus, in Pobitz villae integrae cum omnibus proventibus et redditibus,[g] cum steiris, censu, pascuis, silvis,[h] piscationibus, venationibus in bonis tuis et cum omnibus juribus nullo diminuto vel excepto, ut illa possideas pacifice et quiete judiciis nihilominus etiam non exceptis. Est etiam ecclesia filialis ad tuam spectans collationem et ad tuos successores sita in Smol et regimen[i] scholae in Müglitz; balneum unum pleno jure, quatuor tabernas et unum molendinum cum duabus rotis et alias curticulas,[k] quae nunc tenet et ab antiquo tenuit tua ecclesia, jure simili pacifice possidebis; habebis etiam in eodem oppido decimum denarium in judiciis et plenam decimam de allodio et agris nostris etiam obtinebis. Ut autem omnia praemissa perpetuam obtineant firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam praesentem paginam inde conscribi nostrique sigilli jussimus munimine roborari. Datum Müglitz anno Domini millesimo ducentesimo[l] septuagesimo quinto, in die Agnetis virginis.

---

764. [a]) *Hoc loco nomen capellani deesse videtur, quod apographa B, C velut supervacaneum praetermiserunt; in E punctus geminatus exstat.* — [b-b]) ‚sit repraesentatio scriptura' *in B,* ‚representatio' *C.* — [c]) ‚adjuvantur' *C.* — [d]) ‚reditus' *C.* — [e]) ‚Jestrebe' *C.* — [f]) ‚et' *in B.* — [g]) ‚reditibus' *C.* — [h]) ‚sylvis' *B.* — [i]) ‚regimine' *B, C.* — [k]) ‚curaculas' *B, C.* — [l]) ‚ducentessimo' *B, C.*

[1]) *Sicut a procuratoribus archivi in Olomouc certiores facti sumus.* — [2]) *Lectiones in CDM (E), quoad opus erat, respeximus.* — [3]) *Vide n. a.*

765.

Otto abbas et conventus monasterii in Ostrov concordiam cum Merbotone magistro et fratribus hospitalis s. Francisci Pragae super decimis de curia sita in Dobřichovice perductam pronuntiant.

Pragae, in domo fratrum Praedicatorum 1275 ian. 21.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 385 (28/38/52)) asservatur (A). — Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. (1654), qui „Liber aureus“ *appellatur, ibidem (sign. V/1, 202) asservato, pag. 90—92 (B).*

Reg: Reg II, pag. 1181 num. 2700.
Lit: Boháček, Das Römische Recht, pag. 300 (vestigia iuris civilis).

In tergo chartae manu saec. XIII. scriptum legitur: „Privilegium de censu dando pro decima in Dobrsiechowicz“ *(H).*

Scriba: ignotus; seu monasterii in Ostrov, seu fratrum Praedicatorum proprius.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Ostrov (B), Ordo fratrum Praedicatorum (H), Crucigeri cum stella rubea (U).

Otto, miseracione divina abbas monasterii sancti Iohannis Baptiste in Insula, totusque conventus ordinis sancti Benedicti, Pragensis dyocesis, Christi fidelibus universis salutem in Domino. Quoniam actus humanos oblivio nover‖ca facile a memoria deliniret, nisi litterali testimonio ad memoriam perhennirentur sempiternam, vestram igitur nosse volumus universitatem, quod causam, que inter nos ex una parte et magistrum[1] et fratres domus hospitalis ‖ sancti Francisci in Praga de ordine Stellatorum cum cruce, ordinis sancti Augustini, ex altera super decimis, quas de curia sua in villa Dobrehouich super Misam sita, monasterio nostro reddere consueverunt ab antiquo, verte‖tebatur,[a] attendentes, quod viris religiosis magis expedit contemplacioni vacare quam causis quibuslibet insistere, nam aput deum meritorium est abhorrere lites et exsecrari, mediantibus viris providis et honestis, quorum nomina subscribentur, ad concordiam summatim et sine strepitu iudicii perduximus in hac forma; quod magister et fratres prefate domus annis singulis in festo beati Martini[2] duas markas[b] argenti in pondere Pragensi persolvent monasterio nostro in omnem eventum nomine decimarum nullo casu fortuito dictam solucionem inpediente seu minuente, preterquam si per vim sine sua culpa predicte ville possessionem ammiserint[b] corporalem. Si vero alias ob necessitatem aut utilitatem domus ipsorum eandem villam eos alienare contingat, non aliter eam alienabunt quam sub eiusdem honere pensionis, ita quod res transeat cum honere suo, prout statuta canonum innuunt evidenter.[3] Acta sunt hec Prage anno Domini millesimo CC°LXX°V°, in die sancte Agnetis virginis in domo fratrum Predicatorum presentibus et ordinacionem istam procurantibus: domino Cunone decano et Fridrico scolastico Wissegradensibus,[c] domino Anthonio scolastico Pragensi, domino Gothfrido preposito Thinensi, domino[d] Rudolfo archi-

diacono Sachensi[e] et aliis pluribus sub fratre Merbotone magistro et priore Conrado domus hospitalis. In cuius rei memoriam et perpetuum robur firmitatis presentes venerabilis patris domini nostri episcopi[4] et nostris ac supradictorum dominorum sigillis volumus communiri.

Sigilla: in scidulis membranaceis decem appendent seu appendebant; 1) Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto illaesum. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2; 2) Ottonis, abbatis monasterii in Ostrov, illaesum. Vide Sigilla num. 3, 3; 3) Conventus monasterii in Ostrov valde laesum. Vide Sigilla num. 3, 4; 4) Cunonis, decani Wissegradensis, e cera fusce-rubri coloris, paulum laesum. Vide Sigilla num. 3, 53; 5) Friderici, scholastici Wissegradensis, paulum laesum. Cf. Sigilla num. 3, 54; 6) Antonii, scholastici Pragensis, fere illaesum. Vide Sigilla num. 3, 44; 7), 8) avulsa et deperdita sunt; 9) Rudolphi, archidiaconi Sacensis, illaesum. Vide Sigilla num. 3, 48; 10) avulsum et deperditum est.

---

765. [a]) *Ita A; in fine unius et in initio alterius lineae syllaba* ‚te' *scripta est.* — [b]) *Ita A.* — [c]) ‚Wissegradẽn' *A.* — [d]) *Vox in loco raso videtur esse scripta in A.* — [e]) *Littera* ‚h' *in loco raso scripta est in A.*

[1]) *Merbotonem; vide inferius.* — [2]) *Nov. 11.* — [3]) *Hoc loco nullus definitus articulus iuris canonici codicis censetur.* — [4]) Johannis.

766.

Laurentius, Wissegradensis et Boleslaviensis canonicus, de consensu sui capituli curiam cum terra in [Vysoká] Libeň sitam cuidam Sigefrido sub certis condicionibus iure Theutonico locat.

In capitulo Boleslaviensi 1275 ian. 21.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 848) asservatur (A).[1]

Reg: Reg IV, pag. 732 num. 1837. — Schieckel, pag. 249 num. 1062 (ex A).
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 157 (rei deliberatio).

In tergo chartae manu registratoris ordinis Theutonicorum (?) saec. XIII. scriptum legitur: „De curia in Lubyn" *(O).*

Scriba: ignotus, fortasse Boleslaviensis ecclesiae proprius.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Autographum, cuius charta replicata imperfecta est, in membrana sigillo capituli Boleslaviensis prius munita (vide n. e) videtur esse scriptum. Alterum sigillum (vide sub Sigillis) textu chartae iam finito appensum est.
Vide: II. 3, Stará Boleslav, ecclesia capitularis (B), 4 b, De chartae apud locatores usu (T).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Notum sit universis presens scriptum inspecturis, quod ego magister Laurencius, Wisse‖gradensis et Bolezlauiensis canonicus, curiam cum terra et omnibus pertinenciis in Luben sitam, ad meam prebendam Bolezlauiensem pertinentem de consilio et consensu ‖ domini decani Wsezlai et scolastici Theoderici tociusque capituli Bolezlauiensis viro bono et honesto Sefrido locavi in iure

Tevtonico sub ac[a] forma: quod || idem Sefridus et sui heredes legitimi mihi et meis successoribus singulis annis persolvent duas marcas argenti puri in pondere Pragensi, videlicet in festo sancti Georgii[2] unam marcam et alteram in festo beati Galli[3] in Bolezlaw vel in civitate Pragensi; et si in tempore statuto persolvere neglexerint, extunc pro quolibet die ad penam domino suo secundum ius Tevtonicum tenebuntur. Pro honoribus autem particularibus, quos coloni suis dominis dare consueverunt in ovis et pullis et consimilibus, singulis annis duos solidos denariorum Pragensium mihi et meis successoribus persolvent. Item Sifridus et sui heredes me et meos successores cum tribus vel quatuor equitaturis tribus diebus quolibet anno honeste recipient et procurabunt in expensa honorifice preter vinum et medonem, que ex debito dare non tenebuntur, nisi ex sua hoc facere decreverint honestate. Si autem ipsam curiam aliquo casu cum suis pertinenciis vendicioni exponere contin[ger]it[b] et si idem Sifridus vel sui heredes legitimi voluerint et poterint dare domino, qui tunc fuerit predicte curie possessor, pecuniam, quam viri honesti et boni pro ipsis bonis decreverint fore dandam, tunc a nullo alio,[c] set ab ipsis predicte curie pecunia recipietur, ut propter hoc melioracioni bonorum ipsorum magis ex animo sint intenti. Si vero inter d[ominu]m, qui predicta bona possidebit,[d] et Sefridum vel suos heredes aliqua questio emerget, nusquam alias nisi in Bolezlaw sentencialiter debet terminari. Ut autem hec firma atque [ra]ta permaneant, presentem paginam sigillo capituli Bolezauiensis[a] et sigillo meo proprio feci roborari. Testes autem, qui presentes fuerunt, hic sub[sc]ribuntur: Wsezlaus decanus, Petrus custos, Wlricus, Bonifacius, Conradus, Suatozlaus, Asellus canonici Bolezlauienses, Conradus apotecarius Pra[gensi]s. Acta sunt[e] hec in capitulo Bolezlauiensi anno Domini M°C°C°LXXV°, in die beate Agnetis virginis.

Sigilla: duo in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris appendent; 1) ecclesiae Boleslaviensis paulum laesum. Vide Sigilla num. 3, 36; 2) Laurentii, canonici Wissegradensis et Boleslaviensis, illaesum fere. Cf. Sigilla num. 3, 57.

---

766. *[a]) Ita A. — [b]) Quae hic et inferius uncis clauduntur, cum membrana destructa perierunt in A. — [c]) Super linea additum est in A. — [d]) Post vocem scriba ‚vel' scripsit, sed statim erasit in A. — [e]) Sequuntur duo foramina ad sigillum appendendum, quae scriba vitavit in A.*

[1]) *E chartis a. 1207 et 1237 datis (vide CDB II, pag. 62 num. 67 et CDB III, pag. 199 num. 162) docemur iam tum villam Vysoká Libeň in possessione militum domus Theutonicorum fuisse. Nescientes autem, quo annorum intervallo curia cum terra, quae per chartam A locatur, in manibus capituli Boleslaviensis fuerit, terminum traditionis chartae A ad milites Theutonicos statuere non possumus. Si additio notarum in tergo chartae per nos facta locum habeat, illud ex. saec. XIII. accidisse pro certo haberi possit. — [2]) Apr. 23. — [3]) Oct. 16.*

767.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterium in Osek a sarcina, vulgariter osada nuncupata, eximit, beneficiariis suis inhibens, ne idem monasterium in iuribus expresse nominatis impediant.

Viennae 1275 febr. 6.

Autographum in membrana scriptum in SAR Litoměřice (archivum mon. in Osek, sign. ŘC Osek num. 6) asservatur (A). — Apographum exstat in copiario membr. saec. XIV. medii „Codex Damascus" *dicto, ibidem (sign. ŘC Osek) asservato, fol. 7ᵛ—8 (B).*

Reg: Scheinpflug, Die Urkunden, pag. 38 num. 15. — Reg II, pag. 390 num. 939.
Lit: Vaněček, Základy III, pag. 80 (rei deliberatio). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 347, 378 n. 377, 383 n. 389 (Os 5).

In tergo chartae manus saec. XIII. scripsit: „De ozzadis" *(A).*

Scriba: P II 87 = cancellariae regiae (partis Bohemicae) proprius, qui et chartam Cunegundis, Bohemiae reginae viduae, Pragae 1278 oct. 9 datam (Reg II, pag. 1228 num. 2800) scripsit. Exempla script. num. 1 a, 71.
Dictator: idem atque scriba, qui proprietatibus stili magistri Henrici necnon magistri Johannis usus est.
Membranae inferior pars sinistra una cum scriptura (vide n. c), cum charta replicata et cum sigillo abscissa est.
Vide: II. 1ᵉ a, P. O. II., P II 87 (A), 3, Osek (I).

Nos Ottakarus, dei gracia Boemie[a] rex, dux Austrie, Styrie, Karinthie, || marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, in pu||blicam devenire noticiam cupimus per presentes, quod venerabiles nobis et[b] deo dilectos abbatem[1] et conventum in Ozzek ab occupacionis sarcina, vulgariter ozzada nuncupata, qua mediante citacionum communiter fieri consueverunt edicta, eximendos duximus de nostre potestatis plenitudine et de gracia speciali, auctoritate presencium perpetuo inhibentes, ne qui beneficiariorum regni nostri ipsum abbatem et conventum tam in premisse ozzade repeticione quam in iurisdiccionibus circa exercenda iudicia in bonis ipsorum quibuslibet contra tenorem privilegiorum, que habere noscuntur a nostris progenitoribus,[2] deinceps debeant aliquatenus impedire. Ad cuius rei evidenciam et cautelam presentem paginam eisdem abbati et conventui dari mandavimus sigillorum nostrorum munimento vallatam. Datum Wienne per manus magistri Henrici prothonotarii regni nostri, anno Domini M°CC°LXXV°, octavo idus februarii, coronacionis nostre faven[te divina providencia][c] anno XIIII°, indiccione III[a].

Sigillum: fortasse in scidula membranacea appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

---

767. [a]) ‚Boem̃' *A.* — [b]) *E quadam conspicue parva littera corr. est in A.* — [c]) *Quae uncis clauduntur, cum membrana destructa perierunt in A; voces ex B supplevimus; tenorem chartarum num. 682 et 689 autem respicientes concedimus loco vocis* ‚providencia' *in autographo vocem* ‚clemencia' *exstitisse.*

[1]) *Fortasse Henricum.* — [2]) *Cf. chartam spuriam in CDB II, pag. 375 num. 357 et hoc tomo num. 667*⁺ ⁺.

768.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, beneficiariis regni sui mandat, ne monasterium in Osek in iurisdictionibus molestent.

Viennae [1275][1] febr. 6.

Autographum in membrana scriptum in SAR Litoměřice (archivum mon. in Osek, sign. ŘC Osek num. 5) asservatur (A).

Reg: Scheinpflug, Die Urkunden 7, pag. 190 num. 6.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 378 n. 377, pag. 384 n. 393, 394.

In tergo chartae manus saec. XIII. scripsit: „Conformatio *(sic)* omnium privilegiorum" *(A).*

Scriba: P II 88 = ignotus. Exempla script. num. 1 a, 72.
Dictator: ignotus, qui textu chartae praecedentis (num. 767) usus est; quae ex ea sumpta sunt, litteris minoribus exprimuntur.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 3, Osek (K).

O.,[2] dei gracia Boemie[a] rex, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus || Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, dilectis fidelibus suis, universis beneficia-||riis regni sui graciam suam et omne bonum. Mandamus vobis expresse nostre || gracie sub obtentu, quatinus venerabiles nobis et deo dilectos ..[3] abbatem et conventum in Ozzek* contra tenorem privilegiorum ipsorum[4] in iurisdiccionibus eorum non debeatis aliquatenus molestare, usurpando ea[b] vobis iniuriose, que ipsis per privilegia sunt concessa. Datum Wenne[c] VIII[o] idus februarii.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., in tergo mandati scidula membranacea duabus incisionibus traiecta impressum erat; nunc fragmentum tantum partis maiestaticae eiusdem extra chartam asservatum restat. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II.

---

768. [a]) ‚Boēm' *A.* — [b]) *Voci uncus superpositus est in A.* — [c]) *Ita A.*

[1]) *Mandatum inditione anni caret. Ad a. 1275 ponitur, quia argumento suo cum num. 767 cohaeret.* — [2]) *Přemysl Otakarus II.* — [3]) *Fortasse Henricum.* — [4]) *Vide num. 767 n. 2.*

769.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, Gregorio X. papae promittit se in subsidium Terrae sanctae post quadriennium procedere velle rogatque eum, ut quaestionem super iuribus erga Austriam et alias terras expresse nominatas inter se et Rudolphum, in regem Romanorum electum, vertentem post reditum suum de partibus transmarinis dignetur diffinire; litterae eiusdem tenoris, sicut expresse commemoratur, iam dudum per regis nuntios debebant exhiberi.

Pragae 1275 mart. 9.

Autographum valde laesum[1] in membrana scriptum in archivo secreto Vaticano Romae (sign. A.A. Arm. C, num. 127) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 142 num. 103 (ex A).
Reg: Palacký, Reise, pag. 45 num. 357 (ex A). — Böhmer, Add. sec., pag. 452 num. 278. — Reg II, pag. 392 num. 946 (plenus textus praebetur). — Kehr, Kaiserurkunden, pag. 357 num. 32 (ex A).

Lit: Palacký I. 2, pag. 117 (rei deliberatio). — Chmel, Habsburgische Excurse, pag. 227 ss. (textus litterarum diligenter explicatur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 271, 307, 308, 310, 389 n. 419 (P 1).

Scriba: O 84 = cancellariae regiae (partis Austriacae) proprius.
Dictator: ignotus, haud dubie curiae regis proprius, qui textum litterarum, quarum superius mentio fit, videtur repetere.
Vide: II. 1 a, P. O. II.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo Gregorio, sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, O.,[2] dei gracia Boemorum[a] rex, dux Austrie, Styrie || et Karinthie[b] marchioque Moravie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonys, cum reverencia devota pedum oscula beatorum. Sanc||titatis vestre archanum petimus non latere devocionem, quam progenitorum nostrorum prioritas memoranda sui regni temporibus erga || Romanam ecclesiam, matrem sanctam, fideliter habuit et constanter, quorum utique in nobis, tanquam devocionis filium, eadem suos[c] extendit propagines longiores. Ideoque sacri vestri concilii[3] piis hortatibus promptius allecti et devocius invitati, sanctum et laudabile propositum vestrum circa redemptionem Terre sancte salubriter dispositum et utiliter ordinatum amplectentes devote, veluti filii obediencie, qui nullo unquam tempore recessimus nec etiam recedemus a devocione sancte matris ecclesie ac summorum pontificum voluntate, tam benignitate devota quam reverencia debita suscepimus et suscipimus pacem, quam ad ampliorem promocionem vestri propositi, quod est pium, toti christianitati servandam ad sexennium in sacro vestro concilio iniunxistis et iniunctam denunciastis publice observari.[4] Ad honorem itaque redemptoris nostri et sancte Romane ecclesie nostrum propositum salutare diu mente conceptum desiderio desiderantes opere adinplere in subsidium Terre sancte post quadrigennium nos promptos offerimus in persona propria secundum decenciam nostre magnitudinis processuros ibidemque tamdiu permansuros in servicio dei et Romane ecclesie, quamdiu aliquis regum ex Christi fidelibus continuando statum suum pro inpendendo subsidio Terre sancte traxerit ibi moram. Sane, ut infra idem quadrigennium nos possimus de omnibus terris nostris, videlicet Austria, Styria et Karinthia, Carniola, Marchia et Egra, de quibus vel de quarum aliqua fortassis presumunt aliquis vel aliqui movere nobis indebite questionem, quas tamen inpresenciarum legitime possidere dinoscimur et tenere, in quibus et singulis bonam fidem et iustum habemus titulum in tantum, quod illis reservatis omnibus et retentis bona consciencia audemus, in dei et ecclesie servicio mortis periculo exponere nos et nostros comodius et decencius expedire, ad exequendum et prosequendum desiderium nostrum huiusmodi cum effectu petimus, supplicantes humiliter et obnixe, quatenus nobis et domino Rudolfo, comiti de Habchspurch, electo in Romanorum regem[5] a quibusdam principibus vocem in eleccione habentibus, set non a nobis, qui eligendi de iure ac consuetudine ius habemus, observare ac inviolabiliter retinere pacem, de qua supra tetigimus, specialiter iniungatis, ne propter gravia guerrarum discrimina, que, quod absit, excitarentur inter ipsum et nos forsitan suscitante eadem humani generis inimico, sanctum et salubre propositum vestrum in aliquibus mundi partibus retardetur, cum divina nobis suffragante gracia vestreque paternitatis clemencia annuente tantum possimus subsidium, quantum dictus

electus poterit, inpendere Terre sancte. Hanc eciam peticionem nostram racionabilem et honestam non credimus pati debere repulsam, ne nobis devotissimo Romane ecclesie singulariter denegetur, quod aliis minus devotis in subsidium Terre sancte concessum est generaliter et iniunctum. Ad hec, ne opinio aliqua vel adversariorum nostrorum falsa suggestio vestrum constantem animum moveat ad credendum nos in terris nostris omnibus et singulis, de quibus forte movetur questio, bonam fidem et iustum titulum non habere, neve videamur vestre sanctitatis velle beneplacitum declinare, exnunc paternitatis vestre rectitudini nos submittimus et subicimus, ponentes in manibus vestris, si fas est dicere, super fidem vestram et in animam vestram omnia iura nostra in ipsis terris nobis conpetencia, diffinienda secundum deum et honestatem post nostrum reditum de partibus transmarinis; hoc tamen nobis salvo, quod huiusmodi diffinicio non procedat, nisi prius nostris sollempnibus nunciis, nostris et viris litteratis ac expertis et auttenticis[d] nostris privilegiis, instrumentis fidedignis et legitimis munimentis necnon veracibus documentis[6] plene perfecteque instruamini de iuribus nobis conpetentibus in eisdem, mittendis ad vestram presenciam post paractam[d] peregrinacionem nostrumque felicem reditum de partibus memoratis. Ita etiam nos submisimus et submittimus sanctitatis vestre rectitudini, si dictus electus se eodem modo clementie vestre omnino submittat et subicit in premissis; sique se idem non submiserit, extunc non per nos sed pocius per eundem stabit et staret, quod in manus vestras facta huiusmodi submissio non fuisset; et hoc videat et advertat vestra paternitas reverenda sibique inputet et[e] nobis, quod vestrum beneplacitum declinavit. Ratum etiam et firmum semper habemus, quicquit secundum premissa rectitudo vestra de iure nostro plene instructa tunc secundum deum et honestatem decreverit diffinire. In armario quoque sanctissimi sui cordis vestra pietas id recolligat et recondat, quod eadem diffinicio secundum deum et honestatem, que nobis fieret seu fieri deberet, nobis, quod deus avertat, non redeuntibus, pueris nostris fiat ex paterna clemencia, si itinerando ex casu quocunque mortis naturalis vel casualis utpote per vocacionem dominicam assumamur, vel tempestatibus maris et fluctuum eius motu obrui et dimergi, vel in ore gladii, in bello pro dei servicio contra ascendentes ex adverso voluntarie nitendo, cadere seu occumbere nos contingat. Et ne processus nostri et electi predicti pro inpendendo Terre sancte subsidio dirigendi inpedimenta capiant, expedit, ut utrique nostrum auctoritate apostolica stricto strictius iniungatur, quod alter in alterius preiudicium, dispendium vel gravamen attemptare penitus nil presumat, quodque questiones seu negocia, si qua inter nos sunt et vertuntur, in eo statu, in quo nunc sunt, teneantur et maneant in suspenso, pendente predicto tempore sexennii universitati Christi fidelium pro subsidio Terre sancte generaliter deputato. Damus etiam in testimonium predictorum et maxime submissionis prefate has nostras patentes et autenticas litteras dupplicis nostri sigilli munimine roboratas, que sanctitati vestre dudum per nostros debebant nuncios exhiberi, videlicet per magistrum Theodericum et magistrum Witlonem, dilectos capellanos nostros,[7] licet consilio extranee habito per eos in curia hoc fuerit prepeditum. Datum Prage[f] anno Domini M°CC°LXX quinto, septimo idus martii.[f]

Sigillum: in scidula membranacea appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

---

769. [a] ‚Boem' *A.* — [b] ‚Kar' *A.* — [c] *Ita A pro* ‚suas'. — [d] *Ita A.* — [e] *Ita A pro* ‚nec'. — [f-f] *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1] *Ubi textus in A laesus secundum copiam a v. d. Fr. Palacký confectam et apud Fr. asservatam compleri potuit, statu chartae considerato uncis suo loco positis signare praetermisimus.* — [2] *Přemysl Otakarus II.* — [3] *Lugduni 1274 maii 7 — iul. 17 celebrati. Cf. Potthast II, pag. 1677.* — [4] *Cf. Potthast II, pag. 1686 num. 20925.* — [5] *A. 1273 sept. 29 electus est.* — [6] *Cf. ex. gr. num. 345, 346, 573.* — [7] *Qui litteras Brunonis episcopi domino papae 1274 iul. 12 datas (num. 752) portantes Lugdunum profecti sunt. Cf. Šusta I. 2, pag. 143; magister Theodericus videtur idem esse, qui postea (1281—1302) episcopi Olomucensis munere functus est.*

770.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, Gregorio X. papae conqueritur de eis, quae [Rudolphus], in Romanorum regem electus, contra se egerit, petit sibi et Rudolpho iniungatur, ne alter in alterius praeiudicium aliquid attemptet; ad expeditionem in subsidium Terrae sanctae se offert petens, ut decimae cleri terrarum suarum et ducatuum Poloniae sibi deputentur.

Pragae [1275][1] mart. 9.

Autographum valde laesum[2] in membrana scriptum in archivo secreto Vaticano Romae (sign. A.A. Arm. C, num. 127) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 145 num. 104 (ex A).
Reg: Lichnowsky, Geschichte IV, pag. 558 num. 258 b. — Palacký, Reise, pag. 45 num. 358 (ex A). — Böhmer, Add. sec., pag. 452 num. 279. — Monumenta Zollerana VIII, pag. 98 num. 163. — Reg II, pag. 394 num. 947 (plenus textus praebetur). — Kehr, Kaiserurkunden, pag. 357 num. 31 (ex A). — Koch-Wille, Regesten, pag. 54 num. 939. — Nürnberger Urkundenbuch, pag. 312 num. 511.
Lit: Palacký I. 2, pag. 118 (pars textus typis edita et in linguam Bohemicam translata affertur). — Chmel, Habsburgische Excurse, pag. 230 ss. (textus litterarum diligenter tractatur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 270, 304, 307, 310, 389 n. 420 (P 2).

Scriba: O 72 = cancellariae regiae (partis Austriacae) proprius.
Dictator: ignotus, haud dubie curiae regis proprius; quae typis minoribus exprimuntur, e charta num. 769 sumpta sunt.
Vide: II. 1 a, P. O. II.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo G.,[3] sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, O.,[4] dei gracia Boemorum[a] rex, dux Austrie, || Styrie et Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre et Portus Naonis, cum omnimoda reverencia devota pedum oscula || beatorum. Sanctitatis vestre littere nobis et venerabili patri domino ..,[5] Olomucensi episcopo, novissime destinate[6] per dilectos capellanos nostros || magistros Wittelonem et Theodricum in finali clausula continebant, quod iidem nostri nuncii quedam nobis proponerent ministerio vive vocis. Qui pretextu eiusdem clausule de

parte paterne clemencie vestre inter alia referebant, quod nos et electus in Romanorum regem[7] a quibusdam principibus vocem in eleccione habentibus, sed non a nobis, qui in eleccione huiusmodi tam de iure quam approbata consuetudine similiter ius habemus, stare deberemus ordinacionibus ipsius domini episcopi Olmucensis super universis et singulis questionibus, que vertuntur, seu verti sperantur, inter nos et ipsum electum. Quibus mandatis, veluti devocionis filii, per ipsum episcopum requisiti, quantum in nobis fuit, stare prompti fuimus et parere; sed dictus electus per eundem episcopum similiter requisitus pendente negocio sub requisicionis pendulo in curia apud Nv̊renberch celebrata[8] quedam de facto in nostri honoris dispendium et terrarum nostrarum non modicum detrimentum attemptare per suas sentencias nitebatur et adhuc nititur et per sua placita omni iuri contraria malum nobis multipliciter contra iusticiam machinatur, tanquam hostis noster publicus et adversarius manifestus, cum nullus fungi iudicis officio ac vice actoris uti valeat, et specialiter in propria sua causa, nec alium sibi possit substituere iudicem, qui a parte adversa eque suspectus habetur, seu maiori suspicione notatur, utpote Ludwicus, comes palatinus Rheni et ..,[9] purchravius Nv̊renbergensis, et quidam alii, quorum nutibus annuens contra racionis debitum nos gravare in principatibus sive terris, quos et quas bona fide et iusto titulo obtinemus ab imperatoribus et regibus quondam Romanis clare memorie et ab aliis, quorum interest, prout suo tempore legitimis documentis poterimus conprobare.[10] Porro, si propositum salutare, quod dudum concepimus dei gracia inspirante, sicut per alias nostras literas vestre intimavimus sanctitati,[11] nos contingerit secundum desiderium nostri cordis prosequi cum effectu, divina nobis opitulante gracia vestroque beneplacito accedente et nos prosequente favorabiliter et paterne, credimus expedire, immo necessarium scimus esse, ut nobis et electo predicto auctoritate apostolica stricto strictius iniungatur, ne alter in alterius preiudicium seu terrarum ab altero possessarum dispendium, aliqua presumat interim attemptare, ne forte humani generis inimico gwerrarum discrimina suscitante, quod absit, subsidium Terre sancte et Christi fidelibus inpendendum per eadem in parte aliqua retardetur. Non tamen hoc propter timorem cuiusquam nostri hostis vel adversarii dicimus, quibus dante Domino resistemus potenter, viriliter et decenter, sed ut negocium Terre sancte, cui re vera nostra intendit devocio fideliter et ardenter, procedat felicius et inpedimento cessante salubrius possit et maturius expediri. Unde requirimus vestram clemenciam, ut si simus utiles et necessarii pro inpendendo eodem subsidio Terre sancte, ad quod fideliter et devote offerimus nos et nostra, extunc uxori nostre domine regine[12] parvulisque nostris utriusque sexus[13] et omnibus terris, quas inpresenciarum dinoscimur possidere, per annos, quibus nos aptabimus nostraque negocia disponemus ad inpendendum subsidium ipsi Terre sancte quibusque nos expedit cum armata militia in dei servicio continuare in transmarinis partibus statum nostrum, a sanctitate vestra, quantum in ea est, pacis puritas et votiva tranquillitas preparetur, adeo quod et dicta domina regina, pueri, regnum, principatus et universi inhabitatores eorumdem interim optata tranquillitate muniri valeant et gaudere et specialiter per sexennium, per quod pacem ad ampliorem promocionem vestri pii propositi toti christianitati servandam in sacro vestro concilio[14] iniunxistis et iniunctam denunciastis publice observari, ne nobis devotissimo Romane ecclesie, quod absit, singulariter dene-

getur, quod aliis minus devotis in subsidium Terre sancte concessum est generaliter et iniunctum. Sique hoc onus laboriosum et ministerium onerosum prestandi subsidium Terre sancte speciali vestro beneplacito et assensu nos assumere voluerit vestra magnificencia et subire, petimus cum affectu nobis in subsidium decimas cleri regni et principatuum nostrorum necnon omnium ducatuum Polonie de vestra speciali gracia deputari, certissimum hoc habendo, quod nichilominus nos et totum posse nostrum eidem negocio efficaciter prosequendo fideliter inpendemus, pro illius et vestra reverencia, qui se ipsum pro salute nostra inpendere, immo morti et crucis patibulo exponere non expavit. Et super hiis pietatis vestre beneplacitum petimus instanter nobis celeriter intimari, maxime cum circa dictum negocium Terre sancte periculum sit in mora, sicut plenissime ac per experienciam paternitas vestra novit. Et ut nullum super premissis et promissis huiusmodi dubium haberetur, magistrum Theodricum, Pragensis ecclesie canonicum,[15] dilectum capellanum nostrum, ad vestram presenciam duximus destinandum, dantes eidem specialem et plenariam potestatem in animam nostram iurandi, quod premissa omnia fideliter prosequemur et efficaciter exequemur, si et vestra paternitas supradictis, ut premisimus, duxerit favorabiliter annuendum. Alioquin nos, licet invitos, habere oportebit recursum, quod tamen salva reverencia vestra dicimus, ad remedia conpetencia iuri nostro et subsidia oportuna,[b] numquam tamen volentes, quantum in nobis est, fide et devocione recedere a sancta Romana ecclesia, quam nostram et omnium Christi fidelium scimus et recognoscimus nunc et semper matrem, dominam et magistram. Datum[c] Prage septimo idus marcii.[c]

Sigillum: avulsum et deperditum est.

---

770. [a]) ‚Boẽm' *A.* — [b]) *Ita A.* — [c-c]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Charta nota anni caret; eam simul cum charta num. 769 datam esse pro certo haberi potest.* — [2]) *Ubi textus in A laesus secundum copiam a v. d. Fr. Palacký confectam et apud Fr. asservatam compleri potuit, statu chartae considerato uncis suo loco positis signare praetermisimus.* — [3]) *Gregorio X.* — [4]) *Přemysl Otakarus II.* — [5]) *Brunoni.* — [6]) *Litteras ignoramus.* — [7]) *Rudolphus.* — [8]) *1274 nov. 19.* — [9]) *Fridericus.* — [10]) *Vide num. 345, 346, 573, 603.* — [11]) *Vide litteras praecedentes num. 769.* — [12]) *Cunegundi.* — [13]) *Cunegundi, Agneti, Venceslao.* — [14]) *Lugduni 1274 maii 7 — iul. 17 celebrato; cf. num. 769 n. 3.* — [15]) *Cf. num. 769 n. 7.*

771.+

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, profitetur se a Miroslao, praeposito in Chotěšov, summam CCXX marcarum argenti, quam idem praepositus H., iudici de Dobřany, solvere debuisset, recepisse.

Pragae 1275 mart. 10.[1]

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Chotěšov, sign. L IV ŘP Chotěšov num. 22) asservatur (A). — Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. „Annales monasterii Cotieschouiensis“ *intitulato, in UK Pragae (sign. XV B 4) asservato, pag. 134—135 num. 7 (B).*

Ed: Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 493 num. 33 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 452 num. 280. — Reg II, pag. 396 num. 948.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 384 n. 390.

In tergo chartae manu saec. XIV. scriptum est: „Super bona Crebsonis in Dobersan". *Ibidem et in charta replicata textus manu saec. XVII. copiatus est.*

Scriba: P II 89 = destinatarii proprius, qui etiam chartas num. 679 A 1 et 680 scripsit. Exempla script. num. 1 a, 73.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba.
Charta cum titulo erroneo (vide n. b) certe apud destinatarium suum exarata tempore, quo magister Henricus regulariter chartas regias scripsit, vix sincera esse potest.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 3, Teplá-Chotěšov (O).

Nos Othakarus, dei gracia rex Boemie,[a] dux Austrie, Stirie, Karintie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchio,[b] || Egre ac Portus Naonis, universis, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, declaramus, quod pro VI || laneis, molendinis et aliis bonis, que quondam H.,[c 2] iudex de Dobersano, Mirozlao, venerabili preposito in Chotes||sowiz, pro CCC et XXX marcis argenti vendidit, idem M. eundem[d] H. in[d] C et X marcis argenti in Cladruna expedivit, reliquas vero CC et XX marcas argenti pro eo, quod prefatus H.[c] nostros cives in Misa, Chwalonem et Pesoldum, pociores nulla precedente sentencia in vindictam proprii animi temere decollavit, pro tali culpa se de captivitate nostra liberans, nobis apud dominum prepositum Chotessowicensem nullo contradicente libere assignavit; quas quidem CC et XX marcas argenti a prefato preposito nos profitemur presentibus recepisse. In cuius rei testimonium presentes fieri et sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum et datum Prage anno Domini M°CC°LXXV°, idus marcii VI°.[e]

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in scidula membranacea sigilli fragmentum tantum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

771. [+] *a)* ‚Boẽm' *A.* — *b) Ita A.* — *c)* ‚Crebso' *B.* — *d-d)* ‚Crebsonis nomine' *B.* — *e) Numerale deest in B; cf. n. 1.*

[1]) *Etiam terminus mart. 15 deliberandus est; vide n. e.* — [2]) *Plenum nomen ignoramus; cf. n. c et d-d nec non in apparatu notam in tergo chartae.*

772.

Johannes, episcopus Pragensis, omnibus, qui monasterium in Raitenhaslach in diebus dedicationis principalis eius ecclesiae visitaverint, indulgentias concedit.

Pragae 1275 mart. 14.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Monacensi (sign. KU Raitenhaslach 172) asservatur (A).

Ed: Krausen, Die Urkunden des Klosters Raitenhaslach, pag. 267 num. 334 (ex A).
Lit: Nový, Listiny, pag. 67, 68 (dictatorem chartae recte statuit, autographum ignorans). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 61 (formularius chartarum indulgentiarum).

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide et num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: J III 6, qui auctor est formularii chartarum indulgentiarum (cf. in Lit).
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (III), J III 6 (U).

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, || salutem in Domino. Devotionem vestram quasi per premia salubriter invitare volentes, omnibus || vobis vere penitentibus et confessis, qui ad dedicationem ecclesie principalis monaste||rii de Rathenhaselach,[a] Cisterciensis ordinis, Salcheburgensis dyocesis, quandocumque eam[b] contigerit dedicari, et in aniversario die dedicationis ipsius ac usque ad octavas dedicationis eiusdem[c] causa devotionis accesseritis, centum et XX dies iniuncte penitentie de licentia et assensu venerabilis patris domini Salcheburgensis archiepiscopi,[1] loci dyocesani, prout in ipsius litteris contineri vidimus,[2] misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium hanc litteram sigilli nostri caractere duximus roborandam. Datum Prage anno Domini M°C°C°LX°X°V°, II idus marcii,[d] pontificatus vero nostri anno XVII.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

772. [a]) *Ex* ‚Rât͡tehaselach' *videtur esse correctum in A.* — [b]) *Locus rasus, ubi primum fortasse* ‚dedic' *scriptum erat, sequitur in A.* — [c]) *Abbreviatura* ‚us' *postea videtur esse addita in A.* — [d]) *Post vocem* ‚marcii' *scriba solitum conclusionis signum posuit in A.*

[1]) *Friderici.* — [2]) *Litteras ignoramus.*

773.

Johannes, episcopus Pragensis, personis ecclesiasticis [Pragensis dioecesis] expresse nominatis inter alia mandat, ut ad commodum monasterii in Waldsassen sententiam excommunicationis contra invasores ecclesiae in Planá ad idem monasterium pertinentis prolatam in omnibus archidiaconatus Zatecensis ecclesiis et per totum decanatum Teplensem publicent.

Pragae [1275][1] mart. 18.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Monacensi (sign. KU Waldsassen 72) asservatur (A).

Reg: Gradl, Monumenta, pag. 109 num. 300 (erronee ad mart. 16). — Reg IV, pag. 733 num. 1838 (e Gradl, ad mart. 16).
Lit: Nový, Listiny, pag. 67 (dictatorem chartae recte statuit, autographum ignorans).

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide et num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: J III 6, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (KKK), J III 6 (V).

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, dilectis in Christo filiis P.,[2] decano de Mirica, et H.[3] de Lestcow ac O.[3] de Cotem‖plana[a] plebanis salutem in Domino. Cum de mandato precordialis domini nostri Ottacari, Boemie[b] regis christianissimi, ‖ ducis Austrie, Stirie et Karintie, marchionis Morauie, domini Carneole, Marchie, Egre[c] ac Portus Naonis, ‖ effectum privilegii super ecclesia parrochiali de Plana concessi pietatis intuitu per felicissime[d] reordationis[e] Wenceslaum, olim regem Boemie,[b 4] patrem eius, honestis et religiosis viris, abbati videlicet et[f] conventui[f] de Waltsassen, Cisterciensis ordinis, Ratisponensis dyocesis,[5] modo debito prosequentes, discretis viris Theodrico de Cadan et Sifrido de Slaukenuerd, decanis et plebanis, subditis nostris, dederimus firmiter in preceptis, ut ipsi honorabilem virum dominum Iohannem, nunc abbatem prefati monasterii, aut ipsius nuncios, eius et conventus sui nomine in possessionem dicte ecclesie de Plana inducerent corporalem ac inductum defenderent,[g] contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo, ipsique decani tamquam veri filii obedientie mandatum nostrum licitum atque iustum in hac[h] parte fideliter, prout decuit, exequendo, propter obstaculum et rebellionis maxime pertinaciam evidentem, quam ibidem invenire eos contigit, ecclesiam memoratam et capellam sibi iure filiali subiectam de Plana predicto abbate prefato in possessionem eius inducto ecclesiastico subiecerint interdicto, generalem excommunicationis sententiam[i] in scriptis proferentes contra quoslibet sine expressione alicuius nominis, qui eos et ipsum abbatem ac eius confratres et monachos, quos ibi idem abbas dimiserat loco sui, impediebant et impedirent imposterum, quominus ipsi possiderent ecclesiam iamdictam cum omnibus suis pertinentiis pacifice et quiete, sicut eis donata exstitit in perpetuum, quemadmodum in predicto privilegio Wenceslai regis plenius continetur; nos vero[k] ad instanciam abbatis eiusdem, accedente ad hoc nichilominus voluntate predicti domini nostri regis et precepto nobis de ore ad os tradito, tam interdicti in ecclesiam prehabitam de Plana et capellam eius prefatam, quam excommunicationis premisse sententias ratas habentes et gratas, auctoritate, qua fungimur, exigente officii nostri debito curavimus confirmare. Et quia nichil creditur actum, cum aliquid superest ad agendum, discretioni vestre in virtute sancte obedientie et sub pena canonica districte precipiendo mandamus, quatinus sententiam excommunicationis predictam per nos confirmatam in omnibus archidiaconatus Zatchensis ecclesiis[l] et precipue in sepedicta ecclesia de Plana necnon per totum decanatum Theplensem, ubicumque et[f] quandocumque[f] requisiti fueritis et videbitur expedire singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis sollempniter publicetis, excommunicantes et excommunicationis etiam denunciantes simili sententie subiacere modo iamdicto quemlibet, qui in predicta ecclesia de Plana et capella ipsius prefati interdicti tempore officia celebrare divina vel in ipsarum cimiteriis mortuorum presumpserint corpora sepelire, ut ab universis Christi fidelibus artius evitentur, donec a nobis in forma ecclesie fuerint absoluti. Quicumque autem mandatis vestris obe-

dire noluerint in denunciacione facienda predicta, illos ad id per censuram ecclesiasticam compellatis, alioquin prefatam penam canonicam vos noveritis incursuros. Quodsi non omnes hiis exequendis potueritis interesse tu, decane, cum uno socio ea fideliter exequaris. Datum Prage XV kalendas aprilis, pontificatus nostri anno XVII.[m]

Sigillum: scidula membranacea ex autographo ipso scissa dependebat; nunc autem avulsum et deperditum est.

---

773. [a]) *Etiam* ‚Cotempllana' *legi potest in A.* — [b]) ‚Boẽm' *A.* — [c]) *In loco raso, ubi primum fortasse denuo nomen* ‚Marchie' *scriptum erat, scriptum est in A.* — [d]) *Litterae* ‚ssi' *in loco raso scriptae sunt in A.* — [e]) *Ita A.* — [f-f]) *Cum signo reclamatorio super linea additum est in A.* — [g]) *Post vocem scriba* ‚p' *scripsit, litteram erasit et porro scripsit in A.* — [h]) *Sequitur signum interpunctionis super linea positum, sed sensu carens in A.* — [i]) *Littera* ‚m' *ex* ‚n' *correcta est in A.* — [k]) *Vox super linea addita est in A.* — [l]) *Ultima littera* ‚s' *e longa in rotundam correcta est in A.* — [m]) *In chartae angulo dextro inferiore fortasse probatio pennae apparet in A.*

[1]) *Cf. num. 148 n. 1.* — [2]) *Priboni.* — [3]) *Plenum nomen ignoramus.* — [4]) *Obiit 1253 sept. 22.* — [5]) *Cf. chartam Venceslai I. in Starý Hrádek 1251 mart. 13 datam (CDB IV, pag. 370 num. 207).*

774.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio in Kladruby donationem bonorum Semislai de Chválenice confirmat.

Pragae 1275 mart. 19.

Autographum in membrana scriptum, olim in archivo mon. Cladrubensis asservatum, nunc Viennae in collectione chartarum (sign. num. 253) instituti, quod Institut für österreichische Geschichtsforschung appellatur, exstat (A). — Apographum saec. XVII. exstat in Libro privilegiorum monasterii Cladrubensis chart. in SÚA Pragae (sign. RKP 3471) asservato, tom. I (a), fol. 86^{v} —87^{v} (B).

Reg: Reg II, pag. 396 num. 950 (ex B). — Reg II, pag. 1181 num. 2701 (ex B, fol. ‚867' *erronee allato).*
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 279, 346, 382 n. 382 (Cl).

Scriba: P II 84, qui fortasse in cancellaria regia per occasionem scripsit. Cf. Exempla script. num. 1 a, 67.
Dictator: fortasse idem atque scriba, in cuius opere proprietates stili cancellariae regiae, praecipue magistri Henrici et libri formarum apparent.
Vide: II. 1 a, P. O. II., P II 84 (B), 3, Kladruby (G).
Autographi rationem habere non potuimus, imagine phototypica a v. d. H. Fichtenau benignissime nobis transmissa usi sumus.

In nomine sancte ac individue trinitatis amen. Othakarus, dei gracia Boemie[a] rex, dux Au‖strie, Styrie et Karinthie marchioque Moravie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, ‖ omnibus in perpetuum. Etsi ex regie liberalitatis clemencia devotorum votis occurrere debe‖amus ipsorumque merita graciosius prevenire, illos tamen amplioribus debemus commodis decorare, quos videmus ex illibata sue fidei puritate peramplius convertere tocius sollicitudinis sue curas, qualiter regiis beneplacitis obsecun-

dent. Cum igitur dominus Renherus, venerabilis abbas Cladrubensis ecclesie, per multa inmense devocionis sue studia se nostre celsitudini gratum reddiderit et acceptum, expedire censemus, ut suis peticionibus, quibus donacionem per Zemizlonem de Chwalenicz quorundam bonorum factam ecclesie Cladrubensi postulat auctoritate regia confirmari, assensum favorabilem prebeamus; unde, ut eadem donacio quoruncumque bonorum ipsius Zemislonis firme stabilitatis robora sorciatur nec in posterum aliquibus valeat ingeniis infirmari, ipsam ratam habemus et gratam, bona taliter donata ab ipso Z. ecclesie Cladrubensi predicte ex plenitudine potestatis regie de certa nostra consciencia favorabiliter confirmantes. In cuius confirmacionis nostre testimonium presentes litteras perpetuo valituras sepedicte Cladrubensi ecclesie damus nostrorum sigillorum inpressionibus communitas. Actum et datum Prage anno Domini millesimo ducentesimo LXX°V°, quartodecimo kalendas aprilis.

Sigillum: in scidula membranacea appendebat; nunc autem avulsum et deperditum est.

774. a) ‚Bo͡em' *A.*

775.

Johannes, episcopus Pragensis, hospitale [Crucigerorum Stellatorum ad hosp. b. Mathiae Vratislaviae pertinens] in Kłodzko in suam protectionem recipit eique inter alia concedit, ut ibidem capellam construi faciat.

In Roudnice [nad Labem] 1275 mart. 29.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Vratislaviensi (archivum hosp. b. Mathiae Vratislaviae, sign. num. 11) asservabatur, nunc autem latet eiusque imago phototypica tantum restat (A).

Ed: Volkmer-Hohaus, Urkunden, pag. 309 sine num. (ex A).
Reg: Reg II, pag. 397 num. 951. — CDS VII. 2, pag. 215 num. 1485. — Volkmer-Hohaus, Urkunden, pag. 20 sine num.
Lit: Šebánek, Česká listina 3, pag. 107 n. 6 (praesentia advocati et civium in Kłodzko). — Dušková, Formulář Tobiáše z Bechyně, pag. 59 (stilus chartae).

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide et num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: Idem atque scriba.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (LLL), J III 6 (W).
Imaginem phototypicam adversae partis chartae benignissime nobis v. d. H. Appelt ex apparatu diplomatico editionis „Schlesisches Urkundenbuch", *qui Marburgae asservatur, mittendam curavit.*

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, dilectis in Christo filiis ..[1] magistro et fratribus hospitalis in Cladsk salutem in Domino.‖ Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas ‖ postulata vires indubitanter assumat. Eapropter vestris et domine regine Boemie[a] [2] princi-

paliter ac advocati[3] et || civium de Cladsk predicto precibus favorabiliter inclinati vos et hospitale vestrum cum personis omnibus ipsius et familia necnon cum universis rebus et possessionibus tam mobilibus quam immobilibus, que ad ipsum hospitale pertinent et in posterum pertinebunt, in nostram et beatorum Witi, Wenceslai atque Adalberti martirum, Pragensis ecclesie nostre et tocius regni Boemie patronorum, protectionem recipimus specialem, ut in eodem hospitali capellam in honore et memoria sancte Marie virginis gloriose et beati Antonii fundari et construi faciatis, quandocunque expedire videbitur, quodque in eius[b] cimiterio illorum dumtaxat mortuorum corpora, qui in ipso hospitali defuncti fuerint, libere tumulari valeant et per rectorem ipsius capelle, qui pro tempore fuerit, divina ibidem celebrentur officia, et tam sanis quam infirmis in eodem loco degentibus licite exibeantur[c] omnia et singula ecclesiastica sacramenta contradictione qualibet non obstante, auctoritate vobis, qua fungimur, indulgemus, proviso, quod fundatio fiat prehabita per loci archidiaconum vice nostri, cui super hoc litteras nostras transmittimus speciales.[4] In cuius rei testimonium hanc litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum in Rudnich IIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno XVII, anno vero dominice incarnationis M°C°C°LX°X°V°.

Sigillum: in filis sericis appendebat; teste editione superius citata avulsum et deperditum est.

---

775. [a] ‚Boēm' *A.* — [b] *Littera* ‚i' *ex* ‚o' *corr. est in A.* — [c] *Ita A.*

[1]) *Nomen ignoramus.* — [2]) *Cunegundis.* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Litterae non exstant.*

776.

Godefridus custos et canonici ecclesiae Wissegradensis expresse nominati contra litteras Petri, praepositi eiusdem ecclesiae, in causa hospitalis [in Týn] sibi missas, replicant.

[In Vyšehrad 1275][1] apr. 9.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 67) asservatur (A).[2]

Reg: Reg II, pag. 210 num. 546 (integer textus ad a. 1267 positus praebetur).

In tergi chartae dextro angulo superiore manu registratoris ecclesiae Wissegradensis saec. XIII. scriptum legitur: „De decano C." *(O).*

Scriba: ecclesiae Wissegradensis proprius (= W 1). Cf. Exempla script. num. 3, 5.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (GG).

Honorabili viro domino P.,[3] dei gracia preposito ecclesie Wissegradensis, G.[4] custos, F.[5] scolasticus, Bartholomeus, Petrus, Belinensis archydiaconus, || Arnoldus, plebanus

sanctorum Clementis et Laurencii,[6] Bohuslaus, Pliznensis archidiaconus, Laurencius physicus, Heinricus, plebanus de Curim, eiusdem || ecclesie canonici, debitam reverenciam cum honore. Litteras dominacionis vestre,[7] in quarum salutacionis exordio note nos infamie coniecimus || involutos, pro tanto, quod exclusis[a] quibusdam capituli nostri dominis nobis pre aliis scripseritis, vidimus et tenorem earum, in quo sub testimonio Altissimi in omnibus agendis vestris circa nos et ecclesiam nostram et specialiter inter nos et decanum nostrum[8] nostris vos consiliis adhesisse asseritis, perspeximus diligenter. Super quo, iuxta quod eciam scriptis vestris petivistis, non sine deliberacionis preambulo honorificencie vestre, voto, voce et consensu unanimi respondemus: Quod iuxta consciencie nostre puritatem, quemadmodum littere nostre[7] continebant, immo sub testimonio beati Petri apostoli, patroni nostri, ac intemerate virginis Marie, teste eciam Altissimo nullo unquam tempore, ut gravaretis nos in ecclesia et ecclesiam in nobis ac capitulum generaliter et decanum nostrum specialiter, consilii nostri fuit, set ea, que facitis et fecistis, ductu proprio, ut arbitramur, et motu egistis proprie voluntatis. Ceterum vero, quod circumscriptis aliis et omissis ad speciem descenditis de negligenciis, omissionibus et abusionibus decani nostri circa hospitale ecclesie nostre[9] facientes mencionem, dicimus communiter et singuli una voce omnia, que circa dictum hospitale facitis et fecistis, in ecclesie nostre ac capituli nostri et in nostrum preiudicium fieri et contemptum; et sepedictum hospitale ad ecclesiam nostram et capitulum nostrum et ad nos pertinere. Et cum prememoratus decanus noster, qui dictum hospitale de arbitrio vestre voluntatis ac capituli ac omnium nostrorum recepit et tenuit[b] de consensu, de manibus domini Engelberti, pie memorie quondam decani,[10] in presencia vestra susceptum et super huiusmodi negligenciis, omissionibus, abusionibus, que vos scribitis, numquam fuit nec per vos nec per aliquem de capitulo nostro, prout decuit, premonitus, requisitus seu incusatus, dicimus decanum nostrum cum omni honore, profectu et promocione idem hospitale sepedictum tenuisse ad hec tempora et rexisse, quod per vos iam quam pluries, plus quam per aliquem alium, demolitur. Datum V ydus aprilis. Miramur multum, quare vestra industria datum sic immutet et quamobrem huiusmodi interlineares superscripciones variata manu et incausto scribatis, quod rogamus, sicut prius rogaveramus, nobis non faciatis.

Sigilla: octo canonicorum Wissegradensium in scidulis membranaceis appendent; 1) Godefridi custodis valde laesum. Vide Sigilla num. 3, 55; 2) Friderici scolastici paulum laesum. Vide Sigilla num. 3, 54; 3) Bartholomaei canonici valde laesum. Vide Sigilla num. 3, 50; 4) Petri, archidiaconi Belinensis, fere illaesum. Vide Sigilla num. 3, 59; 5) Arnoldi canonici paulum laesum. Vide Sigilla num. 3, 49; 6) Bohuslai, archidiaconi Pilsnensis, valde laesum. Vide Sigilla num. 3, 51; 7) Laurentii canonici fere illaesum. Vide Sigilla num. 3, 57; 8) Henrici canonici paulum laesum. Vide Sigilla num. 56.

---

776. [a]) *Prima littera ‚s' longa e rotunda correcta est A.* — [b]) *Littera ‚u' e quadam alia correcta est A.*

[1]) *Litterae notatione anni carent; eas a. 1275 intexuimus nomina et dignitates canonicorum Wissegradensium respicientes, cf. num. 162.* — [2]) *Ibidem charta ad a. cca 1279 ponitur.* — [3]) *Petro.* — [4]) *Godefridus.* — [5]) *Fridericus.* — [6]) *Pragae.* — [7]) *Litterae non exstant.* — [8]) Cunonem. — [9]) *Scilicet s. Mariae in Týn.* — [10]) *Postremum a. 1267 iul. 12 (num. 511) nominati.*

777.

Alexius decanus, Albertus, praepositus ecclesiae Olomucensis, iudices a sede apostolica delegati, et Johannes de Homburg, canonicus Olomucensis, ab episcopo Olomucensi subdelegatus in causa, quae vertebatur inter [Albertum?], abbatem de Vizovice, et fratres Minores domus Brunensis, propositum inter partes factum approbant.

Brunae 1275 apr. 10.

Apographum saec. XIX. in. exstat in collectione apographorum „Monasticon" *dicta, quae in SAR Brunae (archivum mon. in Rajhrad, sign. G a 41) sub titulo* „Moravia monastica ... in lucem publicam emissa ... opere domini Gerardi Lefebvre ... tomus quartus complectens monasteria virorum ordinis Cisterciensis anno Domini MDCCCV" *asservatur, pag. 264 (B).*[1] — *Aliud apographum a Petro Cerroni scriptum exstat in cod. mnscro* „Monasticon Moraviae cum codice probationum, tomus III" *intitulato in eodem archivo (inter Cerronianos I, 75) asservatur, pag. 21 (C).* — *Aliud apographum saec. XVIII, quod in mnscro* „Extractus ex antiquo archivi Wellegradensis libro de anno 1603" *intitulato et ibidem (sign. FM num. 289) asservato, pag. 4 haud respeximus.*[2]

Ed: CDM IV, pag. 140 num. 101 (ex B).
Reg: Reg II, pag. 397 num. 954.
Lit: Boháček, Das Römische Recht, pag. 296 (observationes iuridicae).

Dictator: ignotus, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Vizovice (D), Ordo fratrum Minorum (I), Olomouc, ecclesia capitularis (FF).

In nomine Domini amen. Nos Al.,[3] decanus Olomucensis ecclesiae[a] miseratione divina, et Al.,[4] eadem providentia ejusdem ecclesiae praepositus, judices delegati a sede apostolica in causa, quae vertitur inter abbatem de Wisowicz[b] [5] ex una et fratres Minores domus Brunensis ex altera, et Johannes, canonicus praedictae ecclesiae dictus de Homburc,[c] subdelegatus a venerabili B.,[6] dei gratia Olomucensi episcopo, in eadem causa a sede apostolica delegato, universis praesens scriptum inspecturis salutem in Domino. Quoniam christianarum partium esse debeat aliorum inimicitias male loquendo non exercere, nisi et bene loquendo eas studuerint extinguere,[d] nam melior est in bonis hominibus consensio quam in malis superba gloriatio, hinc est etiam, quod ad officium judicum proprie pertinet, ut partes discordantes ad concordiam[e] revocent, per quam partes releventur[f] a laboribus et expensis. Inde est, quod fratre Nicolao, ministro ordinis Minorum, ad nostram commonitionem et abbate de Wisowic, abbate Wellegradensi,[7] ordinis Cisterciensis, approbante placuit, ut termino, quem eis proxima feria quarta post dominicam Quasi modo geniti[8] in Olomuc coram[g] nobis assignaveramus, juxta interlocutoriam [h] a nobis prolatam, ut in actis coram nobis confectis plenius continetur,[9] per invalvationem vel non adjecto habito de partium voluntate, alter terminus ab eis assignaretur, in quo personas ydoneas deberent ex utraque parte convocare, qui controversiam inter eos motam ex arbitrio a partibus in eas translato per formam amicabilem deberent, deum habentes prae oculis, complanare. Sane si forte ratione limitatae jurisdictionis ex arbitrio suscepto arbitri seu amicabiles compositores eadem die ac termino praemissum negotium

seu controversiam fine debito terminare non possent, unaquaeque partium jure gauderet sibi competente. Nos igitur hoc partium propositum gratum et ratum reputantes, voluimus praesentem literam in forma judiciaria sigillorum nostrorum munimine roborari, domino Johanne[i] protestante, sigillo proprio carente, praemissa[k] nichilominus in suo propter hoc robore permanere. Datum Brunnae anno Domini MCCLXXV, feria quarta in dominica Domine[l] ne longe.[10]

---

777. *[a] Hoc loco necnon inferius in B saepius ‚e' pro ‚ae', ‚t' pro ‚c' ponitur, quam inconstantiam tacite exstinximus, usum orthographicum alias in apographis saec. XIX. necnon in C asservatum respicientes. — [b] ‚Wisowic' C. — [c] ‚Honburc' C. — [d] ‚exstinquere' C. — [e] ‚concordantiam' C. — [f] ‚relevantur' C. — [g] ‚quoram' C. — [h] ‚interlocutionem' B. — [i] ‚Joanne' C. — [k] ‚permissa' B. — [l] Deest C.*

[1]) *Post textum haec nota legitur:* ‚ex origin. archivi monasterii olim in Wellehrad, sicut et alia sequentia diplomata et literae'. — [2]) *Textum nullius pretii multis erroribus corruptum Petrus Cerroni (textum C sequens) corrigere conatus est.* — [3]) *Alexius.* — [4]) *Albertus.* — [5]) *Fortasse Albertum.* — [6]) *Brunone (in uncis suppletum est in C).* — [7]) *Lupino.* — [8]) *Apr. 24.* — [9]) *Acta non exstant.* — [10]) *Lefebreo teste duobus sigillis charta munita erat, quorum delineatio ab eodem temptata nihil valet.*

778.

Salomon, perpetuus vicarius Thobiae, praepositi Pragensis, de rebus suis testamentum condit.

[Pragae] „in domo mea" *1275 apr. 25, 28.*[1]

Autographum valde laesum in membrana scriptum in archivo arcis Pragensis Pragae (archivum cap. Pragensis, sign. II 32) asservatur (A).[2]

Reg: Reg II, pag. 398 num. 956. — Eršil-Pražák, Katalog, pag. 29 num. 60 (ex A).
Lit: Šebánek, Testamenty, pag. 289 ss (totius rei et diplomatica deliberatio).

Scriba: ignotus, verisimillime ecclesiae Pragensis proprius.
Dictator: idem atque scriba.
Membrana saec. XX. in. plagulae suppositae inepte agglutinata est; quapropter notae in dorso eius scriptae legi non possunt.
Vide: II. 3, Praga, ecclesia capitularis (R).

⁝ Ego ⁝ Salomon, perpetuus vicarius venerabilis domini Thobie, prepositi Pragensis, eger corpore, sana mente et rationis compos,[a] de rebus meis mobilibus et immobi‖libus tale condidi testamentum: primo domum, quam iure civili emi et comparavi pro propriia[b] peccunia, sub castro sitam do et lego ecclesie Pragensi ‖ sub hac forma, quod successor meus ipsam habeat et possideat cum pertinentiis suis, videlicet cervisia, braziis, lignis atque vasis, tercium diem et septimum cum tricesimmis[c] ‖ per annum, dies vero anniversarios in perpetuum peragendo; in quibus singulis duodecim candelas cum totidem[d] denariis offeret ad missam defunctorum; pascet eciam ebdomadarios cum duodecim pauperibus

hiis diebus. Ne autem successor meus sic aggravari videatur, dispono et ordino, quod dimidius[e] ferto per dominum Ottonem ad quemlibet dierum predictorum, hoc est tercium, septimum et ad omnes tricesimos, eidem assignetur; anniversarios vero dies sine aliquo adiumento, ut premisi, in perpetuum procurabit. Item pro exequiis dispono equum meum et exhibeo cum duobus cifis argenteis et capa cum vario subducta, prout domino Ottoni videbitur expedire; item domino meo et patri karissimo[3] surcotum cum vario, tunicam, iopulam, cingulum, capucium, almucium; item sororibus germanis duabus meis[4] omnia lectisternia mea; item maritis sororum mearum[4] duos gladios, servienti meo Thiechoslao pallium iussi dari. Preterea debita mea, que teneor, domino sacriste fertonem et domino Georgio, vicario suo, dimidiam marcam argenti, volo, quod dominus Otto, quondam subsacrista, quem procuratorem et executorem in omnibus ordinationibus meis constitui, persolvat; domino vero Gregorio, canonico sancti Georgii,[5] cui teneor quinque marcas, dominus Otto solvet duas et compater meus Themo, notarius domini Andree,[6] tres persolvet. Item doti in villa Welthyez, que fuit michi assignata, videlicet quinque iumenta usui arature debita, addidi tria, item duas vaccas, quibus addidi sex, item quatuor scrofas, quibus addidi quatuor, item aucas octo, quas restituo sine augmentatione, item pullos sexaginta, quibus addidi viginti, item oves, licet nullam in dotem receperim, tamen octoginta cum aliis pretactis, que auxi, in dotem converto. In hiis autem et in aliis ordinationem cum hominibus meis ibidem, si successori meo placuerit, tenebit; sin autem, recipiet ab eisdem octo equas, octo vaccas, LXXX[a] oves, scrofas octo, aucas octo, pullos LXXX[a] et locabit hereditatem et peccora pro sue libito voluntatis. Item in villa Zathor, quia nullam dotem inveni, domino Vito pretacto[7] pro dote ibidem comparanda[f] VI marcas argenti assignaveram, quas volo, ut idem dominus Vitus sororino meo Wrathys infra spatium unius anni persolvat integraliter, vel quandocumque per dominum Ottonem sepius dictum fuerit requisitus. Ut autem hec ultima ordinationis mee voluntas rata et firma et inconvulsa permaneat, presens scriptum sigillis dominorum meorum[g] ... Petri[h] ..., Yppoliti sacriste, canonicorum Pragensium, qui tunc presentes fuerant et[i] ... et cautelam. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXX°V°, in die sancti Marci, datum autem IIII kalendas maii in domo mea.

Sigilla: avulsa et deperdita sunt.

---

778. [a]) ‚ɔpos' *A.* — [b]) ‚p̣pia' *A.* — [c]) ‚i̇cesi͡mis' *A.* — [d]) *Littera* ‚i' *posterius addita est in A.* — [e]) *Prima littera* ‚d' *e quadam alia correcta est A.* — [f]) ‚ɔparanda' *A.* — [g]) *Sequitur spatium circiter decem litteris respondens in A.* — [h]) *Sequitur spatium circa sedecim litteris respondens in A.* — [i]) *Sequitur spatium circa sex et viginti litteris respondens in A.*

[1]) *Vide in textu chartae.* — [2]) *Ubi textus in A laesus e copia apud Fr. compleri potuit, statu chartae considerato uncis suo loco positis signare praetermisimus.* — [3]) *Nomen ignoramus.* — [4]) *Nomina ignoramus.* — [5]) *In castro Pragensi.* — [6]) *de Všechromy.* — [7]) *Vitus, cuius antea in testamento mentio non exstat, idem esse potuit ac Vitus in Reg II, pag. 950 num. 2186 nominatus.*

779.

Bruno, episcopus Olomucensis, Eckerico [filio Herbordi de Fulštejn], militi suo, medietatem castri Fulštejn et villam [Slezské] Pavlovice cum consensu capituli Olomucensis iure feudali confert.

Apud Olomouc 1275 apr. 30.

Apographum saec. XIV.—XV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. L 5 num. 92 (B). — Aliud apographum eorundem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, pag. 66—68 num. 79 (C).

Ed: CDM IV, pag. 149 num. 106 (ex C).
Reg: Kopetzky, Regesten, pag. 127 num. 114. — CDS VII. 2, pag. 216 núm. 1487. — Reg II, pag. 399 num. 957.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 156 num. 71 (exemplar B, corr. lect. Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 694 num. 64 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae). — KK, pag. 135 n. 9, 334 n. 2 (stilus chartae).

Dictator: cancellariae episcopi proprius; fortasse idem, qui chartas num. 607 et 620 dictavit et stili sui caractere stilo magistri Conradi, quondam notarii episcopi, affinis est. Cf. etiam num. 717 et 764.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (FFFFF), 4 a, De chartae apud milites usu (Z).

Bruno, dei gracia Olomucensis[a] episcopus, dilecto sibi Eckrico,[b] [1] militi suo, et heredibus suis in perpetuum. Cum rerum gestarum certissima representacio et memoria sit scriptura, que de verborum serie in eam redactorum nichil minuit aut immutat, et maxime cum fragilitas humane nature adeo sit labilis, quod eorum, que in tempore geruntur, oblivionis caligo soleat memoriam excecare, necesse est igitur ea tam scripturarum quam testium munimine perhennari. Notum sit igitur tenore presencium tam modernis quam futuris et appareat evidenter, quod, cum nos villam episcopalem Gotfridesdorf[c] a primo fundacionis tempore in nostro primo introitu episcopatus Olomucensis[a] [2] Herbordo, dapifero nostro, contulissemus[3] multis suis meritis exigentibus iure et titulo feodali, idem dapifer instanter petivit, ut sibi municionem in eadem villa de licencia nostra construere licuisset. Nos in hac parte sibi[d] nolentes consentire, nisi tali interveniente condicione, quod eadem municio dimidia nostra[e] esset[e] et nostrorum in posterum successorum, admisimus municionem construi; et nos cum dicto dapifero aliquantum construximus partem nostram, qua parte constructa et castro in aliqua parte consummato,[f] videntes et animadvertentes[g] nos diversis expensarum fatigacionibus, in vigilibus videlicet et portenariis et aliis pluribus, sine fructu ac profectu assidue onerari et etiam, quia in oppido[h] nostro Hoczempla[i] muro circumdato et fortiter munito domum quandam aput murum civitatis construximus pro nobis et nostris successoribus pro maiori commodo[k] et custodia civitatis et utrobique tam in Fulmyn[l] quam in Hoczmpla[i] expense ad custodiam eorundem pertinentes,[m] sicut per experienciam didicimus, nobis graves satis et intolerabiles[n] videbantur. De consensu et consilio capituli nostri considerantes non solum servicia fidelia, que tu et amici tui ac heredes tui nobis et ecclesie nostre exhibuistis[o] et in posterum exhibebunt,

verum etiam[p] pensantes et attendentes promocionem et profectum ac[q] utilitatem nostre ecclesie Olomucensis,[r] que per te, amicos et heredes tuos eidem ecclesie in posterum poterunt provenire, tibi et heredibus tuis castri nostri in Fulmenstein[s] dimidietatem cum omnibus iuribus, sicut eadem pars hactenus[t] ad nos spectasse dinoscitur, et villam episcopalem in Paulowicz sitam circa idem castrum cum omnibus iuribus et utilitatibus suis mense nostre tunc deservientem conferimus possidendam iure et titulo feodali; talibus tamen condicionibus interclusis, quod tu et heredes tui nobis et successoribus nostris ad omnes necessitates, que ecclesiam Olomucensem[u] tangere videbuntur, vel successores nostros nomine episcopatus, tamquam suo vero domino tenearis tu et heredes tui perpetuo fidelibus serviciis deservire, et quod tempore necessitatis, et si guerrarum discrimina suborta fuerint, nobis et successoribus nostris ac fidelibus nostris tenearis dictum castrum et debeas aperire et astare et defendere fideliter ea, que sunt ecclesie Olomucensis[u] commodi[t] et honoris; ita cum predictum castrum nobis et successoribus nostris aperire teneberis, quod ex ea apercione tibi et fratri tuo Iohanni nullum in perdicione castri immineat periculum vel iactura. Attendentes itaque utriusque partis utilitatem et profectum, que ex hiis nobis et successoribus nostris ac tibi et heredibus tuis poterunt provenire, videlicet quod idem castrum in sue firmitatis statu et valore permanebit per te studiosius constructum et nulla in eo castro poterit discordia suboriri, ne nós et successores nostri tuam vel heredum[u] tuorum personam ab eodem castro alienando alios fortassis institueremus, ducentas et quinquaginta marcas argenti Oppauiensis[v] ponderis et monete nobis dedisti et ponderasti ob huius donacionis[w] graciam et favorem, quod tu et heredes ab eodem castro ab eo, qui pro tempore fuerit ecclesie[d] Olomucensis[u] episcopus, non[x] possitis aliqualiter ammoveri, et eandem pecuniam ad usus et necessitates ecclesie nostre convertimus, prout tunc temporis necessitas exigebat. Preterea etiam racione huius donacionis in oppido[h] nostro Hoczinpla[i] quosdam homines et redditus, quos pater tuus et fratres tui tenebatis iure feodi, nobis liberaliter resignastis, ita quod in eadem civitate nichil habetis cum patre et fratre penitus ordinare, cuius resignacionis valor ad quinquaginta[y] marcas argenti est plenarie conputatus. Nos vero capitulum Olomucense:[a] Alexius[z] decanus, Albertus prepositus, Cirus archidiaconus ceterique canonici ecclesie eiusdem ad premissa consensum adhibentes plenarium et favorem ad robur et confirmacionem huius donacionis per dominum nostrum, dominum Brunonem, venerabilem episcopum ecclesie nostre, rite et racionabiliter factam presentem litteram sigillo capituli nostri in testimonium iussimus roborari testibus nostris ad cautelam presentibus subnotatis, videlicet: Lutholfus[aa] de Dasle, magister Iohannes de Mokeren, Iohannes de Ketschir, Arnoldus notarius, Henricus de Spenchowe, Wilhelmus de Thurans clerici, Nicolaus pincerna, Minhard[bb] de Modericz, Heidenricus[cc] de Domasowe,[dd] Martinus de Kelts,[ee] Iohannes de Kelts,[ee] Eberhard[ff] de Spiczka,[gg] Lutholfus[hh] milites, Ludwicus de Medlicz,[ii] Heinricus de Linow[kk] et alii quamplures. Datum et actum aput Olomuc[u] per manum Iohannis, notarii nostri, anno Domini M°CC°LXXV°,[ll] II° [mm] kalendas maii.

779. [a] ‚Olom' *B, C.* — [b] ‚Eckerico' *C.* — [c] ‚Gotfredisdorf' *C.* — [d] *Deest C.* — [e-e] ‚esset nostra' *C.* — [f] ‚consumato' *C.* — [g] ‚animo advertentes' *C.* — [h] ‚opido' *C.* — [i] ‚Hoczemplocz' *C.* — [k] ‚comodo' *C.* — [l] ‚Fullenstein' *C.* — [m] *Cum titulo superfluo B.* — [n] ‚intollerabiles' *C.* — [o] ‚exhibuisse' *B, C.* — [p] ‚eciam' *C.* — [q] ‚et' *C.* — [r] ‚Fulmstein' *B,* ‚Fullenstein' *C.* — [s] ‚actenus' *C.* — [t] ‚omodi' *B,* ‚comodi' *C.* — [u] ‚hedum'; *titulus enim deest in B.* — [v] ‚Opauiensis' *C.* — [w] ‚donacionem' *C.* — [x] ‚nos' *B, C.* — [y] ‚L' *C.* — [z] ‚Allexius' *C.* — [aa] ‚Lutolfus' *C.* — [bb] ‚Meynhardus' *C.* — [cc] ‚Heydenricus' *C.* — [dd] ‚Domaschowe' *C.* — [ee] ‚Kelcz' *C.* — [ff] ‚Ebirhardus' *C.* — [gg] ‚Spiczca' *C.* — [hh] ‚Lutulfus' *C.* — [ii] ‚Medelicz' *C.* — [kk] ‚Lynow' *C.* — [ll] ‚M° CCLXXV' *C.* — [mm] ‚secundo' *C.*

[1]) *Filio Herbordi de Fulštejn.* — [2]) *Videlicet a. 1246—1247 (cf. CDB IV, pag. 384 n. 3).* — [3]) *Cf. chartam in Olomouc 1255 nov. 6 datam (num. 56).*

780.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, Eckerico, filio Herbordi de Fulštejn, infeudationem medietatis castri Fulštejn per Brunonem, episcopum Olomucensem, cum consensu capituli Olomucensis factam confirmat.

Pragae 1275 iun. 2.

Apographum saec. XIV.—XV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. L 5[v] num. 93 (B). — *Aliud apographum eorundem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, pag. 68 num. 80 (C).*

Ed: CDM IV, pag. 152 num. 108 (ex C).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 453 num. 286. — *CDS VII. 2, pag. 216 num. 1488.* — *Reg II, pag. 405 num. 967.*
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 156 num. 72 (exemplar B, corr. lect. Ant. Boček). — *Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 695 num. 65 (idem).* — *Dušková, Urkundenwesen, pag. 331, 339 (Ek).*

Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (L), 4 a, De chartae apud milites usu (AA).

Nos Ottakarus,[a] dei gracia rex Boemie,[b] dux Austrie, Stirie, Carinthie,[c] marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie,[d] Egre et Portus Naonis, deduci ad noticiam volumus tam presencium quam ad memoriam futurorum, quod infeodacionem medietatis castri in Fulmenstein[e] factam per dominum Brunonem, venerabilem Olomucensem[f] episcopum, Ekrico,[g] filio Herbordi de Fulmenstein,[e] pro trecentis marcis argenti de consensu capituli Olomucensis[f] ecclesie, prout in eiusdem[h] capituli litteris plenius continetur de infeodacione huius factis,[l] ratam[i] habemus et eam auctoritate regia confirmamus. In cuius ratihabitacionis[k] et confirmacionis nostre memoriam et robur perpetuo[l] valiturum presentem paginam fieri et sigillis[m] maiestatis nostre fecimus communiri.[n] Datum Prage per manus Henrici, prothonotarii regni[o] nostri et plebani in Gors, anno Domini M°CC°LXXV°, [p] IIII° [q] nonas iunii, indiccione tercia.[r]

780. [a] ‚Othacarus' *C.* — [b] ‚Boẽm' *B, C.* — [c] ‚Karinthie' *C.* — [d] ‚Marchio' *C.* — [e] ‚Fulm̃stein' *B,* ‚Fullenstein' *C.* — [f] ‚Olõm' *B, C.* — [g] ‚Eckerico' *C.* — [h] ‚eisdem' *B, C.* — [i] ‚ratum' *C.* — [k] ‚ratificationis' *C.* — [l] ‚perpetue' *C.* — [m] ‚sigilli' *C.* — [n] ‚ꝑmuniri' *C.* — [o] *Deest C.* — [p] ‚M° CCLXXV' *C.* — [q] ‚IIII' *C.* — ‚III[a]' *C.*

[1]) *Propriae litterae capituli non exstant; cf. autem consensus formulam in num. 779.*

781.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, cives in [Uherský] Brod a solutione telonei per omnes terras suas eximit.

In Kamenec (Camenecz) *1275 iun. 5.*

Autographum in membrana scriptum in OA Uherské Hradiště (archivum civitatis Uherský Brod, sign. num. 2) asservatur (A). — Apographum exstat in vidimatione regii tribunalis marchionatus Moraviae Brunae 1661 mart. 11 data, cuius vidimationis autographum in plagula chart. scriptum apud Fr asservatur (B).

Ed: CDM IV, pag. 153 num. 109 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 453 num. 287. — Reg II, pag. 405 num. 968.
Lit: Fiala, Kancelář, pag. 199, 206 (stilus chartae), pag. 293 (manus scribae). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 276—278, 341, 343—345, 368 (BU 2).

Scriba: P II 83 = Johannes notarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 66.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (M), Johannes notarius (F), 5, De chartae apud civitates usu (MMM).

Othakarus, dei gracia rex Boemie,[a] dux Austrie, Stirie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Car‖niole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus imperpetuum.[b] Interest regum et principum orbis ‖ terre se cunctis eorum fidelibus ostendere graciosos, set eis tenentur precipue manus extendere libera‖les, pro quibus sincera fides et grata devocionis obsequia favorabiliter intercedunt; sic enim satisfaciunt debito, sic fideles in fide corroborant, sic alliciunt alios, quibus exemplo beneficia taliter pollicentur. Presentis igitur auctoritate privilegii deferatur ad noticiam presencium et memoriam futurorum, quod cives nostros de Brod, dilectos fideles nostros, propter merita, quibus se gratos nostre celsitudini pluries reddiderunt, a solucione cuiuslibet thelonei per omnes terras nostras perpetuo eximimus ex certa nostra consciencia de gracia speciali. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum in Camenecz anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, nonas[c] iunii, datum ibidem per manum magistri Heinrici, prothonotarii regni nostri, anno et die predictis.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in scidula membranacea valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

781. [a] ‚Boẽm' *A.* — [b] ‚iꝑpetuum' *A.* — [c] *Ita A.*

782.

Bruno, episcopus Olomucensis, Bertholdo [locatori] iudicium in villa Řepová cum pertinentiis confert.

In Mohelnice 1275 iun. 9.

Versio Bohemica chartae confirmationi Johannis Noviforensis, episcopi Olomucensis, datae in Mírov 1372 maii 12. (CDM X, pag. 182 num. 159) insertae exstat in codice chart. saec. XVI. „Přípisové nadání na svobodství rycht vejsadních a předkem na statku hukvaldském a též při jiných léta 1555" *intitulato, in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. G) asservato, pag. 74 (T).*

Ed: CDM V, pag. 259 num. 48 (ex T). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 57 (ex T).
Reg: Reg II, pag. 405 num. 969.
Lit: Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 91 num. 109 (rectificationes lectionum CDM). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 56 ss (translatio in linguam Latinam, quae inferius cum variationibus minimi momenti ponitur; chartae diplomatica deliberatio).

Dictator: cancellariae episcopi proprius, fortasse idem, qui ex. gr. chartas num. 607, 717 et 724 dictavit et stili sui charactere stilo magistri Conradi, quondam notarii episcopi, affinis est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (GGGGG), 4 b, De chartae apud locatores usu (U).

My Bruno, z boží milosti biskup olomúcký, známo činíme nynějším i potomkóm, kteří by uzřeli list tento, že Bertoldovi, okazateli listu tohoto i jeho dědicům právem[a] dědičným obdarovali sme rychtu ve vsi naší Řípově; a k ní třetí peníz, což k té[b] rychtě přísluší, lán rolí jeden celý, svobodný a jednu krčmu svobodnú v též vsi listem tímto oznamujem příslušeti tak, aby to právo dědičné odmrtným právem od jich dědicův svobodně na jich dědice spadalo. Dáváme také jemu i dědicům jeho odciziti a prodati moc tu rychtu s tím což k ní přináleží, jakž se píše, komuž by chtěl neb mohl, kdož by toliko nám neb potomkóm[c] našim a vsi té se hodil. Aby pak na to obdarování naše již jmenovanému

Nos Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, notum facimus presentibus et futuris hanc paginam inspecturis, quod Bertholdo, exhibitori presentium suisque successoribus iure hereditario contulimus iudicium in villa nostra Repow; et insuper tercium denarium ad hoc iudicium pertinentem, laneum agrorum unum integrum, liberum et unam tabernam liberam in eadem villa hoc scripto protestamur pertinere ita, ut istud ius hereditarium successionis iure ab eorum heredibus libere eorum transeat ad heredes. Damus quoque eidem heredibusque suis alienandi atque vendendi potestatem iudicium istud cum omnibus pertinentiis suis supra-scriptis, cuicunque voluerit aut potuerit, qui tantum nobis aut successoribus nostris et ville eidem convenerit. Ne autem super hac donatione nostra iam dicto

Berdoltovi i dědicům jeho žádný nepochyboval, jemu i dědicům jeho pro pamět věčnú listovně sme sepsat kázali a pečeti naší přivěšením upevniti ráčili. Kdež toho všeho svědkové sou: Jan Šipona, Oldřich Střelec a z Bladonic,[d] [1] měščané naši z Mohelnice i jiní mnozí. Dán v Mohelnici skrze Arnolda, písaře našeho, roce léta Páně tisicího dvústého sedmdesátého pátého, na slavnost Trojice svaté.

Bertholdo et heredibus suis dubium aliquod oriatur, ei et heredibus eius ad rei memoriam sempiternam hanc paginam conscribi iussimus et sigilli nostri appensione fecimus roborari. Quorum autem omnium testes sunt: Johannes Ssipona, Vlricus Sagitarius et de Bladonicz, cives nostri de Miglicz et alii quamplures. Datum in Miglicz per manus Arnoldi, notarii nostri, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, in festo sancte Trinitatis.

---

782. [a] ‚pravým' *T.* — [b] *Scriba primum* ‚kni' *scripsit et in* ‚k ne' *corr. in T.* — [c] ‚potomkym' *T.* — [d] *Ita T, fortasse pro* ‚Bladovic'.

[1]) *Praenomen ignoramus.*

783.

Černín [de Popovice], camerarius Moraviae, protestatur abbatem et conventum monasterii in Zábrdovice et Bambonem, procuratorem suum, se praesente compromissum super bonis in Ochoz [u Brna] et in Ořešín fecisse.

Brunae „in domo nostra" *1275 iun. 9.*

Apographum saec. XVII. praebet codex mnscrus chart. „Annales Zabrdovicenses" *intitulatus, in SAR Brunae (Collect. mnscr. num. 296) asservatus, fol. 43 (B).*
Ed: CDM XV, pag. 11 num. 14 (ex B).

Dictator: ignotus.
Genuinus textus chartae pluribus in locis videtur esse corruptus (vide n. a—d), de sinceritate eius non est autem dubitandum.
Vide: II. 3, Zábrdovice (H), 4, De chartae apud nobiles usu (XXXX).

Nos Schirminus, camerarius Morauiae, presentibus protestamur, quod in nostra presentia venerabilis dominus abbas[1] et conventus Zabrdouicensis ecclesiae nec non Bambo, fidelis procurator noster, constituti tale inter se fecerunt perorationibus mediantibus conpromissum, ut hęreditates in Obchoz et Horus cum omnibus suis attinentibus, prout privilegia utriusque attestantur,[2] idem Bambo easdem ad dies suos pro quodam censu debeat a monasterio pacifice possidere de capituli universi consensu, prout et favore. Exceptiones sive casus eventos, qui possent inferri ecclesiae prędotatae et haereditatibus

antedictis, sub litteris[a] et sigillis domini abbatis et sui conventus admisimus,[b] adiicientes, si culpa loquencium vel arduos[c] per excessus Bambonis contra ipsum per nos et nostros successores per infortunium excedatur,[d] conventus nec ecclesia in hęreditatibus ratione ipsius nullatenus aggravetur, maxime cum id ipsum iuris sit, sicut plerisque plenius esse constat. Et ut hoc remaneat inconvulsum, presentem paginam nostro sigillo fecimus communiri. Datum Brin in domo nostra anno Domini MCCLXXV, 5 idus iunii.

---

783. [a]) ‚huius' *B.* — [b]) *Sequitur verbum* ‚precavemus' *in B.* — [c]) ‚cum ardua' *in B.* — [d]) ‚extendatur' *B.*

[1]) *Theodericus.* — [2]) *Privilegia non exstant.*

784.

Nicolaus, praepositus in [Dolní] Kounice, et Wisento, praepositus in Oslavany, in causa super iure patronatus ecclesiae in Troskotovice, quod ambae partes et Smilo de Bílkov nomine Kadoldi, filii quondam Eccardi de Miroslav, ad se vindicant, sub certa forma in arbitros expresse nominatos compromittunt.

— 1275 iun. 25.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 38) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 154 num. 110 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 406 num. 970. — Šebánek, Archivy, pag. 45 num. 254 (ex A).
Lit: Boháček, Das Römische Recht, pag. 292 (vestigia iuris Romani).

In chartae replicatae parte dextra manu registratoris monasterii Oslavanensis saec. XIII. scriptum est: „Super ecclesia de Droskwicz" *(C).*

Scriba: ignotus.
Dictator: idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Dolní Kounice (B), Oslavany (HH).

In nomine Domini amen. Nos Nicolaus, divina miseracione prepositus de Cuniz, et Wisinto, eadem providencia prepositus || de Ozla, universis presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Notum esse volumus universis, quod, cum proxima || feria secunda post Ascensionem Domini[1] coram Al.,[2] decano Olomuncensi, et Al.,[3] preposito eiusdem ecclesie, iudicibus a venerabili || patre B.,[4] Olomuncensis ecclesie,[a] delegatis, super causa iuris patronatus ecclesie in Droskwiz in Brunna comparuissemus,[b] videlicet me, preposito de Cuniz, dicente dictam ecclesiam Droskwiz ad ecclesiam Cunicensem pertinere, preposito de Ozla ex parte altera in contrarium asserente et domino Zmilone de Bilcow ex parte tertia referente, quod ius patronatus ecclesie sepedicte ad Cadoldum,

filium Ekhardi quondam de Mirslaus,[5] cuius tutor existeret, ex successione paterna pertineret, occasione cuius, licet per advocatos nostros, fuissent diversa hincinde proposita, iudicibus tamen de composicione[c] inter nos facienda instantibus, compromisimus[d] sub hac forma: ut magister Richardus, rector puerorum in Brunna, iuratus, universa instrumenta[e] seu qualescumque alias probationes parcium auctoritate iudicum premissorum conscriberet; et quod conscripta domino episcopo certo die et termino presentarentur, ut ipse ex inspectione eorumdem instrumentorum sine omni dilacione ad diffinitivam sentenciam procederet provulgandam, sicut in actis super hoc confectis plenius continetur.[7] Forma autem huiusmodi compromissi,[e] per quam partes recesserunt ab omni alia probacione, que eis competere[f] posset, fuit a partibus ea de causa apposita et etiam approbata, ut per hoc finis litibus inponeretur et ut infra spatium quatuor vel sex mensium a tempore vacacionis vel mote litis premissa causa, videlicet iuris patronatus premisse ecclesie Droskwiz, terminaretur. Nempe cum die et termino assignato partibus presentibus per dominum Albertum, prepositum Olomuncensem, domino episcopo in Mugeliz munimenta,[8] ut premissum est, scripta presentarentur, nescimus quo zelo ductus, ad sentenciandum noluit procedere, set ipsum negocium tribus personis delegavit audiendum et fine debito terminandum sine clausula,[g] que consuevit apponi: Quod si non omnes, duo vestrum nichilominus exequantur,[9] licet a nobis hoc ab eo instanter peteretur; quod in nostrarum ecclesiarum vel alteram earum credimus, que in iure optineret, lapsu temporis preiudicium[h] redundare. Sane quia nobis visum[i] fuit, quod per iudiciorum strepitum nonnumquam partes gravarentur laboribus et expensis, in dominum Io.,[10] Pragensis ecclesie canonicum, et dominum Witgonem, Olomuncensis ecclesie canonicum, compromisimus[d] sub hac forma: Ut dominus Io., tunc advocatus ecclesie in Cuniz, omnia instrumenta ecclesie in Ozla competentia[k] super iure ecclesie in Droskwiz[11] ad se reciperet, dominus vero Witgo instrumenta ecclesie Cunicensis;[12] et eisdem diligenter inspectis ad unum locum deberent convenire, in quo secundum fidem nomine sacramenti domino Al.,[3] preposito Olomuncensi,[l] datam deberent arbitraria potestate diffinitive pronunciare, que ecclesiarum nostrarum potior esset in iure, eidem ipsum ius adiudicantes. Dedimus eciam eisdem potestatem, ut omnia et singula, que inter nos tamquam arbitri seu amicabiles compositores[m] ordinarent, pena[n] possent vallare, ita ut, si quis nostrum eorum arbitrium seu ordinacionem non observaret, alteri parti penam persolveret per eorum arbitrium declaratum.[o] Insuper promisimus nostro iuramento, quicquid per eos fuerit in premisso negocio ordinatum, ratum et firmum deberemus habere. Acta sunt autem hec approbante domino Brunone Olomuncensi episcopo, presente domino Al. preposito Olomuncensi,[l] domino Io. canonico eiusdem ecclesie, domino Io.[13] notario domini episcopi, magistro Io.[13] medico ordinis Cisterciensis et aliis quampluribus, qui presenti negocio affuerunt, anno Domini M°CC°LXXV°, sequenti die post festum sancti Iohannis Baptiste.

Sigilla: in scidula membranacea appendet seu appendebat; 1) Nicolai, praepositi Cunicensis, laesum, sed conservatione integratum. Vide Sigilla num. 3, 21; 2) avulsum et deperditum est.

784. [a] *Vox* ‚episcopo' *deesse videtur in A.* — [b] ‚paruissemus' *A.* — [c] ‚posicione' *A.* — [d] ‚promisimus' *A.* — [e] ‚promissi' *A.* — [f] ‚petere' *A.* — [g] *Syllaba* ‚la' *super linea posita est in A.* — [h] *Super linea additum est in A.* — [i] *Littera* ‚m' *ex* ‚n' *correcta est in A.* — [k] ‚petentia' *A.* — [l] ‚Olom̄' *A.* — [m] ‚positores' *A.* — [n] *Ex* ‚penam' *per rasuram ultimae litterae* ‚m' *correctum est in A.* — [o] *Ita A.*

[1] *Maii 27.* — [2] *Alexio.* — [3] *Alberto.* — [4] *Brunone.* — [5] *Ante 1267 nov. 30 defuncti; cf. num. 528*+ . — [6] *Vide n. 8 et 9.* — [7] *Acta non exstant.* — [8] *Cf. n. 10 et 11.* — [9] *Cf. ex. gr. num. 126.* — [10] *Johannem.* — [11] *Vide num. 227, 228, 243*+*, 354, 355*+*, 356, 528*+*, 543.* — [12] *Vide CDB IV, pag. 431 num. 253.* — [13] *Johanne.*

785.

Nicolaus praepositus cum conventu monasterii in [Dolní] Kounice causa inter se et monasterium in Oslavany per arbitros electos sopita iuri patronatus ecclesiae in Troskotovice renuntiat.

In [Dolní] Kounice 1275 iul. 8.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 37) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 155 num. 111 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 407 num. 972. — Šebánek, Archivy, pag. 45 num. 255 (ex A).
Dušková, Listiny rudíkovské, pag. 253, 277 (scriba chartae, rei deliberatio). — Boháček, Das Römische Recht, pag. 292 (vestigia iuris Romani).

In tergo chartae manu registratoris monasterii Oslavanensis saec. XIII. scriptum est: „Super ecclesia de Droskwiz" *(C).*

Scriba: Os 4 = monasterii Oslavanensis proprius, cuius manus in chartis inter annos 1266—1275 monasterio in Oslavany datis occurrit. Cf. Exempla script. num. 3, 4.
Dictator: monasterii Oslavanensis proprius, qui proprietatibus stili, quae inter annos 1259—1275 in monasterio Oslavanensi usurpari solebant, utitur.
Vide: II. 3, Dolní Kounice (C), Oslavany (II).

In nomine[a] Domini amen. Nos Nicholaus,[b] prepositus de Cv̊niz, totusque conventus eiusdem ecclesie universis || presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Tenore presencium universis presens scriptum intuentibus notum esse || volumus, quod questio, que inter me et meum conventum vertebatur ex una et prepositum[1] et suum conventum de Ozla ex || parte altera super iure patronatus ecclesie in Troschowiz, per arbitros seu amicabiles compositores[c] a nobis electos[2] est sopita, ita quod iam dicte ecclesie ius patronatus aput ecclesiam de Ozla, que iure nostra ecclesia quantum ad hoc nitebatur pociori, remaneat pleno iure; et ideo nos ac noster conventus renunciamus et renunciavimus omni iuri, quod nobis competebat[d] vel competere[e] posset ecclesia in predicta. Et ne in posterum hec tam salubris ac legitima ordinacio, que perpetua stabilitate debet esse subnixa, per nostros forsitan successores aliquod scrupulum calumpnie pateretur, presentem scedulam

sigilli nostri munimine voluimus[f] communiri. Datum in Cv̊niz anno Domini M°CC°LXX°V°, in die sancti Kiliani.

Sigillum: Nicolai, praepositi Cunicensis, in filis cannabinis glauci coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla num. 3, 21.

---

785. [a] *Littera ‚e' suppleta videtur esse in A.* — [b] *Littera ‚a' ex ‚u' correcta est in A.* — [c] ‚positores' *A.* — [d] ‚petebat' *A.* — [e] ‚petere' *A.* — [f] *Ex* ‚volumus' *correctum est in A.*

[1]) *Wisintonem.* — [2]) *Vide num. 784.*

786.

Bruno, episcopus Olomucensis, Jutae, abbatisse in Oslavany, Kadoldo, filio quondam Eccardi de Miroslav, necnon Smiloni de Bílkov, tutori ipsius, mandat, efficiant, ut in termino competenti ab iudicibus ad decisionem causae super iure patronatus ecclesiae in Troskotovice deputato etiam Wernherus, plebanus de Rouchovany et iudex delegatus a parte praedicti Kadoldi, veniat.

In Blansko 1275 iul. 14.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Rajhrad, sign. E g 14) asservatur (A).[1]

Ed: CDM IV, pag. 156 num. 112 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 407 num. 973.
Lit: Boháček, Das Römische Recht, pag. 292, 296 (vestigia iuris Romani).

Scriba: B 33 = monasterii Oslavanensis proprius (= Os 6). Exempla script. num. 2 b, 29; 3, 4 b.
Dictator: idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Notandum est in chartae tergo nullam notam alioquin in chartis Oslavanensibus usitatam inveniri posse. Cf. num. 787. Quomodo charta archivo in Rajhrad intexta sit, incertum est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (HHHHH), 3, Oslavany (KK), 4, De chartae apud nobiles usu (YYYY).

B.,[2] dei gratia Olomuncensis episcopus, dilecte in Christo I.,[3] abbatisse de Ozla, Cisterciensis ordinis, et Chadoldo, filio quondam || domini Eggehardi de Mirozlaus,[4] nec non domino Smiloni, purgravio[a] Vetouiensi, qui se gerit pro tutore seu defensore || dicti Chadoldi, salutem in Domino cum sincera caritate. Quoniam W.,[5] prepositus de Ozla, in die beate Ma[r]garete[b] virginis[6] || coram nobis in castro Planz constitutus, exhibuit litteram patentem,[7] quod N.,[8] prepositus de Cvniz, et suus conventus renuntiaverunt omni iuri, quod habebant vel habere possent in ecclesia Troschwiz super iure patronatus, petens nomine abbatisse et sui conventus, ut suis probationibus seu instrumentis in continenti receptis ad decisionem cause iuris patronatus, quod se dicunt habere in predicta ecclesia, procederemus, vel quod uni iudici vel duobus, qui de facili possent convenire,

eam subdelegaremus terminandam, ne per lapsum temporis a iure prefixi eis vel earum ecclesie posset ex hoc aliquod preiuditium generari; quod facere noluimus, sed ut per priores iudices super hoc datis[c] cause cognitio fieret ac decisio secundum canonicas sanctiones, dantes utrique parti de gratia speciali terminum seu spatium usque ad diem Nativitatis beate Virginis,[9] quod eis in spacio IIII[or] vel VI mensium minime volumus computare. Infra quem causam procurent per iudices sibi datos terminari, alioquin cum ita aliis in iusticia reddenda debeamus esse debitores, ut nostra iura non negligamus, extunc, quantum nobis a iure permittitur, ad id efficiendum procedemus. Sane quia magister Wernherus, plebanus de Rvchwan, a parte Chadoldi seu sui tutoris vel defensoris iudex delegatus, in premissa causa a nobis est impetratus, volumus et tenore presentium vobis mandamus, ut in termino competenti,[d] ab aliis duobus iudicibus partibus deputato, efficiatis, ut et ipse W. ad eundem terminum veniat ad premisse cause decisionem, si de negligentia nolueritis reprehendi. Datum in Planz anno Domini M°CC°LXX°V°, sequenti die post festum beate Margarete.

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, scidula membranacea ex autographo ipso scissa valde laesum dependet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

---

786. [a] *Littera ‚g' ex ‚c' correcta est in A.* — [b] *Quod uncis clauditur, cum membrana destructa periit in A.* — [c] *Ita A pro ‚datos'.* — [d] *‚petenti' A.*

[1]) *Cf. inferius in apparatu.* — [2]) *Bruno.* — [3]) *Jutae.* — [4]) *Vide num. 784 n. 5.* — [5]) *Wisinto.* — [6]) *Iul. 13.* — [7]) *Vide num. 785.* — [8]) *Nicolaus.* — [9]) *Sept. 8.*

787.

Smilo de Bílkov, burggravius Betoviensis et tutor Kadoldi, filii quondam Eccardi de Miroslav, ipse Kadoldus auctoritate Smilonis interveniente et Wisento, praepositus in Oslavany, e mandato monasterii eiusdem, arbitratores causae super iure patronatus ecclesiae in Troskotovice constituti, compromittunt.

Brunae, in domo [fratrum] Praedicatorum 1275 aug. 21.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 39 a) asservatur (A). — Apographum insertum est citationis chartae arbitratorum datae Brunae 1275 aug. 23 (num. 788), cuius chartae autographum in membrana scriptum in archivo civitatis Brunae (sub dato suo) asservatur (B).

Ed: CDM IV, pag. 159 in num. 114 (ex B, videlicet quoad pars citationis chartae num. 788). — CDM V, pag. 260 num. 49 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 409 num. 976. — Šebánek, Archivy, pag. 45 num. 256 (ex A).

Scriba: monasterii Oslavanensis proprius (= Os 6). Cf. Exempla script. num. 3, 4 b.
Dictator: idem atque scriba, qui stilo communi usus est.

Notandum est in chartae tergo nulllam notam alioquin in chartis Oslavanensibus usitatam inveniri posse. (Cf. num. 786).
Vide: II. 3, Oslavany (LL), 4, De chartae apud nobiles usu (ZZZZ).

In nomine Domini amen. Notum esse volumus universis presens scriptum intuentibus, quod nos dominus Zmilo de Pilgov, Vetouiensis purgravius et tutor || Chadoldi, filii quondam domini Eggehardi dicti de Mirozlaus,[1] et ipse Chadoldus presens, auctoritate ipsius Z., sui tutoris, interveniente, et dominus Wisinto, || prepositus de Ozla, habens super hoc mandatum abbatisse[2] et sui conventus speciale, auctoritate etiam et consensu venerabilis patris Brunonis, dei gratia Olomuncensis episcopi, || mediante, super causa iuris patronatus ecclesie in Trosgwiz, que inter nos vertebatur, compromisimus,[a] videlicet ex parte domini Zmilonis, tutoris dicti Chadoldi, nomine tutorio, in dominum Albertum,[b] prepositum Olomuncensem, et Cyrum, archidyaconum eiusdem ecclesie, ex parte vero domini Wisintonis, prepositi de Ozla, in dominum Alexium, decanum Olomuncensem, et Iohannem Romanum, Pragensis ecclesie canonicum, sub hac forma, scilicet ut hee quattuor persone premisse receptis iuribus utriusque partis, quod unicuique parti competit[c] ecclesia in predicta, et eis receptis et examinatis diligenter, habentes deum pre oculis, ei parti ius patronatus sepedicte ecclesie in Trosgwiz ex arbitraria potestate adiudicarent, quam secundum deum crederent et scirent in iure fore potiorem, dantes nichilominus eisdem arbitratoribus seu arbitris vel amicabilibus compositoribus potestatem in causa iuris patronatus dicte ecclesie ordinandi, transigendi et componendi,[d] vel per quemcumque alium modum legittimum predictum negotium inter partes sopiendum. Et damus etiam eisdem arbitris potestatem, conpromissum seu arbitrium pecuniaria pena vallandi, vel alia quacumque pena ad eorum ordinationem observandam. Promisimus etiam, ut, si in termino ad arbitrium seu amicabilem compositionem promulgandam, quem nobis assignabunt, omnes interesse non poterunt, eorum tres vel duo idem negotium nichilominus exequantur. Et hec omnia premissa nos Z., Vetouiensis purgravius, et Chadoldus ac W., prepositus de Ozla, nostro iuramento promittimus fideliter servaturos. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXX°V°, proximo die ante octavas Assumptionis beate Virginis Brvnne in domo Predicatorum presentibus testibus: Woizlao scolastico Olomuncensi et Bartholomeo et Podizlao et Witigone eiusdem ecclesie canonicis et aliis quam pluribus, qui eidem negotio affuerunt.

Sigilla: duo scidulis membranaceis ex autographo ipso scissis dependent; 1) abbatissae monasterii Oslavanensis fere illaesum. Cf. Sigilla num. 3, 9/II; 2) Smilonis de Bílkov in medio fractum. Vide Sigilla num. 4, 2/II.

---

787. [a]) ‚promisimus' *A.* — [b]) *Scriba primum* ‚Albertū' *scripsit, postea litteram* ‚m' *addidit, titulum autem eradere omittens in A.* — [c]) ‚petit' *A.* — [d]) ‚ponendi' *A.*

[1]) *Vide num. 784 n. 5.* — [2]) *Jutae.*

788.

Alexius decanus, Albertus praepositus, Cyrus archidiaconus, Olomucensis ecclesiae dignitarii, et Johannes Romanus, canonicus ecclesiae Pragensis, arbitratores in causa super iure patronatus ecclesiae in Troskotovice a partibus nominati, Smiloni de Bílkov, burggravio Betoviensi, Kadoldo, filio quondam Eccardi de Miroslav, et Wisentoni, praeposito in Oslavany, terminum peremptorium assignant, tenorem nominationis chartae inseri facientes.

Apud Brunam 1275 aug. 23.

Autographum in membrana scriptum olim in archivo mon. Oslavanensis asservatum, nunc in archivo civitatis Brunae (sub dato suo) asservatur (A).

Imago phototypica: Šebánek, Česká listina 1, tab. 2.
Ed: CDM IV, pag. 159 num. 114 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 409 num. 977.
Lit: Šebánek, Archivy, pag. 46 n. 77. — Idem, Česká listina 1, pag. 161 (chartae subscriptio). — Boháček, Das Römische Recht, pag. 292 (vestigia iuris Romani). — Dušková, Subscriptionszeichen, pag. 138.

In tergo chartae registrator monasterii Oslavanensis saec. XIII. scripsit: „Super ecclesia in Dreskowycz" *(F).*

Scriba (textus): monasterii Oslavanensis proprius (= Os 6). Cf. Exempla script. num. 3, 4 b.
Dictator: idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Oslavany (MM), Olomouc, ecclesia capitularis (GG), Praga, ecclesia capitularis (S), 4, De chartae apud nobiles usu (AAAAA).

Nos Alexius, divina miseratione Olomuncensis ecclesie decanus, et Albertus prepositus et Cyrus, archidyaconus eiusdem ecclesie, || et Iohannes, Pragensis ecclesie canonicus, domino Zmiloni de Bilgov, purgravio Vetouiensi, et Chadoldo, filio quondam domini Egge||hardi dicti de Mirozlaus,[1] ac domino Wisintoni, preposito de Ozla, salutem in Domino. Quoniam de communi[a] vestro consensu super || iure patronatus ecclesie in Trosgwiz vobis placuit in nos compromittere[b] tamquam in arbitros seu amicabiles compositores, cuius promissi[c] tenor talis est: In nomine Domini amen. Notum esse volumus, *etc.*[2] Et ideo vobis ex arbitraria potestate proximam quartam feriam post festum Egidii[3] proxime celebrando, terminorium[d] peremptorium Brvnne in ecclesia sancti Petri assignamus ad producendos testes seu quelibet alia munimenta, que vobis pro una quaque parte competunt super iure patronatus ecclesie Trosgwiz sepedicte; adicientes, ut, si qua partium ad premissum diem causa pleniter instructa non venerit, nostram sententiam seu amicabilem compositionem sive arbitrium receptura, C marcarum penam, videlicet L[a] parti venienti et debito modo se presentanti et alias L[a] domino B.,[4] Olomucensi episcopo, ac nobis arbitris sine qualibet solvet contradiccione. Datum anno Domini M°CC°LXX°V° aput Brunnam, in vigilia Bartholomei.

Ego[e] Iohannes Romanus, Pragensis canonicus, arbiter in causa predicta, quia sigillum proprium non habeo, propria manu me ibi subscripsi cum hoc signo /S/.[e 5]

Sigilla: tria in scidulis membranaceis appendent; 1) Alexiii, decani Olomucensis, valde laesum. Cf. Sigilla num. 3, 38; 2) Alberti, praepositi Olomucensis, illaesum. Vide Sigilla num. 3, 37; 3) Cyri, archidiaconi Olomucensis, paulum laesum. Vide Sigilla num. 3, 41.

---

788. [a]) ‚muni' *A.* — [b]) ‚promittere' *A.* — [c]) *Ita A pro* ‚compromissi'. — [d]) *Ita A pro* ‚terminum'. — [e-e]) *Alia manu alioque atramento additum est in A.*

[1]) *Vide num. 784 n. 5.* — [2]) *Vide num. 787.* — [3]) *Sept. 4.* — [4]) *Brunoni.* — [5]) *Imaginem signi Exempla script. num. 3, 9 vide.*

789.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, dux Austriae, Stiriae et Karinthiae,[1] Milotae [de Dědice], capitaneo Stiriae, mandat, ut monasterio in Rein de salina in Aussee quinquaginta marcas annuatim solvere faciat.

In Veveří [1275][2] aug. 30.

Autographum in membrana scriptum in archivo mon. in Rein (sign. IV, 20. 111) asservatur (A).

Ed: Pferschy, Urkundenbuch, pag. 341 num. 570 (ex A).
Reg: Krones, MHVSt 22, pag. 142 num. 128. — Reg II, pag. 409 num. 978. — Krones, Forschungen 1, pag. 565 num. 150.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 257, 258, 287—289, 293 (Rn).

In tergo chartae manu scribae inscriptio transverse ad textum posita legitur: „Milote, capitaneo Styrie".

Scriba: P II 60 = fortasse magister Ulricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 42.
Dictator: magister Ulricus protonotarius.
Autographum in forma litterarum clausarum expeditum est; in qua forma alterum tantummodo documentum Přemysli Otakari II. in Kamnich [1270] oct. 1 datum (Reg. II, pag. 278 num. 716) ad nos venit. Formae simplicis documenti abbreviata forma intitulationis eius videtur respondere.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Ulricus protonotarius (T).

O.,[3] dei gratia Boemie[a] rex, dux Austrie, Styrie et Karinthie, Mylote, capitaneo Styrie, gratiam suam ‖ et omne bonum. Cum salina in Ausêe fuerit de proprietate monasterii de Runa et ipsi ‖ quinquaginta marce sint annis singulis de eadem ordinate, tibi sub optentu nostre gratie preci‖pimus firmiter et precise, quatenus abbatem dicti monasterii[4] facias in pecunia huiusmodi modis omnibus expedire, nam in nullum casum carere volumus, quin abbas et fratres monasterii supradicti in prefatis L marcis expediantur ad presens et deinceps annis singulis, contradictione qualibet non obstante. Datum in Aychorns III° kalendas septembris.

Sigillum: in litterarum tergo vestigia verisimillime secreti sigilli Přemysli Otakari II. e cera viridis coloris confecti apparent; sigillum olim scidula membranacea per sex incisiones in membranam factas traiecta impressum erat.

789. [a]) ‚Bo͡em' *A.*

[1]) *Vide inferius in apparatu.* — [2]) *Litteras, quae nota anni carent, ad annum 1275 posuimus, quia Milotae ex. anno 1274 officium capitanei Stiriae commissum est.* — [3]) *Přemysl Otakarus II.* — [4]) *Fortasse Almericum.*

790.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, civibus in Głubczyce antiquatum privilegium suorum praedecessorum renovat atque confirmat.

In Kenenhicz *1275 sept. 1.*

Autographum in membrana scriptum olim in archivo civitatis Głubczyce asservabatur, nunc autem latet[1] eiusque imago phototypica tantum restat (A). — Versionem Germanicam praebet mnscrus membr. Codex iuris Lubschicensis dictus a Nicolao Brevi, cathedrae Cracoviensis scriba, a. 1421 confectus, cuius textum ex Böhme (vide inferius) sub praebemus (T).[2]*

Ed: Böhme, Diplomatische Beiträge, pag. 1 num. 1 (versio Germanica, ad. 1270 aug. 28). — Tzschoppe-Stenzel, Urkundensammlung, pag. 371 num. 62 a (ex A, versio Germanica ex Böhme, ad 1270 aug. 28). — CDM IV, pag. 53 num. 43 (versio Latina ex Tzschoppe-Stenzel ad eundem terminum). — CIB I, pag. 168 num. 61 (idem).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 445 num. 228 (ad 1270 aug. 28). — Kopetzky, Regesten, pag. 125 num. 104 (idem). — Reg II, pag. 274 num. 711 (idem). — CDS VII. 2, pag. 181 num. 1345 (idem).
*Lit: Minsberg, Geschichte von Leobschütz, pag. 116 num. 2 (nova traductio in linguam Germanicam, charta ad 1270 aug. 28 ponitur). — Tomaschek, Deutsches Recht, pag. 75 ss (congruentia cum iuribus civitatis Iglaviensis, cf. CDB IV, pag. 290 num. 177**; chartam ad terminum supradictum ponit). — Kleiber, Geschichte der Stadt Leobschütz, pag. 15 ss (totius rei deliberatio; quaestio editoris* „antiquati privilegii" *tractatur; charta ad terminum supradictum ponitur). — Bednara, Beiträge, pag. 107 (idem; charta primum recte ad 1275 sept. 1 ponitur), tab. 4 a, 4 b (parvum specimen textus versionis Germanicae). — Latzke, Die Anfänge, pag. 39 (cohaerentia antiquati privilegii cum charta CDB IV, pag. 458 num. 267). — Latzke, Die Besiedlung, pag. 61 n. 72 a, 62 n. 75 (editores antiquati privilegii, chartam iterum ad 1270 aug. 28 ponit). — Dušková, Dva zvláštní případy, pag. 107 (stilus chartae, antiquatum privilegium, charta ad 1275 sept. 1 ponitur). — Šebánek, K otázce kupeckého domu, pag. 58 n. 56 (terminus* „scholae"*). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 331, 332, 335, 337, 338, 343 n. 243, 246, pag. 369, 382 (Lb 2).*

Scriba: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus protonotarius, qui textu antiquati privilegii nunc deperditi usus est; quod typis minoribus exprimere praetermisimus.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (N), 5, De chartae apud civitates usu (NNN).
Imagines phototypicas adversae nec non reversae partis chartae benignissime nobis v. d. H. Appelt ex apparatu diplomatico editionis „Schlesisches Urkundenbuch", *qui Marburgae asservatur, mittendas curavit.*

Otakarus, dei gratia rex Boemie, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Regalis excellentie maiestatem ‖ petitiones fidelium congruas et honestas audire benigne decet et eas auditas benignius exaudire, sic enim equitatis exsolvit debitum, sic fideles in fide

corroborat, sic alios ad sibi serviendum || allicit et inducit. Presentis igitur tenore privilegii noscat tam presens etas quam successura posteritas aliorum, quod nos iustis supplicationibus universorum civium in Lubsiz, fidelium nostrorum, de consueta || mansuetudine annuentes, antiquatum quoddam ipsorum privilegium et iam pre senio maceratum, eis a nostris concessum predecessoribus,[3] renovari fecimus et ipsum de speciali gratia duximus confirmandum. Erat autem ipsius antiqui privilegii continentia talis:

[1] In primis statutum est ipsis civibus, ut de quolibet manso ipsius civitatis solvere teneantur dimidium fertonem argenti.

[2] Item quod de quattuor generibus frumenti, tritico scilicet, siligine, avena et ordeo, decimam in ipsis agris nobis solvere teneantur.

[3] Item quilibet mansus debet apud eos habere triginta sex iugera.

[4] Item de qualibet curia sex denarios in festo beati Martini[4] nobis dicti cives quolibet anno solvent, vel penam quinque solidorum luet, quicunque non dederit ipso die.[a]

[5] Item ut in eodem festo omnes stantes ad forum et vendentes res super mensas in alveolis vel capisteriis vel mensuris quibuscunque solvant in censu tres denarios.

[6] Item ut quattuor molendina civitati adiacentia in eodem festo solvant talem censum: unum fertonem et dimidium argenti, aliud fertonem unum, tercium dimidium fertonem, quartum lotonem.

[7] Item ut silvas et pascua, eidem attinentia civitati, ipsi cives cum omni possideant libertate.

[8] Item ut infra miliare circa Lubsiz nullus audeat braseum preparare vel bracseare vel aliquod manuale officium exercere.

[9] Item quod scolas, officium campanatoris et pastoris pecorum cum consilio civium semper conferat advocatus.

[10] In iudiciis autem hec iura teneant iudicando: Primo quidem si quis pacem dei et domini regis et ipsius[a] civitatis violando quemquam vulneraverit [et][b] expurgare se non poterit, set potius legitimum contra se testimonium sustinebit, si lesus cum septem viris ydoneis se lesum ab illo probaverit, ille sic convictus debet decollari. Sin[5] autem lesus, quod obicit, probare non poterit, reus liber erit, set pro vulnere mettercius iurabit vel satisfaciet leso et iudici.

[11][6] Si quis autem, eandem pacem violando, pugno, baculo, clava, cultello vel gladio extracto cuiquam fuerit comminatus et per tres testes ydoneos de hoc convictus, vel manu truncabitur vel iudici solvet penam decem talentorum et nichilominus placare debet lesum.

[12][7] Si quis autem verbo probroso pacem infregerit et de hoc legitime convictus fuerit, solvet penam triginta solidorum.

[13][8] Si quis autem manu armata cuiusquam domum violenter invaserit et de hoc per septem vicinos ydoneos convincitur, debet decollari. Quod[9] si de hoc non convincitur et nullus ab eo fuerit vulneratus, reus se purgabit proprio iuramento. Sin[10] autem fuerit aliquis ibi vulneratus, licet actor non possit probare, reus se tamen expurgabit iure vulnerum supradicto.

[14][11] Si quis autem stupraverit virginem vel vi oppresserit aliquam mulierem et deprehensus fuerit in facto cum clamore stuprate, debet decollari. Sin[12] autem effugerit et ad mandatum iudicis vocatus non comparuerit,[c] statim proscribetur. Sin[13] autem comparuerit et clamore convictus non fuerit, propria se manu expurgabit.

[15][14] Si quis hominem interfecerit et inventum fuerit in manu eius instrumentum, per quod mortem intulit, decolletur. Sin[15] autem apud ipsum non fuerit inventum tale instrumentum, iure suo fruatur pars utraque. Quod[16] si per duellum amici occisi reum negantem volunt convincere et pervenerunt ad annos viriles, propria manu pugnabunt. Si[17] vero minores annis fuerint, pugilem poterunt pro se dare. Quod[18] si amici occisi non per pugnam, set per querelam simplicem procedant contra reum, ipse reus cum septem viris ydoneis se poterit expurgare, liber erit. Set[19] si defecerit, insufficienter se expurgando, decollabitur.

[16][20] Item si quis aliquem membro mutilaverit et mutilatus non provocet ad pugnam, reus se septima manu virorum ydoneorum expurgabit. In[21] quo si defecerit, manu truncabitur vel decem marchas exsolvet pro emenda; cuius emende due partes cedunt iudici et tercia leso; et reus emendabit ipsi leso ad arbitrium proborum virorum.

[17][22] Item si quis vulnus inflixerit, quod est dignum, pugna vel tercia manu se reus expurgabit vel iura vulnerum predicta pacietur.

[18][23] Item si quis aliquod membrum fregerit cuiquam sine sanguinis effusione et ipsum membrum fuerit postmodum resanatum, cum tribus viris ydoneis reus se purgabit vel iudicem et actorem debito modo complacabit.[d]

[19][24] Item si vulneratus a quocunque pre superbia non conqueritur lesionem suam in proximo iudicio post acceptum vulnus, eo ipso suam perdet in posterum accionem et satisfaciet iudici, prout ipse lesor et reus facere debuisset convictus.

[20][25] Item si quis aliquem baculaverit vel colaphizaverit aut aliter male tractaverit sine sanguis[e] effusione, et lesus in primo iudicio non conqueritur, totam in posterum perdidit actionem.

[21][26] Item si quis aliquem ex proposita malitia debaculaverit vel aliter male tractaverit, et actor probare non poterit, set reus negaverit, propria manu se purgabit; set[27] si convictus fuerit a tribus ydoneis testibus, quinque talenta solvere debet iudici et satisfaciet leso.

[22][28] Item in quacunque honesta causa vir aliquis vita vel rebus meruerit condempnari, tercia pars omnium bonorum suorum legitime cedet sue uxori IIII^{or} criminibus exceptis: preda scilicet, incendio, homicidio et crimine falsi.

[23][29] Item sunt in anno tria iudicia publica, que pronunctiabuntur in ecclesia et in foro: primum post Natales Domini,[30] secundum post Pascha, tercium post festum sancti Michaelis;[31] ad[32] que iudicia si quis non venerit, si nulla contra eum movetur querimonia, viginti denarios dabit pro pena. Si[33] vero aliqua contra eum querimonia fuerit, IIII^{or} solidos dabit iudici. Si[34] quis verbis excesserit in eisdem iudiciis, VIII° solidos in penam dabit. Omnes[35] autem pene, que dantur in istis et in omnibus iudiciis, medie relaxabuntur et medie iudici persolventur.

[24][36] Item in die forensi tanta est libertas fori publici in Lubsicz, ut quicquid emerit quisquam in ipso foro et hoc poterit legitime comprobare, eciam si illa res inpetatur ab aliquo nomine furti vel rapine, ipsi emptori nichil ex hoc deperiet in rebus suis aut honore.

[25][37] Set si in platea vel in domo extra forum aut non in die forensi quicquam emerit sub testimonio honesto, ipse quidem innocens erit in fama, si res illa inpetatur et etiam convincatur, set perdet res suas, quas dedit pro eadem.

[26][38] Si vero non probaverit se talem rem emisse, de furto tenebitur respondere, si res evincatur, et penam legitimam substinebit.

[27][39] Item si fur aliquis capitur cum re furtiva dimidium fertonem valente vel ultra, et ille, qui furem insequitur, de ipsa sit provincia, cum tribus viris ydoneis ipsum convincet. Si[40] autem de terra fuerit aliena, cum septem viris ydoneis ipsum prosequetur. De[41] predonibus vero idem fiat.

[28][42] Si autem res furtiva minus quam dimidium fertonem valuerit et reus antea non fuit infamis, non suspendetur, set iuxta statuam in publico virgis cedetur. Si[43] vero fur antea fuit infamis, suspendatur.

[29][44] Item si quis a sua hereditate discesserit et nullam inde iusticiam fecerit, ut tenetur, si iudex eum vocaverit, ut satisfaciat, et ipse hoc neglexerit, ad primum preceptum tenebitur iudici ad penam quinque solidorum. Si vero secundo iussus non satisfecerit, dabit VIII° solidos. Si vero nec tercio satisfecerit, triginta solidos dabit. Tamdem iudex precipiet ei venire infra annum et diem et satisfacere; quod si neglexerit, ipsa hereditas adiudicabitur nobis, et iste cadet ab omni deinceps accione.

[30][45] Item si quis prosequitur equum sibi sublatum et ipsum voluerit sententialiter obtinere, ipsum equum usque ad septimum guaranditorem prosequetur et tunc equum perdet vel sentialiter[f] obtinebit.

[31][46] Item compromissio facta per viros ydoneos et soluta preiudicat omni iuri, dummodo contra iusticiam non fiat vel communem honestatem.

[32][47] Preterea civibus eiusdem civitatis de speciali gratia duximus concedendum, quod, si quando advocatus eorum et consules, qui pro tempore ipsi prefuerint civitati, aliquam sententiam tulerint de aliquo articulo, qui non sit predictis insertus, set de novo emerserit ex ignota causa, volumus eam sententiam ratam et illibatam servari, ac si superius esset scripta, dummodo eadem sentencia non sit contra iusticiam vel contra communem honestatem; alioquin, si contra iusticiam fuerit vel communem honestatem, eam irritam esse volumus et inanem.

In cuius renovationis, confirmationis et concessionis nostre testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Actum et datum in Kenenhicz anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo V°, kalendis septembris, IIII[e] [48] indictionis.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

790. *[a] In loco raso scriptum est in A. — [b] Signum coniunctionis ‚et' fere evanuit in A. — [c] ‚paruerit' A. — [d] ‚placabit' A. — [e] Ita A pro ‚sanguinis'. — [f] Ita A pro ‚sententialiter'.*

[1] Sicut a f.d. A. Skowrońska Vratislaviensi certiores facti sumus. — [2] Versionis imaginem phototypicam nobis procurare non contigit. — [3] Quis editor memorati privilegii sit, incertum est; variae opiniones in operibus sub Lit. laudatis afferuntur. Cf. mentionem de antiquo iure civitatis Głubczyce in num. 682. — [4] Nov. 11. — [5] Apud Tzschoppe-Stenzel (porro T) paragraphus 11 incipit. — [6] Apud T 12. — [7] Apud T 13. — [8] Apud T 14. — [9] Apud T par. 15 incipit. — [10] Apud T par. 16 incipit. — [11] Apud T 17. — [12] Apud T par. 18 incipit. — [13] Apud T par. 19 incipit. — [14] Apud T 20. — [15] Apud T par. 21 incipit. — [16] Apud T par. 22 incipit. — [17] Apud T par. 23 incipit. — [18] Apud T par. 24 incipit. — [19] Apud T par. 25 incipit. — [20] Apud T 26. — [21] Apud T par. 27 incipit. — [22] Apud T 28. — [23] Apud T 29. — [24] Apud T 30. — [25] Apud T 31. — [26] Apud T 32. — [27] Apud T par. 33 incipit. — [28] Apud T 34. — [29] Apud T 35. — [30] Dec. 25. — [31] Sept. 29. — [32] Apud T par. 36 incipit. — [33] Apud T par. 37 incipit. — [34] Apud T par. 38 incipit. — [35] Apud T par. 39 incipit. — [36] Apud T 40. — [37] Apud T 41. — [38] Apud T 42. — [39] Apud T 43. — [40] Apud T par. 44 incipit. — [41] Apud T par. 45 incipit. — [42] Apud T 46. — [43] Apud T par. 47 incipit. — [44] Apud T 48. — [45] Apud T 49. — [46] Apud T 50. — [47] Apud T 51. — [48] Indictionis numerus rectus est, nam Henricus notarius, qui chartam dictavit, indictione Graeca uti solebat.

790.*

Otokarus, von den genoden gotis koning czu Behemen und herczog czu Österreych, czu Steyren, czu Karynten, margrof czu Merem und herre czu Carnele, der Marke, Eger und Portusnaon,[a] allen czu ewigen czeiten. Is beqwemet gutlichen czu horen beqweme und erber gebete der getrewen di magestate konigliche hochwirdikeit und diselben gebete gehort filguttiger czu dir horen, zo vorgilt her di schold di daz recht uzheischet, zo sterket her di getrewen czu glewben seinen glubden, alzo herander im czu seinem dinste czuczewt und infuret. Kundiket zol haben mit dem lawte diser hantfeste beide dis kegenwortige alder und daz czu kumftige der nochkomligen, daz wir haben geiowort von gepflegter guttiket rechtir flitunge allir unser getrawen burger czu Lubschicz und haben en heifen vornewen ein voralderte hantfeste, di do vor alder vorturben waz, di en von unsern vorfordern vorlihen waz, und diselbe wir mit fundirlicher gnode bestetiget zundir der alden hantfeste waz derlei behaldikeit:

[1] Czum allirersten waz gefaczt den burgern, das zi von ider huben der stat schuldig zint czu gebin ein halben firdungen silbers.

[2] Auch vor vir korner getreides von dem weisze, von korn, vom hapher, von der gerste ist man uns schuldig czu gebin den czenden in den erben.

[3] Auch ein ide hube czu en zol habin sechs unde dreisig morgen.

[4] Auch von einem idem hofe di vorgesprochen burger werden uns jerlich gebin sechs haller an sinte Merteins-tag, adir wer zi nicht geben wirt an demselben tage, der wirt geben busse vumf schillinge.

[5] Auch das do in demselben heiligen tage ein ider der do czu markte stehen wirt und wirt vorkeufen sein gerethe of den risschen in trogelin ader mulden adir in allen andirlei mossen, di sullen geben czu czinse dri heller.

[6] Auch daz do di vir mölen, di do legen bei der stat, sullen geben derlei czins: di eine einen firdung und einen halben silbers, di ander einen firdung, di dritte einen halben firdung, di virde ein lot.

[7] Auch daz di welder und di weiden, di do gehoren czu derselben stat, di sullen diselben burger besiczen mit allir freiheit.

[8] Auch innewendig einer meile bei Lubschicz nimandis sei zo torstig, daz her malcz mache adir dasselbe brewe adir irkein hantwerk treibe.

[9] Auch di schule, daz amatht dez glockeners und dez sweinhirtens das sal vorlihen der foit mit dem wiste der burger.

[10] Zunder in dem gerichte czu richten zol man dise rechte halden: Czum ersten ab imandis bricht gotis

frede, dez konygis frede und der stat frede, imancz vorwondende und her kan sich dez nicht awffertigen, zundir her leit wider sich ein rechtfertig geczugnis, also ab der gewitagte mit seben erbern mannen beweisen mak, daz her sein witag habe von im, der alzo obirwondene zal enthowpt werden. Ist aber, daz der gewittagte daz, das her clagit, nicht mak beweisen, der schuldige wirt frei, zundir vor di wunde selb dritte wirt her sweren adir genug thun dem gewitagten und dem richter.

[11] Ist abir imancz, denselben frede brechende, imandis drewhende mit der faust, mit dem knottel, mit der kewlen, mit dem messer adir mit ufgeczogenen swerte und wirt mit erbern dreien geczewgen davon oberwonden, der zal vorlisen seine handt adir gebe dem richter di busse czen pfund und glich wol zal her senftmutigen den gewitagten.

[12] Ab imand den frede breche mit lestlichen worten und her dovor rechtfertiglichen worde obirwonden, der wirt geben vor di busse drissig schillinge.

[13] Ab imancz mit gewaldiger hand imandis geweldiglichen inginge in sein hows und der mit seben erbern nocbern worde obirwonden, der zal enthowpt werden. Ist abir, das do das nicht wirt obirwonden und nimandis von im wirt gewund, der schuldige wirt sich rechtfertigen mit seinem eigenem eide. Ist abir imandis do gewund, allein der sacher nicht mag beweisen, zunder der schuldige wirt rechtfertigen sich mit dem obingeschreben wunden recht.

[14] Ab imandis einer iuncvrawen ir maittum benimpt adir mit gewald ze dez berawbt und her worde an der woren tat gefunden mit dez geschrei, der zal werden enthowpt. Ist daz her dor von kumpt unde czu dem gebote des richters geheissche sich nit gestellet, der zal czu hawz werden geecht. Ist abir, das her gestet und wirt mit dem geschree nicht obirwonden, mit eigener hand wirt her sich gerethtigen.

[15] Ab imandis einen menschen dir tötet und in seine hand wirt gefonden daz geczewe adir gewirke mit dem her den tot hot ingetragen, der werde enthowpt. Ist abir, das do derlei geczewe adir gewirke bei im nicht wirt gefonden, beide teile gebrawchen ires rechtens. Ist abir, das ze wellen oberwinden den schuldigen der do lewkent iren getoten frund mit kampfstreit und zint komen czu manlichen tagen, zo werden zi striten mit eigener hand. Ist abir, das zi der iore cleiner zint, zo mögen ze einen fechter vor sich geben. Ist abir, daz di frunde dez getötten nicht gehen of kempfen, zunder mit slechter clage wider den schuldigen, der schuldige mit seben erbern mannen sich mak rechtfertigen und wirt frei. Abir wirt her gebroch, daz her sich unfulkomlich gerechtigt, her werde enthowpt.

[16] Auch ob imancz imanden an einem gelide leemet und der gelempte nicht beschreit daz czu einem kampfe, der schuldige wirt sich mit der sebenden hand erbermannen rechtfertigen. Ab her an dem gebroch worde, der hand wirt her berawbt ader czehen marg wirt her geben vor di busse; von der bussen czwei teil werden gefallen dem richter und daz dritte teil dem gewitagten; und der schuldige wirt is bessern dem gewittagten noch willekor erber mannen.

[17] Auch ab imandis eine wunde sluege, di do wirdig were, eines kampfes adir der dritten hand der schuldige wirt sich dez gerechtigen odir wirt leiden di vorgesprochen wunden recht.

[18] Auch ab imancz imanden ein gelit czubreche an vorgissunge dez blutes und daz gelit worde dornoch weder geheilet, mit drien erbarn mannen der schuldige wirt sich rechtfertigen adir den richter und den sather wirt her mit beqweme senftmutigen.

[19] Auch ab der gewitagte von wem der witag uw sei geschen durch hochfart nicht claget seinen witag in dem nehesten dinge, den her hot genomen noch der wunden an dem vorlewset her vorbaz seine clage und her wirt gnug tun dem richter, der gewitagte zam der schuldige sulde geton haben obirwunden.

[20] Auch ab do imancz imanden mit knotteln slüge ader halsberte ader sust obilhandilt an blutvorgissen, und der gewitagte daz in dem ersten dingtage nicht claget, vorbas vorlewset her alle seine klage.

[21] Auch ab imancz imanden aws vorgesaczter busse mit knotteln betewbet adir sust obilhandelt, und der sather daz nicht beweisen mak, zundir der schuldige der lewkent, mit eigener hand wirt her sich rechtigen; abir wirt her obirwonden von drien erbern geczewgen, vunf pfund zal her geben dem richter und zal genug tun dem gewitagten.

[22] Auch in welcherlei erbar sache irk ein man hot vordinet vortilgunge seines lebens adir gutes, daz dritte teil aller seiner gutter mit rechte wirt gefallen seinem eweibe ausgenomen vir laster: den rawp, anczudunge, manslacht und falschslaster.

[23] Auch in dem iore zint dri offinbar ding, di do werden gekundigit in der kirchen und of dem markte: das erste noch winachten, daz andir noch den ostirn, daz dritte noch sinte Mychel; und ab imandes czu denselben dingen nicht enkömmet, ab do auch kein clage worde weder en gefellet, czu der busse wirt her geben czwenczig heller. Ist abir daz do irkein clage ist wedir en, zo wirt her dem richter geben vir schillinge. Ab imandes mit wortem gebricht in denselben dingen, der wirt czu der busse geben acht schillinge. Alle bussen, di do werden gegebin in desin adir andirn dingen, di helfte wirt gelossen und di andir helfte wirt gegeben dem richter.

[24] Auch an dem marktage ist ein sulch freiet dez offenbarn marktis czu Lubschicz, allis das do imandis kewft of dem markte also daz her daz rechtfertig mak beweisen, auch ab daz ding von imanden angefanget worde im namen einer dewberei adir rawbis, dem kewffer wirt nisnicht dovon abgehen in seiner habe adir an seinen eren.

[25] Zundir kewft imancz eczwaz in der gassen adir in dem howse aws wennig dem markte ader nicht an einem marktage under einem erbern geczeuge, her wirt unschuldig bleiben an seinen eren, ist daz, daz gekowfte ding wirt angefangt und ouch obirwonden, zundir her wirt vorlisen daz, daz her dorumme gegeben hot.

[26] Ist aber, daz her nicht beweiset, das her derlei ding habe gekawft, zo wirt her schuldig czu entworten von einir dewberei, zo ferre ist, daz das gekoufte ding wirt obwonden, daz sei dewberei, und her wirt leiden eine richtfertige pein.

[27] Auch ab do irkein dib worde gefangen mit der dewberei, di do tuchtig weren einen halben firdung adir me, und der, der do den dibe nachfulget, ist uz dem lande, mit drien erbarn mannen her en wirt obirwinden. Ist her abir von einer fremden erden, mit seben erbarn mannen wirt her en virfolgen. Abir von den rewbern sei is ouch alzo.

[28] Zundir ab di dewberei tawg nicht ein halben firdung unde der schuldige dorvor ist nicht gewest in vormerkunge, zo zal man en nicht hengen, zandir bei den pranger zal man en offinbar mit rutten hawen. Ist her abir vorgewest in vormerkunge, zo wirt her gehangen.

[29] Auch ab imandis von seinem erbe abczuge und davon kein recht tet, zam her schuldig were, ab der richter en ruft, daz her genug thw, und her vorsewmpt, daz czum ersten gebote her wird schuldig sein dem richter vor di busse vumf schillinge. Ab her czuz andermol geheisen nicht genug thut, her wirt geben acht schillinge. Zunder ab her noch czum drittenmol nicht genug tut, her wirt geben dreisig schillinge. Dornoch der richter wirt im gebitten czu komen innewennig ior und tag genug czu thun; ist daz her daz vorseimet, daz erbe wirt uns czugeteilet, und der fellet dornoch von allem ansproche adir sachunge.

[30] Auch ab imancz dir folgt ein pferd, daz im genomen were und welle is orteilich gewinnen, dazselbe pferd wirt her dir folgen bis an den sebenden gewereman und denne vorlewst her daz pferd adir wirt is mit orteil behalden.

[31] Auch ein gelowde, daz do getan ist von erberen mannen und dirfullet adir geleist daz orteilt vor vor allen rechten, wenne is nicht ist wedir di gerechtikeit adir gemeine erberkeit.

[32] Durch dezselben willen den burgern derselben stat uz zundirlichen genoden hab wir en daz vorlehen, ab do immer ir foit und ratman, di do in derselben czeit werden, bevor sein der stat, worden fellen irkein orteil von irnkeim artikel, der do nicht ist mit den vorgesprochen in geschreben, zundir von newes ist entstanden von unkundigen sachen, dasselbe orteil welle wir daz do daz gehalten werde, stete unde unvorselbet glichzam is obin geschriben were; alleine, wenne dazselbe orteil nicht ist weder di gerechtikeit adir di gemeine erberkeit, sust ab is weder daz recht were adir di gemeine erberkeit, zo welle wir, daz is sulle zam unbestetigt und untochtig gehalden werden.

Und durch der vornewhung, bestetigunge und unser vorleihunge czu einem töchtigen geczugnis und sterke of ewige czeiten habe wir heissen fellen di kegenwortige hantfeste und machen mit den sigiln unser

maiestat. Gegonnen und gegeben czu Krenenhicz[b] noch den czeiten dez herren Christi czwelf hundirt ior und dornoch in dem vumften tage dez romischen awsrufs czu dem monden iormarkt aust monden genanth und in dem virden iore der römer der vumfczenden czyns ior.

---

790. [a] ‚Portugal' *T.* — [b] *Ita T.*

791.[+]

Bruno, episcopus Olomucensis, in causa inter monasterium in Oslavany ex parte una et Kadoldum, filium quondam Eccardi de Miroslav, tutorem eius Smilonem de Bílkov et patruum eius Hartmannum de Myslibořice ex parte altera super iure patronatus ecclesiae in Troskotovice ventilata pronuntiat Kadoldum personaliter omni iuri et liti cessisse.

In Pustiměř 1275 sept. 6.

Charta dubiae fidei in membrana scripta in SAR Brunae (archivum mon. in Oslavany, sign. Staré Brno cist. P 39) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 161 num. 115 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 409 num. 979. — Šebánek, Archivy, pag. 46 num. 257 (ex A).
Lit: Dušková, Listiny rudíkovské, pag. 253, 255 n. 40 (scriba chartae). — Boháček, Das Römische Recht, pag. 292 (vestigia iuris Romani).

Scriba: B 16 = destinatarii proprius (= Os 4), cuius manus in chartis sinceris inter annos 1266–1275 monasterio in Oslavany datis occurrit. Cf. Exempla script. num. 2 b, 12 (= 3, 4).
Dictator: monasterii Oslavanensis proprius, qui proprietatibus stili, quae inter annos 1259–1275 in monasterio Oslavanensi usurpari solebant, utitur.
Charta tamen suspicionem movet, nam: 1) In chartae tergo lineae apparent necnon in sex earundem vestigia cuiusdam tractatus theologici, ex quo solummodo verba „Agnus dei, qui tolit peccata mundi" *legi possunt; 2) Ibidem in loco, ubi notae a registratoribus Oslavanensibus saec. XIII. esse solent, nota fere omnino erasa apparet; 3) Sigillum episcopi, quo charta nunc munita est, ex alia charta fraudulenter videtur esse translatum.*[1]
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (IIIII), 3, Oslavany (NN), 4, De chartae apud nobiles usu (BBBBB).

Brvno, dei gratia Olomuncensis ecclesie episcopus, universis, ad quos presens scriptum devenerit, salutem in Domino. Exhibiti‖one presencium notum esse volumus universis, quod, cum questio inter abbatissam de Ozla[2] et suum conventum ex una parte et Cadoldum,[a] ‖ filium domini Ekhardi, militis dicti quondam de Mirozlavs,[3] et dominum Zmilonem de Bilkow, purgravium Vetoviensem, ipsius Cadoldi tutorem, ‖ necnon dominum Hartliebum de Miszelboriz, patruum ipsius Cadoldi, ex altera super iure patronatus ecclesie de Droskwiz verteretur, tandem partibus graviter afflictis et attritis laboribus et expensis comparuit coram nobis dictus Cadoldus personaliter cum ydoneis nunciis sue partis et protestatus est viva voce, quod ipse pleniter edoctus donationem iuris patronatus ecclesie in Droskwiz esse factam a[b] suo patre, Ekhardo, milite quondam[c] dicto de

Mirozlavs, ecclesie in Ozla, quam ei infringere nolebat, sed pocius legitime esse factam recognovit, cedens omni iuri et liti, quod sibi in dicte ecclesie Droskwiz iure patronatus[d] competebat[e] vel competere posset in futurum, nuncio sui tutoris, videlicet domini Zmilonis, purgravii Vetoviensis, et eciam patrui sui domini Hartliebi hoc idem in nostra presencia attestante. Ne igitur propter malorum hominum voluntates alicuius calumpnie vicium vel discordie super premisso iure patronatus ecclesie Droskwiz posset in posterum a quoquam exoriri, presentem cartam munimine nostri sigilli voluimus communiri. Datum Bvstmir anno Domini M°CC°LXX°V°, VIII° idus septembris coram testibus subnotatis: fratre Lvciano lectore Olomuncensi et fratre Bartholomeo ordinis Predicatorum, magistro Iohanne Pragense canonico, magistro Witchone Olomuncensi[f] canonico, Iohanne notario nostro, Heinrico de Winzerlindorph domini Zmilonis nuncio[g] de Bilkowe et domini Hartliebi de Miszelboriz.[a]

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, in filis cannabinis glauci coloris ficte illaesum (cf. in apparatu) appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

791.+ *a) In loco raso scriptum est in A. — b) Scriba primum litteram ‚f' scribere coepit, quam in ‚a' sine rasura correxit in A. — c) Sequitur denuo vox ‚milite', quae una linea et punctis suppositis deleta est in A. — d) Vox super linea addita est in A. — e) ‚petebat' A. — f) ‚Olom' A. — g) Vox in fine lineae addita est in A.*

1) Fila cannabina, in quibus sigillum appendet, cera aliena texta sunt. — 2) Jutam. — 3) Vide num. 784 n. 5.

792.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio in Waldsassen privilegium patris sui Venceslai I. renovat et confirmat, textum eius inseri faciens.

In Kamýk 1275 sept. 12.

Apographum insertum est vidimationi fratris Godeschalci, guardiani fratrum Minorum in Cheb, et fratris Henrici, plebani et commendatoris fratrum domus Theutonicae ibidem, a. 1290 dec. 23 datae (Gradl, Monumenta, pag. 155 num. 422), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum in archivo publico Monacensi (sign. KU Waldsassen 120) asservatur (B). — Apographum simplex saec. XV. in plagula chartacea scriptum exstat ibidem (sign. KU Waldsassen 74) (C).

Ed: Reg II, pag. 410 num. 980. — Gradl, Monumenta, pag. 110 num. 302.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 331, 337—339, 346 n. 261, pag. 383 n. 389 (W 2).

Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (O).

[N]os[a] Otakarus, dei gracia rex Boemie,[b] dux Austrie, Styrie,[c] Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, presentis tenore privilegii scire volumus universos tam presentes quam futuros, quod honestus vir frater Iohannes, vene-

rabilis abbas monasterii de Waltsassen, nostre maiestati humiliter supplicavit, ut privilegium quoddam a domino Wencezlao,[d] quondam inclito rege Boemie,[b] patre nostro felicis memorie, ecclesie sancte Marie in Waltsachen,[e] abbati et fratribus, Cysterciensis[f] ordinis ibidem, graciose concessum videre, renovare ac confirmare nostra serenitas dignaretur. Nos autem ipsius abbatis supplicationibus de clemencie nostre consueta mansuetudine annuentes ipsum privilegium vidimus et legi fecimus in nostre presencia maiestatis. Erat autem privilegium ipsum non abolitum, non abrasum, non cancellatum, nec in aliqua parte sui viciatum, sed in prima sui[g] figura[g] existens et continentia eius talis: Wencezlaus,[h] dei gracia quartus Boemorum[i] rex, *etc.*[1] Volentes igitur, ut ea, que progenitorum nostrorum digne concessit vel statuit celsitudo, inconcussa ac inpermutabilia debeant remanere et proinde peticionibus supplicibus dicti abbatis benignius ac facilius annuentes, prescriptum patris nostri privilegium renovari fecimus et presentis tenore pagine de nostre potestatis plenitudine confirmamus. In cuius renovacionis et confirmacionis nostre testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri.[k] Testes autem huius rei sunt: Andreas regni nostri summus camerarius, Theodericus Spazmannus[l] subcamerarius, Iercho de Waldenberch burgravius[m] noster in Egra et Onso subpincerna noster. Actum et datum in Kamnik[n] per manus magistri Heinrici,[o] prothonotarii regni nostri et plebani in Gors, anno Domini millesimo CC° [p] septuagesimo quinto, pridie[q] ydus[r] septembris, quarte indictionis.[2]

---

792. [a]) *Ad litteram maiorem depingendam spatium vacuum relictum est in B.* — [b]) ‚Bohemie' *C.* — [c]) ‚Stirie' *C.* — [d]) ‚Venceslao' *C.* — [e]) ‚Waltsach' *B,* ‚Waltsassen' *C.* — [f]) ‚Cisterciensis' *C.* — [g-g]) ‚figura sui' *C.* — [h]) ‚Venceslaus' *C.* — [i]) ‚Romanorum' *C.* — [k]) ‚muniri' *B.* — [l]) ‚Spachmannus' *C.* — [m]) ‚burggravius' *C.* — [n]) ‚Kamuk' *C.* — [o]) *Deest B.* — [p]) ‚ducentesimo' *C.* — [q]) ‚II' *C.* — [r]) ‚idus' *C.*

[1]) *Vide CDB IV, pag. 370 num. 207.* — [2]) *Indictionis numerus rectus est, nam Henricus notarius, qui chartam dictavit, indictione Graeca uti solebat.*

793.

Bruno, episcopus Olomucensis, Bertholdo et Henrico dictis Saxonibus quattuor laneos in villa Žatčany cum consensu sui capituli iure feudali confert.

In Kroměříž 1275 sept. 22.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. D I a 3) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 162 num. 116 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 410 num. 983.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 156 ad num. 72 (corr. lect. A. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 695 num. 66 (idem). — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae).

Scriba: B 29 = fortasse Arnoldus notarius. Cf. Exempla script. num. 2 b, 25.
Dictator: formulario I. chartarum iura feudalia tangentium a Conrado notario confecto usus est (vide ex. gr. num. 556, 608, 609, 610, 726, 733 etc.).
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (KKKKK), Conradus notarius (PPP), Arnoldus notarius (E), 4 a, De chartae apud milites usu (BB).

[B]runo,[a] dei gratia episcopus Olomucensis,[b] dilectis fidelibus suis Bertoldo et Henrico dictis Saxonibus et eorum heredibus in perpetuum. Digne agimus et ‖ ratione movemur, dum eorum, qui se nobis et ecclesie nostre serviles exhibent et fideles, recompensamus servicia favore ac gratia speciali, ut fer‖vencius insistant nostris obsequiis, dum favorem nostrum sibi senserint affuisse. Hinc est, quod inspectis sinceritatis vestre servicis, que nobis ‖ in ecclesie nostre negotiis et utilitatibus non parcendo rebus et persone promptitudine grata iam diucius inpendistis et intenditis in huiusmodi serviciis persistere incessanter, cumque benefecisse bonis et fidelibus sit omni parte lucrosum, nos vobis, qui vos tam fidei puritate quam serviciorum exigencia retributionis premio dignos redditis, damus et conferimus liberaliter et libenter in feodum capituli nostri accedente consensu in villa Setsans quatuor laneos cum attinenciis eorundem, videlicet silvis, pratis, pascuis, censu, iudicio, sturis omnibusque proventibus, qui supradictis laneis insunt vel inesse poterunt in futurum, nullo diminuto vel excepto per vos ac heredes vestros, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneatis et possideatis ac ratione ipsius feodi ius wassallorum Magdeburgensis ecclesie habeatis[c] in omnibus indistinctum, quod et aliis concessimus infeodatis a nobis, quodque heredes vestri, filii tantum, sicut premissum est, gaudeant ipso iure. Dabitis eciam annis singulis canonicis nostris Olomucensibus[b] de quolibet manso mensuram tritici, quemadmodum infeodati ceteri dare tenentur. Ceterum statutum est per nos de consilio capituli, ut quilibet wassallorum nostrorum infeodatorum a nobis alia de propria pecunia debeat comparare bona, que extimatione[d] facta bonorum sibi collatorum ab ecclesia terciam partem valere debeant eorundem; vos vero ab huiusmodi statuto exemptos fore volumus, specialem in hoc consentiente capitulo nostro vobis gratiam facientes, ut nullum exinde quo ad dictum feodum vestrum vobis preiudicium generetur. Quod autem omnia premissa perpetuam obtineant firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense[b] capitulum, ego Allexius decanus, Albertus prepositus, Cyrus archidiaconus, Woizlaus scolasticus, Lampertus custos, Bartholomeus, Iohannes de Homburgh, Theodericus[e] de Wlmensten, Petracus, Vlricus, Budizlaus, Hartmannus et alii quamplures super premissis omnibus consensum nostrum leberaliter[d] adhibentes, subscribimus presensque scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum Cremser[f] anno Domini M°CC°LXXV°, in die beati Mauricii.

Sigilla: avulsa et deperdita sunt.

---

793. [a] *Ad litteram maiorem depingendam spatium vacuum relictum est in A.* — [b] ‚Olom̃' *A.* — [c] *Altera littera ‚a' ex ‚t' correcta est in A.* — [d] *Ita A.* — [e] *Littera ‚o' videtur esse addita.* — [f] ‚Crems' *A.*

794.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, personis expresse nominatis fabricam monetae suae in Jihlava sub condicionibus expresse nominatis possidendam concedit.

Brunae 1275 sept. 30.

Autographum in membrana scriptum in OA Jihlava (archivum civitatis Jihlava, sign. num. 7) asservatur (A).

Ed: Sternberg, Umrisse, pag. 29 num. 20 (ex A). — CDM IV, pag. 163 num. 117 (ex A).
Reg: Chlumecký, Die Regesten, pag. 14 num. 8. — Böhmer, Add. sec., pag. 453 num. 289. — Bischoff, Österreichische Stadtrechte, pag. 45 s. num. (ad a. 1275). — Reg II, pag. 411 num. 984. — Fiala, České denáry, pag. 71 n. 3. — Hoffmann-Křesadlo, Inventář, pag. 14 num. 7 (ex A).
Lit: Dušková, Notář Jindřich, pag. 60. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 276, 331, 339 (Ig 4).

Scriba: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (P), 5, De chartae apud civitates usu (OOO).

Nos Otakarus, dei gratia rex Boemie, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac || Portus Naonis, notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, quod fabricam monete nostre in Iglauia cum omnibus attinentiis, que || hii retroactis temporibus consueverunt habere, qui eamdem fabricam tenuerunt, Iaroscio, filio Ebrhardi, magistri monete olim per Boemiam,[1] || Hartmudo, genero Henrici Albi, civis Iglauiensis, et Ebrhardo, fratri civis nostri de Chazlauia, qui cognominatur Episcopus, fidelibus nostris ac heredibus ipsorum legitimis perpetuo possidendam concessimus et eo modo seu iure, quo preteritis temporibus per alios est possessa; volentes, quod magister monete, qui pro tempore fuerit, eos in iuribus ipsis debitis et consuetis non debeat aliquatenus inpedire et quod iidem Iaroscius, Hartmudus et Ebrhardus ac ipsorum heredes legitimi nulla alia iura sibi in eadem fabrica quam ea, que hii, qui tenuerunt eamdem hactenus, retroactis temporibus habuisse noscuntur, ratione huiusmodi possessionis hereditarie audeant usurpare, cum nos eis dictam fabricam concedendam duxerimus absque qualibet novitate et non aliter, quam possessa fuit per alios retroactis temporibus, per eos decetero possidendam. Volumus quoque, quod si ferrum eiusdem fabrice ad aliam civitatem vel alium quemlibet locum causa odii vel inimicitie vel propter aliquas necessitates transferretur, nichilominus dicti Iaroscius, Hartmudus et Ebrhardus fabricam in eo loco, ad quemcumque ferrum translatum fuerit, debeant secure ac sine difficultate aliqua possidere[a] et quod prefati[b] ac monetarii eiusdem fabrice eisdem iuribus gaudeant, quibus aliarum fabricarum monetarii perfruuntur, que sunt per Morauiam constitute. In cuius concessionis nostre testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre fecimus communiri. Actum et datum Brunne[c] per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri et plebani in Gors, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, pridie kalendas octobris, quarte indictionis.[2]

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi et viridis coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

794. [a] *Locum vacuum latitudinis duarum litterarum in fine lineae exstantem scriba lineola quadam explevit in A.* — [b] *Ita A, forsan scribae errore pro* ‚prefecti'. — [c] *Post vocem scriba litteram* ‚a' *scripsit, quam postea erasit et signum* ‚~' *addidit in A.*

[1]) *Postremum a. 1265 aug. 25 (num. 452) commemorati.* — [2]) *Indictionis numerus rectus est, nam Henricus notarius, qui chartam dictavit, indictione Graeca uti solebat.*

795.+

Zašit de Kurovice, a Přemyslo Otakaro II., rege Bohemiae, deputatus executor in causa, quae inter Budišum, abbatem monasterii in [Klášterní] Hradisko, et cives Olomucenses super possessionibus expresse nominatis vertebatur, protestatur se praedictum abbatem in possessionem corporalem earundem possessionum induxisse terminosque villae Bystrovany consignavisse.

In Olomouc 1275 nov. 3.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Velehrad, sign. P 13)[1] asservatur (A). — Apographum insertum est vidimationi Ferdinandi III., electi Romanorum imperatoris, datae Lincii 1645 dec. 18, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (archivum mon. Gradicensis, sign. A 26), pag. 32–33 num. 11 asservatur (B). — Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 30 num. 36 (C). — Aliud apographum denique exstat in fragmento mnscri chart. saec. XVIII.* „Varia memorabilia" *intitulati, quod ad M. Siebenaicheri Historiam, cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, agglutinatum est, fol. 294–295 (D).*

Ed: CDM IV, pag. 164 num. 118 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 412 num. 987. — Perlbach, Preußische Regesten, pag. 222 num. 821. — Philippi, Preußisches UB, pag. 228 num. 337. — Šebánek, Archivy, pag. 46 num. 258.
Lit: KK, pag. 105, 106 n. 6, 9. — Dušková, Česká listina 2, pag. 187 n. 59, 188 (iudicium provinciale apud Praedicatores in Olomouc).

In chartae replicatae parte dextra scriptum legitur: „Dies Sigil ist durch des feindts einfall auf Ollmütz durch plünderung desselben verletzt und abgerüssen verlohren worden. A. 1642 den 10 juni+ ". *Sinistrorsus scriptum legitur:* „Testor hoc conscientia, vita et morte mea ego F. Jacobus Hedinus, abbas Gradicensis, m. p. die et anno ut supra+ ". *In chartae tergo eadem manu, quae chartam scripsit, scriptum legitur:* „Littera Zaschitonis super circuicione villarum Haychin et Bistrovici" *(F), porro manus saec. XVII. addidit:* „N 11, post ruinam a. 1642".

Scriba: monasterii Gradicensis proprius, idem enim, qui notam in tergo chartae (vide superius) scripsit.
Dictator: fortasse idem atque scriba, cuius stili proprietates etiam in aliis chartis eidem monasterio destinatis apparent (ex. gr. num. 813+, 818).
Charta suspicionem movet, nam — sicut ex notis 2 et 4 apparet — ad chartas spurias necnon verisimillime ad chartam suspectam demum anno 1276 datam (num. 813+) revocat.
Vide: II. 3, Kl. Hradisko (T), 4, De chartae apud nobiles usu (CCCCC).

Ego Zaschit de Kurovicz, a serenissimo domino Otakaro qui et Premisl, quinto rege Boemie,[a] deputatus executor sue diffinicionis super causa, que inter || honorabilem virum dominum Budis, abbatem monasterii Gradicensis, ordinis Premonstratensis, Olomucensis diocesis, ex parte una et cives Olomucenses[b] ex parte altera || vertebatur racione curie[c] areis et hominibus ibidem residentibus in suburbio Olomucensi vel circa et ville dicte Haychin cum campis ante Olomucz ad ipsam vil||lam spectantibus, insuper aquis, piscationibus, pratis, pascuis, rubis, virgultis, harundinetis ad dictum monasterium ab antiquo pertinentibus, necnon tabernis in villis Nakel, Lubos, Bunowici, Laschas, prout in privilegiis ipsius domini regis et suorum predecessorum plenius continetur,[2] presencium tenore fideliter protestando declaro, quod de speciali mandato domini regis predicti personaliter ad cives Olomucenses accedens, assumptis mecum pro testimonio forciori nobilibus viris domino Wseborio, camerario Vetouiensi, domino Voizlao, magno iudice Olomucensi,[b] domino Lupo de Buk, domino Protiwei de Zaberh et aliis multis nobilibus terre in ecclesia sancti Michaelis apud fratres Predicatores, presente Winando iudice et civibus Olomucensibus, prefatum abbatem iuxta execucionem mihi a domino rege commissam[d] in corporalem et plenam possessionem induxi omnium premissorum. Hiis itaque peractis civitatem Olomucensem cum dictis nobilibus et beneficiariis castri Olomucensis[b] ac iudice et civibus prefatis exiens et secundum tenorem dictorum privilegiorum per omnia me regens, certas metas prefati monasterii tam in agris quam in aquis secundum ius terre per acervos, qui vulgo kopci dicuntur, distinxi et distinctas precepi sub pena in ipsis privilegiis contenta a civibus Olomucensibus et omnibus aliis inviolabiliter observari. In die vero sequenti secundum predictum mandatum una cum iam dictis terre nobilibus atque castri Olomucensis beneficiariis ad villam Bystrowici, quam Robertus, pie memorie quondam abbas Gradicensis,[3] a civibus Olomucensibus precio comparavit, quam eciam serenissimus rex superius nominatus de sua mera liberalitate predicte ecclesie Gradicensi suo privilegio confirmavit,[4] accessi ac ipsam ex parte silve Holice domini regis et beneficii castri Olomucensis, quod vulgo dicitur podstole, quod tenet dominus Don, et ex parte villarum Hodinan, Chwalchoviz, Bokwan et Bystriz plenarie circuivi, coram quibus certos[e] terminos[e] secundum terre consuetudinem per acervos, qui etiam kopci vulgariter appellantur, undique consignavi, precipiens omnibus sub pena superius assignata, ne aliquis in posterum mutare vel violare presumat eosdem. In quorum omnium robur et testimonium meum speciale et sepedicti nobilis Wseborii sigilla litteris presentibus sunt appensa. Actum in Olomucz anno Domini M°CC°LXXV°, III° nonas novembris presentibus nobilibus prefatis: domino Wseborio camerario Vetouiensi, Voizlao de Luczlauicz magno iudice castri Olomucensis,[b] Wokone de Crawar, Protiwen de Zaberz, Lvthmiro de Wyrowan subvillico Iohannis villici Olomucensis[b] ministerialibus suis, Wawrichone de Woyniz et Heinsone de castro Olomucensi,[b] Swechikone villico domini Kvnonis camerarii Olomucensis ministerialibus suis, Slawichone[f] de Meschicz, Radzlao de Hostkowicz, Martyno de Thynecz villico Nezamizli purkgravii Olomucensis[b] ministerialibus suis, Radozlao de Sennichz, Hostkone de Nelesowicz, Alexandro de Prestawilk subiudice Voyzlai predicti iudicis Olomucensis, Theodricho de Prussia[g] marscalcho domini episcopi Olomu-

censis,[5] Hugone de Holesow, Sudkone de Bielawka, Czasta de Krelow, Lvpo de Bvk, Iecchore de Drenowicz, Bodizlao de Wesele, Swirczone de Tyrnaua, Ratyborio de Tupecz, Leone de Prosinicz, Msislao de Chiowicz, Iohanne de Polkowicz, Witkone de Slawetyn, Mikvlone de Costelecz, Petro de Kozarini Hloti, Hermanno de Swetol, Sobolone de Rohczene, Mlagikone[h] de Topolan, Belzsone de Topolan, Swoyano de Hermanicz, Holzsone de Bedihostz, Swatozlao de Drosin, Hodkone de Bedihostz, Raditone[i] de Obidkowicz, Hostensone de Bystroicicz, Letzikone procuratore de Haychin, Slawon[k l] de Sobesowiz[k] ministerialis[l] Cunonis camerarii Olomucensis et aliis multis.

Sigilla: duo, quae in scidulis membranaceis appendebant, iam avulsa et deperdita sunt.[6]

795.+ [a]) ‚Boem̊' *A.* — [b]) ‚Olom̃' *A.* — [c]) *Post vocem praepositio* ‚cum' *deesse videtur in A.* — [d]) ‚omissam' *A.* — [e–e]) *In loco raso scriptum est in A.* — [f]) *Littera* ‚S' *e quadam alia littera videtur esse correcta in A.* — [g]) *Altera littera* ‚s' *ex* ‚c' *videtur esse correcta in A.* — [h]) *Littera* ‚M' *e quadam alia littera correcta est in A.* — [i]) *Litterae* ‚it' *incertae sunt in A.* — [k–k]) *In loco raso scriptum est in A.* — [l–l]) *Ita A, nominativum pro ablativo ponens.*

[1]) *Charta prius in archivo monasterii Gradicensis (vide notas in charta replicata et in tergo eiusdem), post abolitionem monasteriorum tempore Josephi II. imperatoris factam chartis monasterii Velehradensis per errorem addita est (Cf. et Šebánek, Archivy l.c.).* — [2]) *Vide CDB IV, pag. 277 num. 171++ et in hoc tomo num. 616, porro CDB IV, pag. 341 num. 188+++ et in hoc tomo num. 618+.* — [3]) *A. 1269 defunctus.* — [4]) *Litterae non exstant. E contrario cf. num. 813+.* — [5]) *Brunonis.* — [6]) *Quomodo sigilla deperdita sint, vide in apparatu (notae in charta replicata).*

796.

Boreš de Rýzmburk Eremitas ordinis sancti Augustini Moraviae in sua hereditate [in Koruna] locat, varias possessiones eis inter villas Krasíkov et Třebařov donans.

In Rýzmburk 1275 nov. 5.

Autographum in membrana scriptum, quod olim in archivo mon. s. Thomae in Antiqua Bruna asservabatur, nunc in SAR Olomouc (sign. Augustiniáni Krasíkov num. 1) asservatur (A). — Apographum exstat in confirmatione Karoli IV., Romanorum imperatoris, Pragae 1364 dec. 30 data (CDM XV, pag. 82 num. 100), cuius confirmationis autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. superius dicti, sign. 39 a) asservatur (B). — E pluribus simplicibus apographis illud ex B descriptum commemoretur, quod in mnscro chart. saec. XVIII. „Liber magnus et novissimus" *intitulato, a Mathaeo Pertscher, Brunae ad s. Thomam priore, anno 1745 conscripto, ibidem (sign. 41, 1, 12) asservato invenitur, fol. 125v (C). — Versio Germanica confirmationis chartae B cum inserto textu chartae Boršonis exstat in convoluto chart. saec. XVII.–XVIII. in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. F, Koruna Svatá) asservato (T 1). — Altera versio Germanica eiusdem confirmationis cum inserto textu chartae Boršonis anno 1669 scripta (seu ex exemplo anno 1669 scripto descripta) in convoluto chartaceo in SAR Brunae (inter Cerronianos II, sign. 122/39) asservato, invenitur (T 2). Germanicam versionem inferius sub* ex T 1 praebemus.*[1]

Ed: CDM IV, pag. 166 num. 119 (e quadam copia vidimata).
Reg: Reg II, pag. 413 num. 988. — Švábenský, Aug. kláštery I, pag. 72 num. 297b.
Lit: Dušková, Česká listina 2, pag. 191.

Scriba: ignotus, fortasse destinatarii proprius.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Koruna (C), 4, De chartae apud nobiles usu (DDDDD).

In nomine Domini amen. Borso dictus de Risenburc ad noticiam presencium et memoriam futurorum nosse volumus vniversos presentis pagine inspectores, quod nos divinitus inspirati || ob spem retribucionis eterne fratres Heremitas ordinis sancti Augustini Moravie in nostra hereditate locavimus,[2] eis subnotata de manibus possidentium ea liberata ac liberaliter || redempta donantes libere et liberaliter iureque hereditario possidenda, videlicet collem et silvam inter villam dictam Wudicsdorf et aquam, que dicitur Zazauia, necnon quatuor || mansos et molendinum inter villam dictam Tribuersdorf et prenotatam aquam, volentes, ut nulli hominum residentium in Tribuersdorf preter prefatum molendinum molere absque causa audeat evidenti, nec ulli in vicino huius molendini aliud construere liceat, per quod huic dampnum valeat generari. Insuper sepedictam aquam ab ipso molendino usque ad finem hereditatis nostre et XX mansos in pluries dicta villa Tribuersdorf ipsis fratribus contulimus a nobis prorsus alienando, decernentes eos omni iure, quo nos habuimus, exceptis tribus causis iudiciariis, videlicet adulterii, homicidii et furti, absque quolibet obstaculo possidere. Datum in Risenburc anno Domini M°CC°LXX°V°, nonas[a] novembris.[b]

Sigillum: Boršonis de Rýzmburk in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris paulum laesum appendet. Vide Sigilla num. 4, 25.

---

796. [a]) *Ita A.* — [b]) *Syllabis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Apertis erroribus correctis.* — [2]) *Locatio ante annum 1270 videtur esse facta; cf. num. num. 628.*

796.*

Im namen des Herren amen. Ich Borsso genant von Rysenburg gieb jedermänniglich jeztigen und kunftigen so diesen brief sehen oder lesen werden zu vernehmen, daß wir durch göttliche eingebung in hoffnung, daß wir ewige belohnung dessentwegen erhalten werden, die einsiedler brüder s. Augustini ordens in Mähren in unser erbgut eingesetzet und eingeführet haben auf die nachfolgende gründ von den vorigen besitzern und inhabern freygemacht und ihnen freywillig geschenkt haben mit allem recht und gerechtigkeit erblich zu besitzen als nemblich den berg und den wald zwischen dem dorf Budigsdorf und dem wasser, so genannt wird Sassava und vier lahn sambt der mühl zwischen dem dorf Triebendorf und daß niemand anderstwo als auf dieser mühl mahlen soll außer höchst nötigen anderen ursachen wegen; item daß niemand kein andere mühl in der nahet aufbauen könne, so dieser vorigen mühl schaden kunte bringen. Wie auch das vorgedachte wasser, die Sassava, von anfang der vorbenennten mühl bis zu end unserer erbschaft sambt den vier lahnen in dem dorf Tetnitz haben wir vorgemelten geistlichen brüdern gegeben und geschenket, dergestalten, daß wir alles dieses gantzlich von uns weckschieben und uns dessen allen mit allem recht und gerechtigkeit berauben; allein uns vorbehalten drei uhrtheilsprechung, als der unterthan ehebruch, todtschlag und diebstahl, sonsten sollen die gedachte geistliche brüder alles ruhig besitzen und innen haben. Gegeben zu Rysenburg im jahr Christi ein tausend zweyhundert fünf und siebetzig den fünften tag novembris.

797.

Budiš, abbas monasterii in [Klášterní] Hradisko, et Alexius, decanus Olomucensis, profitentur controversiam inter se ratione metarum et terminorum inter varias possessiones expresse nominatas ortam arbitrantibus probis viris colonisque itidem expresse nominatis sopitam esse.

In Olomouc 1275 nov. 30.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 54 num. 67 (B). — Aliud apographum saec. XVII. servavit M. Siebenaicher* „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis", *cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, fol. 110^{v}—111 erronee ad a. 1280 (C). — Aliud apographum exstat in fragmento mnscri chart. saec. XVIII.* „Varia memorabilia" *intitulati, quod ad codicem superius nominatum agglutinatum est, fol. 296—296^{v} (D).*

Ed: CDM IV, pag. 167 num. 120 (ex D), pag. 241 num. 178 (ad a. 1280 ex C).
Reg: Reg II, pag. 414 num. 989, pag. 528 num. 1222 (ad a. 1280).
Lit: KK, pag. 316 (chartae stilus).

Dictator: monasterii Gradicensis proprius; stili proprietates congruentes in chartis abbatum Roberti et Budiši (num. 384, 840) inveniri possunt.
Vide: II. 3, Kl. Hradisko (U), Olomouc, ecclesia capitularis (HH).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

Nos Budis, miseracione[a] divina abbas ecclesie Gradicensis, ordinis Premonstratensis, Olomucensis diocesis, et Allexius,[b] decanus Olomucensis, tenore presenti profitemur universis, quod controversia, que inter nos longo tempore agitabatur racione metarum et terminorum in foribus claustri Gradicensis[c] ex parte[d] una[d] et villam Predmoste[e] ecclesie Olomucensis ex altera et eciam inter insulas circa pontes claustri prefati ex una et villam Hodynan[f] ecclesie prefate ex altera nec non in villa Semitesiz,[g] que est utriusque ecclesie, occasione agrorum ac[h] virgultorum inter villas Drozdyn,[i] Chwalkowicz et Thowirz[k] hinc inde inutiliter commixtorum et eciam racione cuiusdam parvule aree in predicta villa Semitesicz inter areas domini abbatis site, arbitrantibus probis[l] viris et discretis, videlicet Sobolone de Rowczin, Lybnikone,[m] iudice de Scephanstorf,[n] Swatocio,[o] procuratore domini decani, Nicolao notario et Nagrado, ministeriali decani eiusdem, colonis itidem[p] predictarum villarum fidedignis, quos ad hoc ex utraque parte elegeramus,[q] agris, virgultis equanimiter limitatis ac, prout[r] expedit utrique[s] ecclesie,[t] omnibus in melius commutatis,[u] metis vero[v] secundum ius terre per acervos,[w] qui vulgo kopci dicuntur, distinctis, inter nos totaliter est sopita Domino concedente. Exitum vero gregum, qui vulgariter drahy nominantur,[x] tam ex parte Olomucensium[y] quam ipsius[z] claustri [z] campis equaliter acceptis ordinamus; pascua vero hominibus prefate ville communia erunt in solidum exceptis duntaxat domini abbatis silvis sine omni contradiccione; via vero publica similiter utramque contingens partem habebitur perpetuo observata. Ut autem hec ordinacio inter nos facta firma et

stabilis in perpetuum permaneat,[aa] presentem literam nostrorum sigillorum specialium atque capituli ecclesie Olomucensis necnon conventus Gradicensis munimine communiter[v] fecimus roborari. Acta sunt hec in Olomucz[bb] anno Domini M°CC°LXXV°,[cc] pridie kalendas[dd] decembris presentibus arbitris suprascriptis et aliis quampluribus.

---

797. [a] *Hic et inferius ‚t' pro ‚c', ‚ae', ‚oe' pro ‚e', ‚j' pro ‚i' ponitur in C, D.* — [b] ‚Alexius' *C, D.* — [c] ‚Gradicensibus' *D.* — [d-d] ‚una parte' *C.* — [e] ‚Przedmoste' *C, D.* — [f] ‚Hodinan' *D.* — [g] ‚Semitesicz' *C.* — [h] ‚et' *C.* — [i] ‚Dozdyn' *B.* — [k] ‚Towirz' *C.* — [l] *Deest D.* — [m] ‚Libinckone' *C*, ‚Libnikone' *D.* — [n] ‚Stephansdorf' *C*, ‚Stephanstorf' *D.* — [o] ‚Svatocio' *C, D.* — [p] ‚itaque' *B, D.* — [q] ‚eligeramus' *B.* — [r] *Loco vocis* ‚prout' *spatium vacuum apparet in B, D.* — [s] ‚utriusque' *D.* — [t] *Vox* ‚et' *sequitur in C.* — [u] ‚communitatis' *B, C.* — [v] *Deest C.* — [w] ‚acervuos' *B.* — [x] ‚nominatur' *D.* — [y] ‚Olom̃' *B*, ‚Olomucensi' *C.* — [z-z] ‚claustri ipsius' *C.* — [aa] ‚maneat' *C.* — [bb] ‚Olom̃' *B*, ‚Olmütz' *D.* — [cc] ‚1280' *C*, ‚MCCLXXV' *D.* — [dd] ‚calendis' *D.*

798.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, testatur, quomodo Bohuslaus, filius quondam Sulislai de Trnovany, in praesentia regis Pragae constitutus cum fratribus suis, praecipue cum fratre suo Sulislao, de bonis paternis compositionem fecerit.

In Křivoklát 1275 dec. 19.

Apographum saec. XIV. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 13—14 (B). — Aliud apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 27—28 num. 32 (C). — Aliud apographum exstat in fragmento mnscri chart. saec. XVIII.* „Varia memorabilia" *intitulati, quod ad M. Siebenaicheri Historiam, cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, agglutinatum est, fol. 292[v]—294 (D).*

Reg: Reg II. pag. 415 num. 991.
Lit: Dušková, Šlechtické archivy, pag. 62, 64 (quaestio, cur chartae textus in copiarios superius nominatos intextus sit, examinatur). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60 (stilus chartae). — CIM IV. 3, pag. 290 n. 1 (chartam falsam esse declarat).[1] *— Dušková, Urkundenwesen, pag. 332—337, 340 n. 238, 345 (Tr).*

Dictator: magister Henricus protonotarius.
Charta in copiariis superius citatis descripta neque ad res ecclesiae Olomucensis neque monasterii Gradicensis spectat.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (Q), 4, De chartae apud nobiles usu (EEEEE).

Otakarus,[a] dei gracia[b] rex Boemie,[c] dux Austrie, Styrie,[d] Karinthie,[e] marchio Morauie,[f] dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis,[g] omnibus in perpetuum. Non sine grandi consilio et deliberacione[h] perpensa, priusquam de corruptibilis nature gremio frequencia emergebant litigia, scriptarum[i] remedia caucionum prudens adinvenit antiquitas, ut[k] pacis cultus vigeret[l] in populis, dum cautela premuniens iurgiorum precidit[m] materiam, ad nocendum proclivis, detestabilis abrogatur calumpnia,[n] et dum labilem redinteg-

rant litterarum[o] monimenta memoriam, omnis omnino nequicie aditus precludatur.[p] Hac igitur nos[q] racione commoniti, qui de regie dignitatis officio mollia salutifere pacis ocia[r] [2] nostris libenter subditis procuramus, ne protestaciones seu confessiones,[s] que causa conservande pacis atque concordie coram nobis aguntur, ab ipsis vel per calumpnie[t] nequiciam vel per caliginose[u] oblivionis segniciem rescindi seu aliquatenus immutari contingat, sicque per consequens ab eisdem pax et concordia relegetur, presentis tenore privilegii manifestum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, quod Bohuslaus dictus Buscouech,[v] filius quondam Sulislai de Trynouan,[w] Prage in nostra presencia constitutus, non vi, non metu coactus, set[x] propria et libera voluntate inductus fuit. Primo et principaliter confessus et protestatus, quod duas villas, quarum una Vribiche,[y] altera vero Bedlno dicitur, cum ipsarum pertinenciis in provincia Rokicensi[z] sitas, que ville de pecunia, quam reverendus in Christo pater et compater noster karissimus,[aa] dominus Iohannes,[bb] venerabilis Pragensis episcopus, in dotem dederat olim Zdeslaue,[cc] nepti[dd] sue et noverce ipsius Bohuslai, empte fuerunt, assignavit Sulislao,[ee] fratri suo, quem dictus pater eius[ff] de prefata Zdeslaua,[gg] nepte[hh] domini episcopi, susceperat, recongnoscens[ii] et asserens, quod dicte due ville ad ipsum Bohuslaum non spectant nec spectare debebant,[ik] set[x] ad dictum Sulislaum,[kk] fratrem ipsius, filium, ut dictum est, noverce sue Zdeslaue,[cc] iure hereditario seu successionis tantummodo pertinebant, cum de pecunia, que in dotem dicte Zdeslaue[cc] data fuerat, eedem ville empte fuissent,[ll] ut est superius pretaxatum. Secundario vero protestatus atque confessus[mm] ibidem et eodem tempore dictus Bohuslaus fuit etiam coram nobis, quod postquam divisus fuit ab Vlrico,[nn] fratre suo, et postquam ipsi Vlrico[nn] partem de bonis paternis eundem Vlricum[oo] contingentem assignaverat, postquam eciam dicto Sulislao[ee] assignaverat dictas duas villas, que empte fuerunt[pp] de pecunia, quam prefatus dominus episcopus in dotem dederat prefate Zdeslaue,[cc] nepti[dd] sue, requisitus fuit idem Bohuslaus per prefatum dominum episcopum pluries, ut dicto Sulislao,[ee] filio neptis[qq] sue, assignare deberet[rr] de bonis paternis debitam porcionem. Qui[ss] siquidem Bohuslaus, cum primo se durum et pertinacem in huiusmodi exhiberet, tamdem[tt] tribus citatus edictis[uu] posuit hoc negocium in manus communium amicorum et sic habito cum eisdem consilio diligenti omnes hereditates paternas sibi et prefato Sulislao[ee] ac Zauisse,[uu] fratribus suis, communes in tres partes divisit et quod eleccionem prefato prebuerat[vv] Sulislao,[ee] ut de ipsis porcionibus reciperet, qualem vellet, et quod idem Sulislaus[ww] reciperet[xx] in partem suam ista bona, videlicet totam et integram villam Ochrhouech[yy] et medietatem ville Brezniche[zz] et totam ac integram villam Hluboki[aaaa] et septem curias cum attinenciis suis in Smurk,[bbb] que ville ac curie site[ccc] sunt in prefata provincia Rokitensi;[ddd] receperat eciam in partem suam Crihouichi,[eee] civitatem forensem, que sita est in provincia Podbridye[fff] [3] vulgariter nuncupata, asserens et affirmans idem Bohuslaus, quod dictam recepcionem, quam Sulislaus,[ww] dictus frater suus, fecerat, ratam, firmam et acceptam habebat; et quod decetero in prefatis bonis nullum ius haberet vel habere posset, set[x] ad prefatum fratrem suum Sulislaum,[kk] qui eadem bona sibi in sortem receperat, ex causa divisionis fraterne legittime[ggg] ac racionabiliter pertinebant. Protestatus eciam et confessus fuit idem Bohuslaus, quod obligaverat se dicto Sulislao,[ee] fratri suo, ad penam centum[hhh] marcarum[iii] argenti, si contra dictam divisio-

nem venire aliquo tempore attemptaret,[kkk] vel dictum Sulislaum[kk] in recepcione predicta, quam de bonis prefatis fecerat, quominus efficax eadem recepcio exsisteret,[lll] impediret aliquomodo necnon[mmm] et quod idem Sulislaus[nnn] ad eandem penam dicto Bohuslao se obligaverat vice versa, si contra dictam divisionem veniret, vel recepcioni, quam fecerat, stare nollet. In cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium ad cautelam prefati Sulislai,[nnn] filii neptis[ooo] dicti domini episcopi, fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Datum in Burgelino per manus magistri Henrici, prothonotarii[ppp] regni nostri et plebani in Gors,[qqq] anno Domini M°CC° [rrr] septuagesimo quinto, XIIII° [sss] kalendas[ttt] ianuarii, quarte indiccionis.[uuu 4]

798. [a] ‚Ottakarus' *D.* — [b] *Hic et inferius* ‚t' *pro* ‚c', ‚ae', ‚oe' *pro* ‚e', ‚j' *pro* ‚i' *ponitur in D.* — [c] ‚Boẽm' *B, C.* — [d] ‚Stirie' *C.* — [e] ‚Carynthiae' *D.* — [f] ‚Moraviae' *D.* — [g] ‚Nacõnis' *B,* ‚Nanonis' *C.* — [h] ‚deliberacone' *B, titulus enim deest.* — [i] ‚strictarum' *D.* — [k] ‚et' *C, D.* — [l] ‚viget' *D.* — [m] ‚praecedit' *D.* — [n] ‚calumnia' *D.* — [o] ‚literarum' *D.* — [p] ‚praecluditur' *D.* — [q] ‚nostra' *sequitur in D.* — [r] ‚eciam' *C, D.* — [s] ‚confexiones' *B,* ‚confixiones' *C, D.* — [t] ‚calumnie' *D.* — [u] ‚caligose' *B, C.* — [v] ‚Busconech' *D.* — [w] ‚Trynovan' *D.* — [x] ‚sed' *C, D.* — [y] ‚Wrbiche' *D.* — [z] ‚Boleicensi' *D.* — [aa] ‚carissimus' *C.* — [bb] ‚Joannes' *D.* — [cc] ‚Zdieslavae' *D.* — [dd] ‚nepoti' *C, D.* — [ee] ‚Sudislao' *D.* — [ff] ‚nisi' *C, D.* — [gg] ‚Zdieslava' *D.* — [hh] ‚nepote' *C, D.* — [ii] ‚recognoscens' *C, D.* — [ii'] ‚debeant' *D.* — [kk] ‚Sudislaum' *D.* — [ll] ‚fuerant et fuissent' *C, D.* — [mm] ‚confexus' *B.* — [nn] ‚Ulrico' *D.* — [oo] ‚Ulricum' *D.* — [pp] ‚fuerant' *C, D.* — [qq] ‚nepotis' *C,* ‚nepoti' *D.* — [rr] ‚debeat' *D.* — [ss] ‚cui' *D.* — [tt] ‚tandem' *C, D.* — [uu] ‚et dictis' *D.* — [vv] ‚Zawisse' *C, D.* — [ww] ‚praebuerit' *D.* — [xx] ‚Sudislaus' *D.* — [yy] ‚receperat' *C, D.* — [zz] ‚Ochihonech' *C, D.* — [aaa] ‚Brzezniche' *C, D.* — [bbb] ‚Hluboky' *C.* — [ccc] ‚Smrak' *D.* — [ddd] *Deest B.* — [eee] ‚Rokicensi' *D.* — [fff] ‚Crchonichi' *D.* — [ggg] ‚Podbridie' *C, D.* — [hhh] ‚legitime' *D.* — [iii] ‚100' *D.* — [kkk] ‚marcharum' *C.* — [lll] ‚attentaret' *D.* — [mmm] ‚existeret' *D.* — [nnn] ‚nocuo' *D.* — [ooo] ‚Sudislai' *D.* — [ppp] ‚nepotis' *C, D.* — [qqq] ‚protonotarii' *D.* — [rrr] ‚Gos' *B, C, D.* — [sss] ‚millesimo ducentesimo' *C, D.* — [ttt] ‚14' *D.* — [uuu] *Vox* ‚prima', *quae signo* ‚I' *in C posito respondet, sequitur in D.*

[1] *Vide n. 3.* — [2] *Cf. Ovidius, Met. 1, 100.* — [3] *Articulum de villa Cerhonice v. d. Haas in epistula ad nos data posterius additum esse putavit, quia provincia Podbrdiensis, de qua ibi mentio fit, demum durante saec. XV. in fontibus nominatur. E contrario falsatorem chartae statuere non possumus, quod re vera destinatorem eius (vide notam introductoriam) ignoramus.* — [4] *Indictionis numerus recte enumeratus est, nam Henricus notarius, qui chartam dictavit, indictione Graeca uti solebat.*

799.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, telonearii sui dominii mandat, ut currus fratrum [hospitalis] s. Francisci Pragae de Bohemia in Moraviam et Austriam et vice versa transeuntes sine qualibet exactione telonei transire permittant.

Pragae [1271—1275][1] dec. 30.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 4 (1/3a)) asservatur (A). — *Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. (1654), qui* „Liber aureus" *appellatur, ibidem (sign. V/1, 202) asservato, pag. 203—204 (B).*

Reg: Reg II, pag. 307 num. 767.
Lit: Šebánek-Dušková, Listina v č. státě doby Václava I., pag. 97 (origo mandati). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 276, 278, 345 (SF 4).

In tergo mandati manu saec. XIII. scriptum est: „Super telonio" *(A 1), alia manus coaeva addidit:* „Privilegium regis, quod fratres liberi sint" *(D); denique posterior manus ante vocem* „quod" *vocem* „Othakari" *supplevit.*

Scriba: P II 83 = Johannes notarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 66.
Dictator: Johannes notarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., Johannes notarius (G), 3, Crucigeri cum stella rubea (V).

O.,[2] dei gratia rex Boemie,[a] dux Austrie, Stirie, Karinthie, marchio Moravie, dominus || Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, universis thelonearii per districtus sui dominii || constitutis gratiam suam et omne bonum. Cum magistrum et fratres hospitalis sancti || Francisci Pragensis a solucione thelonei cuiuslibet absolverimus ex gratia speciali,[3] vobis damus districtius in mandatis nostre gratie per obtentum, quatenus currus honeratos quibuscunque rebus predictorum fratrum de Boemia in Morauiam et Austriam transeuntes, sive eciam de Austria in Morauiam vel Boemiam, sine qualibet exactione thelonei transire permittatis pacifice et quiete, huiusmodi gratiam prefatis fratribus factam ausu temerario infringere nullatenus presumentes. Datum Prage III kalendas ianuarii.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in scidula membranacea valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

799. [a]) ‚Boẽm' *A.*

[1]) *Mandatum nota anni carens illi annorum intervallo, quo Přemysl Otakarus II. latissimo suo titulo usus est, intexere licet.* — [2]) *Přemysl Otakarus II.* — [3]) *Vide num. 587.*

800.

Bruno, episcopus Olomucensis, magistro Alexandro, servitori suo tertiam partem de molendino suo in Kietrz iure hereditario confert.

In Kroměříž 1275 — .

Apographum insertum est vidimationi Conradi, episcopi Olomucensis, in Kietrz 1323 oct. 14 datae (Reg III, pag. 362 num. 931, erronee ad oct. 10), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. N I a 2) asservatur (B).[1]

Ed: CDM V, pag. 258 num. 47 (ex B).
Reg: Kopetzky, Regesten, pag. 128 num. 115. — CDS VII. 2, pag. 214 num. 1481. — Reg II, pag. 417 num. 993.
Lit: Snopek, K opravám dipl. mor. 5, pag. 90 num. 108 (corr. lect. Ant. Boček).

Dictator: cancellariae Brunonis episcopi proprius, in cuius stilo vestigia stili Conradi, quondam notarii, apparent.

In prooemio chartae B de statu chartae Brunonis haec verba leguntur: „. . . constitutus in presencia nostra discretus vir, magister Conradus de Bourowicz, molendinator noster de Ketschir, quoddam instrumentum felicis memorie domini Brunonis, olim episcopi Olomucensis, predecessoris nostri, confectum et traditum super iuribus ipsius molendini et per vetustatem et inprovidam conservacionem attritum nobis exhibuit . . .".

Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (LLLLL), 5, De chartae apud civitates usu (PPP).

In nomine Domini amen. Cunctorum periit memoria factorum, nisi scripture presidio et litterarum testimonio fuerint insignita. Hinc est, quod nos Bruno, dei gracia episcopus Olomucensis, notum esse cupimus tam[a] presentibus quam futuris, quod fideli nostro servitori, magistro Alexandro, respicientes sua servicia multociens nobis exhibita volentesque ei aliquantulum repensare, terciam partem de molendino nostro in Ketschir cum omnibus fructibus, qui exinde possunt derivari, sibi suisque liberis contulimus libere et iure hereditario perpetuo possidendam[b] ita, ut vendere et commutare[c] poterit, cui placitum fuerit, excepto si in piscina vel in interioribus predicti molendini aliqua sint nocitura, ea cum laboribus suis reficere debeat et nostris [impens]is.[d] Et ut hec sibi a nobis et nostris successoribus firma et stabilia teneantur, propterea sibi presentem paginam contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Actum et datum in Chremsir anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto presentibus istis: Herbordo de Fullinstein, Nicolao de Schowenburch, Hermanno Schacario et aliis[e] multis probis.

---

800. [a]) ‚quam' *B.* — [b]) ‚possidendum' *B.* — [c]) ‚mutare' *B.* — [d]) *Quod uncis clauditur, cum membrana destructa periit in B; vocem ita v. d. Snopek (vide in Lit) complevit.* — [e]) *Mendose* ‚adhiis' *legitur in B.*

[1]) *Ubi charta deposita sit, inferius in apparatu vide.*

801.

Dignitarii expresse nominati et capitulum ecclesiae in [Stará] Boleslav monasterio in [Dolní] Kounice annuos decimales denariorum sedecim ecclesiarum expresse nominatarum in Znoymensi et Brunensi provinciis in emphitheosim sub annua pensione concedunt.

In [Stará] Boleslav, in capitulo 1276 ian. 5.

Apographum insertum est confirmationi Brunonis, episcopi Olomucensis, in Kroměříž 1277 ian. 3 datae (num. 829), cuius confirmationis apographum saec. XIV.—XV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. L 1 num. 85 (B). — Alterum apographum eorundem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, pag. 70—72 num. 84 (C).

Ed: CDM IV, pag. 168 num. 121 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 418 num. 999.

Lit: Hosák, Dějiny Mikulova, pag. 34 (rei deliberatio). — Bistřický, Spor o mikulovský patronát, pag. 40 (idem).

Dictator: ignotus.
Vide: II. 3, Dolní Kounice (D), Stará Boleslav, ecclesia capitularis (C).

Magister Pardus prepositus, Wsezlaus[a] decanus, magister Theodericus[b] scolasticus totumque capitulum Bolizlauiensis[c] ecclesie, Pragensis dyocesis, religioso viro domino Nicolao, preposito Chunicensi, necnon eiusdem loci sancte Marie in Chunicz cenobio, Olomucensis[d] dyocesis, in perpetuum. Ne ea, que statuuntur in tempore, propter labilem memoriam hominum ac ipsorum vitam brevissimam et caducam preteritorum negociorum occupacione mundana non valencium simul aboleantur cum tempore, scripture testimonium adhibetur, ut ex ipsius inspeccione, si quod emergat, sublato dubio in futurum demonstretur aparicio[e] veritatis. Hinc est, quod, cum annui decimales denariorum ecclesiarum cunctarum Znoimensis[f] provincie, predicte Olomucensis[d] dyocesis, ad nostram ecclesiam spectent ac incunctanter spectaverunt[g] ab antiquo,[1] quarum ecclesiarum predicti cenobii, scilicet Chunicz, Praulin,[h] Malspicz, Vhrichicz, Wassaticz, Vrspicz, Pulina, Dunaiowicz,[i] Newsidel,[k] Moschan necnon sex ecclesiarum, videlicet Breznowicz,[l] Naurowicz,[m] Moschank, Vgezdecz,[n] Miculow, Pohorselicz ad Brunnensem archidyaconatum auctoritate Brunnonis,[o] Olomucensis[d] episcopi, cum suo honere[p] sint translate, in quibus velut in aliis ecclesiis[q] ipsius provincie eosdem recepimus decimales. Quare volentes nobis nostreque ecclesie parcere laboribus et expensis, predictarum ecclesiarum sedecim annuos decimales de cetero vobis et vestro cenobio in emphitheosim[r] perpetuam duximus concedendos sub annua pensione unius marce argenti Morauicalis ponderis in festo Michaelis[2] nobis seu nostro nuncio[s] annis singulis ab ipso cenobio persolvenda;[t] pro quibus eciam decimalibus, si aliquorum interveniente malicia inpediti fueritis, quocumque tempore inquisiti nos vestros constituimus legittimos defensores. Ut igitur omnia superius annotata robur obtineant[u] perpetue firmitatis, presens privilegium sigillis nostri prepositi necnon nostri capituli roboratum antedicto cenobio unanimiter elargimur. Actum et datum est hoc Bolezlauie,[v] in capitulo nostro, anno Domini millesimo[w] ducentesimo LXX°VI°, [w] in vigilia Epyphanie Domini.

---

801. [a] ‚Wseslaus' *C.* — [b] ‚Theodř' *B*, ‚Theod' *C.* — [c] ‚Boleslauiensis' *C.* — [d] ‚Olom' *B, C.* — [e] ‚apicio' *B*, ‚apericio' *C.* — [f] ‚Snoymensis' *C.* — [g] ‚spectaverint' *B.* — [h] ‚Praulyn' *C.* — [i] ‚Dunayowicz' *C.* — [k] ‚Newzidel' *C.* — [l] ‚Breznawicz' *C.* — [m] ‚Nawrowicz' *C.* — [n] ‚Wyasdecz' *C.* — [o] ‚Brunonis' *C.* — [p] ‚onere' *C.* — [q] ‚ecciis' *B; titulus enim deest.* — [r] ‚emphiteosim' *C.* — [s] ‚nunccio' *C.* — [t] ‚persolvanda' *B.* — [u] ‚optineant' *C.* — [v] ‚Boleslauie' *C.* — [w-w] ‚M° CCLXXVI' *C.*

[1]) *Cf. chartam spuriam in CDB I, pag. 358 num. 382.* — [2]) *Sept. 29.*

802.

Rudolphus, Romanorum rex, pactiones et condiciones, quas [Přemysl Otakarus II.], rex Bohemiae, a Philippo, duce Carinthiae, extorserit, reprobat.

Norimbergae 1276 ian. 22.

Apographum saec. XIV. exstat in codice mnscro membr. „Salzburger Kammerbücher" *dicto, qui in archivo publico Viennae (sign. Hs. W 194/6) asservatur, fol. 67 num. 105 (B). — Aliud apographum saec. XIII. ex. seu XIV. in. praebet fragmentum codicis mnscri membr.* „Rudolfi I. Romanorum regis registri fragmentum" *dicti, quod in bibliotheca publica Berolinensi (Staatsbibliothek Preußischer Kulturbesitz, sign. Lat. Quart. 300) asservatur (F).*

Ed: Jahrbücher der Literatur 109 (1845), pag. 253 n. 2 (ex B). — Böhmer, Acta imperii selecta, pag. 326 num. 408 (ex B). — Kaltenbrunner, Ein Fragment, pag. 255 lit. C (ex F). — MGH, CC III, pag. 92 num. 103 (ex B). — MHDC V, pag. 132 num. 199 (ex B).
Reg: Lichnowsky, Geschichte. Anhg., pag. 41 num. 316. — Reg II, pag. 419 num. 1000 et pag. 1182 num. 2704. — Wittmann, Monumenta Castellana, pag. 66 num. 187. — Monumenta Zollerana VIII, pag. 22 num. 51. — Grupp, Oettingische Regesten 1. Hf., pag. 45 num. 157. — RI VI. 1, pag. 137 num. 503. — Weller, Hohenlohisches Urkundenbuch I, pag. 241 num. 358. — Dobenecker, Regesta IV, pag. 183 num. 1265. — Nürnberger Urkundenbuch, pag. 319 num. 524.
Lit: Šusta II. 1, pag. 190 (rei deliberatio, charta erronee ad ian. 26 ponitur).

Descriptionem mnscri necnon textum B nobis v.d. R. Blaas Viennensis benignissime communicavit; imaginem phototypicam F a procuratoribus bibliothecae publicae Berolinensis gratanter accepimus.

Růdolfus,[n] dei gracia Romanorum rex semper augustus, universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.[a] Presidentibus nobis pro tribunali feria[b] quarta post octavam Epyphanie[b] [1] in[c] civitate nostra Nůrnberch[c] ab illustri[d] Ph.,[2] duce Karinthye,[d] principe nostro karissimo, fuit propositum coram nobis, quod[e] eo aliquamdiu in curia . .,[f] [3] regis Boemie, existente, per ipsum regem coactus est aliquas graves pacciones sibique nocivas condiciones inire.[4] Propter quod ad eius instanciam per venerabilem . .,[5] Herbypolensem[g] episcopum, principem nostrum karissimum,[h] . .[f] ducis eiusdem verba sollempniter proponentem extitit in iudicio requisitum, utrum pacciones et condiciones huiusmodi conpulsorie robur firmitatis habere deberent. Super quo per[i] principes, qui interfuere presentes, quorumlibet circumstancium applaudente consensu in nostra presencia fuit sentencialiter iudicatum, quod pacciones et condiciones easdem per inpressionem huiusmodi sic extortas in irritum revocare ac penitus solvere teneremur. Hinc est, quod universitatis vestre noticie declaramus presencium serie protestantes, quod nos dictante sentencia principum eorundem predictas pacciones et condiciones, quas dictus Boemie rex ab ipso[k] duce sic extorsisse dinoscitur, prout superius est expressum, auctoritate regia reprobamus et revocamus in irritum, pronunciantes expresse prefatum ducem ad observacionem earum nullatenus obligari. Testes:[a] B.[l] episcopus Herbypolensis, illustris L.[6] comes palatinus Reni, dux Bawarie, comes H.[7] de Hennenberch, purchgravius de Nůrenberch,[8] Ludevicus[m] [9] et L.[10] ac Ch.[11] comites de Otingen, R.[12] comes palatinus de Tiuwingen, Al.[13] et Burchardus comites de Hohenberch, Berchtoldus[n]

comes de Grayfpach, H.[14] et H.[15] ac Wit.[15] marchyones de Burgov, ..[16] comes de Castel, G.[17] comes de Hirtzberch, H.[18] comes de Veringen, Fr.[19] de Zolre comes, Hugo comes de Monteforti, Chrafto, Gotfridus[o] et Ch.[20] fratres de Hohenloch, Gotfridus[o] de Brunek, En.[15] de Winsperch, Walterus[p] pincerna de Limburch et R.[15] de Hůrnhaim.[a] In cuius rei[a] testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Nůrenberch XI kalendas februarii, indiccione IIII, anno Domini millesimo CCLXXVI, regni vero nostri anno tercio.[a]

---

802. *[a-a]) Deest F. — [b-b]) ‚tali die' F. — [c-c]) ‚tali civitate' F. — [d-d]) ‚illustre duce Karinthie' F. — [e]) ‚ab' sequitur in F. — [f]) Punctum geminatum deest in F. — [g]) ‚Herbipolensem' F. — [h]) ‚dilectum' F. — [i]) Deest B. — [k]) ‚eo' F. — [l]) ‚E' B. — [m]) ‚Lud.' B. — [n]) ‚Berch.' B. — [o]) ‚Got.' B. — [p]) ‚Walt.' B.*

[1]) *Ian. 15.* — [2]) *Philippo.* — [3]) *Přemysli Otakari II.* — [4]) *A. 1273 in. Cf. Novotný I. 4, pag. 252.* — [5]) *Bertholdum.* — [6]) *Ludovicus.* — [7]) *Hermannus.* — [8]) *Fridericus.* — [9]) *Ludevicus senior.* — [10]) *Ludevicus iunior.* — [11]) *Conradus.* — [12]) *Rudolphus.* — [13]) *Albertus.* — [14]) *Henricus.* — [15]) *Plenum nomen ignoramus.* — [16]) *Henricus.* — [17]) *Gebhardus.* — [18]) *Henricus.* — [19]) *Fridericus.* — [20]) *Conradus.*

803.

Magister Rogerus de Merlemont, canonicus Verdunensis, pro negotio decimae colligendae ad subsidium Terrae sanctae per Treverensem, Magnutinam et Salzeburgensem provincias ab apostolica sede missus, collectores per Bohemiam et Moraviam constitutos et expresse nominatos certiores facit fratres de ordine militum Theutonicorum, Templarios et Hospitalarios per speciale privilegium [Gregorii X.] papae a solutione dictae decimae exemptos esse.

Viterbii 1276 febr. 3.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Dresdensi (sign. OU num. 871) asservatur (A).

Reg: Reg IV, pag. 733 num. 1839. — Schieckel, Regesten, pag. 257 num. 1092.

Scriba: ignotus.
Dictator: ignotus.
Vide: II. 3, Sázava (A), Ordo militum Theutonicorum (KK), Praga, ecclesia capitularis (T), Vyšehrad, ecclesia capitularis (HH), Aliae ecclesiae (AA).

Viris venerabilibus et discretis, abbati sancti Procopii,[1] preposito Pragensi,[2] preposito Wissegradensi[3] et[a] archidyacono || Belislawensi[b] [4] magister Rogerus de Merlomonte, canonicus Virdunensis, pro negotio decime colligende ad subsidium || Terre sancte per Treuensem,[c] Magunotinensem et Salseburgensem provintias ab apostolica sede missus, salutem in Domino sem||piternam. Cum, sicut intelleximus, de mendato domini regis Boemie[5] per Boemiam et Morauiam decimas colligatis et fratres de ordine Thětonicorum ad solutionem decime compellatis, vobis ac universis decime collectoribus, ad quos

littere presentes pervenerint, esse volumus manifestum, quod fratres de ordine Thětonicorum, Templarii et Hospitalarii per speciale privilegium domini pape a solutione decime sunt exempti, prout in ipsorum bullato privilegio evidenter vidimus contineri,[6] nec collectores alii, quos in dictis provinciis constituimus, in locis, in quibus fuimus, decimam recipiunt nec exigunt ab eisdem. Unde nec vos a dictis fratribus decimam debetis exigere nec eos de cetero super hoc aliquatenus molestare, cum per speciale privilegium, quod bullatum vidimus et legimus, a solutione decime sint exempti, cum personas et quicquid habent, exponant ad subsidium et defensionem dicte Terre, et exponere sint parati. Datum Viterbii anno Domini M°CC° septuagesimo sexto, in crastino Purificationis beate Marie Virginis.

Sigillum: Rogeri de Merlemont cum sigillo secreto scidula membranacea ex autographo ipso scissa dependet.

---

803. *[a]) Vox super linea addita est in A. — [b]) Ita A pro* ‚Boleslawensi'. — *[c]) Ita A pro* ‚Treuerensem'.

[1]) Fortasse Johanni. — [2]) Thobiae. — [3]) Petro. — [4]) Nomen ignoramus. — [5]) Přemysli Otakari II. — [6]) Quod ad ordinem Theutonicorum attinet, cf. litteras Gregorii X. papae apud Potthast II, pag. 1688 num. 20946 et pag. 1689 num. 20953.

804.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio in Teplá privilegium patris sui Venceslai I., regis Bohemiae, confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Pragae 1276[1] febr. 8.

Apographum insertum est confirmationi Venceslai II., regis Bohemiae etc., Brunae 1298 ian. 11 datae (Reg II, pag. 765 num. 1779), cuius confirmationis apographum iterum insertum est confirmationi Karoli IV., Romanorum regis etc., Pragae 1353 febr. 26 datae (cf. RI VIII, pag. 122 num. 1544), cuius confirmationis autographum in membrana scriptum in SAR Žlutice (archivum mon. in Teplá, sign. Kl. prem. Teplá num. 66) asservatur (B). — E confirmatione Karoli IV. conclusio chartae Přemysli Otakari II. a verbis „Nos autem" *usque ad finem descripta est in codice mnscro membr. — chart. saec. XVI.—XVII.* „Annales monasterii Teplensis" *dicto, olim in bibliotheca mon. Teplensis asservato (sign. Ψ VI 146), qui nunc latet,[2] fol. 24[v] (C).*

Ed: Hugo, Ord. Praem. Annales, col. 575—6 (ad a. 1277, e quadam copia).
Reg: Reg II, pag. 447 num. 1068 (ad a. 1277).
Lit: Fiala, Kancelář, pag. 194 (intitulatio). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 332—338, 382 n. 384 (Tp).

Dictator: magister Henricus protonotarius.
In chartae textu (vide n. f) erronee annus 1277 affertur. Eadem autem re vera ad a. 1276 ponenda est, nam: 1) Titulo, quo Přemysl Otakarus II. ornatus est, ille a. 1276, non autem iam a. 1277 utebatur; 2) Inter testes nominato Andreae, summo camerario, a. 1277 Domazlaus successit; 3) Indictionis numerus ad a. 1276 pertinet; cf. num. 806.

*Textus chartae usque ad verba „*forma seu continentia eius talis*" cum quibusdam praetermissionibus necnon mutationibus competentibus in librum formarum Henrici Italici videtur esse receptus (Reg II, pag. 1070 num. 2488).*
Chartae prooemio nec non corroborationis formula is, qui chartam spuriam num. 564++ finxit, usus est (vide ibidem).
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (R), 3, Teplá — Chotěšov (P).

Otakarus, dei gracia rex Boemie, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus imperpetuum. Etsi de regie benignitatis clemencia iusta subditorum nostrorum favorabiliter exaudire precamina nostram digne deceat maiestatem, illorum tamen peticionibus condescendere dignius et decencius reputamus, quos vite commendabilis et religionis insignit honestas et per quos laudum nobis apud homines accrescunt preconia et apud deum premia promeremur. Per presens igitur privilegium noscat tam presens etas quam successura posteritas futurorum, quod religiosus vir, frater Henricus, venerabilis abbas monasterii Theplensis, in nostra presencia constitutus nobis quoddam privilegium a felicis memorie domino Wenceslao, glorioso rege Boemie, olim patre nostro, super confirmacione aliorum privilegiorum a nostris progenitoribus exhibitorum monasterio prefato concessum ostendit et humiliter supplicavit, ut nos idem privilegium ratificare ac confirmare de nostre mansuetudinis gracia dignaremur. Erat autem privilegium ipsum non abrasum, non cancellatum, non abolitum nec in aliqua parte sui viciatum et sigillo prefati domini patris nostri pendente ac integro existente munitum necnon et in prima sui figura consistens et forma seu continencia eius talis: In nomine Domini amen. Nos Wenczeslaus *etc.*[3] Nos autem considerantes, quod racioni est consentaneum, ut ea, que progenitorum nostrorum excellencia provide[a] statuit, per nos debeant confirmacionis munimine roborari, prefati abbatis peticionibus inclinati dictam confirmacionem seu privilegium confirmacionis prefate a prelibato domino patre nostro dicto monasterio prestitum ratificantes confirmamus, de certa sciencia nostra et de gracia speciali expressius inhibentes, ne aliquis huiusmodi nostram confirmacionem audeat aliquatenus violare. In cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Actum Prage coram Andrea summo camerario regni nostri, Gregorio camerario domine regine,[4] Nezasmilone[b] purgravio Olomuncensi,[c] Smilone purgravio de Wetow, Hincone dapifero nostro et Chunrado magistro coquine, datum ibidem per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri et plebani in Gors, anno Domini millesimo[d] CC° septuagesimo[e] VI°,[f] VI[g] idus februarii, quarte indiccionis.[h]

---

804. [a] ‚proinde' *C.* — [b] *Ita B, C.* — [c] ‚Olomucensi' *C.* — [d] ‚M°' *C.* — [e] ‚LXX' *C.* — [f] ‚VII°' *B, C; vide in notis introductoriis.* — [g] ‚VI°' *C.* — [h] ‚indiccione' *C.*

[1]) *Vide inferius in apparatu.* — [2]) *Imagine phototypica mnscri usi sumus.* — [3]) *Vide CDB III, pag. 18 num. 20.* — [4]) Cunegundis.

805.

Budiš abbas cum consensu conventus monasterii in [Klášterní] Hradisko Thamoni iudici civitatem Hranice cum agris exstirpatis et silva exstirpanda et locanda sub certis condicionibus iure emphiteutico confert.

In [Klášterní] Hradisko 1276 mart. 4.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 33—34, num. 39 (B). — Aliud apographum saec. XVII. servavit M. Siebenaicher* „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis", *cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, fol. 106^{v}—107^{v} (C).*

Ed: CDM IV, pag. 169 num. 122 (ex C).
Reg: Bischoff, Österreichische Stadtrechte, pag. 172 s. num. ad a. 1276. — CDS VII. 2, pag. 218 num. 1496. — Reg II, pag. 419 num. 1003. — Sedláček, Paměti a doklady, pag. 162.
Lit: KK, pag. 132.[1]

Dictator: monasterii Gradicensis proprius.
Cf. etiam chartam Chvalconis, abbatis in [Klášterní] Hradisko, in Olomouc 1292 mart. 2 (Reg II, pag. 672 num. 1568) datam ad eandem rem pertinentem.
Vide: II. 3, Kl. Hradisko (V), 4 b, De chartae apud locatores usu (V), 5, De chartae apud civitates usu (QQQ).
Apographi B imagine phototypica (vide in prooemio) usi sumus.

In nomine Domini amen. Ne ea, que fiunt in tempore, simul labantur cum tempore, utile videatur[a] gesta seu contractus hominum in scriptis memorie[b] perhenniter[b] commendare.[c] Sciant igitur tam presentes quam futuri, quod nos Budis, dei gracia abbas ecclesie Gradicensis, de communi conventus nostri consensu quandam civitatem, que Alba Ecclesia nunccupatur,[d] cum agris ibidem exstirpatis[e] et quadam silva eidem civitati adiacente Thamoni iudici et heredibus suis exstirpanda et locanda dedimus ac contulimus iure purkrech[f] libere et pacifice in perpetuum sub hac forma possidendam, videlicet quod dictus iudex habeat tres laneos liberos in eadem civitate de mensura Chrudimensi, quatuor bancos panis liberos et IIII^{or} [g] macella carnium libera, unum balneum liberum, molendinum unum cum IIII^{or} [g] rotis liberum, piscaciones in mensura sua et venaciones licitas exceptis venacionibus domini regis; ita tamen, quod dominus abbas liberam habeat in eisdem facultatem. Habebit eciam prefatus iudex tercium denarium de culpis, sed dominus abbas maiores culpas personaliter vel per suos nunccios[h] iudicabit, iudici tamen semper tercius[i] denarius de culpis[i] remanebit. Duodecim vero iurati debent esse in eadem civitate, quorum quilibet habebit unum macellum et unum bancum panis liberos.[k] Et ius de Lubczicz favemus eisdem.[2] De agris vero exstirpatis damus[l] predictis civibus duobus annis libertatem, quibus finitis lanei ipsorum habebunt mensuram Chrudimensem; et solvet quivis laneus pro censu dimidiam marcam argenti in festo Walpurgis[3] et duos denarios delencios nostro notario. Item solvet quilibet laneus unam scapulam bonam[m] in Pascha,[n] IIII^{or} [g] caseos bonos in Penthecoste,[o] IIII^{or} [g] pullos bonos in festo[p] Michaelis;[4] que omnia sepedictus[q] iudex presentabit in claustro Gradicensi in terminis supradictis. Item dabit

quilibet laneus civitatis et quelibet taberna et quivis artifex VI^{r} denarios pro decimalibus episcopi in festo^{p} Martini^{5} et VI^{r} denarios ad pontem in Prerow in Rogacionibus. Et quilibet subses agros non habens dabit duos denarios decimales episcopo et duos ad pontem in terminis supradictis; in quibus denariis, videlicet episcopi et ad pontem, nulla datur libertas. Et si infra istos duos annos libertatis regis steura generalis occurrerit, ipsam solvent cum aliis. Item duobus annis finitis recipient regem et reginam cum omnibus suis hospitibus in expensis, quandocunque regi placuerit, sine cura domini abbatis. Similiter omnem exaccionem regis dabunt, qualitercumque^{s} nominetur, prout regi placet, sicut ceteri homines per totam abbaciam. Recipient eciam dominum abbatem in expensis, quocienscunque^{t} necesse fuerit. Item volumus, ut nunccius^{u} noster una cum notario nostro censum nostrum colligant et quod eosdem tempore solucionis iudex una cum pauperibus in expensis procurent. Ad silvam itaque exstirpandam damus XX^{ti} ^{v} annos libertatis et ad quinquaginta laneos concedimus locari ville cuiuslibet laneum unum liberum et eciam decimum laneum, tabernam unam, molendinum unum, fabrum unum, sutorem unum, bancum panis unum, macellum unum liberos;^{w} et de iudicio semper tercium denarium. Sed maiores culpas nobis reservamus, cedet tamen iudici tercius denarius de eisdem; quibus XX^{ti} ^{v} annis finitis solvet quilibet laneus dimidiam^{x} marcam pro censu et scapulam et caseos et pullos et decimales episcopi et denarium ad pontem et omnia iura alia et servicia in terminis consuetis et omnem exaccionem regis sicut illi de Alba Ecclesia. Item, si aurum vel argentum seu aliquod utile metallum in bonis predictis inveniatur, volumus, ut pars debita nobis, prout decet, temporibus oportunis^{y} assignetur. Ordinamus eciam, ut cives sepedictam civitatem inhabitantes ex omni parte civitatis ad unum miliare^{z} in agris, in silvis,^{aa} in pascuis et in omnibus aliis commodis, in quantum ecclesie nostre sufficit proprietas, liberam habeant facultatem. Et etiam, ne aliqua taberna infra iam dictum miliare^{z} in preiudicium sepedicte civitatis et gravamen locetur vel construatur, dumtaxat^{bb} in bonis nostris inhibemus, nisi de licencia civium prefatorum. Inhibemus eciam, ne aliquis iudicum sive civitatis eiusdem sive alicuius nove plantacionis circa suum iudicium vendere seu commutare alicui presumat, nisi nostrum super hoc assensum prius requirat et favorem; et tunc maxime de tali provideat, qui nobis et fratribus nostris et eciam ecclesie nostre utilis ac fidelis existat. Item, si infra prefatos annos libertatis hospites regis sive amici eiusdem pro defensione terre vel qualitercumque^{s} per Albam Ecclesiam ad regem transeuntes, pauperes ibidem residentes in aliquo leserint, propterea libertatem maiorem non concedemus^{cc} eisdem. Sed si inimici regis et terre ipsos devastaverint, libertatem ampliorem ipsis non denegabimus, prout tempori et racioni videbitur, sicut racionabiliter fuit exceptum coram nobis et conventu nostro et nobilibus viris domino Zaschicone de Curowicz et domino Wseborio de Namyesscz et aliis quampluribus. Ut autem hec^{dd} omnia^{dd} rata et firma et inconvulsa in perpetuum permaneant, presentem paginam sigilli nostri specialis atque conventus memorati nec non predictorum domini Zaschiconis et domini Wsseborii sigillorum munimine firmiter fecimus roborari. Actum in Gradisch anno Domini millesimo^{ee} ^{ff} CC^{o}LXXVI°, ^{ff} datum^{w} ibidem^{w} in die Translacionis beati Wenceslai martyris.

805. [a] ‚videtur' *C.* — [b-b] ‚perenniter memoriae'; *hic et inferius* ‚ae' ‚oe' *pro* ‚e', ‚t' *pro* ‚c', ‚j' *pro* ‚i' *ponitur in C.* — [c] ‚mandare' *C.* — [d] ‚nuncupatur' *C.* — [e] ‚extirpatis' *C.* — [f] ‚bürgrecht seu emphiteutico' *C.* — [g] ‚quatuor' *C.* — [h] ‚nuncios' *C.* — [i-i] ‚de culpis tertius denarius' *C.* — [k] ‚liberum' *C.* — [l] ‚favemus eisdem' *C.* — [m] ‚bovinam' *C.* — [n] ‚Paschate' *C.* — [o] ‚Pentecoste' *C.* — [p] ‚sancti' *sequitur in C.* — [q] ‚supradictus' *C.* — [r] ‚sex' *C.* — [s] ‚qualitercunque' *C.* — [t] ‚quotiescunque' *C.* — [u] ‚nuncius' *C.* — [v] ‚viginti' *C.* — [w] *Deest C.* — [x] ‚dictam' *C.* — [y] ‚debitis' *C.* — [z] ‚milliare' *C.* — [aa] ‚sylvis' *C.* — [bb] ‚duntaxat' *C.* — [cc] ‚concedimus' *C.* — [dd-dd] ‚omnia haec' *C.* — [ee] ‚millessimo' *B.* — [ff-ff] ‚1276' *C.*

[1]) *Cf. etiam dissertationem Jiří Paclík, Diplomatický příspěvek k otázkám hradišťského klášterního velkostatku v 2. pol. 13. století, anno 1954 scriptam, cuius mnscrum in bibliotheca nostra asservatur.* — [2]) *Vide num. 790.* — [3]) *Maii 1.* — [4]) *Sept. 29.* — [5]) *Nov. 11.*

806.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio in Doksany privilegium patris sui Venceslai I., regis Bohemiae, confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Pragae 1276 mart. 13.

Duo autographa in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum mon. in Doksany, sign. L IV ŘP Doksany num. 7 a, 7 b) asservantur (A 1, A 2). — Apographum exempl. A 1 exstat in confirmatione Johannis, regis Bohemiae, Pragae 1331 sept. 8 data (Reg III, pag. 710 num. 1820), cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (num. 15) asservatur (B 1).[1]

Reg: Reg II, pag. 421 num. 1005.
Lit: Zatschek, Die älteste Erwähnung, pag. 50 (stilus chartae). — Fiala, Kancelář, pag. 203 (stilus chartae), pag. 293 (quod ibidem de manu scribae dicitur, corrigendum est). — Dušková, ČMM 71 (1952), pag. 193 (discrimen manuum scribarum). — Pražák, Privilegium Přemysla I., pag. 165 (manus scribae). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60, 68. — Šebánek, Urkundenwesen, pag. 397 n. 482 (A 2). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 276, 332, 335, 337, 338 (A 1 = Ds), pag. 332 n. 206, pag. 368 (A 2), pag. 397 (sigillum A 1, A 2).

Scriba: A 1: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64. A 2: P II 43 a = destinatarii proprius, cuius manus tam manui P II 81 quam scribae P II 43, qui chartam num. 256 (A 2) scripsit, similis est. Exempla script. num. 1 a, 74.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (S), 3, Doksany (D).

Otakarus, dei gratia rex Boemie, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Ne illa, que[a] aguntur a nobis in || presentis instantia temporis, aut vetustas deterat seu iuxta oblivione[b] mortalitatis[b] inbeccillitatem[c] de hominum memoria dilabantur, sicque quodammodo vita negotii[d] valeat interire,[a] idcirco || presentis tenore privilegii ad presentium noticiam et memoriam deferri volumus futurorum, quod privilegium domini W., quondam Boemorum regis illustris, olim patris nostri, quod idem[a] pater noster concesserat || ecclesie sancte

Marie in Dokzan, vidimus et ipsum legi fecimus coram nobis. Erat autem privilegium ipsum non cancellatum, non abolitum nec in aliqua parte sui vitiatum[e] ac tenor et continentia eius talis: Nos Wencezlaus, dei gratia rex Boemorum, *etc.*[2] Nos autem volentes ea, que progenitorum nostrorum consulte providentia statuit, inviolabiliter permanere, prescriptum privilegium ecclesie sancte Marie de Dokzan, ut predictum est, a prefato patre nostro concessum innovantes duximus confirmandum. In cuius confirmationis nostre testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri. Testes autem, coram quibus istam confirmationem fecimus, sunt hii: Andreas camerarius regni nostri, Theodericus Spathmannus[f] subcamerarius, Gregorius camerarius domine regine,[3] Hinco[g] dapifer noster, Onso pincerna noster et Chunradus magister coquine nostre. Actum et datum Prage per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri et plebani in Gors, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, III° idus marcii, quarte indictionis.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc. usque ad titulum domini Portus Naonis, e cera minii coloris in filis sericis flavi et rubri coloris; in A 1 laesum, verumtamen conservatione integratum; in A 2 illaesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

806. [a] *Finis lineae A 2.* — [b-b] ‚obliviosam mortalitatem' *A 2.* — [c] *Deest A 2.* — [d] ‚negocii' *A 2.* — [e] ‚viciatum' *A 2.* — [f] ‚Spathmannus' *A 1*, ‚Spathzmannus' *A 2.* — [g] ‚Henco' *A 2.*

[1]) *Charta Venceslai I. (vide n. 2) in forma abbreviata adducitur.* — [2]) *Sequitur tenor privilegii Venceslai I., regis Bohemiae, dati in Litoměřice 1249 iul. 23 (CDB IV, pag. 274 num. 169) cum variationibus lectionum, quas ibidem in notis competentibus vide.* — [3]) *Cunegundis.*

807.[+]

Přemysl Otakarus II. rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio in Doksany privilegium avi sui Přemysli Otakari I. confirmat, tenorem eius inseri faciens.

Pragae 1276 mart. 13.

Duo autographa in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum mon. in Doksany, sign. L IV ŘP Doksany num. 8 a, 8 b) asservantur (A 1, A 2). — Apographum exempl. A 1 exstat in confirmatione Johannis, regis Bohemiae, Pragae 1331 sept. 8 data (Reg III, pag. 710 num. 1820), cuius confirmationis autographum ibidem (num. 15) asservatur (B 1). — Aliud apographum eiusdem exemplaris exstat in vidimatione Johannis Ant. Lanckrsch, gubernii Boem. notarii publici iurati, Pragae 1763 sept. 30 data, cuius vidimationis apographum in plagula chart. scriptum in SAR Litoměřice (bibliotheca cap., collect. Em. Ern. de Valdštejn, episcopi Lutomericensis, sign. B I[E] F 265) asservatur (C 1).

Ed: Hugo, Ord. Praem. Annales I., col. 524 (ex B 1). — Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 496 num. 35 (ex A 1).
Reg: Hormayr, Archiv 1827, pag. 12. — Böhmer, Add. sec., pag. 453 num. 291. — Reg II, pag. 421 num. 1006.
Lit: Zatschek, Die älteste Erwähnung, pag. 50 (stilus chartae). — Fiala, Kancelář, 293 (quod ibidem de

manu scribae dicitur, corrigendum est). — Dušková, ČMM 71 (1952), pag. 193 (scriba chartarum). — Pražák, Privilegium Přemysla I. (totius rei et diplomatica deliberatio). — Kristen, Neznámé — zpadělané — znění privilegia Přemysla Otakara I. (idem). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60, 68. — Šebánek, Urkundenwesen, pag. 397 n. 482. — Dušková, Urkundenwesen, 332 n. 206, 368, 397 (sigilla).

Scriba: A 1, A 2: P II 43 a = destinatarii proprius, cuius manus tam manui P II 81 quam scribae P II 43, qui chartam 256 (A 2) scripsit, similis est. Cf. Exempla script. num. 1 a, 74.
Dictator: textus chartae praecedentis (num. 806 A 1) repetitur, quae litteris minoribus expressimus.
Quamquam ambo exemplaris chartae simul cum charta num. 806 (A 2) exarata eodemque sigillo atque chartae num. 806 (A 1, A 2) munita sint, sincera esse non possunt. Textus chartae Přemysli Otakari I. ibidem insertus in loco gravissimae auctoritatis, videlicet in bonorum indice, a textu principali (vide n. 1) valde discrepat et manifeste statui necnon desideriis monasterii anno 1276 existentibus accomodatus est. Vide: II. 1a, P. O. II., 3, Doksany (E).

Otakarus, dei gratia rex Boemie, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Ne illa, que a nobis aguntur in presentis instantia temporis[a] vel ve‖tustas deterat vel * obliviose mortalitatis inbecillitaS de hominum memoria diluat, sicque quodammodo negociorum vita valeat interire, idcirco presentis tenore privilegii ad presentium noticiam et memoriam deferri volumus futurorum,[a] quod privilegium sere‖nissimi avi nostri Otakari qui et Premizl, tercii regis Boemie,[b] vidimus et ipsum legi fecimus coram nobis. Erat autem privilegium ipsum non cancellatum, non[c] viciatum,[c] non abolitum nec aliquam in aliqua sui parte paciens corruptelam ac tenor[d] ‖et continentia eius talis: In nomine sancte et individue trinitatis amen. Cum illustrium virorum memoria *etc.*[1] Nos autem volentes ea, que progenitorum nostrorum consulte providentia statuit, inviolabiliter permanere, prescriptum privilegium ecclesie sancte Marie de Dokzan, ut predictum est, a prefato avo nostro concessum innovantes duximus confirmandum. In cuius confirmationis nostre testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri.[d] Testes autem, coram quibus istam confirmationem fecimus, sunt hii: Andreas camerarius regni nostri, Theodericus Spatzmannus[e] subcamerarius, Gregorius camerarius domine regine,[2] Henco dapifer noster, Onso pincerna noster et Conradus magister coquine nostre. Actum et datum Prage per manus magistri Henrici, prothonotarii regni[f] nostri et plebani in Gors, anno Domini millesimo CC°[g] septuagesimo sexto,[h] III° idus marcii, quarte indictionis.[h]

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, e cera minii coloris in filis sericis flavi et rubri coloris; in A 1 illaesum; in A 2 laesum sed conservatione integratum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

807.+ *a) Finis lineae in A 2. — b) ‚Boẽm' A 2. — c–c) Deest in A 2. — d) ‚muniri' A 1. — e) ‚Spathzmannus' A 2. — f) Deest in A 1. — g) ‚ducentesimo' A 2. — h–h) Verbis competenter distentis scriptum est in A 1.*

[1]) *Sequitur tenor privilegii Přemysli Otakari I. a. 1226 dati, qui in nonnullis articulis a tenore privilegii in CDB II, pag. 280 num. 286 typis impressi discrepat. Variationes maximi momenti inferius ex exempl. A 1 ponuntur:* ... Ex quibus Dokzanensi domui has villas donavit: Dokzan ... Zalesl, in Sedelicensi provincia circuitum, qui dicitur Welichow, Ianesdorph, Petersdorph, Iacobusdorph, Lupolsdorph, Wichowitz, Domnitz, Schonenwalde, Permintegrune, Tribuscitz, Peletz * et Hostinici, quod sui iuris erat, cum equabus et custodibus earum. * Nos vero prefatam domum studio non minori diligentes, * donis pocioribus ipsam ampliare cupientes, salmones nostri iuris ... promereri. Peticioni * quoque domus prefate benivolentia regali ... adornare. Item cum nostre conveniat pietati loca ... absolvimus. Volumus eciam * memorie commendari, quod villam Busochwitz dedimus ecclesie antedicte. Preterea donavimus congregationi ... descendant. * Patruus noster Henricus dux contulit prefate

ecclesie circuitum Sbinitz cum hiis villis: Hosthnitz, Lescow, Zobiglebe, Mocroz, Chunin, Stanekow, Radotitz, cuius coniunx Margareta in ecclesia Dokzanensi est sepulta. Henricus dux et episcopus contulit has villas: Colowsk cum foro et theloneo, Sirbitz villam cum ecclesia Thischowitz. Item quia mortalitatis ... cum silva. Dux quoque Fridericus, frater noster, ... fluvium. Inter alia posteris mandanda ... Pulsinitze rivum. Huic civitati Crawar forum sollempne in septimana et libertatem cum omni iure civitatis Luthmericensis concessimus observare. Villas eidem civitati adiacentes, que expressius in hac serie nominantur, ecclesiam Dokzanensem cum omnibus pertinentibus ad ipsas volumus pacifice possidere: Raduitz, Iansdorph, Podor, Nawosedli, Schonenvelt, Iawor, Hermansdorph cum silva, Waltersdorph, Palitz, iterum Palitz, Grune, Schirp, Belin. Confirmamus preterea ... disposuerunt. Ex quibus Daniel, Pragensis episcopus, formam virtutis pretendens, dedit * Chinowitz villam cum silva cenobio Dokzanensi. Nos vero * dedimus * in Veltruz decem hospites et terram ad duo aratra. Item alii nobiles * temporalia * perpetuis commutantes, inter quos * Pribizlawa, uxor Gotebor, dedit villam Sirbitz cum silva. * Wlatizlaus, filius Ieronei, dedit Martinowawetz. * Nemoy et uxor eius dederunt partem ville in Wraschow,Welezlaus et Matheus, filii Nemoy, dederunt villam Grabsitz cum vinea et silva. * Vlricus comes de Ciuenkow dedit villam Bernen cum filia sua Margareta. * Uxor Chastonis contulit villam Gluzin. * Zmil dedit mediam partem ville Woyniz cum filia sua ... a Chastolao filio eius. * A Bunone, filio Blehonis, emit Wolframus prepositus pro quadraginta et duabus marcis, quicquid habuit in villa Buskowitz. Concambium eciam fecit * prepositus cum Zlaucone, fratre Grabisse, dans ei Ledewik * et addens viginti et duas marcas ... Chakow. * Item Wolframus prepositus ab uxore Iacobi et filio eius Iacobo emit pro sex marcis silvam Othothene. * Fabianus prepositus vendidit bona Zywanitz et emit ab Henrico, filio Zmilonis de Sitauia, villas sitas super Albiam, Chochowitz et Nuchenitz pro decentis marcis argenti. Hermannus prepositus vendidit villam Clobuch et de eadem pecunia emit a Iohanne, filio Herberti de Luthmeritz, villam Copitz sitam in confluxu Albie et Egre pro ducentis marcis argenti cum navigio, piscationibus, agris atque silvis. Quia vero presens scriptum ... et alii multi. Acta sunt ... involvatur.*[1] — [2]) *Cunegundis.*

808.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, nuntios hospitalis s. Francisci Pragae ad reparationem pontis ibidem per magistrum et fratres pro colligendis elemosynis deputatos recommendat.

Pragae [1272—1276][1] mart. 14.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae (sign. num. 3 (1/2)) asservatur (A). — Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVI.—XVIII. „Liber memorabilium viridis ab anno MCCCCC ad annum *MDCCL" intitulato, in eodem archivo (sign. II/5, 112) asservato, fol. 660^{v}—661 (B).*

Reg: Reg II, pag. 310 num. 774.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 384 n. 393.

Scriba: P II 90 = ignotus, fortasse destinatarii proprius.
Exempla script. num. 1 a, 75.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 1 a, P. O. II, 3, Crucigeri cum stella rubea (W).

Othacarus, dei gratia Bohemie[a] rex, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac || Portus Naonis, universis per regnum Bohemie constitutis, quibus presentes littere[b] ostense[c] vel exhibite[c] fuerint, gratiam suam et omne || bonum. Exhibitores presencium, nuncios hospitalis sancti Francisci super pontem

Pragensem ad reparacionem pontis in Praga per ma‖gistrum et fratres ipsius hospitalis pro colligendis elemosinis specialiter deputatis[d] universitati vestre duximus litteris nostris regalibus affectuosius committendos,[e] attente nichilominus iniungendo, quatenus eosdem nuncios, cum ad vos venerint pro petendis elemosinis, ob divine ac nostre maiestatis reverenciam recipientes in brachiis caritatis vos eisdem circa tam pium rei publice negocium quociens, quando et ubi, aliquem seu aliquos ex vobis requirendos duxerint, debeatis benivolos exhibere, non permittentes ipsos ab aliquo molestari, ita quod vobis proinde preter nostre gratificacionis impendium et regnum debeatur eternum. Datum Prage II° ydus marcii.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in scidula membranacea valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

808. [a] ‚Bo͡hem' *A.* — [b] *Abinde usque ad finem alio atramento pallidiore scriptum est in A.* — [c-c] *Per signa reclamatoria ordo verborum mutatus est in A.* — [d] *Ita A pro* ‚deputatos'. — [e] ‚mittendos' *A.*

[1]) *Mandatum nota anni carens illi annorum intervallo, quo durante Přemysl Otakarus II. latissimo suo titulo usus est, intexere licet.*

809.

Walthelmus, abbas monasterii in Sedlec, protestatur se cum consensu sui conventus cuidam Henrico villam Bylany sub certis condicionibus iure hereditario contulisse.

— 1276 mart. 15.

Versio Bohemica chartae exstat in confirmatione Friderici, abbatis in Sedlec, ibidem 1324 apr. 6 data (Reg III, pag. 380 num. 971) et a Theoderico abbate et conventu in Sedlec ibidem 1376 mart. 16 iterum confirmata, cuius confirmationis translatio Bohemica saec. XVI. in libro civitatis Kutná Hora „Registrum rubeum parvum 1462—1478" *dicto, in OA Kutná Hora (sign. XI a/1 s) asservato exstat, fol. 15 sub titulo* „Vysazení Přietoky a Bielan vsi" *(T).*

Reg: Reg IV, pag. 734 num. 1840 (integrum textum ex T praebet).

Dictator: ignotus, fortasse idem, qui chartam eiusdem editoris (num. 853) dictavit. Cohaerentiae stilisticae ambarum chartarum autem proh dolor non adeo latae sunt, ut ad reconstructionem principalis textus chartae sufficiant.
De chartae statu in confirmatione Friderici haec leguntur: „Ale že ti listové některým zmeškáním a netbáním zkaženi byli, prošeni sme, abychom je obnovili".
Vide: II. 3, Sedlec (C), 4 b, De chartae apud locatores usu (W).

My bratr Waltemus řečený, opat v Sedlci, přede vší a se vší radú i vuolí našeho zboru ves naši i dědictví Bielany řečenú dali sme Jindřichovi i jeho budúciem náměstkuom i všem jich dědicuom nynějším i potomním právem dědičným k vládnutí pod takovúto výmienkú, že každý z nich s jednoho lánu dlužni budú platiti úroku ročního jednu

hřivnu na svatého Havla[1] bez odporu všelijakého, pak za každú berni královskú a nebo jinú, kteráž kolivěk potřeba připadne, lot dadie jeden, kuřenec osmero dávati bude po všecka léta; ten lot s úrokem buď placen; kteréžto placení o světím Havle budúciem přes rok má býti, o lesiech a o křovinách, ješto ještě v rolí nejsú obráceny, čtyři léta z svobody budú se radovati a pátého léta, když svoboda vynde, jakožto první podobný aneb jednostajný dadie úrok na svatého Havla svrchuřečeného. Pakli by kto z příčiny nějaké chtěl svuoj lán prodati, to muóž učiniti s naším odpuštěním, ale takovému muži, kterýž by užitečný byl nám a jenž by se líbil vším sedlákuom. A odcházející šilink dá jeden a též, kterýž na miesto jeho vejde. Tyto věci dály sú se léta od narození božieho M°CC°LXXVI° tu neděli postní Letare Iherusalem. Tej věci svědkové jsú poctiví muží: Jan farář z Malína, Křištan a opět Křištan, Frydrych, Adam, Merboto řečený Tanter, tudiež Markvart z Circhovic, Vojtěch syn jeho, Vlček z Vlgenga, Gotfrid od Hory a jiní mnozí světští; kněz Adam převor, Jan podpřevoří, Pertolt klíčník i jiní všichni bratří domu našeho toho skutku našeho řádu pečeti[a] své přivěsili.

---

809. [a]) ‚pečet' *T.*

[1]) *Oct. 16.*

810.

Nicolaus, praepositus in [Dolní] Kounice, de consilio visitatorum Jacobi, abbatis in Želiv, et Theoderici, abbatis in Louka, necnon conventus eiusdem ecclesiae Mezcae, matri Ulrici [de Drnholec] villam [seu Moravské seu Nové] Bránice ad tempus vitae ipsius sub certis condicionibus possidendam concedunt.

In [Dolní] Kounice 1276 mart. 18.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Strahov, sign. ŘP Strahov num. 14) asservatur (A).

Ed: Dlabač, Nachricht, pag. 31 litt. a (ex A, tunc in archivo Syloensi asservato). — CDM IV, pag. 171 num. 123 (ex Dlabač).
Reg: Reg II, pag. 421 num. 1008.
Lit: Šebánek, K otázce břevn. fals, pag. 274 (chartae scriptura, specimen eius (num. 27)). — Dušková, 800 let Mikulova, pag. 11 (cohaerentiae cum charta de a. 1173).

Scriba: destinatarii proprius, scripturae suae ductu manui scribae, qui instrumentum spurium fundationis claustri Cunicensis de a. 1173 (CDB I, pag. 415 num. 400) scripsit, paulum affinis est.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Dolní Kounice (E), Louka (O), Želiv (H), 4, De chartae apud nobiles usu (FFFFF).

In nomine Domini amen. Universa negocia, que in suo statu cupiunt esse solida, voce testium et scripto fiunt firmiora. || Notum sit igitur universis, quod Mezka, mater domini Vlrici pie memorie,[1] tam pro salute sua quam pro remedio filii || sui XX C

marcas argenti contulit ecclesie sancte Marie Cunicensi ibidem sepulto.[a] Nos vero N.,[2] eiusdem ecclesie prepositus, || magnam ipsius domine considerantes devotionem, de consilio venerabilium patrum nostrorum, domini Iacobi, abbatis Syloensis, et Th.,[3] abbatis ecclesie Lucensis, visitatorum eiusdem anni, simul et consilio conventus villam Branizc cum appendiciis suis, videlicet agris, pratis simul cum curia tempore vite sue ipsi domine libere concessimus possidendam; addidimus[b] nichilhominus ei quendam montem cum silva discrete per terminos distinctum, faventes eciam sibi ad mensam suam in proxima aqua nostra eiusdem ville piscari. De quibus bonis dicta iam domina ordinationi tali insistens, conventui dominarum graciam fecit talem, decem videlicet pallia pellibus subducta, quodlibet in vallore tercidimidi[c] fertonis singulis annis lagiendo;[d] ordinavit etiam, ut lumen continuum in ecclesia ad sepulcrum filii sui, circa quod petivit se tumulari, infra missam cottidie ardeat et festis celebribus in vesperis et matutinis. Acta sunt hec in Cunizc anno Domini M°CCLXX°VI°, XV° kalendas aprilis. Ut eciam presens scriptum permaneat inviolatum, sigillis verabilium[e] patrum, domini abbatis Siloensis et Th. Lucensis atque nostro in testimonium veritatis duximus roborandum. Debet[f] autem predicta villa post mortem ipsius domine cum omni integritate rerum mobilium redire ad ecclesiam prenominatam.[f]

Sigilla: tria in scidulis membranaceis appendent seu appendebant; 1) Jacobi, abbatis Syloensis, valde laesum;[4] 2) avulsum et deperditum est; 3) Nicolai, praepositi Cunicensis, laesum, verumtamen conservatione integratum. Cf. Sigilla num. 3, 21.

---

810. *[a] Ita A. — [b] Ex* ‚addimus' *corr. est in A. — [c] Ita A pro* ‚tercii dimidii'. *— [d]* ‚lagiedo' *A. — [e]* ‚v[s] abilium' *A. — [f-f] Ultimum enuntiatum chartae textu ad finem deducto, sed ab eadem manu adscriptum est A.*

[1]) *Ulricus [de Drnholec] in belllo, quod Přemysl Otakarus II. contra Ladislaum IV., regem Hungariae, gessit, apud Laa 1273 aug. 5 occisus est (Cf. Novotný I. 4, pag. 267 et chartam Ladislai IV. 1274 febr. 16 datam (Wenzel, CDA IX, pag. 51 num. 31) et suo tempore in regestorum serie huius tomi).* — [2]) *Nicolaus.* — [3]) *Theoderici.* — [4]) *Cuius imaginem phototypicam praebere praetermisimus.*

811.[+]

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, universis beneficiariis suis, iudicibus civitatum, monetariis et urburariis per Bohemiam et Moraviam constitutis mandat, ne homines monasterii in Vilémov contra libertates expresse nominatas molestent.

Pragae 1276 mart. 22.

Apographum chartae insertum est confirmationi Venceslai II., regis Bohemiae etc., apud Hradec [Králové] 1289 apr. 23 datae (Reg II, pag. 636 num. 1473), cuius confirmationis autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Břevnov, sign. ŘB Břevnov num. 56) asservatur (B).

Ed: Dobner, Monumenta VI, pag. 390 in num. 14 (ex B).[1]
Reg: Dobner, Monumenta VI, pag. 384 num. 4. — Reg II, pag. 422 num. 1009.
Lit: Vaněček, Základy III, pag. 59 (rei deliberatio). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 384 n. 393.

Dictator: ignotus, fortasse destinatarii proprius.
Quamquam charta confirmationis Venceslai II. in cancellaria regia orta sincera est, fieri potuit, ut monasterium in Vilémov adulterinum mandatum Přemysli Otakari II. confirmandi causa exhiberet, nam: 1) Titulus, qui in mandato Přemyslo Otakaro II. attribuitur, rectus non est; 2) Iura monasterii per mandatum confirmata ea, quae e charta num. 2 novimus, excelse superant aliasque immunitatum chartas monasterio datas ignoramus.
Vide: II. 1 a, P. O. II, 3, Vilémov (D).

O.,[2] dei gratia rex Boemie,[a] dux Austrie, Stirie, Karinthie, [marchio Moravie],[b] dominus Carniole, Egre, [Marchie][b] ac Portus Naonis, dilectis fidelibus suis universis beneficiariis, iudicibus civitatum, monetariis et urburariis per Boemiam et Moraviam constitutis salutem et gratiam. Cum per dilectum nobis Iaroslaum, abbatem monasterii de Wilhelmow, exhibitis nobis progenitorum nostrorum privilegiis simus sufficienter instructi super libertatibus, quas prefato monasterio concesserunt, quod videlicet venditiones quarumlibet culparum et solutiones, que beneficiariis fieri solent, non alii quam ipsi monasterio[c] exsolvantur a suis hominibus et quod de argentifodinis in terris dicti monasterii media pars urbure totius detur eidem atque ut tempore nove monete in suis forensibus opidis homines ipsius monasterii[d] per nostros monetarios cambire denarios non cogantur inviti, set a quibuslibet collectis et prestationibus sint immunes,[3] vobis universis et singulis presentium tenore districte precipimus, ut prefati monasterii homines nullatenus molestetis contra premissas gratias libertatum. Nos enim easdem ob anime nostre salutem et specialem abbatis prenominati dilectionem de certa nostra scientia confirmamus. Datum Prage anno Domini M°CC°LXX°VI°, XI kalendas aprilis.

811.[+] [a]) ‚Boẽm' *B.* — [b]) *Quae uncis clauduntur, complere licet in B.* — [c]) ‚moasterio' *in B; titulus enim deest.* — [d]) ‚moasterii' *in B; idem.*

[1]) *Totus textus confirmationis chartae cum mandato inserto praebetur.* — [2]) *Přemysl Otakarus II.* — [3]) *Vide num. 2, ubi autem tantummodo* ‚venditiones culparum' *commemorantur.*

812.

Alexius decanus et Cyrus, archidiaconus ecclesiae Olomucensis, causam ortam inter Budišum, abbatem in [Klášterní] Hradisko, ex una parte et Bohuslaum de Lubojaty ex parte altera super capellla in Lubojaty sita componunt.

In Olomouc 1276 apr. 8.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 62—63 num. 79 (B).* — *Aliud*

apographum saec. XVII. servavit M. Siebenaicher „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis", *cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, fol. 107^{v} – 108 (C).*

Ed: CDM IV, pag. 172 num. 124 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 423 num. 1012.
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 155 (rei deliberatio).

Dictator: ignotus, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 3, Kl. Hradisko (W), Olomouc, ecclesia capitularis (II), 4, De chartae apud nobiles usu (GGGGG).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

Allexius[a] decanus et Cyrus, archidiaconus Olomucensis ecclesie,[b] universis presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noverint universi presentes et posteri, quibus legendum occurrerit presens scriptum, quod nos super causa, que orta fuit inter venerabilem dominum Budiss,[c] abbatem Gradicensem, ex una et Budyslaum de Hluboiat ex parte altera super eo, quod idem Budislaus capellam in eadem villa Hluboiat in preiudicium ecclesie eiusdem venerabilis abbatis site in Polom suo et conventus sui irrequisito[d] consensu construxit, quamvis ipsa villa ad eius parrochiam[e] in Polom iure debeat pertinere, electi arbitri unanimi assensu parcium ymmo[f] precibus[g] studiosis ad componendum in ipsa causa, prout dictaret equitas, inter ipsos[h] taliter, et ut visum est nobis, satis eque decrevimus componendum: ut prefatus Budislaus et sui successores capellam in villa Hluboiat sine contradictione abbatis et successorum eius et conventus libere habere debeat perpetuo pleno iure, predicti abbatis capellano, plebano de Polom, sedecim mensuras Opauienses,[i] octo videlicet siliginis et octo avene et dimidium fertonem argenti in pondere Olomucensi in vigilia beati Martini[1] annis singulis ex integro soluturus ita, ut quocienscumque[k] huic nostre ordinationi Budislaus contraire[l] prescriptus[l] attemptaverit,[m] negligendo pensionem reddere prehabitam[n] plebano ecclesie memorate, pene sub nomine teneatur decem marcas argenti, episcopo quatuor, tres Olomucensi capitulo, tres abbati et conventui; ad quod et sui posteri tenebuntur. Ut autem hec nostra ordinacio inconvulsa permaneat, ipsam conscribi parti cavendo utrique et sigillorum capituli nostri et nostrorum necnon eiusdem abbatis venerabilis appensione decrevimus communiri. Actum anno Domini M°CC°LXX°VI°[o] presentibus Nicolao preposito Cunicensi[n] canonico regulari, Prethborio filio Benade, Andrea plebano sancte Marie in Olomucz,[p] Victore vicario, domino Budslao[q] de Wessele, Borzuta[r] de Sennicz, Gesuthborio[s] de Racowe, Lamberto de Bystrzicz et aliis viris quampluribus fide dignis. Datum in Olomucz VI° [t] idus aprillis.

---

812. [a]) ‚Alexius' *C.* — [b]) *Hic et inferius* ‚ae' ‚oe' *pro* ‚e', ‚t' *pro* ‚c', ‚j' *pro* ‚i' *ponitur in C.* — [c]) ‚Budis' *C.* — [d]) ‚irequisito' *B.* — [e]) ‚parochiam' *C.* — [f]) ‚imo' *C.* — [g]) ‚partibus' *C.* — [h]) *Verba* ‚inter ipsos' *mendose iterantur in B, C.* — [i]) ‚Oppavienses' *C.* — [k]) ‚quotiescunque' *C.* — [l–l]) ‚praescriptis contraire' *C.* — [m]) ‚attentaverit' *C.* — [n]) *Deest in C.* — [o]) ‚1276' *C.* — [p]) ‚Olom̃' *B*, ‚Olmucz' *C.* — [q]) ‚Budislao' *C.* — [r]) ‚Borzita' *C.* — [s]) ‚Gesutborio' *C.* — [t]) ‚6to' *C.*

[1]) *Nov. 10.*

813.+

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, circuitionem villae Bystrovany et decisionem litis inter Budišum, abbatem monasterii in [Klášterní] Hradisko, et cives Olomucenses ortae per Zašitum de Kurovice e mandato ipsius factam confirmat.

Brunae 1276 apr. 28.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 25 num. 26 (B). — Aliud apographum exstat in vidimatione Gregorii de Lewenberg, canonici ... curiaeque episcopalis Olomucensis officialis, in Olomouc 1511 mart. 5 data (Teige, Zpráva, pag. 79 num. 9),[1] cuius vidimationis autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. I 31) asservatur (C). — Apographum praebet etiam codex mnscrus chart. saec. XVI.* „Codex Wenzeslai de Iglavia" *dictus, ibidem (sign. Collect. mnscr. num. 343) asservatus, fol. 208—208^{v} (D). — In vidimatione superius citata exstat apographum in codice mnscro chart. saec. XVII.* „Privilegia et compactata Gradicensia ab anno 1160—1685" *dicto, ibidem (inter Cerronianos II, num. 317) asservato, fol. 62^{v}—63^{v} (E). — Apographum exstat denique in fragmento mnscri chart. saec. XVIII.* „Varia memorabilia" *intitulati, quod ad M. Siebenaicheri Historiam, cuius codex mnscrus chart. ibidem (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, agglutinatum est, fol. 296^{v}—297^{v} (F).*

Ed: CDM IV, pag. 173 num. 125 (ex F).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 453 num. 292. — Reg II, pag. 424 num. 1014. — Šebánek, Archivy, pag. 46 num. 259 (ex C).
Lit: Emler, Kanzlei, pag. 57 (congruentia textus cum libro formarum Henrici Italici). — Teige, Zpráva, pag. 54 (corr. lect.). — Petrov, pag. 11 ss (congruentia cum libro formarum H. I.). — Wutke, Über schlesische Formelbücher, pag. 85 num. 42 (congruentia cum libro formarum). — KK, pag. 106 n. 142. — Fiala, Kancelář, pag. 265 (idem). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 332, 335—337, 343 n. 243 (Gr 10).

Dictator: magister Henricus protonotarius; quaedam verborum iuncturae cum charta num. 795+ congruunt, quod typis minoribus expressimus.
In cod. mnscro membr. saec. XIV. bibliothecae universitatis Oenipontanae (sign. num. 714, fol. 77) in fragmento libri formarum Henrici Italici (cf. etiam mnscrum R. B. apud Petrov, pag. 33 annotatum et mnscrum Ch sic dictum bibliothecae universitatis Pragensis (sign. I E 48), fol. 50 num. 139) textus chartae cum quibusdam praetermissionibus necnon mutationibus, quae in libris formarum occurrere solent, invenitur; hunc suo loco vide. Fundamentum chartae e cancellaria regia emanavit (opere mag. Henrici) et de eius sinceritate non est dubitandum. Ea autem, quae cum charta suspecta num. 795+ congruunt, necnon quaedam aliae iuncturae (ex. gr. ‚kopci'), quae aperte destinatarii chartae propriae sunt, suspicionem movent, quamquam etiam in librum formarum Henrici Italici pervenerunt.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (T), 3, Kl. Hradisko (X).

Otakarus,[a] dei gracia[b] rex Boemie,[c] dux Austrie, Stirie,[d] Karinthie,[e] marchio Morauie,[f] dominus Carniole, Marchie,[g] Egre[h] ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Dignum et[i] iustum[i] est[k] et consentaneum racioni, ut illa, que aguntur solemniter, ad futurorum memoriam monimenta[l] redigantur in publica, et precipue illa, que nostre iussit fieri preminencia[m] maiestatis. Per presens igitur privilegium noscat tam presens etas quam successura posteritas futurorum, quod nos volentes, ut circuicio ville Bistrowici,[n] quam Robertus, olim venerabilis abbas monasterii Gradicensis,[2] a civibus Olomucensibus emit, facta ex parte* Holice[o] nostre et beneficii castri nostri Olomucensis, quod vulgo dicitur podstole, quod tenet* Don[p] de Wranowicz, et

ex parte villarum Hodinan, Chwalkowicz,[q] Bukowani[r] et Bystrzicz[s] ac circuicio ville Hayczyn,[t] que in privilegiis ipsius monasterii continetur,[3] nec non et[u] missio domini[v] Budiss,[w] venerabilis abbatis prefati monasterii, prefati Roberti[x] abbatis successoris, in corporalem possessionem curie, balnei, arearum, tabernarum[y] in villis[z] Nakel, Luboss,[aa] Bunowici,[bb] Lassczan[cc] et hominum residencium in suburbio vel circa, quam circuicionem et missionem in corporalem* possessionem ad decisionem litigii, quod inter predictum dominum Budiss[w] ex una parte et cives Olomucenses ex altera vertebatur super terminis[dd] et bonis prefatis, villarum scilicet Bistrowiczy[ee] et* Haiczyn[ff] ac curie, balnei, arearum et hominum* in suburbio existencium Olomucensi[gg] necnon et[hh] tabernarum predictarum in Nakel, Luboss,[aa] Bunowiczi[ii] et Lasczan,[cc] ut predictum est, consistencium per dilectum fidelem nostrum Zaschit[kk] de Kurowicz[ll] una cum beneficiariis ipsius provincie viso[mm] iure pleno ipsius monasterii fieri mandavimus,[nn] robur obtinere debeat perpetue firmitatis, easdem circuiciones terminatas per metas, que vulgo kopczi[oo] dicuntur, et missionem in possessionem bonorum omnium predictorum, secundum quod per[pp] dictum[pp] Zaschit[kk] racionabiliter facte sunt,[4] confirmamus et eas ratas habentes, auctoritatis nostre munimine duximus fulciendas: expressius inhibentes, ne aliquis contra istas circuiciones et missionem in possessionem venire,[qq] infringere aut mutare[rr] attemptet.[ss] Quod si quis easdem[tt] circuiciones et missionem in possessionem[qq] infringere, mutare vel contra ipsas venire temptaverit[uu] et ecclesie memorate non satisfecerit, ipsum ad penam decem marcarum[vv] auri nobis solvendarum nomine pene nostre camere volumus condempnari.[ww] Ad quarum confirmacionis et ratihabicionis nostrarum robur perpetuo valiturum presens privilegium ad futuram memoriam et prefati monasterii cautelam fieri et sigillis[xx] maiestatis nostre fecimus communiri. Datum Brunne[yy] per manus magistri Henrici,[zz] prothonotarii regni nostri et plebani in Gors,[aaa] anno dominice incarnacionis millesimo[bbb] CC°LXX°VI°[bbb], IIII°[ccc] kalendas[ddd] maii, quarte[eee] indictionis.[fff]

813.+ [a] ‚Ottakarus' *D, E, F.* — [b] *Hic et inferius ponitur* ‚ae', ‚oe' *pro* ‚e' *in E, F,* ‚t' *pro* ‚c' *in C—F,* ‚j' *pro* ‚i' *in F.* — [c] ‚Bohemie' *D.* — [d] ‚Styrie' *C—F.* — [e] ‚Carinthie' *D—F.* — [f] ‚Moraviae' *F.* — [g] ‚marchio' *D.* — [h] ‚Agrae' *F.* — [i-i] *Deest D.* — [k] *Deest B, F.* — [l] ‚monumenta' *F.* — [m] ‚preeminencia' *D.* — [n] ‚Bystrowici' *D; ultimae duae syllabae incerto modo correctae sunt.* — [o] ‚Holyce' *C, E,* ‚Holycze' *D,* ‚Holicee' *F.* — [p] ‚dominus' *E, F.* — [q] ‚Chwalchowicz' *C,* ‚Chwalkowics' *E,* ‚Chwalkovicz' *F.* — [r] ‚Bukowan' *D, E, F.* — [s] ‚Bistricz' *C, D, E.* — [t] ‚Haychin' *C, D,* ‚Haichin' *E,* ‚Hayczin' *F.* — [u] *Deest D; post vocem sequitur vox* ‚quod' *in C, D, E.* — [v] ‚dicti' *F.* — [w] ‚Budis' *C, D, E.* — [x] ‚Robertis' *D.* — [y] ‚thabernarum' *D.* — [z] ‚villa' *D.* — [aa] ‚Lubos' *C, D, E.* — [bb] ‚Bunowiti' *D.* — [cc] ‚Laschas' *C, D, E.* — [dd] ‚cranniciis' *D.* — [ee] ‚Bystrowici' *C,* ‚Bistrowici' *D, E.* — [ff] ‚Haychin' *C, D,* ‚Haichin' *E,* ‚Hayczyn' *F.* — [gg] ‚Olomucensium' *E.* — [hh] *Deest D.* — [ii] ‚Bunowici' *C, D, E.* — [kk] ‚Zaschic' *D.* — [ll] ‚Curowicz' *D,* ‚Kunwitz' *E.* — [mm] ‚uso' *B,* ‚universo' *F.* — [nn] ‚mandamus' *B.* — [oo] ‚kopci' *C,* ‚copci' *D,* ‚kopczy' *F.* — [pp-pp] ‚praedictum' *F.* — [qq-qq] *Deest E.* — [rr] ‚immutare' *F.* — [ss] ‚attentet' *F.* — [tt] ‚eas' *B, F.* — [uu] ‚tentaverit' *F.* — [vv] ‚marcharum' *C, E.* — [ww] ‚condemnari' *E,* ‚condemnare' *F.* — [xx] ‚sigillum' *D,* ‚sigillo' *E.* — [yy] ‚Brunae' *E, F.* — [zz] ‚Heinrici' *E.* — [aaa] ‚Gros' *B, F,* ‚Gars' *E.* — [bbb-bbb] ‚millesimo ducentesimo septuagesimo sexto' *C, D, E,* ‚MCCLXXVI' *F.* — [ccc] ‚quarto' *C, D, E,* ‚4' *F.* — [ddd] ‚calendis' *F.* — [eee] ‚4tae' *F.* — [fff] ‚indicionis' *D.*

[1]) *De statu chartae hoc expresse dicitur:* „litteras ... in pergameno scriptas sigilloque rotundo prefati domini regis Otakari de communi alba cera impresso cum zonis sericeis viridis coloris impendẽn." — [2]) *Anno 1269 defunctus.* — [3]) *Vide CDB IV, pag. 227 num. 171++ et num. 616, porro CDB IV, pag. 341 num. 188++ et in hoc tomo num. 617 et 618.* — [4]) *Cf. num. 795+.*

814.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, ecclesiae Olomucensi donationem villae Rozvadovice a Ludmila, relicta Zbislai de Rozvadovice, factam ratificat et confirmat.

In Znojmo 1276 maii 27.

Autographum in membrana scriptum in SAR Olomouc (archivum cap. Olomucensis, sign. A 1 b 2) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. B 7—B 7ᵛ (B). — Alterum apographum eiusdem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, fol. 20ᵛ (C).

Ed: CDM IV, pag. 174 num. 126 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 453 num. 294. — Reg II, pag. 425 num. 1018.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 156 num. 73 (corr. lect. Ant. Boček). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 695 num. 67 (idem). — Fiala, Kancelář, pag. 201, 222 (promulgationis formula tractatur). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 276, 332, 335—337, 370 n. 351 (Ol).

Scriba: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (U), 3, Olomouc, ecclesia capitularis (KK).

[O]takarus,[a] dei gratia rex Boemie, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, ‖ omnibus in perpetuum. Regie decet prefulgentes gloria maiestatis, ut quanto prerogativa dignitatis preferuntur elatius, tanto maioris zelo de‖votionis illi conplacere studeant, per quem homo prerogatur hominibus ac regnantium eriguntur solia et reguntur. Per presens igitur privilegium noscat ‖ tam modernorum etas quam successura posteritas futurorum, quod nos totis cupientes affectibus devota placidaque prebere obsequia regi regum, de cuius gratia erectos nos esse cognoscimus in apicem excellentie principalis, donationem, quam Ludmilla, relicta Sbislai olim de Roswadouich, pro remedio anime sue de ipsa villa Roswadouich fecit Olomucensi ecclesie, ratam et firmam habemus et eam auctoritate maiestatis regie confirmamus, volentes, ut deinceps prefata Olomucensis ecclesia ex causa donationis prefate teneat et possideat pacifice ac quiete dictam villam Roswadouich cum pratis, silvis, nemoribus, virgultis, piscationibus, agris cultis et incultis ac etiam cum omnibus iuribus, cum quibus dictus Sbizlaus ante tempora mortis sue[1] tenuit et possedit eamdem. In cuius ratificationis et confirmationis nostre testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre fecimus communiri. Actum Znoyme anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo VI°, datum per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri, VI° kalendas iunii, IIII° indictionis.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis viridis coloris valde laesum, verumtamen conservatione integratum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

814. [a]) *Ad litteram maiorem depingendam spatium vacuum relictum est in A.*

[1]) *Quando Zbislaus de Rozvadovice mortuus sit, nescimus.*

815.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, statuit et concedit civibus Brunensibus, ut iudex ipsorum homines in suburbiis civitatis Brunae vel in locis immediate connexis habitantes iudicare debeat.

In Znojmo 1276 maii 28.

Autographum in membrana scriptum in archivo civitatis Brunae (sub dato suo) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. praebet praeclarus ille codex mnscrus membr. Johannis scribae sic dictus, ibidem (sign. mnscr. num. 2) asservatus, fol. 126[v]—127 (B). — Aliud apographum eiusdem saec. exeuntis cum notis magni momenti[1] exstat in codice mnscro chart. in eodem archivo asservato (sign. mnscr. num. 40), fol. 40[v]—41 (C). — Versionem Germanicam praebet codex mnscrus membr. saec. XIV., qui „Antiquissimus" vocatur, in eodem archivo (sign. mnscr. num. 1) asservatus, fol. 227[v]—228; quam inferius sub praebemus (T).*

Ed: CDM IV, pag. 175 num. 127 (ex A). — Rössler, Die Stadtrechte von Brünn, pag. 375 num. 5 (versio Germanica).
Reg: Monse, Versuch, pag. 141 num. 2. — idem, Über die ältesten Municipalrechte, pag. 106 num. 2 (ex B). — Böhmer, Add. sec., pag. 453 num. 295. — Bischoff, Österreichische Stadtrechte, pag. 17 s. n. — Gengler, Codex, pag. 416 num. 148/2. — Reg II, pag. 425 num. 1019. — Bretholz, Geschichte der Stadt Brünn I, pag. 399 sine num.
Lit: Kamenícek, Sbírka Zlobického, pag. 293 num. 1 (copiam simplicem praebet). — Zatschek, Die älteste Erwähnung, pag. 50 (stili deliberatio). — Fiala, Kancelář, pag. 172, 199, 259 (notae ad scripturam, stilum et collectiones formarum pertinentes). — Šebánek, Česká listina 3, pag. 109. — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 276, 332, 334, 335, 338, 340 n. 238 (Br).

Scriba: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Textus chartae in his mnscris librorum formarum Henrici Italici invenitur: 1) In mnscro Regiomontano sic dicto (vide Voigt, Das urkundliche Formelbuch, pag. 149 num. 152) cum praetermissionibus in titulo et exordio chartae („In cuius statuti" usque ad finem) et nonnullis erroribus in textu (Reg II, pag. 1045 num. 2416); 2) In mnscro saec. XV. bibliothecae capituli Pragensis (sign. K XXXIII), fol. 37[v] num. 70; 3) In manuscripto Ch sic dicto bibliothecae universitatis Pragensis (sign. I E 48), fol. 20[v]—21 num. 46, ubi loco civitatis Brunae civitas Praga nominatur. — 4) In Codice epistolari Rudolfi I., vide Bodmann, F. J., pag. 12 num. 12. Accuratam editionem huius textus suo loco vide.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (V), 5, De chartae apud civitates usu (RRR).

[O]takarus,[a] dei gratia rex Boemie, dux Austrie, Styrie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, omnibus in perpetuum. In terris nostre di‖tioni subditis vigere dulcia tranquilli status ocia totis desideriis affectantes, dum solicita mente singulatim quelibet discutiendo revolvimus, que pacem disturbet,[b] in ipsis vi‖demus non modicum statui commodi communis officere, quod in quibusdam provinciarum nostrarum partibus de prisca et abusiva consuetudine civitatum iudicibus culpabiles

et || in ipsis civitatibus excedentes iudicare non licet, qui vel baronum nostrorum vel aliorum quorumlibet dominio sunt subiecti, etiam si penes ipsas resideant civitates. Sequitur enim, quod dum enormitas sceleris taliter preteritur inpunis, dum penarum non cohercentur limitibus offensarum excessus, dum locus, qui contumelie nota inficitur, exhibitione satisfactionis debite non diluitur, datur facinorosis audendi deteriora fiducia, via reseratur iniuriis et liber quodammodo transitus nequitie aperitur.[c] Quare, cum civitas nostra Brunne prefati mole abusus se gravari ac opprimi quereretur, nos eidem civitati de mansuetudinis nostre clementia succurrentes, presentis privilegii tenore statuimus et eidem concedimus civitati, ut Brunnensis iudex, qui pro tempore fuerit, homines habitantes in suburbiis civitatis ipsius Brunne vel ipsi civitati inmediate connexis de iniuriis ac culpis, quas in ipsa civitate commiserint, mediante iustitia valeant[b] et debeant[b] decetero sine contradictione aliqua iudicare, ita tamen, quod illud, in quo per eosdem iudices Brunnensis civitatis rei condempnati fuerint, ipsorum cedat dominis, sicuti si essent per ipsos dominos aut eorum iudices sententialiter condempnati. Nulli[d] ergo hominum et illorum specialiter, ad quos homines in prefatis habitantes suburbiis spectare noscuntur, cuiuscunque conditionis fuerint, sive clerici vel layci, hoc nostrum statutum aut concessionem violare audeat vel ei presumat in aliquo contraire. Quod si quis temerariis temptaverit ausibus, gravissimam indignationem nostram se noverit incursurum. In cuius statuti et concessionis nostre testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre fecimus communiri. Actum Znoyme anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, datum ibidem per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri et plebani in Gors, quinto[e] kalendas iunii, IIII[e] indictionis.[e]

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis rubri et viridis coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

815. [a]) *Ad litteram maiorem depingendam spatium vacuum relictum est in A.* — [b]) *Ita A.* — [c]) *Litterae* ‚ap' *in loco raso scriptae sunt in A.* — [d]) *Ita A pro* ‚Nemo'. — [e-e]) *Verbis competenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *In margine (fol. 41) legi potest haec nota:* 'Istud privilegium infra per statutum regis Iohannis est immutatum, legatur et teneatur illud,' *qua ad chartam Johannis regis Pragae 1319 dec. 23 datam (CDM VI, pag. 121 num. 155) revocatur. Hoc nutu neglecto cives Brunenses confirmationem chartae Přemysli Otakari II. a Jodoco, marchione Moraviae, obtinere nisi sunt, sicut ex petitione eorum a. 1386 iun. 10 data (cf. CDM XI, pag. 360 num. 402) clare apparet. Cui petitioni verba* 'Item illud sequatur privilegium sequens Otackari, quomodo supplicatum est domino nostro Iodoco, marchioni Moraviae, sub anno LXXXVI° in festo Pentecostes' *anteposita et verba* 'Responsum fuit protunc per dominum nostrum predictum, quod ante omnia privilegia antiqua deberent servari, et quicumque haberet antiquiores litteras, ille precedere deberet' *postposita sunt.*

815.*

Wier Ottacker, chunich von gotes genaden czu Pehem, hertzog czu Osterreich, czu Steyerrn, czu Kerentn, marchrave czu Merhern und herre czu Chrain und auf der March und czu Portnav, wunschen hail allen leuten ewichleichen. In den landen, di unser herschaft undertenick sint, beger wier vrid und gemach sein,

nu merck wier wol, daz der selb frid und der gemach da von grosleich wiert gestort, daz di richter der stet nicht cze richten habent noch geturren di unczucht und[a] gerecht richten in den steten und pei den steten nohen sint gesessen und sitzent und daz tuent si dar auf, daz si sich leicht trosten ier herschaft, da si under sitzen, durch der willen man ier schont. Und daz welle wier vuerbaz undernemen, daz diselben chain unczucht oder ier poshait vurbaz in den steten nicht mer turren treiben durch unser purger pet czu Brunne, wan si daz uns oftte geclait haben, darum velle wir, daz iz ich mer vuer uns chome, wan wo man waiz, daz man um di poshait nicht puez seczt und richt, da treiwet man unczucht und poshait ane sorgen. Darum welle wier, daz vuerbaz der richter cze Brunne und di schephen uber diselben leut richten, di pei in wonunt sein um di stat und in der stat, under waz herschaft si sitzent oder wez diener oder holden si sein, so schol der richter und di schephen uber si richten, wen si unczucht oder vrevels wegen in der stat, als gewonleich ist und recht und in waz puez oder wandel si gevallen, daz schol doch ier herschaft, da si under siczen werden gevallen, recht gleicher weiz sam si ier herschapft, selber hiet gericht und geurtailt. Und chainerlay mensch sei und sunderleich die den di leut undertenick sint und under ierem gepiet wonunt und siczent, iz sein gaistleich oder wertleich, pfaffen oder lain, daz si daz gepot und unsern willen und unser lehenschaft an chaim tail czu brechen und mailigen; oder welcher di tuerstichait hiet, daz er wider unser pot an chainerlay sach tuet, der schol daz wizzen, daz unser aller sweristev veintschaft darum haben und leiden muezzen. Und disem unserm gepot und gesetz und disem lehen geb wier unser vestev westetikait czu einer ewegen geczeuchnusse und disen prief mit unserm vuerstleichem insigel westetig und bevestent. Daz ist geschehen czu Znoym da von Cristes gepuert sint gewest tausent iar czwayhundert iar und LXXVI iar under maister Hainreichs henden, unsers oberisten schreiwers und pharrer czu Gors, indem nachman der iunius ist genant.

815.* [a]) *Vox ‚posheit', sicut Rössler recte conicit, deesse videtur in T.*

816.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae etc., usque ad titulum dominus Portus Naonis, monasterio in [Nová] Říše universas mulctas, in quibus homines eius per iudices et beneficiarios terrae Moraviae in iudiciis provincialibus condemnati sint, confert.

In Příštpo 1276 iun. 6.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Nová Říše, sign. perg. num. 2) asservatur (A). — Apographum insertum est confirmationi Ladislai, regis Bohemiae etc., in Jihlava 1453 oct. 10 datae, cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. perg. num. 13) asservatur (B). — Apographum saec. XVII. codex mnscrus chart. „Anno Domini 1606. Dispositio seu registrum omnium privilegiorum ... mon. Novoreuschensi concessorum, factum ... ab Adamo Skoto" *intitulatus, ibidem (adhuc sine sign.) asservatus continet, fol. 1—1[v] (C).*

Ed: CDM IV, pag. 176 num. 128 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 453 num. 300. — Reg II, pag. 427 num. 1025.

Lit.: Dušková, Notář Jindřich, pag. 61. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 276—278, 341—345, 368 (Rs).

Scriba: P II 83 = Johannes notarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 66.
Dictator: Johannes notarius, qui textu chartae num. 712 ab eo totidem scriptae, sed a magistro Henrico dictatae usus est; quae typis minoribus dedimus.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (W), Johannes notarius (H), 3, Nová Říše (C).

[O]thakarus,[a] dei gracia rex Boemie,[b] dux Austrie, Stirie, Karinthie, marchio Morauie, dominus Carniole, Marchie, Egre ac || Portus Naonis, omnibus in perpetuum. Dignum et iustum est et consentaneum racioni, ut, quociens per suorum peticiones || fidelium, que tamen[c] ab equitatis tramite non discordent, regia magestas requiritur, eis annuens debeat sue benignitatis oculo arridere, eoque maxime, quo pia causa exigit et merita postulant personarum. Inde est, quod, cum* conventus monasterii in Reus nostre celsitudini humiliter supplicarit,* ut ob divine remuneracionis intuitum universas mulctas sive penas pecuniarias, in quibus homines monasterii ipsorum per iudices et beneficiarios terre Morauie mediante iuris ordine et iusticia in iudiciis provincialibus per sentencias aliquando condempnantur, ipsi monasterio et conventui in Reus, quemadmodum pluribus aliis monasteriis per Morauiam graciose contulimus, ad utilitatem et profectum ipsius conventus* largiri de speciali nostra gracia dignaremur; nos* attendentes peticiones ipsius conventus ab equitatis non deviare tramite, et si eisdem annueremus pium esse negocium ac ipsi deo ob petencium merita fore plurimum placiturum, dicti conventus prefati monasterii peticiones libenter admisimus et ei prenominatam immunitatem de benignitate solita duximus liberaliter concedendam; volentes, ut universi iudices et beneficiarii terre Morauie a singulis hominibus monasterii predicti in Reus pro quibuslibet mulctis sive penis pecuniariis, in quibus per eos mediante iuris ordine et iusticia condempnati fuerint, nullam pecuniam exigere sive recipere presumat,[d] sicut[e] gravem indignacionem nostram diligunt evitare; set de causis, que contra homines prenominati monasterii et conventus in Reus proposite fuerint, plenius cognoscentes, de mulctis sive penis pecuniariis, que ex ipsis causis provenerint, predictum conventum in Reus ordinare permittant libere pro sue libito voluntatis impedimento quolibet proculmoto. Ut autem hec nostra donacione[f] perpetuam roboris obtineat firmitatem, presentes conscribi et sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum et datum in Prseschep per manus magistri Heinrici, prothonotarii nostri, plebani in Gors, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, octavo idus iunii.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

816. [a] *Ad litteram maiorem depingendam spatium vacuum relictum est in A.* — [b] ‚Boẽm' *A.* — [c] *Littera* ‚n' *ex* ‚t' *corr. est in A.* — [d] *Ita pro* ‚presumant' *in A.* — [e] *Litteras* ‚ut' *alia quaedam manus una linea delevit in A.* — [f] *Ita pro* ‚donacio' *in A.*

817.

Johannes, episcopus Pragensis, chorum et altare ecclesiae [domus Dominici sepulchri] in Zderaz dedicat omnibusque, qui eandem ecclesiam et praefatum chorum in certis festivitatibus visitaverint, indulgentias concedit.

Pragae 1276 iun. 21.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum domus Dominici sepulcri in Zderaz, sign. L IV ŘKřb Zderaz num. 21) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 427 num. 1026.
Lit: Nový, Listiny, pag. 59 (intitulatio chartae non recte explicatur).

In chartae replicatae parte dextra registrator archivi saec. XV.–XVI. scripsit „R[a] " *et* „J III"*; in chartae tergo manu saec. XIII. scriptum est:* „Iste sunt episcopales indulgentie Zderasienses" *(C), inferius manu alia paulum posteriore scriptum legitur:* „Iohannis episcopi Pragensis C viginti dies" *(D).*

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide et num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: Idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Sub membrana replicata ad textum chartae capite verso initium cuiusdam chartae ab J III 6 scriptae invenitur in his verbis: „In nomine Domini amen. Nos Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus XXIIII".
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (MMM), J III 6 (X), 3, Zderaz (H).

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus XXIIII, anno ab incarnatione || Domini M°C°C°LX°X°VI°, indiccione quarta, die dominica in mense iulii,[a] qua cantatur Respice[b] in me,[b] presidente in sacrosancta || Romana ecclesia Innocentio papa quinto ac regnante in Boemia gloriosissimo et magnifico domino Ottacario qui et Premisl, || rege Boemie,[c] duce Austrie, Stirie et Karintie, marchione Morauie, domino Carneole, Marchie, Egre ac Portus Naonis, in nomine sancte et individue trinitatis,[d] patris videlicet et filii et spiritus sancti, necnon in honore et memoria sancte et victoriosissime Crucis domini nostri Ihesu Christi et sancte Marie virginis sanctique Iohannis Baptiste sanctorumque angelorum, archangelorum, prophetarum et cunctorum beatorum spirituum et sanctorum omnium apostolorum,[e] martirum, confessorum atque virginum, chorum venerabilis Zderazensis ecclesie et altare eius dedicavimus, has sanctorum reliquias in altari eodem includentes: de ligno Domini, de sepulcro Domini, sancte Marie virginis, sancti Iohannis Baptiste, sanctorum Andree, Iohannis, Iacobi, Bartholomei, Thome, Philippi et Iacobi apostolorum, sanctorum Stephani, Laurentii, Appollinaris, Stanislai, Innocentum, Pantaleonis, Cosme et Damiani, Christofori, Magni, Wenceslai, Witalis et Walentini, Thebeorum, Eustacii et sociorum eius martirum, sanctorum Martini, Nicholai, Gregorii, Procopii, Odalrici, Geronimi, Benedicti confessorum, sanctarum Marie Magdalene, Margarete, Katherine, Agnetis, Anastasie, Elizabet, Cunegundis, Gertrudis, Vrsule virginum et aliorum sanctorum. Titulus vero ipsius chori et altaris iamdicti sanctissimo sepulcro dominico et sancto Iohanni Baptiste veraciter annotatur. Ut autem hec nostra dedicatio sempiternam obtineat memoriam et fideles Christi quasi per premia salubriter ad merita invitentur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui dictam Zderazensem ecclesiam et prefatum chorum eius in aniversario[f] die dedicationis ipsius, quam feria tercia infra Pascha volumus in perpetuum sollempniter celebrari, et deinceps qualibet die usque ad conductum Pasche necnon in festivitatibus beati Iohannis Baptiste, nativitatis videlicet eius et decollationis, annis singulis congruis honoribus frequentabunt, centum et viginti dies, quique id ipsum facient in festivis diebus sanctorum et sanctarum dei, quorum sunt reliquie superius recitate et in ara predicta reposite, et specialiter in festivitatibus sancte Crucis inventione et exaltatione viginti dies de iniuncta sibi penitentia misicorditer relaxamus. Indulgenciam huiusmodi ad sollempnitatem istius ne-

gocii, et ut populus christianus per hoc vitam mereatur eternam, in premissa Zderazensi ecclesia presentis scripti testimonio relinquentes, prout convenit, in eternum. Datum Prage XI kalendas iulii, pontificatus[g] nostri anno XVIIII.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis flavi et rubri coloris illaesum appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

817. [a]) *Ita A pro* ‚iunii'. — [b-b]) *Atramento obscuriore scriptum est in A.* — [c]) ‚Boe̅m' *A.* — [d]) *Scriba iterum* ‚et individue trinitatis' *scripsit, quod lineis subpositis delevit in A.* — [e]) *In loco raso scriptum est in A.* — [f]) *Ita A.* — [g]) *Scriba primum* ‚An' *scripsit, quod in* ‚p' *correxit in A.*

818.

Časta de Křelov monasterio in [Klášterní] Hradisko duas silvas sub condicionibus quibusdam in iudicio provinciali conventis vendit.

In Olomouc 1276 iul. 4.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 56—57 num. 71 (B). — Aliud apographum saec. XVII. servavit M. Siebenaicher* „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis", *cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, fol. 108[v] — 109 (C).*

Ed: CDM IV, pag. 178 num. 129 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 429 num. 1028.
Lit: Teige, Zpráva, pag. 54 (correctiones CDM). — KK, pag. 106 n. 5 (chartae stilus). — Dušková, Česká listina 2, pag. 188 n. 65.

Dictator: destinatarii proprius, cuius stili proprietates etiam in aliis chartis eidem monasterio destinatis apparent (ex. gr. num. 795+, 813+).
Vide: II, 3. Kl. Hradisko (Y), 4, De chartae apud nobiles usu (HHHHH).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

Humanis ordinacionibus,[a] contractibus atque pactis, utpote caducis ac mutabilibus, consueverunt racionabiliter adhiberi testimonia fidedigna, quatenus non pateat locus fraudibus et decidatur materia iurgiorum. Innotescat igitur presentibus et posteris universis, quod ego Chasta de Chrelow duas silvas ad me iure spectantes hereditario, iacentes circa villas Gradicensis ecclesie Chomut et Bresci,[b] unam inter flumina Morauam[c] et Oskauam,[d] aliam vero inter Morauam[c] et Morauicze,[e] vendidi libere absque omni contradiccione venerabili domino Budis abbati et conventui ecclesie Gradicensis iure hereditario perpetuo possidendas pro viginti sex marcis argenti et fertone; ex quibus sex marcas et fertonem in remedium animarum predecessorum meorum et mee legavi ecclesie supradicte; reliquas autem viginti marcas argenti habeo et[f] coram beneficiariis Olomucensis[g] provincie[g] protestor publice me plenarie recepisse. Facta insuper protestacione publica[h]

contractus[h] memorati coram predictis[i] beneficiariis in provinciali iudicio prefatum abbatem et conventum in possessionem silvarum predictarum[k] duxi plenariam,[k] metis certis ac notabilibus, que vulgo kopczi dicuntur, sub eorum testimonio secundum ius terre ab omni parte per circuitum assignatis; reservatis michi[l] dumtaxat[m] vite mee tempore in eisdem silvis licitis venacionibus et pascuis cabellarum.[n] Ceterum duos piscatores in Sedlisk racione prefati contractus recepi ab ipso abbate et conventu similiter tantum tempore vite mee, cuius completo curriculo ad ipsum et conventum suum hec omnia sine strepitu litium ex integro revertentur. Ut autem hec mea vendicio rata maneat et prefatus abbas vel conventus a nullo successorum meorum, puerorum, consanguineorum vel affinium, super ipso contractu tam publice celebrato valeat in[o] posterum[o] indebite lacessiri, ipsi presens scriptum assignandum duxi, sigillorum videlicet Cunonis camerarii, Woyslai iudicis, Iohannis[p] villici regis in Olomucz, Wssieborii[q] camerarii Vetouiensis[r] et mei specialis munimine roboratum. Testes vero huius rei sunt: Zwelik villicus Cunonis camerarii, Radoslaus de Hostcowicz[s] et Pih pohonczy, Martinus de Chwalkowicz villicus domini Nezamisl burgravii[t] de Nelosowicz et Martinus de Sennicz pohonczy, Lutmir subvillicus Iohannis Wawrzik de Woynicz[u] et Heinczo[v] de castro Olomucensi pohonczy, Swatoslaus Cecus de suburbio subvillicus Woyslai iudicis Olomucensis; ex nobilibus quoque Pardus de Horka, Budislaus de Nezamislicz, Stanimir[w] de Zborowicz, Daleborius de Polcowicz, Borzuta de Sennicze, Wilchko forestarius regis de Vsow[x] et alii quamplures. Actum et datum in Olomucz anno Domini M°CC°LXX°VI°,[y] in die beati Procopii abbatis.

---

818. [a] *Hic et inferius* ‚t' *pro* ‚c', ‚ae' ‚oe' *pro* ‚e', ‚j' *pro* ‚i' *ponitur in C.* — [b] ‚Sresci' *B,* ‚Brzesci' *C.* — [c] ‚Moravam' *C.* — [d] ‚Oskavam' *C.* — [e] ‚Moravicze' *C.* — [f] *Deest B.* — [g-g] ‚Olomucensibus' *C.* — [h-h] ‚contractus publica' *B.* — [i] ‚previsis' *erronee legitur in B, C.* — [k-k] ‚duxi plenariam predictarum' *B.* — [l] ‚mihi' *C.* — [m] ‚duntaxat' *C.* — [n] ‚tabellarum' *erronee in C.* — [o-o] ‚imposterum' *C.* — [p] ‚Joannis' *C.* — [q] ‚Wsseborii' *C.* — [r] *Deest C.* — [s] ‚Hostek' *C.* — [t] ‚Hostek' *sequitur in B.* — [u] ‚Woinicz' *C.* — [v] ‚Heniczo' *C.* — [w] ‚Stamimir' *B,* ‚Staminir' *C.* — [x] ‚Usow' *C.* — [y] ‚1276' *C.*

819.

Příslav de [Režný] Újezd (Ujezen) *cum monasterio in Zella commutationem villae Veselí pro uno et dimidio laneo ad villam Lovosice pertinente facit.*

— *1276 iul. 15.*

Versionis Bohemicae apographum saec. XVI. in convoluto chart. scriptum exstat in SAR Děčín (sign. Lovosice VI W[Y] N[ro] 1) num. 7 (T).

Ed: AČ 18, pag. 291 num. 2 (haud completus textus ex T praebetur).

Omni materia ad comparandum necessaria carentes, nec chartae textum Latinum restituere nec eandem iudicare possumus.

Vide: II. 4, De chartae apud nobiles usu (IIIII).

Aby zapomenutí všetečné, ruoznic příčina, porovnání nynějších řádně a rozumně učiněných[a] před potomky a náměstky[b] budúcího věku smělostí všetečnou v pochybnost uvésti se nepokusilo, aneb jakžkoli toho neukrylo, tudy lidí pomíjejících mdlá pamět s vrtkejm časem aby nepominula, od múdrých vysvědčením písma v známost věčnou se uvozuje, aby skutkové minulých časuov u potomkuov jako přítomní se kstvěli a stálí zústati mohli. I z té příčiny i já Příslav z Újezen všem na tento list patřícím a neb jej slyšícím známé býti žádám a vysvědčuji, že s dobrým rozmyslem a s zdravou radou mých rodičuov a přátel směna jest učiněna mezi panem opatem a konventem celenského kostela neb řádu, míšenského biskupství, z strany jedné a mnou z strany druhé, totiž v některých vlastních věcech níže jmenovaných se všemi výminkami, kteréž se kladou. Nebo dal sem jim a podle obyčeje země vuokol sem přivlastnil ves, kteráž slove Veselé, se všemi k též vsi právem vlastenským náležitostmi, totiž s horami, roklinami, pahrbky, lesy, křovinami, pastvami a lukami, domy, zahradami, cestami, pustlinami s vodotoky a lovy v nich, jichžto meze podle obyčeje jim vykázané nejprv se počínají od mezí lesuov, náležejících k Lovosicuom a při hořejším mezníku jdouce doluov s hory proti vsi, kteráž slove Újezen, a vztahují se až k držení bratra mého pana Chazslejva z Chýžkovic; a tak jdouce doluov od týchž mezí po vejmolu potoka až k místu, kdež byla ves, kteráž sloula Oparen, a dále k potůčku tekúcímu tajmž místem až k potoku řečenému Stepelín tekúcímu pod horou Hrádku, přivlastňuje také jim pole a luky s obou stran té vody, příležíce pod úlehle hor, kteréž se vztahují a konají v mezech zboží Petra z Vildtštejna, a v tejch údolích doluov jdouce se skonávají na mezech zboží pana Bojslava z Žernosek a na mezech obecních, kteřížto od starodávna Sviní Plaz slouli. To také sem přimínil, že při vodách již jmenovaných žádné vsi nikdá nemám založiti neb stavěti. A za tu všecku směnu přijal sem od tejchž mnichuov svobodně a zouplna právem vlastenským beze vší výminky puol druhého lánu na dědinách, kterýž ke vsi Lovosicuom náležel. Tomu na svědomí a pevnost, poněvadž[c] pečeti vlastní neužívám, požádal sem, aby list tento pečetmi těmito byl dostatečně ohrazen. A toho svědkové jsú tito: Lev a Drazslav bratří z Meduvezic, Vilček z Lubochvan a Přibislav, Petr z Mercuvic a Chakebor bratr jeho, Vojtěch syn Chakeboruov, Stibor syn Petruov, Petr z Vildenštejna, Petr syn jeho, Budislav, Jekr synové jeho, Jenic z Choteryn, Creznik z Horenic, Lev z Dlažslava, Jan z Meduvecic, Petr z Kožalo, Mladota z Cemic, Bojslav z Ujest, Drazsík z Merkelic, Vladislav z Vlazslav, Přezslav z Zuton, Dirslav z Vlazslavu, Vojko z Dlazkvic, Bojzslav z Malic, Jan z Zabezni. Dálo se toto léta Páně M°CC°LXXVI°, den Rozeslání apoštoluov.

---

819. [a]) ‚učiněného' *T.* — [b]) ‚na miestky' *T.* — [c]) ‚ponievazd' *T.*

820.

Alexius, [decanus Olomucensis et] archidiaconus Znoymensis, in causa super iure parochiali et decima de villa Němčice (Nemsitz) *inter se et Theodericum, abbatem in Louka, orta sententiae duorum iudicum expresse nominatorum assensum suum praebet.*

Apud Znojmo 1276 aug. 9.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Louka, sign. L 4 a) asservatur (A). — Duo apographa inserta sunt confirmationibus Brunonis, episcopi Olomucensis, apud Znojmo, Brunae 1277 apr. 28, 29 (num. 833) datis, quarum confirmationum autographa ibidem (sign. L 4 c et L 4 b) asservantur (B 1, B 2). — Apographum saec. XVII. exstat in codice mnscro chart. „Liber seu matricula [Lucensis] ... a. 1662 ... noviter erecta et in meliorem ordinem redacta" *intitulato, ibidem (Collect. mnscr. num. 10) asservato, fol. 27^{v} — 28 num. 32 (C).*

Ed: CDM IV, pag. 179 num. 130 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 432 num. 1038. — Šebánek, Archivy, pag. 46 num. 260 (ex A).
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 163 n. 78 (scriba chartae).

In tergo chartae manu registratoris monasterii saec. XIII. scriptum est: „Super decima Nemsicz" *(H).*

Scriba: destinatarii proprius, Johannes, scriba Lucensis. (Vide ex. gr. num. 588, 675, 739, 833, cf. num. 520). Cf. Exempla script. num. 3, 6.[1]
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Louka (P), Aliae ecclesiae (BB).

Al.,[2] miseratione divina archidiaconus Znoymensis, omnibus hanc litteram inspecturis salutem in Domino || sempiternam. Notum sit universitati vestre, quod causa quedam inter venerabilem dominum Theodericum, abbatem de Lu||ca, ex una parte et nos ex parte altera vertebatur super iure parrochiali et decima ville de Nemsitz, quam || villam nos ad parrochiam in Vrbow spectare putabamus iure parrochiali, domino abbate in contrarium asserente, quod ad parrochiam in Schatow spectaret, et hoc paratus esset proborum virorum testimonio approbare. Nos autem hoc audiendes,[a] decimam[b] supradicte ville iussimus sequestrari et de consensu adverse partis, scilicet domini abbatis, in modum compromissionis[c] supradictam causam in totum magistro Heinrico, de Vitis plebano, et domino Hermanno, decano Znoymensi, commisimus[d] terminandam; qui accedentes ad locum in Dyax[e] testes audiverunt examine diligenti. Compertis igitur et auditis dictis testium invenerunt per eadem dicta, quod supradicta villa de Nemsitz iure parrochiali spectaret in Schatow parrochiam ex antiquo, propter quod supradicti domini, scilicet magister H., plebanus de Witis, et dominus Hermannus, decanus Znoymensis, adiudicaverunt domino abbati et parrochie in Schatow supradictam villam et decimas supradictas. Ideoque nos huic facto, sicut de iure oportebat, favorem prebuimus et assensum, ne ex aliena iactura locupletari velle aliquatinus videremur. Et ne alicui super eo dubium oriatur, id littera nostra protestamur et sigilli nostri munimine confirmamus. Datum apud Znoym anno Domini M°C°C°LX°X°VI, in vigilia sancti Laurentii martiris.

Sigillum: Alexii, decani Olomucensis et [archidiaconi Znoymensis], in scidula membranacea paulum laesum appendet. Vide Sigilla num. 3, 38.

---

280. [a]) *Ita A.* — [b]) *Littera ‚a' fere evanuit in A.* — [c]) *‚promissionis' A.* — [d]) *‚misimus' A.* — [e]) *In loco raso scriptum est in A.*

[1]) *De scribae manu cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscrum in UK Brno asservatur, pag. 63 ss.* — [2]) *Alexius.*

821.

Fratres Rinoldus et Bero [cives Egrenses?] hospitali sancti Spiritus in Cheb [Crucigerorum Stellatorum] duas curias in villa Mýtinka ad refocilationem infirmorum delegant.
In Cheb 1276 nov. 13.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 156 (20/1/2)) asservatur (A).

Lit: Šebánek, Česká listina 3, pag. 117, 118.

Scriba: destinatarii proprius, cuius manus manui scribae, qui chartam Tutonis de Kynžvart et aliorum nobilium in Cheb a. 1278 datam (adhuc ined.) ibidem asservatam (sign. 537) exaravit, affinis est.
Dictator: destinatarii proprius, cuius stilus etiam in charta superius laudata et in charta Adelheidis de Rabštýn in Cheb 1303 febr. 23 data (adhuc ined.), ibidem asservata (sign. 159 (20/1/5)), quae ambae eidem hospitali destinatae sunt, apparet.[1]
Vide: II. 3, Crucigeri cum stella rubea (X), 5, De chartae apud civitates usu (SSS).

Quoniam humana expirat actio et deperit, nisi accipiat a voce testium vel || a scripto inmobile firmamentum, notum igitur sit tam presentibus quam || futuris, quod nos fratres Rinoldus et Bero duas curias in villa, || que dicitur Rahsenreut, sitas hospitali sancti Spiritus in Egra ad refocillationem infirmorum ibidem commorantium nostre anime delegavimus in salutem, ea tamen videlicet condicione, ut prenotate curie hospitali post obitum nostrum et uxorum nostrarum[2] ammoto omni inpedimenti[a] scrupulo deservient[b] libere ac quiete. Et ne aliquis de memorata legatione valeat aliquo modo vacillare vel impedimentis aliquibus infirmare, presentem literam hospitalis pretaxati sigillo duximus munimine roborari. Datum in Egra anno dominice incarnationis M°C°C°LXXVI° , proxima feria sexta post festum beati Martini.

Sigillum: Hospitalis sancti Spiritus [in Cheb] in scidula membranacea valde laesum appendet. Vide Sigilla num. 3, 32.

---

821. [a]) *Littera ‚m' ex ‚to' videtur esse correcta in A.* — [b]) *Ita A.*

[1]) *De chartae stilo cf. etiam dissertationem M. Flodr, Diplomatický příspěvek k vývoji českého špitálnictví ve 13. stol. a. 1953 scriptam, cuius mnscrum in UK Brno asservatur, pag. 58, 59.* — [2]) *Nomina ignoramus.*

822.

Bertholdus Herbipolensis, Bruno Olomucensis episcopi, Ludovicus, comes palatinus Rheni, dux Bavariae, et Otto, marchio Brandenburgensis, arbitri Rudolphi Romanorum et Přemysli Otakari II. Bohemiae regum, super quaestionibus, quae inter ipsos reges super diversis terris et principatibus vertebantur, arbitrium pronuntiant.

In castris ante Viennam 1276 nov. 21.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Viennae (sign. Allg. Urkundenreihe, sub dato suo) asservatur (A). — Apographum insertum est emologationis chartae Rudolphi Romanorum et Přemysli Otakari II. Bohemiae regum ibidem 1276 nov. 26 datae (num. 825), cuius chartae autographum ibidem asservatur (B).[1]

Ed: Leibnitius, Mantissa 2, pag. 100 (ad nov. 22).[2] *— Lünig, Reichsarchiv 6a, pag. 557 (ex Leibnitio ad nov. 22).*[2] *— Dumont, Corps universel 1a, pag. 237 num. 450 (ex Leibnitio ad nov. 22). — Schrötter, Abhandl. I, pag. 98—103 num. 4.*[2] *— Gerbert, Codex epistolaris, pag. 200 num. 2 (e quodam apographo, ad nov. 22). — Lambacher, Österreichisches Interregnum, pag. 111 num. 74 (ex Leibnitio, ad nov. 22). — Rauch, Österr. Geschichte Anh., pag. 46.*[2] *— Fejér, CDH V. 2, pag. 324 sine num. (ex Leibnitio). — MGH, LL 2, pag. 407 sine num. (ex A). — CD Brand. 2. 1, pag. 126 num. 167 (ex quodam apographo). — CDM IV, pag. 180 num. 131 (ex MGH, LL). — UBLOE 3, pag. 447 num. 487 (ex Schrötter, ad nov. 22). — Schumi, Archiv I, pag. 236 num. 65 (ex A mendose). — MGH, CC III, pag. 103 num. 113 (ex A). — MHDC V, pag. 145 num. 221 (ex A). — Pferschy, Urkundenbuch, pag. 360 num. 604 (ex A).*
Reg: Hormayr, Archiv 1828, pag. 439 s. num. (ad nov. 22). — Lichnowsky, Geschichte IV, pag. 46 num. 358. — Böhmer, Add. sec., pag. 454 num. 304. — FRA (DD) XXIV, pag. 22 num. 21. — Reg II, pag. 437 num. 1050 (ad nov. 22). — Gradl, Monnmenta, pag. 112 num. 310 (ad nov. 22). — Koch-Wille, Regesten, pag. 57 num. 983 (ad nov. 22). — Krones, Forschungen 1, pag. 567 num. 161. — RI VI. 1, pag. 168 num. 623. — Grotefend, Regesten, pag. 71 num. 193.
Lit: Palacký I. 2, pag. 130 ss (rei deliberatio, translatio omnium articulorum foederis in linguam Bohemicam). — Heinemeyer, Studien zur Diplomatik, pag. 323 ss (munera arbitratorum in foederibus comparandis).[3]

Scriba: ignotus.
Dictator: ignotus.
Vide: II. 1 a, P. O. II, 2 b, Bruno episcopus (MMMMM).

Nos Berhtoldus Herbipolensis, Bruno Olomunzensis episcopi, Lv̊dwicus, comes palatinus Reni, dux Bawarie, ‖ [4] marchio Brandeburgensis, arbitri dominorum Romanorum[5] et Boemie[6] regum[7] super questionibus, que inter ipsos super diversis ‖ teris et principatibus vertebantur, arbitrando pronunciamus, quod revocentur et retractentur, inmo[b] revocate sint omnes sententie proscripcionis, excom‖municacionis, interdicti, privacionis et quecumque alie promulgate contra dominum Otakarum, regem Boemie, et adherentes sibi, quocumque nomine censeantur. Item pronunciando arbitramur, quod inter ipsos Romanorum et Boemie reges plena sit concordia, pax firma et sincera reconciliacio sine qualibet capcione; et servitores utriusque regum, quocumque nomine censeantur, huiusmodi paci, concordie ac reconciliacioni cum sinceritate firmissima includantur, castris eorum, municionibus, possessionibus et hominibus contra ius ab alterutro regum ipsis

ablatis vel a suis cum integritate debita restitutis. Item arbitramur, quod dominus O., rex Boemie, cedat simpliciter et precise omni iuri, quod habebat vel habere videbatur in terris et hominibus, cuiuscumque condicionis existant, Austria videlicet, Styria, Karinthia, Carniola, Marchia, Egra et Portu Nahonis. Item arbitramur, quod deinceps non impediat archyepiscopos, episcopos, comites, barones, ministeriales et quoscumque alios, quocumque nomine nuncupentur, in possessionibus, castris, municionibus, iuribus et hominibus eorum sitis in terris superius nominatis. Item pronunciamus liberos et solutos omnes utriusque partis obsides et captivos et fideiussiones, quocumque nomine censeantur. Item pronunciamus, quod dominus R., serenissimus Romanorum rex, exceptis terris et hominibus supradictis, infeudabit dominum O., regem Boemie, et liberos suos de omnibus feudis, videlicet Boemia, Morauia et aliis quibuscumque, que progenitores sui et ipse ab imperio de iure noscuntur hactenus tenuisse. Et ut predicta pax, concordia et reconciliacio firmitatem perpetuam obtineant et partes mutuo se sincerius diligant et coniuncti efficacius in plena amicicia solidentur, pronunciamus arbitrando, quod dominus O., Boemie rex, tradat suam filiam [c 8] in uxorem [d 9] filio domini R., regis Romanorum. Et iam dictus O., Boemie rex, dabit seu eciam resignabit simpliciter et precise domino R., regi Romanorum, terras et possessiones in Austria, quas hactenus proprietatis vel feudi tytulo tenuit vel sua pecunia comparavit; et easdem terras sive possessiones dominus rex Romanorum suo filio [e] obligabit pro quadraginta milibus marcarum argenti, quas eidem filio in donacionem propter nupcias deputabit. Salvis in utroque casu archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, ministerialibus et aliis hominibus quibuscumque iure, quod in castris, municionibus, possessionibus et feudis, que vacare ceperunt eisdem in districtu dicte terre, habent seu hactenus habuerunt. Et eandem terram dominus rex Romanorum vel successor ipsius, qui pro tempore fuerit, ab ipso filio suo [d 9] redimet pro pecunia nominata; et si idem filius sine herede decesserit, predicta bona apud imperium remanebunt nec ad uxorem ipsius, filiam regis Boemie, quicquam de bonis huiusmodi devolvetur. Item dominus noster R., Romanorum rex, tradat suam filiam [f 10] in uxorem [g 11] filio domini O., regis Boemie. Et dabit rex Romanorum filio regis Boemie quadraginta milia marcarum argenti dotalicii nomine et pro illis obligabit sibi redditus quatuor milium marcarum argenti in terra Austrie ultra Danubium versus Boemiam, Morauiam et Vngariam, Chremsa et Stein opidis cum suis attinenciis dumtaxat exceptis. Salvis etiam in hoc casu archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, ministerialibus et aliis hominibus quibuscumque iure, quod in castris, municionibus, possessionibus et feudis, que vacare ceperunt eisdem in districtu dicte terre, habent seu hactenus habuerunt. Et si quid defuerit de summa superius iam expressa in redditibus dicte terre, supplebitur in alia parte Austrie citra Danubium, prout nos quatuor arbitri[h] duxerimus ordinandum vel qui a partibus nobis fuerint subrogati; et si aliquid superfuerit, hoc Romanorum regi et imperio sine difficultate qualibet remanebit. Verum si filius regis Boemie sine herede decesserit, dicta terra ultra Danubium penes regem Boemie tytulo pignoris remanebit nec ad uxorem ipsius [f 10] filiam regis Romanorum, quicquam de bonis huiusmodi devolvetur, et dominus rex Romanorum vel successores ipsius dictam terram redimendi pro quadraginta milibus marca-

rum argenti a rege Boemie habebunt liberam facultatem. Inter cetera specialiter arbitramur, quod dominus noster rex Romanorum recipiat specialiter in suam gratiam et favorem Baltramum et magistrum Chunradum notarium, cives Wiennenses, cum suis parentibus et amicis et civitatem Wiennensem cum omnibus civibus et hominibus, iuribus et possessionibus ipsis attinentibus nec permittet eos indebite molestari, libertatibus, privilegiis et immunitatibus eorum per omnia reservatis, revocatis omnibus latis sentenciis contra eos. Item specialiter arbitramur, quod magister Vlricus notarius, in ecclesia Wiennensi per regem Boemie presentatus, notarii, cappellani et alii clerici in terra Austrie, Styrie et alibi ecclesias vel ecclesiastica beneficia et possessiones alias obtinentes contra ius nullatenus offendantur, possessione vel quasi preter iuris ordinem spolientur. Item pronunciamus arbitrando, quod illustris rex Vngarie[i] [12] cum suis quoad plenam amicitiam cum domino rege Boemie ac suis presenti concordie includantur, ita quod quicquid de castris, civitatibus, municionibus, iuribus et possessionibus et hominibus regis Vngarie tenet vel possidet rex Boemie sive sui, sine difficultate qualibet restituat et dimittat libere absoluta nec deinceps impediat in eisdem. Et hoc idem pro rege Boemie et suis per regem Vngarorum et suos erit sine capcione qualibet observandum, salvis utrique regum terrarum suarum limitibus et terminis, sicut ab antiquo tempore sunt distincti. Et quicumque regum eorumdem dicte pacis et concordie fuerit violator, contra talem dominus rex Romanorum observanti pacem et concordiam assistet consilio, auxilio et favore. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis nostris placuit communiri. Actum in castris ante Wiennam anno Domini M°CC°LXX° sexto, XI° kalendas decembris. Et[k] quia H.,[13] lantgravius de Hassia, premissis interfuit, sigillum suum presentibus est adiectum.[k]

Sigilla: quinque in scidulis membranaceis appendent seu appendebant; 1) Bertholdi, episcopi Herbipolensis, formae ex longo rotundae paulum laesum appendet. In medio sigilli figura episcopi in solio sedentis cum lituo et libro conspicitur. Circumscriptio haec est:

\+ BERTHOLDVS : DEI : GRA : HERBIPOLEN : EPS;

2) Brunonis, episcopi Olomucensis, valde laesum. Cf. Sigilla in CDB IV, num. 12; 3) Ludovici II., ducis Bavariae, valde laesum. In medio sigilli figura est equitis sinistrorsus versi, in manu dextra vexillum, in sinistra scutum tenentis; scutum rhombis ornatum est, in capite equitis galea conspicitur, cuius insigne cornua bovis ramis tiliae ornata sunt. Circumscriptio haec legitur:

LODWICVS . DEI . GRA . COMES . PALATINꝰ . RENI . ꝺVX . BAVARIE

(Cf. Hofmann, Urkundenwesen, pag. 137 et 138); 4) Avulsum et deperditum est; 5) Henrici, landgravii de Hassia, cum sigillo secreto valde laesum. In medio sigilli figura est equitis dextrorsus versi, in manu dextra gladium, in sinistra scutum tenentis; in scuto sicut in equi ephippio leo Hassiae apparet; in capite equitis galea conspicitur, cuius insigne cornua bovis ramis tiliae ornata sunt. Circumscriptio haec legitur: S . HENRICI DEI GRACIA LANDGRAVII DNI TERRE HASSIE. *In medio sigilli secreti in scuto iterum leo Hassiae positus conspicitur. Circumscriptio:* + ET FILII NATE SANCTE ELIZABET.[14]

---

822. [a] *Hoc loco nominis supplendi causa spatium vacuum relictum est in A; ibidem in B nomen ‚Otto' legitur.* — [b] *Ita A.* — [c] *Spatium vacuum sicut superius (vide n. a) relictum est in A; in B nomen ‚Chunegundim' atramento pallidiore additum est.* — [d] *Nominis supplendi causa spatium vacuum punctis ab utroque latere positis relictum est in A; in B nomen ‚Hartmanno' eodem atramento atque in n. c) additum est.* — [e] *Spatium vacuum sicut superius (vide n. d) relictum est in A; in B spatium omissum est.* — [f] *Spatium vacuum sicut superius (vide n. d) relictum est in A; spatium relictum est etiam in B.* — [g] *Spatium vacuum sicut superius (vide*

n. d) relictum est in A; in B nomen ‚Wencezlao' *legitur. — [h]) Sequitur vox* ‚vel' *una linea deleta in A. — [i])* ‚Vn̄gar' *A. — [k-k]) Charta iam sigillata additum est in A.*

[1]) *Variationes magni momenti, sensu proprio supplementa in B versus A vide in notis superius positis.* — [2]) *Opus inspicere non potuimus.* — [3]) *Charta saepissime edita, registrata necnon tractata est; itaque omnes auctoritates competentes hoc loco indicare praetermisimus.* — [4]) *Otto (vide n. a).* — [5]) *Rudolphi.* — [6]) *Přemysli Otakari II.* — [7]) *Ex parte Přemysli Otakari II. textus procuratorii s. d. ad Ottonem, marchionem Brandenburgensem, et Brunonem, episcopum Olomucensem, destinati in libro formarum Henrici Italici asservatur (= MGH, CC III, pag. 103 num. 112); quem in hac editione suo loco vide.* — [8]) *Cunegundim (vide n. c).* — [9]) *Hartmanno (vide n. d).* — [10]) *Hoc tempore filia nondum electa erat (vide n. f); postea Guta.* — [11]) *Venceslao (vide n. g).* — [12]) *Ladislaus.* — [13]) *Henricus.* — [14]) *Descriptiones sigillorum sub num. 3 et 4 nobis benigne praestiterunt v. d. K. E. Demandt, moderator archivi publici Hassiae in Marburg/Lahn, et v. d. W. Jaroschka, moderator archivi publici Monacensis, quibus gracias agimus sincerrimas.*

823.

I. Johannes XXI. papa Velislao de Bohemia, canonico Pragensi, canonicatum ecclesiae Pragensis necnon praebendam, si qua in ecclesia ipsa vacat, auctoritate apostolica confert.

Viterbii [1276] nov. 23.

II. Idem [Reinhero], abbati in Kladruby, [Jaroslao], abbati in Vilémov, necnon Berardo, priori ecclesiae Fulginatensis, papae capellano, mandat, ut Velislaum praedictum in possessionem ipsius canonicatus et huiusmodi praebendae inducant.

Viterbii [1276] nov. 23.

Apographa exstant in Johannis XXI. registrorum volumine unico in archivo secreto Vaticano asservato (Reg. Vat. 38), fol. 18 ep. 61 (R 1) et fol. 79 ep. 225 (R 2).

Reg: Palacký, Reise, pag. 46 num. 375 (I, ex R 1, R 2), num. 376 (II, ex R 1, R 2). — *Reg II, pag. 439 num. 1051 (I, II).* — *Potthast II, pag. 1713 num. 21189 (I), num. 21190 (II).* — *Cadier, Le registre, pag. 23 num. 61 (I, II, ex R 1, R 2).*

Imagine phototypica R a v. d. G. Battelli nobis benignissime missa usi sumus.

I. Welislao de Boemia,[a] canonico Pragensi.[b] Circa personam tuam illa de causa gerimus paterne benignitatis affectum, quia, sicut in nostra constitutus[c] presencia retulisti, diu in iure canonico et civili studuisti et profecisti laudabiliter ac etiam quia per dilectum filium fratrem Martinum, penitentiarium nostrum de ordine Predicatorum, et alios fidedignos commendatus de vita et moribus, nullum es ecclesiasticum beneficium assecutus. Hinc est, quod nos ad te liberalitatis apostolice dexteram extendentes ac volentes tibi gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie Pragensis cum plenitudine iuris canonici ac prebendam nulli alii de iure debitam, si qua in ecclesia ipsa vacat adpresens, apostolica tibi auctoritate conferimus ac tibi providemus de ipsis teque investimus presentialiter per nostrum anulum de eisdem. Quod si forte nulla talis prebenda nunc vacat ibidem, nos aliam prebendam proximo inibi vacaturam, que de iure nulli alii debeatur,

conferendam tibi, cum vacaverit, donationi apostolice reservamus, decernentes exnunc irritum et inane, si secus de huiusmodi canonicatu et prebenda vacante seu etiam taliter vacatura apostolica vel quavis[d] auctoritate alia[d] fuerit attemptatum. Non obstantibus contrariis statutis vel consuetudinibus aut certo canonicorum numero eiusdem ecclesie, iuramento vel confirmatione apostolica seu quacumque firmitate vallatis, aut si sedis apostolice scripta sint pro aliis in ecclesia ipsa[e] directa, quorum aliqui sint[f] ibidem recepti vel ut recipiantur, insistant, quibus per hoc nullum preiudicium generetur, vel si venerabili fratri nostro episcopo[1] et dilectis filiis capitulo Pragensibus communiter vel divisim a sede sit predicta indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli[g] non possint et quod alius de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie Pragensis nulli valeat providere, sive quibuslibet ipsius sedis privilegiis vel indulgentiis, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus huiusmodi gratie impediri valeat vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris fieri debeat mentio specialis. Nulli ergo etc.[2] nostre collationis, provisionis, investiture, reservationis et constitutionis etc.[2] Datum Viterbii VIII[h] kalendas decembris, anno primo.

II. In eundem modum ..[i 3] in Cladrub[k] et ..[i 4] in Wilamou, monasteriorum abbatibus, Pragensis diocesis, ac Berardo, priori ecclesie Fuliginatensis,[l] cappellano nostro. Circa personam dilecti filii Welislai de Boemia, canonici Pragensis, illa de causa etc., verbis competenter mutatis, ut in alia usque specialis.[5] Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum eundem W. vel procuratorem suum eius nomine in possessionem ipsius canonicatus ac etiam huiusmodi prebende, si qua tempore huiusmodi collationis nostre vacabat, auctoritate nostra per vos vel alium aut alios inducatis et defendatis[m] inductum amoto exinde quolibet illicito detentore. Quod si talis prebenda tunc non vacabat ibidem, nos prebendam per nos taliter reservatam, si a tempore predicto vacavit, alioquin quam primum in ecclesia ipsa vacaverit, ei vel dicto procuratori pro ipso conferre et assignare curetis, facientes eum exnunc ibidem in canonicum recipi et in fratrem ac de fructibus et proventibus ac obventionibus omnibus prebende huiusmodi integre responderi stallo in choro et loco in capitulo assignatis ibidem. Non obstantibus omnibus supradictis vel si aliquibus a sede sit indultum eadem, quod suspendi vel interdici seu excommunicari non possint per ipsius sedis litteras non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo.[n] Datum Viterbii VIII[h] kalendas decembris, anno primo.

---

823. [a] ‚Bohemia' *R 2.* — [b] *Superscriptio alio atramento in R 1, alio atramento aliaque manu in R 2 scripta est.* — [c] ‚constutus' *R 2.* — [d-d] ‚alia quavis auctoritate' *legitur in R 2.* — [e] ‚ipsi' *R 2.* — [f] ‚sit' *R 2.* — [g] ‚pelli' *R 1.* — [h] ‚IX' *R 2.* — [i] *Punctum geminatum deest in R 2.* — [k] ‚Cladruc' *R 2.* — [l] *Cum titulo superfluo in R 2.* — [m] ‚deffendatis' *R 2.* — [n] ‚pescendo' *R 1.*

[1]) *Johanni.* — [2]) *Quod complendum sit, vide CDB II, pag. 46 num. 53.* — [3]) *Reinhero.* — [4]) *Jaroslao.* — [5]) *Vide I.*

824.

Rudolphus, Romanorum rex, protestatur se Přemyslum Otakarum II. de regno Bohemiae et marchionatu Moraviae investivisse.

In castris ante Viennam 1276 nov. 25.

Apographum in primo archivi Coronae regni Bohemiae copiario antiquissimo nota B communiter signato, tempore Karoli IV. imperatoris confecto nunc latet. Inferius textum chartae praebemus ex apographo mnscri commemorati, quod in mnscro membr. saec. XIV. in bibliotheca Musei Nationalis Pragae (sign. VI F 12) asservatur, fol. 22[v] (B 1). — Alterum apographum in altero eiusdem archivi copiario nota C communiter signato itidem latet. Inferius textum chartae praebemus ex apographo, quod in mnscro chart. saec. XV. in SAR Žitenice (bibliotheca Lobkoviciana Roudnicensis, sign. VI F b 5) asservatur, pag. 53 num. 15 (C 1).[1]

Ed: Goldast, Commentarii (Suppl. act. publ.), pag. 30 (ex quodam apographo). — Balbín, Miscellanea, dec. I, lib. VIII, pag. 21 num. 19 (e Goldasto). — Lünig, Reichsarchiv 6[b], pag. 10 num. 7.[2] *— idem, Corpus, pag. 554 num. 1 (ex quodam apographo). — Lambacher, Österreichisches Interregnum, pag. 114 num. 75 (e Goldasto). — CDM IV, pag. 183 num. 132 (e Balbíno). — CIM I, pag. 185 num. 66 (erronee dicitur autographum existere). — ACRB I, pag. 31 num. 19 (ex copiariis B et C).*
Reg: Dobner, Monumenta IV, pag. 276 num. 92. — Hormayr, Archiv 1828, pag. 439. — Lichnowsky, Geschichte IV, pag. 47 num. 361. — Reg II, pag. 439 num. 1052. — RI VI. 1, pag. 169 num. 625.
Lit: Koss-Bauer, Dějiny, pag. 50 (autographum chartae deliberatur).[3]

Dictator: ignotus.
Textus chartae cum quibusdam praetermissionibus necnon mutationibus in librum formarum Henrici Italici receptus est (ex. gr. in mnscro Ch sic dicto, fol. 25 num. 62 = Reg II, pag. 439 num. 1052); hunc suo loco vide.
Vide: II. 1 a, P. O. II.

Rudolphus,[a] dei gracia Romanorum[b] rex semper augustus, universis sacri imperii Romani fidelibus, presentes literas[c] inspecturis graciam suam et omne bonum. Tenore presencium recognoscimus publice profitentes, quod nos illustrem Ottokarum,[d] Boemie[e] regem, principem nostrum carissimum,[f] de regno Boemie[g] suisque attinenciis necnon de marchionatu Morawie ceterisque omnibus, que a nobis et imperio in feudum[h] obtinere de iure dinoscitur, ex regali benignitate consueta[i] investivimus ac eidem[k] principatus predictos cum omnibus ipsorum attinentiis duximus concedendos[l] a nobis et imperio in feudum[h] perpetuo obtinendos.[m] In cuius rei testimonium presens scriptum magestatis nostre sigillo iussimus communiri.[n] Datum in castris[o] ante[o] Wiennam VII[o] kalendas decembris, indiccione V[a,p] anno Domini M°CC°LXXVI°,[q] regni vero nostri anno[r] IIII°.

---

824. [a] *Erronee* ‚[L]vdvicus' *scriptum est in C 1.* — [b] ‚Roman[s]' *C 1.* — [c] ‚litteris' *potius legi potest in C 1.* — [d] ‚Ottagarum' *C 1.* — [e] ‚Boe͂m' *B 1,* ‚Bohemie' *C 1.* — [f] ‚karissimum' *C 1.* — [g] ‚Bohemie'; *post vocem sequitur vox* ‚cum' *in C 1.* — [h] ‚feodum' *C 1.* — [i] ‚consweta' *C 1.* — [k] ‚idem' *C 1.* — [l] ‚concedendus' *potius legi possit in C 1.* — [m] ‚obtinendum' *C 1.* — [n] ‚ɔmuniri' *C 1.* — [o-o] ‚castrum' *C 1.* — [p] ‚I' *C 1.* — [q] ‚M° CC° LLXX' *B 1.* — [r] *Deest in B 1.*

[1] *De copiariis ACRB cf. ACRB II. pag. VI.* — [2] *Opus inspicere non potuimus.* — [3] *Charta saepius edita, registrata necnon tractata est; itaque omnes auctoritates competentes hoc loco indicare praetermisimus.*

825.

Forma pacis prima.

Rudolphus Romanorum et Přemysl Otakarus II. Bohemorum reges compromissum ab arbitris suis pronuntiatum approbant, textum eius inseri facientes.

In castris ante Viennam 1276 nov. 26.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Viennae (sign. Allg. Urkundenreihe, sub dato suo) asservatur (A).

Imago phototypica: KUIA 8, 11. — Jahre 1100, T. 13.
Ed: Lichnowsky, Geschichte I, pag. CLXI num. 4 (sine charta inserta). — MGH, LL 2, pag. 408 sine num. (ex A). — Fejér, CDH VII. 5, pag. 418 num. 259 (ex MGH, LL). — CD Brand. 2. 1, pag. 127 num. 168 (ex MGH, LL). — CDM IV, pag. 183 num. 133 (ex operibus superius citatis). — MGH, CC III, pag. 105 num. 114 (ex A). — Pferschy, Urkundenbuch, pag. 362 num. 605 (ex A).
Reg: Lichnowsky, Geschichte I, pag. XLVII num. 362. — Böhmer, Add. sec., pag. 454 num. 305. — FRA (DD) XXIV, pag. 23 num. 22. — Reg II, pag. 440 num. 1053. — Gradl, Monumenta, pag. 113 num. 311. — Böhmer, Regesta archiep. Maguntinensium 2, pag. 398 num. 417. — Cf. Krones, Forschungen 1, pag. 567 num. 161. — RI VI. 1, pag. 169 num. 626. — Martin, Regesten, pag. 101 num. 777. — Grotefend, Regesten, pag. 72 num. 196. — MHDC V, pag. 148 num. 223.
Lit: Palacký I. 2, pag. 132 ss. — KUIA (textus), pag. 275 (origo diplomatica chartae tractatur). — Posse, Privaturkunden, pag. 75—76 n. 4 (de sigillis). — Jahre 1100, pag. 13 (chartae transcriptio). — Bader, Arbiter arbitrator, pag. 269 (auctoritas iuris canonici statuitur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 332, 340, 358.[1]

Scriba: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: ignotus, nam proprietates stili magistri Henrici protonotarii tantummodo rarae sunt.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (X).

Nos Rodolfus, dei gratia Romanorum et Otakarus Boemorum reges, universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, noticiam subscriptorum. Quia conditionis humane fragilitas omnium || non potest habere memoriam nichilque in ea stabile perseverat, neccessarium et utile est, ut vite presentis negotia, ne oblivionis caligine obfuscentur, fideli scripture testimonio in thesauris memorie fideliter reponantur. Noscant igitur tam || presentes quam posteri, quod, cum nos predicti reges de omni questione seu causa, que super principatibus sive terris Austrie, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie, Portus Naonis et Egre ac ministerialibus, iuribus et terrarum ipsarum at||tinentiis universis inter nos hinc inde non sine magno dispendio movebatur, compromisissemus, nos Rudolfus, Romanorum rex, pro nobis, imperio atque nostris in Bertoldum, Herbipolensem episcopum, et Ludowicum, comitem palatinum Reni, ducem Bawarie, nos autem, Boemorum[a] rex, pro nobis et nostris in Brunonem, Olomucensem episcopum, et Ottonem, marchionem Brandenburgensem, venerabiles et illustres principes, tamquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, prout hec in instrumentis super eo confectis plenius continentur.[2] Iidem arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores in presentia venerabilium Wernheri Maguntini et Friderici Salzburgensis archiepiscoporum

et Bertoldi Babenbergensis, Leonis Ratisponensis, Petri Pattauiensis, Chunradi Frissigensis,[b] Brunonis Brixiensis, Dittrici Gurcensis et Iohannis Chymensis episcoporum ac eorundem applaudente sententia, consilio et consensu, auctoritate compromissi diffinierunt causam seu questionem huiusmodi in hunc modum: Nos Bertoldus Herbipolensis, Bruno Olomucensis episcopi, *etc.*[3] Nos autem Rudolfus[c] Romanorum et Otakarus Boemie, reges predicti, ordinationem, pronunciationem, arbitrium sive dictum supradictorum arbitrorum, arbitratorum seu amicabilium compositorum sub forma prehabita de consilio et approbatione supradictorum principum tam concorditer promulgatum approbantes seu emologantes expresse[d] ipsique perpetuo stare volentes, id a nostris successoribus inviolabiliter volumus observari. In cuius emologationis expresse evidens argumentum sigilla nostra una cum predictorum arbitrorum, arbitratorum seu amicabilium compositorum et illustris H.,[4] lantgravii Hassie, qui premissis interfuit, sigillis presentibus sunt appensa. Actum et datum in castris ante Wiennam anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, VI° kalendas decembris.

Sigilla: sex appendent seu appendebant; 1) Rudolphi, regis Romanorum, in filis sericis flavi coloris fere illaesum. Vide Posse, Die Siegel der deutschen Kaiser I, pag. 23 tab. 40 num. 5; 2) Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis rubri coloris fragmentum tantum. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV; 3) avulsum, fortasse Bertholdi, episcopi Herbipolensis, quod nunc illaesum fere extra chartam asservatur. Cf. num. 822/1; 4) Ludovici, ducis Bavariae, in filis sericis rubri coloris fragmentum. Cf. num. 822/3; 5) avulsum est, fila flavi coloris tantum restant; fortasse Ottonis, marchionis Brandenburgensis, quod nunc laesum extra chartam asservatur. In medio sigilli formae ex longo rotundae figura est equitis in manu dextra vexillum, in sinistra scutum tenentis. In vexillo sicut in scuto signum aquilae apparet. Circumscriptio haec legitur:

// GILI[1] : OTTONIS //////// GENSIS : MARC /////:

6) avulsum et deperditum est.

---

825. [a] ‚Boẽm' *A.* — [b] *Ita A.* — [c] *Post nomen scriba* ‚et' *scripsit, sed postea erasit in A.* — [d] *Tertia littera* ‚e' *ex quadam alia littera videtur esse correcta in A.*

[1]) *Charta saepe edita, registrata necnon tractata est; itaque omnes auctoritates competentes hoc loco indicare praetermisimus.* — [2]) *Vide num. 822 n. 6.* — [3]) *Vide num. 822 cum notis competentibus, in quibus nomina in spatiis vacuis addita laudantur.* — [4]) *Henrici.*

826.

Leo, episcopus Ratisbonensis, Ludovicus, comes palatinus Rheni, dux Bavariae, et Henricus, landgravius Hessiae, profitentur Přemyslum Otakarum II. in praesentia ipsorum articulos expresse nominatos pacis contractus cum Rudolpho, Romanorum rege, facti voluntarie consummavisse atque approbavisse.

Viennae 1276 dec. 30.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Viennae (sign. Allg. Urkundenreihe, sub dato suo) asservatur (A).

Ed: Gerbert, Codex epistolaris, pag. 201 num. 3 (e quodam apographo). — MGH, LL 2, pag. 407 sine num. (ex A). — CD Brand. II. 1, pag. 128 num. 169 (ex MGH, LL). — CDM IV, pag. 185 num. 134 (ex editionibus inferius laudatis). — MGH, CC III, pag. 110 num. 117 (ex A).
Reg: Lichnowsky, Geschichte I, pag. XLVIII num. 370. — Böhmer, Wittelsbachische Reg, pag. 38 sine num. — Monumenta Zollerana II, pag. 89 num. 161. — Reg II, pag. 444 num. 1059. — Gradl, Monumenta, pag. 114 num. 315. — Koch-Wille, Regesten, pag. 57 num. 986. — RI VI. 1, pag. 173 num. 648. — Grotefend, Regesten, pag. 72 num. 197.
Lit: Lorenz, Deutsche Gesch., pag. 170 (rei deliberatio).[1]

Scriba: ignotus.
Dictator: ignotus.
Vide: II. 1 a, P. O. II.

Nos L.,[2] Ratisponensis episcopus, L.,[3] comes palantinus[a] Reni, dux Bawarie, H.,[4] lantgravius Hassie, universis presentes litteras inspecturis notitiam subscriptorum. ‖ Veritatis amica simplicitas dolo et fraudibus inimica nos inducit, ut oblivioni, que veritatis posset esse obstaculum, per ea, que vidimus, quibus interfuimus et nobis ‖ mediantibus sunt tractata, cautela provida et oportuno testimonio occurramus, ne ipsa veritas per nostri absenciam valeat absorberi. Hinc est, quod, cum inter serenissimum ‖ dominum nostrum Rudolfum,[b] Romanorum regem semper augustum, ex una parte et magnificum Ot.,[5] regem Boemie,[c] ex parte altera super diversis principatibus, terris, castris, municionibus et hominibus questionis materia verteretur et utrimque fuisset eatenus aggravata, quod non tantum rerum temporalium, immo animarum fidelium periculum timebatur, talis inter dictos reges compositio intercessit, nobis et reverendis patribus Bertholdo[d] Herbipolensi et B.[6] Olomucensi episcopis et illustri principe . .,[7] marchione Brandinburgensi, et viro nobile[a] Friderico,[e] burgravio de Nůrinberg, mediantibus,[f] magnificus princeps dominus O.,[8] rex Boemie,[c] renunciaret simpliciter et precise, sicut et postmodum fecit publice, principatibus et terris, castris, municionibus, possessionibus et hominibus, cuiuscumque condicionis existunt, Austrie, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie, Egre et Portu[a] Nahonis et omni iuri, si quod ei in predictis vendicionis,[g] permutacionis, feudi vel quocumque alio titulo competebat vel competere videbatur; et serenissimus dominus Rudolfus,[h] Romanorum rex, infeudaret, sicut et hylariter adimplevit, dominum O., inclitum regem Boemie,[c] regno Boemie, marchionatu Morauie et aliis feudis, que progenitores sui ab imperio noscuntur hactenus tenuisse, aliis etiam inter ipsos reges pactis et convencionibus intervenientibus, que in litteris super eis confectis plenius continentur.[9] Quibus omnibus nos interfuisse presentibus litteris profitemur et testimonium in nostras consciencias perhibemus, predicta omnia ita esse facta et per dictum regem Boemie[c] ad manus gloriosissimi domini nostri Rudolfi,[b] Romanorum regis, voluntarie consummata et liberaliter approbata. In cuius rei testimonium ad eternam rei memoriam presentes litteras sigillis nostris placuit communiri. Datum Wienne III kalendas ianuarii, indictione V, anno Domini M°CC°LXX° sexto.

Sigilla: tria in scidulis membranaceis appendent; 1) Leonis, episcopi Ratisbonensis, illaesum fere. Cf. num. 683 (sine sigillo secreto); 2) Ludovici, ducis Bavariae, valde laesum. Cf. num. 822/3; 3) Henrici, landgravii de Hessia, cum sigillo secreto laesum. Cf. num. 822/4.

826. *a) Ita A. b) ‚Rud^{s}' A. — c) ‚Boẽm' A. — d) ‚B^{s}' A. — e) ‚Fr^{s}' A. — f) Post vocem ‚quod' videtur deesse in A. — g) Scriba primum litteram ‚p' scripsit, quam erasit et in scribendo continuavit in A. — h) ‚R^{s}' A.*

1) Charta saepe edita, registrata necnon tractata est; itaque omnes auctoritates competentes hoc loco indicare praetermisimus. — 2) Leo. — 3) Ludovicus. — 4) Henricus. — 5) Přemyslum Otakarum II. — 6) Brunone. — 7) Ottone. — 8) Přemysl Otakarus II. — 9) Vide num. 822 et 825.

827.

Alexius decanus, Cyrus archidiaconus totumque capitulum ecclesiae Olomucensis protestantur Victorem, eiusdem ecclesie vicarium, iudicium villae Krčmaň cuidam Meinhardo iure emphyteutico sub certis condicionibus locavisse.

— 1276 —.

Autographum in membrana scriptum in SAR Olomouc (archivum cap. Olomucensis, sign. A I b 3) asservatur (A). — Apographum saec. XIV.—XV. exstat in Libro privilegiorum XIV.—XV. membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, pag. 243 num. 126 (B). — Aliud apographum earundem praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, pag. 69—70 num. 83 (C).

Ed: CDM IV, pag. 186 num. 135 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 444 num. 1060.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 156 num. 74 (varietas lectionum in B). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 695 num. 68 (idem). — KK, pag. 337.

Scriba: Olomucensis ecclesiae proprius, cuius manus scribae manui, qui chartam in Olomouc 1281 mart. 26 datam (Reg II, 539 num. 1236) scripsit, affinis est.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Olomouc, ecclesia capitularis (LL), 4 b, De chartae apud locatores usu (X).

In nomine Domini amen. Nos Allexius decanus et Cyrus archidiaconus totumque Olomucensis[a] ecclesie capitulum tam presentibus || quam posteris tenore presencium fideliter protestamur, quod Victor, vicarius eiusdem ecclesie, nostro ex consilio et assensu iudicium ville || dicte Kyrchman[1] ad suam pertinens prebendam in promocionem ipsius ecclesie ac suorum incrementum successorum locavit Meyn||hardo iure emphyatico,[b] quod burcreht dicitur in vulgari, sibi et suis successoribus perpetuo possidendum. Ista vero cum prefato iudicio idem Meynhardus[c] similiter tenebit:[d] laneum liberum[e] in eadem villa, tabernam, molendinum, pistorem, fabrum, balneum, piscaciones in vivario; de iudiciis et culpis tercium dennarium[b] obtinebit; emenda vero, que se ad duos solidos extendit, pro ipso iudice remanebit. Cetera vero omnia, sive census, sive honores sine omni diminucione ad dominum tantummodo pertinebunt. Nulli vero eidem Meynhardo[c] iudici iudicium licebit vendere nisi de sui domini gracia ac licencia speciali. Census vero dicte ville talis erit: de quolibet laneo terciusdecimus[f] ferto[g] argenti optimi, cuius census dimidia pars dabitur in festo beati Yeorgii,[2] videlicet per V lotones de laneo; item in festo beati Martini[3] reliqua

pars dabitur de censu similiter per V lotones domino ville predicte. Dabunt etiam dicti coloni eiusdem[h] ville de quolibet laneo suo domino in Nativitate Domini[4] per duos bonos pullos; item dabunt eciam dicti coloni in festo Mychahelis[5] per duos pullos suo domino similiter; et in Pascha per XXIIII ova laneo de quolibet dabunt suo domino similiter; dabunt eciam predicti coloni in Penthecosten per duos caseos[i] bonos de quolibet laneo domino supradicto. Huius vero testes sunt hii: Bartholomeus, Voyzlaus, Thomas, Petrus, Budizlaus, Lambertus, Harthmannus canonici Olomucenses,[k] Wzezlaus, Lupellus, Rynoldus, Iohannes, Balduinus, Thechoncius, Wyzundo eiusdem ecclesie vicarii, Hyncho, Pribizlaus, Olricus, Tyrwardus, cyves[b] eciam eiusdem[h] civitatis, Martynus officialis domini burcravii[6] et alii quam plures. In cuius[l] rei[m] memoriam[n] presentem paginam sigillo capituli nostri et nostris iussimus communiri.[o] Acta sunt hec autem anno Domini M°C°C°LXXVI°.

Sigilla: tria in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris appendent; 1) ecclesiae Olomucensis valde laesum, verumtamen conservatione integratum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 27; 2) Alexii, decani Olomucensis, valde laesum, verumtamen conservatione integratum. Cf. Sigilla num. 3, 38; 3) Fragmenta paula tantum restant, e quibus possessorem sigilli statuere non possumus.

---

827. [a]) ‚Olom̃c' *A.* — [b]) *Ita A.* — [c]) ‚Meỳ.' *A.* — [d]) *Altera littera* ‚e' *ex* ‚o' *corr. est in A.* — [e]) ‚lib^{s}m' *A.* — [f]) ‚d^{e}i^{m}' *super linea additum est in A.* — [g]) ‚ft^{s}' *A.* — [h]) ‚ei^{s}udem' *A.* — [i]) *Littera* ‚o' *super linea addita est in A.* — [k]) ‚Olom̃ch' *A.* — [l]) *Littera* ‚i' *super linea addita est in A.* — [m]) *Post vocem parva rasura apparet in A.* — [n]) *Littera* ‚i' *super linea addita est in A; inde usque ad finem litterae densiores scriptae sunt.* — [o]) ‚muniri' *A.*

[1]) *Cf. num. 472*$^{+}$. — [2]) *Apr. 24.* — [3]) *Nov. 11.* — [4]) *Dec. 25.* — [5]) *Sept. 29.* — [6]) *Nezamysli.*

828.

Lupus, burggravius Lutomericensis, Poto de Mšené et Martinus, iudex provinciae Lutomericensis, iudices a Přemyslo Otakaro II., rege Bohemiae, delegati, causam, quae vertebatur inter Johannem, praepositum Doxanensem, et Budislaum, praepositum Melnicensem, super distinctione quorundam agrorum, concordant.

— 1276 —.

Apographum (fac-simile), quod olim in archivo principum Kinsky Pragae asservabatur, nunc dudum latet (B).[1]

Reg: Reg II, pag. 445 num. 1061.
Lit: Dušková, Česká listina 2, pag. 200. — Hageneder, Die geistliche Gerichtsbarkeit, pag. 165 (iudices delegati).

Dictator: seu monasterii Doxanensis seu ecclesiae Melnicensis proprius.
Vide: II. 3, Doksany (F), Mělník, ecclesia capitularis (A), 4, De chartae apud nobiles usu (KKKKK).
Apographo exemplaris B a v. d. Francisco Palacký confecto et apud Fr asservato, cuius orthographiam regulis in CDB usitatis tacito accomodavimus, usi sumus.

Nos Lupus, burgravius Luthmericensis, Potho de Mschen, Martinus, iudex provincie Luthmericensis, missi a latere domini nostri Otakari qui et Premisl, serenissimi regis Boemie, ad audiendum et cognoscendum de causa discordie, que vertebatur inter dominum Iohannem, prepositum ecclesie Dokzanensis, ex parte una et dominum Budizlaum, prepositum Melnicensem, ex parte altera super distinctione quorumdam agrorum, aquarum decursibus, obstaculorum et insularum, tenore presentium declaramus et fideliter protestamur, quod nos assumpto nobis honesto et discreto viro domino Petro, archidiacono Belinensi, cooperatore et coadiutore nobis a reverendo patre nostro et domino Iohanne, Pragensi episcopo, specialiter deputato, concordiam ordinavimus inter ipsos, cuius concordie formam evidentius exprimit et declarat series subscriptorum: Noverint itaque universi presentes et posteri presens scriptum visuri vel audituri, quod, cum honorabiles viri Dokzanensis et Melnicensis prepositi antedicti inter se super distinctione quorumdam contenderent terminorum, qui siti sunt inter ecclesiam Dokzanensem et villam Brosan spectantem ad ecclesiam Melnicensem, de consilio domini episcopi prefati in nos arbitros concordarunt; et nos post diversos habitos hinc inde tractatus maturo habito inter nos consilio medium concordie sub forma subscripta ordinavimus inter ipsos et ordinationem nostram pena pecuniaria, prout infra specificabitur, vallavimus de consensu partium utrarumque: Igitur cum prepositi predicti primo de obstaculo fluminis Egre fluentis inter terminos utrorumque disceptarent, nos, in quos ut in arbitros compromiserant, pro bono pacis utriusque partis arbitrantes ordinavimus, quod prepositus Dokzanensis perpetuo idem obstaculum exaltare debet et protendere contra litus ville Brosan ad spatium sex ulnarum et piscationes tam in Egra quam in lacubus eisdem terminis adiacentibus communes habere debent, prout est solitum ab antiquo. Similiter et de agris sitis circa litus Egre et virgultis, de quibus etiam controversia mota fuit, in hoc nobis mediantibus concordarunt, quod prepositus et conventus ecclesie Dokzanensis ipsos debent possidere pacifice suisque usibus vendicare secundum distinctionem terminorum positam in ipsis agris, pariter et virgultis conditione nichilominus hac adiuncta, quod si prepositus Melnicensis commutationem velit facere de eisdem agris cum preposito Dokzanensi favore domini regis super hoc prius obtento, de bonis ville Brosan proprietati Dokzanensis ecclesie adiacentibus usque ad plenam agrorum commutationem quatuor iugera pro sex iugeribus assignabit. Ad hoc exstitit collaudatum, quod omnis annona ad usus curie Brosanensis seu familie ipsius curie necessaria moli debet gratis in molendinis ecclesie Dokzanensis. Insuper obstaculum in Copitz aperiri debet et apertum permanere ad transitum navicule piscatoris, ut ascensus pateat salmonibus, quamdiu piscatores de Luthmeritz fideles super hoc requisiti in animas suas id dixerint faciendum. Si autem prepositus Dokzanensis monitus a preposito Melnicensi vel a suo procuratore dictum obstaculum non aperuerit, extunc quot septimanis in sua pertinacia negligens perstiterit, in tot salmonibus preposito Melnicensi obligatus manebit. Porro si aliquam controversiam inter homines utrorumque oriri contigerit, eius decisionem per omnia ordinationi domini regis committunt. Preterea prepositus Dokzanensis ducere debet seu duci faciet, si necesse fuerit, lapides et ligna per pratum silve adiacentis ad obstaculum aque reparandum cont-

radictione qualibet non obstante. Super hec omnia elegerunt prepositi supradicti et coram nobis fide data promiserunt, quod quicunque ipsorum in posterum hanc ordinationem nostram infringere presumpserit, alter alteri in pena quadraginta marcarum argenti esse debeat obligatus. Ut autem hec omnia iuxta ordinationem nostram ex utraque parte permaneant inconvulsa, sigilla nostra litteris presentibus sunt appensa in testimonium et robur perpetuum singulorum et omnium premissorum. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXXVI° testibus, qui aderant, annotatis, qui sunt hii: Vlricus miles de Criwisude, Leo miles de Medewitz, Mykuz de Chakuwitz, Chakebor de Dobkuitz, Woyco de Dlazkuitz, Leo de Wratizlaw, Dobremil de Trizsowitz, Ratizlaus de Bahor, Mladota de Chenow, Woytech de Merkelitz, Theodericus de Mschen et frater suus Pothik.

828.

[1]) *E mnscro a Josepho Mika a. 1729 scripto* „Archivi Doxanensis instructio“ *intitulato in SÚA Pragae (archivum mon. in Strahov, sign. ŘP Strahov mnscr. num. 37) asservato docemur autographum chartae supradicto tempore sub sign.* "scrinium XV, A“ *in archivo monasterii Doxanensis fuisse asservatum.*

829.

Bruno, episcopus Olomucensis, ordinationem inter dignitarios expresse nominatos et capitulum ecclesiae in [Stará] Boleslav ex parte una et Nicolaum, praepositum monasterii in [Dolní] Kounice, ex parte altera super solutione decimalium denariorum factam confirmat, tenorem eius inseri faciens.

In Kroměříž 1277 ian. 3.

Apographum saec. XIV.—XV. exstat in Libro privilegiorum membr. in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. MK 1) asservato, fol. L 1 num. 85 (B). — Alterum apographum eorundem saec. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis (pars chartacea) in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I 27) asservatus, pag. 70—72 num. 84 (C).

Ed: CDM IV, pag. 187 num. 136 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 446 num. 1065.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 157 num. 75 (varietas lectionum in B). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 695 num. 69 (idem).

Dictator: ignotus, fortasse cancellariae Brunonis episcopi proprius.
Chartae argumentum in charta Johannis, episcopi Olomucensis, in Pustiměř 1307 apr. 9 data (Reg II, pag. 916 num. 2128) commemoratur.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (NNNNN), 3, Dolní Kounice (F), Stará Boleslav, ecclesia capitularis (D).

Nos[a] Bruno, dei gratia ecclesie Olomucensis[b] episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino. Quia ex iniuncti nobis officii cura honestas et approbate consuetudinis ordinationes,[c] que[d] in fidelium Christi utilitatem

crescunt, ad petencium vota sollicite debemus assensu favorabili stabilire, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse volumus intuentibus presens scriptum, quod ordinationem inter dominos canonicos[e] Pardum prepositum, Wsezlaum[f] decanum, Theodericum scolasticum totumque capitulum Bolezlauiensis[g] ecclesie ex una parte et virum religiosum dominum Nicolaum, Chunicensis cenobii venerabilem prepositum, ex altera super solucione decimalium denariorum in sedecim ecclesiis situatis in Znoimensi[h] provincia honestam et utilem reputantes, ipsam presentis scripti serie solidamus favorabiliter confirmantes; que ordinatio in subsequentibus declaratur: Magister Pardus prepositus, Wsezlaus[i] decanus *etc.*[1] Volentes igitur pretaxatam ordinacionem in suo vigore permanere, maxime ne aliquis scrupulus ambiguitatis in posterum resultaret, presentem paginam conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam, dantes universis et singulis plebanis et rectoribus ecclesiarum premissarum auctoritate ordinaria firmiter in mandatis, ut eosdem decimales prefato preposito ac[k] suis successoribus semper ante festum beati Martini[2] uno die vel in ipso die beati Martini confessoris in omnem eventum integraliter sine omni contradiccione persolvant. Acta sunt hec anno Domini millesimo[l] ducentesimo LXXVII°, [l] datum in Chremsir[m] III° [n] nonas ianuarii.

---

829. [a] *Littera* ‚N' *deest in B.* — [b] ‚Olom' *B, C.* — [c] ‚ordinationis' *B, C.* — [d] ‚qui' *B, C.* — [e] ‚canoncos' *erronee in B.* — [f] ‚Wseslaum' *C.* — [g] ‚Boleslauiensis' *C.* — [h] ‚Snoymensi' *C.* — [i] ‚Wseslaus' *C.* — [k] ‚et' *C.* — [l-l] ‚M°CCLXXVII' *C.* — [m] ‚Crems,' *C.* — [n] ‚III' *C.*

[1]) *Sequitur tenor chartae num. 801.* — [2]) *Nov. 11.*

830.

Johannes XXI. papa monasterio in Žďár [nad Sázavou] fundationem et bona collata a Bockone, comite Pernecensi et castellano Znoymensi, confirmat.

Viterbii [1277] ian. 30.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. A 16) asservatur (A). — Apographum exstat in vidimatione civitatis Jihlava data in Jihlava 1493 nov. 8, cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. A 123) asservatur (B).

Ed: CDM VI, pag. 370 num. 7 (ex A).
Reg: Kopetzky, Regesten, pag. 128 num. 116. — CDS VII. 2, pag. 225 num. 1521. — Reg II, pag. 447 num. 1067. — Potthast II, pag. 1716 num. 21220. — Šebánek, Archivy, pag. 47 num. 261 (ex A).
Lit: KK, pag. 355.

In autographo hae notae leguntur: In marginis superioris medio bis nota „cor" *duabus lineis delineata; in chartae replicatae parte dextra nota* ‚J', *inferius post locum rasum nota* „P. Amicus"; *sub membrana replicata in parte sinistra* „...", *inferius* „Leo"; *in autographi tergo in media parte superiore* „P. de sco Ambrosio", *in parte inferiore capite verso iterum nota* „de sco Ambrosio"; *quae omnia in cancellaria apostolica videntur esse scripta.*

⸗ Iohannes ⸗ episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..[1] abbati et conventui monasterii de Saar, Cisterciensis ordi‖nis, Olomucensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur ... effectum.[2] Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat,[a] ‖ quod quondam Boscho, comes Bernicensis et castellanus Znoemensis, Olomucensis diocesis, terrena cupiens in celestia commutare, monasterium vestrum in honorem omnipotentis dei et gloriose Virginis, matris eius, ac beati Nicolai confessoris, de licentia ..[3] diocesani fundavit et tandem volens illud congruis dotibus honorare, possessiones, redditus et omnia, que[b] in de[c] Saar, Bertoldesdorf, que Nouawiz aliter nuncupatur, Rorbach dicta Hruschowan,[d] Dobrawoda et Iama villis cum silvis, agris et[e] pratis, que ibidem habebat, necnon terciam partem vini provenientis sibi de Morauia in villis suis de Scalize, Nazeratize, Puzdram, Zaiechi, Paulowiz, vineam quoque suam de Cobarls[f] cum duobus laneis ac omnia alia[g] bona[g] ad eum spectantia iuxta Oppauiam,[h] Milostiz,[i] Pulgs, Bleesse, Cozerow et de Luch iuxta Brumienen[k] ac apud Iarzlawiz, Krilwiz, nemus etiam suum[b] in Brazla cum omnibus iuribus et pertinentiis suis ac alias ius patronatus, quod in Zaiechi, Cobile, Cozerow et Boberow ecclesiis obtinebat, pro remedio anime sue ac progenitorum suorum de voluntate et assensu Eufemie, uxoris eius, ac liberorum suorum, Zmilonis, Gerhardi et Agnetis, locorum nichilominus in predictis omnibus diocesanorum accedente conssensu[l] vobis et dicto monasterio in dotem et pro dote ipsius liberaliter contulit intuitu pietatis, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri.[4] Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hiis pie ac provide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo ... paginam nostre confirmationis ... contraire.[2] Si quis ... incursurum.[2] Datum Viterbii[m] III kalendas februarii, pontificatus nostri anno primo.[m]

Bulla: Johannis XXI. papae in filis sericis flavi et rubri coloris appendet. Cf. Diekamp IV, pag. 530 (pars aversa); in medio partis reversae bullae inscriptio IO ‖ ℏANNES ‖ PP : XXI *71 (?) punctis inclusa legitur.*

---

830. [a]) *Finis tertiae lineae in A.* — [b]) *Scriba primum quandam vocem scripsit, quam postea erasit et locum vacuum linea explevit A.* — [c]) *Scriba primum* ‚deS' *scripsit, in scribendo* ‚S' *erasit et integram vocem* ‚Saar' *scripsit A.* — [d]) *Littera* ‚s' *alia manu addita est A.* — [e]) *Vox* ‚et' *addita est charta finita A.* — [f]) *Littera* ‚r' *in loco raso scripta est A.* — [g-g]) *Signis reclamatoriis ordo verborum mutatus est in A.* — [h]) *Littera* ‚O' *in loco raso scripta est A.* — [i]) *Littera* ‚M' *in loco raso scripta est A.* — [k]) ‚Brūmien' *A.* — [l]) *Ita A.* — [m-m]) *Verbis competenter distentis, ut ultima linea expleretur, scriptum est in A.*

[1]) *Johanni II.* — [2]) *Vide CDB II, pag. 46 num. 53.* — [3]) *Nicolai, episcopi Pragensis.* — [4]) *Ad rem hae chartae pertinent: 1) charta Přemysli Otakari II. Brunae a. 1252 data (CDB IV, pag. 439 num. 259) et charta spuria cum eodem dato, cuius textus in versione Bohemica tantum asservatur (vide Vlastivěda moravská, Žďár, pag. 21 n. 3); 2) charta Bockonis in Znojmo 1255 dec. 17 data (num. 60); 3) charta Brunonis, episcopi Olomucensis, in Modřice 1261 ian. 27 data (num. 257).*

831.

Fridericus, archiepiscopus Salzeburgensis, necnon alii episcopi, inter quos Bruno, episcopus Olomucensis, nominatur, omnibus, qui ad duas ecclesias fratrum ordinis Theutonicorum, scilicet s. Mariae in Bergen et s. Elisabeth Hallis, accesserint, indulgentias concedunt.

Viennae 1277 apr. 7.

Apographum exstat in cod. mnscro membr. seu chart. saec. XV.—XVI., qui in archivo publico Magdeburgensi (sign. 398) asservatur, fol. 39[v] (B).

Ed: Ludewig, Reliquiae V, pag. 123 num. 99 (ex B fortasse). — Bierbach, Ukb. der Stadt Halle I, pag. 330 num. 358 (ex B cum annotationibus ad existentiam ecclesiae s. Elisabeth pertinentibus). — Lampe, Urkundenbuch der Deutschordensballei Thüringen, pag. 221 num. 282 (ex B).
Reg: Dobner, Monumenta IV, pag. 276 num. 93. — Dreyhaupt I, pag. 829 num. 23 (teste Lampe). — Mülverstedt, Regesta archiep. Magdeburgensis III, pag. 99 num. 251. — RI VI. 1, pag. 188 num. 737. — Martin, Regesten, pag. 105 num. 813. — MHDC V, pag. 269 num. 170.
Lit: Quae in operibus superius laudatis adducuntur, res Bohemicas non tangunt.

Charta sub inscriptione: „In sequentibus copiis habentur indulgentie ecclesie sancte Kunegundis“ *in B continetur. Quaestionem, an in textu chartae erronee ecclesia Hallensis s. Elisabeth loco s. Cunegundis indicetur, accurate v. d. Bierbach (vide superius) tractat.*

Dictator: ignotus.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (OOOOO).
Imagine phototypica a procuratore archivi Magdeburgensis nobis benignissime missa usi sumus.

Universis presentes litteras inspecturis Fridericus, dei gratia sancte Salzburgensis ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus, Bertoldus, Bawenbergensis[a] episcopus, Bruno, Olmucensis episcopus, Petrus, Patauiensis episcopus, Conradus, Frisingensis episcopus, Leo, Ratisponensis[b] episcopus, Dietricus, Gurcensis[c] episcopus, Ioannes, Chimensis[d] episcopus, Werenhardus,[e] Secoviensis episcopus, salutem in eo, qui salvat omnem hominem et neminem vult perire. Cum redemptor noster, conditor et auctor tocius creature ad hoc propiciatus in mundum venerit, ut diruto, quo prius tenebamur, vinculo servitutis pristine nos restitueret libertati, pie fideliter et misericorditer agitur, si homo, quem culpa propria diabolice subdidit servituti, per Christi et ecclesie remedia ad Christi ovile sanctorum participium et consortium revocetur. Hinc est, quod nos universos Christi fideles quasi quibusdam allectivis premiis, penitentiis et remissionibus invitamus, ut complacendo[f] deo per opera charitatis reddantur exinde et deo uniformiores et divine gratie aptiores. Omnibus igitur vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam in Berge fratrum Theutonicorum sancte Marie Ierosolomitani, Magdeburgensis diocesis, in honore beate et gloriose Virginis consecratam vel ad ecclesiam predictorum fratrum in Hallis prefate diocesis in honore beate Elizabeth[1] consecratam pia devocione accesserint in die dedicacionis ipsarum per singulos anniversarios celebrandam singuli nostrum XL[a] dies de in-

iuncta sibi penitentia auctoritate omnipotentis dei, apostolorum eius Petri et Pauli et nostra confisi divina favente gratia misericorditer relaxamus diocesani prius et ordinaria auctoritate et consensu episcopi[2] accedente. Datum anno Domini M°CC°LXX°VII in Wienna, septimo ydus aprilis. Summam autem indulgentie, quilibet nostrum XL[a] dies concedendo, CCC[orum] et XX[ti] [3] dierum[g] sigillorum nostrorum munimine roboramus.

---

831. [a] ‚Hawenbergensis' *B.* — [b] ‚Ratispanensis' *B.* — [c] ‚Burcensis' *B.* — [d] ‚Thimensis' *B.* — [e] ‚Werenbardus' *B.* — [f] ‚placendo' *B.* — [g] *Sequuntur erronee verba* ‚et hoc' *in B.*

[1]) *Cf. in apparatu.* — [2]) *Post mortem Conradi (1277 ian. 15) sedes episc. fortasse vacabat.* — [3]) *Dictator chartae erronee 40.8 = 320 pro 40.9 = 360 videtur computavisse.*

832.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, civibus in Opava silvam iuxta villam Skřipov sitam denuo concedit.

Brunae 1277 apr. 20.

Apographum exstat in copiario civitatis Opaviensis saec. XVI.—XVII. in OA Opava (archivum civitatis, sign. I B b 19) asservato, fol. 79[v] num. 60 (B). — Aliud apographum exstat in copiario civitatis Opaviensis saec. XVII. ibidem (sign. I B b 9) asservato, fol. 3—3[v] num. 5 (C).

Ed: CDM IV, pag. 188 num. 137 (ex C).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 455 num. 306. — Bischoff, Österreichische Stadtrechte, pag. 157 s. num. (sine diei adnotatione). — Kopetzky, Regesten, pag. 128 num. 117. — Reg II, pag. 449 num. 1071. — CDS VII. 2, pag. 227 num. 1527.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 332, 339, 383 n. 389. — Bakala, Počátky těžby kovů, pag. 174 (rei deliberatio).

Dictator: magister Henricus protonotarius.
De hac fortasse charta mentio fit in charta Nicolai, ducis Opaviae, in Opava 1288 maii 26 (non iun. 1 ut in Reg II, pag. 624 num. 1454 adducitur) data; ubi autem dicitur: „privilegium super XL laneos silve iuxta Crsipov eis indultum a patre nostro . . ."
Vide: II, 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (Y), 5, De chartae apud civitates usu (TTT).

Nos Ottacarus,[a] dei gratia rex[b] Bohemiae,[b] praesentis tenore privilegii notum fieri volumus universis tam istius aetatis[c] hominibus quam futurae, quod nos affectantes, ut civitas nostra Oppauia[d] de nostrae munificentiae gratia meliorationis suscipiat incrementa, civibus eiusdem[e] civitatis silvam sitam iuxta Scrispow,[f] quam ipsis olim vendideramus ab antiquo, ad praefatae civitatis Opauiae[g] meliorationem et commodum denuo concedimus ab ipsis civibus perpetuo possidendam; volentes, ut iidem cives ac haeredes[h] ipsorum et deinceps ipsam silvam teneant et possideant ad ipsius meliorationem, ut diximus, civitatis pacifice et quiete. In cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum praesentes fieri et sigillis maiestatis nostrae fecimus communiri. Actum et datum Brunnae per

manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri et plebani in Goris,[i] anno Domini millesimo[k] ducentesimo septuagesimo septimo,[k] duodecimo kalendas[l] maii, quintae[m] indictionis.[m]

---

832. [a]) ‚Otakarus' *C.* — [b-b]) *Deest B, C; titulum regis complevimus eodem modo, quo magister Henricus, qui chartam dictavit, uti solebat.* — [c]) ‚etatis' *C.* — [d]) ‚Opavia' *C.* — [e]) *Hoc loco nec non inferius* ‚j' *ponitur pro* ‚i' *in C.* — [f]) ‚Ksrippaw' *C.* — [g]) ‚Opaviae' *C.* — [h]) ‚heredes' *C.* — [i]) *Ad nomen inscribendum locus vacuus relictus est in C.* — [k-k]) ‚1277' *B.* — [l]) ‚die' *C.* — [m-m]) *Deest C.*

833.

Bruno, Olomucensis episcopus, chartam Alexii praepositi, tunc [decani Olomucensis et] archidiaconi Znoymensis, in causa orta super iure parochiali villae Němčice (Nemsicz) *inter ipsum et Theodericum, abbatem in Louka, datam confirmat, tenorem eius inseri faciens.*

Apud Znojmo,[1] *Brunae*[2] *1277 apr. 28,*[1] *29.*[2]

Duo autographa in membrana scripta in SAR Brunae (archivum mon. in Louka, sign. L 4 c, L 4 b) asservantur (A 1, A 2).[3] — *Apographum exemplaris A 2 exstat in codice mnscro membr. saec. XV.* „Matricula Lucensis" *intitulato, in eodem archivo (inter Cerronianos II, 253) asservato, fol. 35 num. 42 (B 2).* — *Aliud apographum saec. XVII. eiusdem exemplaris A 2 exstat in codice mnscro chart.* „Liber seu matricula [Lucensis] ... a. 1662 ... noviter erecta et in meliorem ordinem redacta", *intitulato, ibidem (Collect. mnscr. num. 10) asservato, fol. 28[v] num. 33 (C 2).*

Ed: CDM IV, pag. 188 num. 138 (ex A 1; A 2 solummodo commemoratur).
Reg: Reg II, pag. 449 num. 1072 (A 1). — *Eisler, Geschichte Brunos (ZVGMSch 12 (1908)), pag. 194 num. 13 (A 2).* — *Šebánek, Archivy, pag. 47 num. 262 (ex A 1).* — *ibidem num. 263 (ex A 2).*
Lit: Šebánek, Česká listina 1, pag. 162 n. 74.

In tergo ambarum chartarum Johannes, scriba Lucensis, scripsit „Super decima ville Nemsitz." *(I).*

Scriba A 1: B 34 = cancellariae Brunonis episcopi proprius. Exempla script. num. 2 b, 30; A 2: B 31 = destinatarii proprius, Johannes, scriba Lucensis (vide ex. gr. num. 588, 675, 739, 820, cf. num. 520). Cf. Exempla script. num. 2 b, 27, 3, 6.[4]
Dictator: cancellariae Brunonis episcopi fortasse proprius, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (PPPPP), 3, Louka (Q), Aliae ecclesiae (CC).

Bruno, dei gratia episcopus Olomucensis, omnibus hanc litteram inspecturis salutem in[a] Domino. || Quia venerabilis dominus Theodericus,[b] abbas ecclesie Lucensis, et dominus Allexius,[a] prepositus || Olomucensis, tunc archidyaconus[c] Znohemensis,[d] in causa, que inter ipsos vertebatur super[a] || iure parrochiali ville de Nemsicz,[e] per compromissionem[f] in arbitros concordaverunt,[g] qui de voluntate parcium utrarumque terminaverunt causam, quemadmodum in litteris dicti domini apparet, cuius tenor talis est: Al.[5] miseratione divina archidiaconus Znohemensis,[d] *etc.*[6] Nos igitur huiusmodi processum gra-

tum et ratum habentes, secundum quod rite factus est,[h] ipsum auctoritate nostra ordinaria confirmamus et sigilli nostri munimine communimus.[i] Nulli ergo omino[k] hominum liceat hanc nostre confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire.

Datum aput Znohim anno Domini M°CC°LXXVII, IIII kalendas maii.

Datum Brunne anno Domini M°C°C°LX°X°VII°, III° kalendas maii.

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, in A 1 scidula membranacea ex autographo scissa paulum laesum dependet; in A 2 in scidula membranacea valde laesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

---

833. [a] *Finis lineae in A 2.* — [b] *In loco raso scriptum est in A 2.* — [c] ‚archidiaconus' *A 2.* — [d] ‚Znoymensis' *A 2.* — [e] ‚Nemsitz' *A 2.* — [f] ‚promissionem' *A 2.* — [g] *Littera* ‚v' (‚u') *ex* ‚r' *sine rasura correcta est in A 2.* — [h] *Charta finita fortasse additum est in A 1, A 2.* — [i] ‚munimus' *A 2.* — [k] *Ita A 1, A 2; titulus enim deest.*

[1]) *In A 1 dicitur.* — [2]) *In A 2 dicitur.* — [3]) *Dati formulam chartae A 1 in sinistra, A 2 in dextra columna praebemus.* — [4]) *De scribarum manibus cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscrum in UK Brno asservatur, pag. 63 ss, 75 n. 288.* — [5]) *Alexius.* — [6]) *Sequitur tenor litterarum num. 820 cum paucis varietatibus minimi momenti.*

834.+

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, cum monasterio in Břevnov commutationem quorundam bonorum facit.

Brunae 1277 maii 1.

Duo autographa dubiae fidei in membrana scripta in SÚA Pragae (archivum mon. in Břevnov, sign. ŘB Břevnov num. 44, 43) asservantur (A 1, A 2). — Apographum exemplaris A 1 praebet P. Romanus Hütter, capituli provincialis [ord. s. Benedicti] secretarius, in copiario chart. privilegiorum mon. Brevnoviensis anno 1666 scripto, ibidem (sign. lib. num. 2) asservato, pag. 36—38 (B 1).

Ed: Dobner, Monumenta VI, pag. 33 num. 56 (ex A 2, ad 1270 apr. 25).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 445 num. 224 (ad 1270 apr. 25). — Reg II, pag. 449 num. 1073. — Schramm, Regesten, pag. 79 ex Dobnero ad a. 1270, ex Reg II ad a. 1277.
Lit: Urbánek, Legenda t. zv. Kristiána II, pag. 416 n. 667 (congruentia arengae cum chartis Brevnoviensibus). — Fiala, Kancelář, pag. 175 (sigilla). — Šebánek, K otázce břevn. fals, pag. 268, 270 (charta arte paleographica tractatur, specimen scripturae praebetur, num. 17). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 368, 378 n. 379, 382 n. 384, 395.

In tergo chartae A 1 registrator Brevnoviensis monasterii saec. XIII.: „Privilegium super Zdacow et Hluboky" *(D); in tergo chartae A 2 idem registrator* „Privilegium super villis Zdacow et Hluboki" *(D) scripsit.*

Scriba A 1, A 2: P II 91 = destinatarii proprius. Exempla script. num. 1 a, 76.
Dictator: destinatarii proprius, qui usus est: 1) charta num. 76+, quod typis minoribus significavimus; 2) quadam simplici Nos-charta a magistro Henrico protonotario confecta, nunc autem ignota (deperdita), e qua formulam intitulationis, corroborationis et dati per manus sumpsit.

Chartae suspicionem movent, nam: 1) A magistro Henrico, qui dato tempore omnes chartas Přemysli Otakari II. sine ulla dubitatione sinceras exaravit, haud scriptae sunt; 2) Quia A 1 et A 2 ab eodem scriba exaratae sunt, eodem tempore etiam scribi iisdemque typariis sigillorum Přemysli Otakari II. muniri debuissent, quod factum non est.

Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (Z), 3, Břevnov-Rajhrad (CC).

:In[a] nomine sancte et individue trinitatis amen.:[a] Nos Ottakarus,[b] dei gracia rex Boemie, omnibus Christi fidelibus || hanc[c] paginam inspecturis salutem in eo, in quo summa salutis[d] consistit. Cum humane condicionis status motu[e] multiplici[e] || varietur et[e] facta hominum vetustas oblivionis absorbeat, necesse est et communis[f] suadet utilitas, ut ea, que nostro geruntur in tempore, || scriptis[e] et testibus roborentur[g] ydoneis ad memoriam perpetuam posterorum. Noscat igitur tam presens hominum etas, quam in Christo successura posteritas futurorum, quod monasterii de Brewnow clementer profectibus intendentes et cupientes, ut ex nostre largicionis gracia utilitas sibi debeat provenire, ad domini Martini, venerabilis abbatis eiusdem monasterii, preces inclinati, benignius[h] quorumdam bonorum commutacionem[i] fecimus cum eodem. Nos enim bona nostra in Sdakow et in Hluboki cum utroque molendino et omnibus curiis circumsedentibus ipsa molendina, pratis et agris ex utraque parte fluminis ipsis molendinis in Sdakow et in Hluboki attinentibus, cum eiusdem fluminis naulo, et que molendina et quas curias dilecti fideles nostri Albero et Dobessius fratres, castellani in Clingbek, tenuerunt et possederunt[k] hucusque, prefato monasterio tradidimus perpetuo possidenda, volentes, ut idem monasterium dicta molendina cum prefatis curiis, pratis et agris ex utraque parte fluminis ipsis molendinis attinentibus et cum eiusdem fluminis naulo teneat, habeat et possideat et de ipsis faciat iuxta ipsius arbitrium voluntatis, ius et dominium nostrum de[l] eisdem bonis in idem monasterium transferentes, ut deinceps dicta bona et molendina, prata et agri ex utraque parte fluminis ipsis molendinis attinentes ad prefatum monasterium debeat[m] perpetuo pertinere. Dictus autem dominus Martinus, prefati monasterii venerabilis abbas, in dictorum molendinorum concambium curiarum, agrorum, pratorum ex utraque parte fluminis attinencium molendinis cum ipsius fluminis naulo habito[n] tractatu et deliberacione diligenti cum omnium fratrum suorum conventu de bona, grata et communi[o] voluntate ipsius conventus cessit nobis de bonis in Zduchowic,[p] que idem monasterium habebat ibidem, et ea cum omnibus attinentiis et iuribus eorumdem nobis tradidit perpetuo possidenda. Et quia prefata bona nostra in Sdakow et in Hluboki, de quibus racione huiusmodi concambii cessimus venerabili viro domino Martino,[q] abbati memorato, excedunt in valore bona in Zduchowich,[r] de quibus nobis cessit, addidit[s] nobis idem dominus Martinus[t] abbas centum XXIIII[or] marcas argenti in pondere Pragensi usitate[u] monete pro huiusmodi supplemento. Quare volentes, ut tractatus huiusmodi muniminis robur perpetui[v] sorciatur, presens[w] privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre fecimus communiri.[x] Actum et datum Brunne per manus magistri Heinrici,[y] prothonotarii regni nostri et plebani in Gors, anno Domini millesimo CC[o]LXX[mo] [z] VII[o], kalendas[m] maii, quinte indictionis coram hiis testibus,[aa] quorum nomina subscribuntur:[bb] domino Cristano abbate de Porta Apostolorum, domino Iohanne abbate de Sancto Procopio, domino Siffrido abbate de Monte Syna, domino Thobia preposito Pragensi, domino Petro preposito Wissegradensi,[cc] domino Gotfrido

preposito Tynensi, domino Gregorio decano Pragensi, domino Cunone decano Wissegradensi,[cc] domino Petro decano de Sancto Egidio, magistro Laurencio canonico Wissegradensi, domino Mstidruhone castellano Pragensi, domino Domazlao camerario regni Boemie, domino Depoldo iudice regni Boemie, domino Bawaro[dd] marsalco, domino[t] Sdizlao[ee] submarsalco, domino[t] Hyncone dapifero, domino[t] Cv̊nrado[ff] subdapifero, domino[t] Wolkmaro pincerna, domino[t] [gg] Onsone subpincerna, domino Nezamislone[hh] purgrawio in Holomuch,[ii] domino[t] Cunone camerario Olomucensi,[kk] domino[t] Zmilone purcravio[ll] Wetouensi et alii[mm] quam plures.[mm]

Sigilla: in A 1 Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV; in A 2 Otakari, quinti regis Boemorum et Moraviae marchionis, in filis sericis viridis coloris illaesum fere appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 III, 2 V.

834+ [a-a] *Litterae grossae desunt in A 2.* — [b] ‚Otakarus' *A 2.* — [c] *Finis lineae A 2.* — [d] ‚salus' *A 2.* — [e-e] ‚multipliciter' *A 2.* — [f] ‚munis' *A 1, A 2.* — [g] ‚roboretur' *A 2.* — [h] ‚benignus' *A 2.* — [i] ‚mutacionem' *A 1.* — [k] ‚possiderunt' *A 1.* — [l] *Post vocem littera* ‚h' *una linea deleta sequitur in A 1.* — [m] *Ita A 1, A 2.* — [n] *Littera* ‚o' *ex* ‚u' *correcta est in A 2.* — [o] ‚muni' *A 1, A 2.* — [p] ‚Sduchowiz' *A 2.* — [q] ‚M.' *A 1.* — [r] ‚Sduchouich' *A 2.* — [s] *Littera* ‚a' *e quadam alia littera correcta est A 1.* — [t] *Deest A 1.* — [u] *Scriba primum loco alterius litterae* ‚t' *litteram* ‚p' *fortasse scribere voluit, sed inter scribendum eam correxit et porro scripsit in A 2.* — [v] *Ex* ‚perpetuo' *radendo correctum est in A 1.* — [w] *Scriba primum* ‚prensens' *scripsit et postea primam litteram* ‚n' *duobus punctis suppositis delevit in A 2.* — [x] ‚muniri' *A 1; super prima littera* ‚i' *uncus ponitur in A 2.* — [y] ‚Heynrici' *A 2.* — [z] ‚LXX° mo' *A 1.* — [aa] *Post vocem scriba primum* ‚cora' *scripsit, quod una linea delevit et porro scripsit A 1.* — [bb] *Scriba primum* ‚subscrip' *scripsit, postea* ‚scrip' *una linea delevit et* ‚scribuntur' *addidit in A 2.* — [cc] ‚Vissegradensi' *A 1.* — [dd] ‚Bauaro' *A 2.* — [ee] ‚Sdislao' *A 2.* — [ff] ‚Cůnrado' *A 2.* — [gg] *Post vocem spatium latitudinis 3 — 4 litterarum relictum est in A 2.* — [hh] *Post vocem littera* ‚c' *erasa sequitur in A 1;* ‚Nezamizlone' *A 2.* — [ii] ‚Olomuch' *A 2.* — [kk] ‚Olo͂mc' *A 1.* — [ll] ‚pucravio' *A 1.* — [mm-mm] *Ita A 1, A 2.*

835.

Martinus Brevnoviensis et Godefridus (?) Strahoviensis abbates de consilio Domaslai, regni Bohemiae camerarii, et aliorum coauditorum causam, quae vertebatur inter Petrum, praepositum ecclesiae Wissegradensis, ex parte una et decanum et capitulum eiusdem ecclesiae ex parte altera, concordant, proclamationem decani et capituli ad eandem causam spectantem inseri facientes.

[In Vyšehrad] 1277 [post maii 1.][1]

Apographum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum eccl. Wissegradensis in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš lib. 26) asservato, fol. 16—17 num. 41 (B).

Ed: Pontanus, Bohaemia pia, pag. 80 (textus haud completus fortasse ex B). — Hammerschmid, Gloria Wissegr. ecclesiae, pag. 507—509 (ex editione praecedente).
Reg: Dobner, Monumenta VI, pag. 35 num. 58. — Schramm, Regesten, pag. 79 sine num.

Dictator: ecclesiae Wissegradensis proprius, qui textu chartae abbatum Brevnoviensis et Strahoviensis (num. 503) usus est; quae typis minoribus exprimuntur.

Charta nota diei caret, sed post maii 1 ponenda est in congruentia cum charta superius citata (num. 503), quamquam in intitulatione G., abbas Strahoviensis, et non Sigefridus ut in num. 503 et in num. 834⁺ nominatur. E contrario in charta num. 657 etiam abbas Godefridus occurrit.
Vide: II. 3, Břevnov-Rajhrad (DD), Strahov (F), Vyšehrad, ecclesia capitularis (II).

Nos M.[2] Breunowensis et G.[3] Montis Syon, divina miseratione abbates, auditores cause, que vertitur inter honorabiles viros, dominum Petrum, Wissegradensis ecclesie prepositum, ex parte una et decanum[4] et capitulum eiusdem ecclesie ex altera, a serenissimo domino nostro rege Ottakaro constituti, tenore presencium patefieri volumus universis, quod, cum nos ad terminum dictis partibus pro perspiciendis privilegiis assignatum[5] de consilio et assensu nobilis viri domini Domaslay, totius regni camerarii, cui dominus rex causam dictam principaliter commisit, nec non aliorum coauditorum suorum venissemus in Wissegrad, si quomodo partes iam dictas amicabili composicione mediante possemus concordare, intendentes, dicti domini, decanus et capitulum, nobis in capitulo sedentibus, audientibus domino preposito et arbitris ex utraque parte electis, exhibicionem quandam cum summa, ut decuit, reverencia et honore in scriptis protulerunt sub hac forma: Nos Ch. decanus, G.[6] custos, F.[7] scolasticus et capitulum Wissegradensis ecclesie cum venerabili domino P., ecclesie nostre preposito tociusque regni cancellario, concordari et concordare affectantes, nos exhibemus in hunc modum, quod videlicet eandem reverenciam, honorem et iura, que antecessores nostri inclitis principibus, fratribus et consangwineis serenissimi domini nostri regis, dominis felicis memorie Arnoldo,[8] Philippo,[9] Wadislao[10] et aliis ecclesie nostre prepositis, quorum durat memoria veneranda, exhibuerunt, predicto domino P., moderno preposito, parati sumus exhibere, iura ecclesie nostre et nostra per dominum prepositum mutua vicissitudine conservari deposcentes. Rogamus itaque, quatenus boni[a] moris intuitu, ne tam domino regi et nobilibus terre quam clero et populo universo ex dissensione nostra scandalum generetur, neve etiam ecclesia nostra, que racione pacis et concordie hucusque divina gubernante clemencia tranquilla perduravit, occasione discordie nostre in honore et rebus iacturam paciatur, dominus prepositus hanc nostram exhibitionem debeat acceptare. Si autem dicta consuetudo domino preposito minus valens videatur, requirantur in regno domini episcopi et capitula, Pragensis videlicet et Olomucensis ecclesiarum, de huiusmodi consuetudinibus vel iuribus, qualiter quidem vel qualis honor seu reverencia tali et tanto prelato, sicut est dominus prepositus ecclesie nostre, debeat exhiberi. Nosque gratuita voluntate, quantumque dictarum consuetudinum dominus prepositus approbaverit, in bona fide parati sumus conservare. Insuper in quocumque vel in quibuscumque per capitulum vel aliquos de capitulo nostro dominus prepositus hodie ostenderit et racionabiliter probaverit se offensum, emendam et satisfaccionem debitam ipsi iuxta arbitrium et mandatum vestrum prompti et parati sumus exhibere, ita ut dominus prepositus ob reverenciam beatorum apostolorum Petri et Pauli hodie coram vobis ecclesie nostre, capitulo nostro et personis de capitulo satisfaciat versa vice, in quibuscumque lesi vel gravati sumus omnes vel singuli per ipsum dominum prepositum vel per suos, que per privilegia aut per testes ostendi poterunt aut probari. Hiis itaque ex parte dictorum dominorum, decani et capituli videlicet, recitatis et a nobis auditis diligenter privilegia producta

in medium lecta sunt coram nobis pro voluntate domini prepositi, quarum etiam sufficiens et habundans copia data est ipsi domino preposito ad legendum. Primo tamen privilegium fundatoris, domini videlicet beate memorie Sobezlay,[11] quod lucide et expresse continebat medietatem vie in Prachticz ad dominum prepositum et alteram medietatem ad canonicos pertinere. Similiter quod medietas vini et fructuum in Sythenicz ad dominum prepositum et medietas ad canonicos spectaret, idem privilegium continebat. Insuper quod custodes et campanarii ecclesie ad custodem et non ad alium pertinere debeant, ibidem sine ambigue exprimebatur. Super quibus etiam exhibite sunt littere domini nostri serenissimi regis, moderni Ottakari videlicet,[12] et lecte coram nobis, in quibus continebatur, quod per[b] diffinitivam sentenciam venerabilis patris domini Iohannis, Pragensis episcopi vicesimi quarti,[13] dicti campanarii et custodes ecclesie domino custodi fuerint adiudicati. Item, quoniam dominus prepositus collacionem prebendarum ad se dixit pertinere, super eo adducta fuit littera domini pape Innocencii quarti,[14] que collacionem prebendarum ad capitulum spectare continebat. Item lectum fuit privilegium felicis memorie domini Ottakari regis tercii,[15] quod Sagradkam per dictum regem pro reformacione ornatus ecclesie datam esse asserebat. Quoniam autem dominus prepositus habita mencione de dominio peciit, quod in sollempnitatibus magnis, cum presens foret in Wissegrad, per aliquos sive per aliquem de fratribus debeat requiri, utrum velit misse vel vesperis interesse, et quia etiam dicebat, quod iurisdicio temporalis omnimoda ad eum pertineat et debeat pertinere, super hiis omnibus taliter est pronunciatum, quod in sollempnitatibus precipuis, quando domino preposito misse interesse placuerit, si nuncium suum, antequam sacerdos induatur, premiserit, tenebitur exspectari; quantum autem ad iurisdiccionem temporalem, quicumque canonicorum consilio et auxilio domini prepositi indiguerit,[c] secure recurrere potest ad ipsum et ipse dominus prepositus pro honestate et possibilitate sua defensare debet eundem. De collacionibus autem prebendarum et obedienciarum taliter est terminatum, quod talibus vacantibus, si prepositus absens fuerit, per duos dies integros debet expectari et per suum vicarium vel procuratorem, si tam vicinus fuerit, inquiri debet. Et si infra duos dies non venerit neque vices suas alicui commiserit, extunc presentes, qui fuerint, conferendi prebendas et obediencias habebunt liberam potestatem. In cuius rei evidens testimonium rogati per sepedictos dominos decanum et capitulum presentibus sigilla nostra duximus adhibenda. Acta autem sunt hec anno Domini millesimo CC°LXXVII° die et loco prescriptis in presencia honorabilium virorum dominorum Gregorii, decani Pragensis, et Radoslay, arbitrorum in parte domini prepositi electorum, necnon Iohanne, lectore Pragensi, et Stephano, fratribus ordinis Predicatorum de domo sancti Clementis in Pragensi civitate.

---

835. [a] *Etiam* ‚bani' *legi possit in B.* — [b] *Deest B.* — [c] ‚indiguerint' *B.*

[1] *Vide inferius.* — [2] *Martinus.* — [3] *Godefridus (?); vide notas introductorias.* — [4] *Cunonem.* — [5] *Vide num. 503.* — [6] *Godefridus.* — [7] *Fridericus.* — [8] *Inter annos 1215—1240 munere suo functus est.* — [9] *Inter annos 1240—1248.* — [10] *Inter annos 1256—1265.* — [11] *CDB I, pag. 111 num. 111.* — [12] *Vide num. 164.* — [13] *Vide num. 163.* — [14] *CDB IV, pag. 157 num. 69.* — [15] *CDB II, pag. 409 num. 374 (falsum).*

836.

Forma pacis secunda.

I. Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, formam pacis, cuius textus praebetur, per arbitratores expresse nominatos ordinatam observare promittit.

II. Rudolphus, Romanorum rex, mutatis mutandis idem facit.

Viennae 1277 maii 6.

Autographum exemplaris I in membrana scriptum in archivo publico Viennae (sign. Allg. Urkundenreihe, sub dato suo) asservatur (A). — Apographum exemplaris II insertum est vidimationi Brunonis, episcopi Olomucensis, Smilonis, burggravii Vetoviensis, et magistri Ulrici notarii eodem loco, anno et die datae (num. 837), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem asservatur (B).

Ed: Gerbert, Codex epistolaris, pag. 204 num. 5 (I ex quodam apographo), pag. 202 num. 4 (II in vidimatione superius citata ex quodam apographo). — MGH, LL 2, pag. 415 sine num. (I ex A), pag. 413 sine num. (II ex B). — Monumenta Zollerana I, pag. 129 num. 92 (in vidimatione superius citata). — CDM IV, pag. 193 num. 140 (I ex MGH LL), pag. 189 in num. 139 (II in vidimatione superius citata ex MGH LL). — CIB I, pag. 186 num. 67 (I + II ex CDM). — MGH, CC III, pag. 123 num. 129, 130 (II + I ex B, A). — Diplomatarium principum de Liechtenstein, sine pag. (I ex quodam apographo), sine pag. (II in vidimatione superius citata).[1]

Reg: Lichnowski, Geschichte I, pag. 53 num. 418 (I, locus editionis chartae tractatur). — Monumenta Zollerana II, pag. 93 num. 171 (I). — Böhmer, Add. sec., pag. 455 num. 307 (I, locus editionis chartae tractatur). — Reg II, pag. 450 num. 1074 (I), pag. 452 num. 1075 (II). — Fejér, CDH VII. 2, pag. 64 num. 343, VII. 5, pag. 426 num. 263 (I, II). — CD Brand., pag. 131 num. 173 (I, II). — Gradl, Monumenta, pag. 115 num. 317 (I), num. 318 (II). — Koch-Wille, Regesten, pag. 58 num. 1001 (II). — Krones, Forschungen 1, pag. 574 num. 179 (I). — RI VI. 1, pag. 191—193 num. 753 (II). — Hosák, Prameny, pag. 111 num. 26. — Grotefend, Regesten, pag. 75 num. 205 (I, II). — MHDC V, pag. 172 num. 274.[1]

Lit: Palacký I. 2, pag. 137 (rei deliberatio). — Strnad, Das Land, pag. 135 (metae inter Bohemiam, Moraviam et Austriam). — Heinemeyer, Studien zur Diplomatik, pag. 386 (munera arbitrorum). — Koss-Bauer, Dějiny, pag. 50 (autographum II in archivo regni Bohemiae exstitisse, sed amissum esse opinatur). — KK, pag. 97 (feudum Mikulov). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 271, 273, 308, 310, 358 (Rd 2) (I).

Scriba: O 84 = quondam cancellariae regiae (partis Austriacae) proprius (I).
Dictator: ignotus (arbitratores ipsi dictatorum participes esse videntur).
Textus chartae I in vidimatione Friderici, burggravii de Norimberga, contentus in libris formarum tantum (vide MGH, CC III, pag. 127 num. 131) asservatus est. Vide suo loco.
Vide: II. 1 a, P. O. II.
Autographi rationem habere non potuimus, imagine phototypica tantum nobis a procuratoribus archivi publici Viennensis benigne missa usi sumus.

[I]

Nos Ottacharus, dei gracia Boemie[a] rex,

[II]

Nos R.,[2] dei gracia Romanorum rex semper augustus,

notum facimus universis presentes litteras inspecturis simpliciter et publice nichilominus || profitentes, quod formam pacis inter

serenissimum dominum nostrum R., illustrem Romanorum regem semper augustum, ex una et nos

nos ex una et inclitum O., regem Boemie,[b]

ex altera || parte per venerabilem Olomucensem[c] episcopum,[3] Zmylonem,[d] purchravium Vetoviensem,[e] magistrum Vlricum, notarium

nostrum, et nobilem virum dominum

eiusdem regis, et nobilem

Fridericum, || purchravium de Nvrnberch,[f] provide ordinatam in omni sui parte et singulis suis articulis inviolabiliter observare promittimus, prout est inferius annotata: In primis siquidem obsides et captivi ab utraque parte ante pacem ordinatam et post dati mutuo et detenti a proxima die dominica nunc instante[4] infra quindecim dies debent restitui pristine libertati, ab omni prorsus obligacione, fideiussione seu exactione pecunie indempnes penitus et inmunes, nisi fortassis pro eis vel aliquibus eorum ante pacis ordinacionem aliquit[g] sit solutum. Ad cuius restitucionem is, cui solucio facta fuit, minime obligatur. Item ut inter

predictum dominum nostrum et nos

nos et regem predictum

specialis amicicie federa forciori vinculo solidentur,

filium nostrum karissimum[5] eiusdem regis filie[6] dare promittimus in maritum, cui idem dominus noster rex

filiam nostram eiusdem regis Boemie[b] filio dare promittimus in uxorem et ei

civitatem imperii, Egram scilicet, cum omnibus attinenciis suis, castris, possessionibus, hominibus et aliis quibuscumque,[h] que

nos ad presens tenere dinoscimur,

dictus Bohemie[i] rex ad presens tenere dinoscitur,

pro decem milibus marcarum argenti nomine dotalicii sive dotis titulo pignoris

obligabit.

obligamus.

Preterea omnia castra, municiones, possessiones et oppida ad ducatum Austrie pertinencia, que per

nos

ipsum regem Boemie[b]

vel fautores seu adiutores

nostros

ipsius

hactenus[k] occupata fuerunt,[l]

restituemus ipsi domino nostro regi et suis

restituentur nobis et nostris

fautoribus et etiam auditoribus cum integritate plenaria metis Boemie,[m] Moravie[n] et Austrie in eo statu manentibus, quo tempore clare memorie

regum Boemie et marchionum Moravie[o]

necnon

Levpoldi[p 7] et Friderici,[8] ducum Austrie, ab eisdem

dominis ducibus

sunt possesse.

Ipse etiam dominus noster rex Nos etiam

similiter omnia castra, municiones, possessiones et oppida ad regnum Boemie[m] et marchionatum Moravie[n]

de iure

spectancia, que per

ipsum vel suos nobis et nostris nos vel nostros eidem regi et suis

per iniuriosam violenciam sunt subtracta seu occupata,

nobis et nostris restituet integre et faciet ipsi regi et suis restituemus integre et faciemus

restitui vice versa. Excepto dumtaxat Nycolspurch,[q] in cuius possessione Fridericus[r] de Lyehtenstayn,[s] cuius feudum esse dinoscitur, permanebit pacifice et quiete. Preterea Chrumnowe[t] ei, ad quem de iure pertinet, assignari debebit.[9] Insuper castrum Mertenycz[u]

Alexio, militi

nostro, et nobis ipsius regis Boemie,[b] et

castrum Durrenholtz[v] debet restitui

sive reddi. ipsi regi.

Si quam tamen

nos pecuniam debemus predictus rex Boemie[b] pecuniam debet

Hanrico[w] de Chunring,[x] marschalco

Austrie, nostro per Austriam,

vel ipsius uxori,[10]

filie nostre dilecte, illam exsolvemus eisdem. illam exsolvet eisdem.

Et si[y] idem[z] H. vel uxor ipsius contra

nos predictum regem

super iam dicto castro Durrenholtze[aa] habuerint aliquam accionem,

nos idem rex

ad dictum[bb] Olomucensis[cc] episcopi et purchravii predictorum, qui sub iuramenti debito

questionem huiusmodi diffinient,

exhibebimus exhibebit

eisdem iusticie conplementum. Preterea huiusmodi conposicioni et paci generaliter includimus quoslibet servitores nostros et adiutores. Et nostris

de Austria, Styria, Karinthia, Carniola et Marchia de Bohemia et Morauia

auditoribus et servitoribus conposicioni presenti includi et stare volentibus sepedictus

dominus noster rex — rex Boemie[b]
restituet omnia, que ante guerram vel post de eorum hereditatibus, allodiis et feudis notorie occupavit. Si vero huiusmodi iniuriosa occupacio dubia fuerit, per predictos[bb] Olomucensem[c] episcopum et purchravium sub iuramenti debito decidetur huiusmodi questio iusticia vel amore. Ipsos etiam nostros
de predictis terris Austria, Styria, Karinthia, Carniola et Marchia — de Boemia et Morauia

servitores et quoslibet nostros[dd] alios[dd] adiutores
ipse dominus noster rex — ipse rex Boemie[b]
plene gracie sue restituet et donabit. Nos etiam vice versa omnibus adiutoribus et servitoribus
domini nostri regis per Boemiam et Moraviam — dicti regis Boemie[b] per Austriam, Styriam, Karinthiam, Carniolam et Marchiam

plene nostre gracie restitutis omnia, que in hereditatibus, feudis et allodiis ipsis notorie per nos vel nostros abstulimus, plene restituemus et restitui faciemus. In dubio vero quicquit Olomucensis episcopus[y] et purchravius sepedicti nos facturos sub iuramenti debito pronunciaverint, faciemus. Preterea, si quod absit, nostrorum aliquis servitorum per ipsum
dominum nostrum regem — regem Boemie[b]
vel adiutores ipsius gravabitur, ipsum
dominum nostrum, — regem,
si gravamen notorium et evidens fuerit, per nuncios nostros super revocacione et retractacione huiusmodi gravaminis interpellare tenebimur. Qui
dominus noster rex, — rex,
si interpellatus gravamen huiusmodi notorium et per rei evidenciam manifestum non revocaverit nec fecerit retractari, nos adiutores nostros huiusmodi passos iniuriam possumus et tenebimur iuvare. Quod in casu converso circa servitores
serenissimi regis Romanorum, domini nostri, — regis Boemie[b]

erit per omnia observandum. Si vero gravamen nostris illatum dubium fuerit, Olomucensis[cc] episcopus[y] et purchravius supradicti super hoc a nobis interpellati perquirent cause plenius veritatem. Qui si sub iuramenti debito dixerint, ipsum
dominum nostrum — regem
vel adiutores ipsius gravamen vel iniuriam nostris servitoribus nullatenus intulisse, nichil ipsi
domino nostro — regi
vel suis inputabimus. Si autem invenerint
dominum nostrum regem — eum

vel suos culpabiles et rex ipse requisitus ab ipsis Olomucensi[ee] episcopo[y] et purchravio non emendaverit, adiutores nostros iuvabimus, prout superius est expressum. Quod circa regem Romanorum, dominum nostrum, nos vice versa per omnia observari debebit. Preterea si Olomucensem[c] episcopum vel purchravium sepedictos migrare contigerit ab hac luce, ipse dominus noster rex vel nos alium in defuncti locum subrogabimus, qui omnia et singula, que superius sunt expressa, fideliter exequatur. Insuper inclitus rex Vngarie[11] et ipsius frater[12] sic includuntur in pace, quod, quicquit in castris, municionibus sive prediis circa metas regnorum hactenus fuit hinc inde iniuriose occupatum, integre debeat utrobique restitui, sic quod[y] alteruter plene gaudeat suo[ff] iure[ff]. Preterea nulli notariorum, capellanorum seu clericorum nostrorum prefati regis super beneficiis, que in terris predictis Austria, Styria, et Karinthia possident, lesionem seu iniuriosam molestiam dominus noster inferet inferemus et si ab aliis violenciam pacientur,[gg] si de hoc ad ipsum dominum nostrum nos delata questio fuerit, faciet, faciemus, quod de iure fuerit faciendum. Insuper quicquit preter premissa universa et singula venerabiles[bb] Herwipolensis[hh] [13] et Olomucensis episcopi et illustris L.,[14] comes palatinus Reni,[ii] O.,[15] marchio Brandburgensis, et lancravius[kk] Hassye,[ll] [16] principes nostri dilecti, vel si eorum copia[17] haberi non poterit omnium, hii de predictis vel alii, quos prefati Olomucensis[cc] episcopus et purchravius de Nvrnberch[f] ad hoc elegerint, inter nos et regem prefatum dominum nostrum infra proximum festum beati Michahelis[18] ordinaverint et etiam pro solidanda[mm] firmius[mm] inter dominum nostrum et nos nos et ipsum regem concordie unione[nn] statuerint vel decreverint,[nn] bona fide servabimus inconcussum. Pronunciacione[oo] vero ab ipsis principibus inter dominum nostrum et nos nos et dictum regem Boemie[b] facta, dictorum Olomucensis episcopi et purchravii auctoritas et iurisdicio exspirabunt. Quod autem hec omnia et singula suprascripta dominus noster et nos nos et ipse rex Boemie[b] debeamus inviolabiliter observare,

Olomucensis episcopus, Zmylo et magister Vlricus predicti pro nobis ex mandato nostro, purchravius vero

purchravius mandato nostro pro nobis, Olomucensis episcopus[y] vero, Zmilo et magister Vlricus predicti

super hoc plenum habens[pp] mandatum in animam domini nostri regis

ipsius regis Boemie[b]

fide data sollempniter promiserunt. In quorum testimonium et perpetuam firmitatem presenti scripto sigilla nostra antiqua, cum nova nondum fabricari fecerimus, apponenda duximus, protestantes, quod ex aliis titulis in eisdem sigillis contentis preter titulos regni Boemie et marchionatus Moravie nichil iuris possumus nobis aut intendimus vendicare.

sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum Wienne pridie nonas maii, indictione V[a qq] anno Domini M°CCLXX°[rr] septimo.

septimo, regni vero nostri anno quarto.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in scidula membranacea laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

836. [a] ‚Boẽm' *A.* — [b] ‚Boẽm' *B.* — [c] ‚Olmucensem' *B.* — [d] ‚Zmilonem' *B.* — [e] ‚Vetov' *A*, ‚Vetouiensem'; *post vocem* ‚et' *sequitur in B.* — [f] ‚Nv̊renberch' *B.* — [g] ‚aliquid' *B.* — [h] ‚quibuscunque' *B.* — [i] ‚Bo̊hem' *B.* — [k] ‚actenus' *B.* — [l] ‚fuẽrt' *A.* ‚fů̊nt' *B.* — [m] ‚Boẽm' *A.* ‚Bo̊hem' *B.* — [n] ‚Morauie' *B.* — [o] ‚Mo̊r' *A.* — [p] ‚Leupoldi' *B.* — [q] ‚Nicolspurch' *B.* — [r] ‚Frn̊' *A*, ‚F.' *B.* — [s] ‚Liehtenstain' *B.* — [t] ‚Chrumenaw' *B.* — [u] ‚Mærtniz' *B.* — [v] ‚Dürrenholz' *B.* — [w] ‚Heînrico' *B.* — [x] ‚Chunringen' *B.* — [y] *Deest B.* — [z] ‚iidem' *B.* — [aa] ‚Durinholz' *B.* — [bb] *Punctum geminatum sequitur in B.* — [cc] ‚Olmucensis' *B.* — [dd-dd] ‚alios nostros' *B.* — [ee] ‚Olmucensi' *B.* — [ff-ff] ‚iure suo' *B.* — [gg] ‚paciantur' *B.* — [hh] ‚Erbipolensis' *B.* — [ii] ‚Rehni' *B.* — [kk] ‚lantgravius' *B.* — [ll] ‚Hassie' *B.* — [mm-mm] ‚firmius solidanda' *B.* — [nn-nn] ‚statuerint vel decreverint unione' *B.* — [oo] ‚Pronunciacioni' *B.* — [pp] ‚habentes' *B.* — [qq] ‚V' *B.* — [rr] ‚M° CC° LXX° ' *B.*

[1]) *Chartae saepissime editae, registratae necnon tractatae sunt; itaque omnes auctoritates competentes hoc loco indicare praetermisimus.* — [2]) *Rudolphus.* — [3]) *Brunonem.* — [4]) *Maii 9.* — [5]) *Venceslaum (vide num. 822 n. g et 10).* — [6]) *Gutae (vide num. 822 n. f et 9).* — [7]) *A. 1230 defuncti.* — [8]) *A. 1246 defuncti.* — [9]) *Fortasse Zavišio de Falkenštejn.* — [10]) *Nomen ignoramus.* — [11]) *Ladislaus.* — [12]) *Andreas.* — [13]) *Bertholdus.* — [14]) *Ludovicus.* — [15]) *Otto.* — [16]) *Henricus.* — [17]) *Vide num. 822.* — [18]) *Sept. 29.*

837.

Bruno, episcopus Olomucensis, Smilo [de Bílkov], burggravius Betoviensis, et magister Ulricus notarius, procuratores et nuntii speciales Přemysli Otakari II., regis Bohemiae, secundam formam pacis inter ipsum et Rudolphum, Romanorum regem, confectam approbant, tenorem eiusdem formae ex parte Rudolphi, Romanorum regis, editae inseri facientes.

Viennae 1277 maii 6.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Viennae (sign. Allg. Urkundenreihe, sub dato suo) asservatur (A).

Ed: Gerbert, Codex epistolaris, pag. 202 num. 4 (ex A). — MGH, LL 2, pag. 413 sine num. (ex A). — Monumenta Zollerana I, pag. 129 num. 92 (ex A). — CDM IV, pag. 189 num. 139 (ex MGH, LL). — MGH, CC III, pag. 128 num. 132 (ex A). — Diplomatarium principum de Liechtenstein, sine pag. (ex quodam apographo).
Reg: Lichnowski, Geschichte I, pag. 53 num. 417 (sigillorum descriptio). — Monumenta Zollerana II, pag. 93 num. 170. — Reg II, pag. 452 num. 1076 (charta inserta erronee Přemyslo Otakaro II. adiudicatur). — Fejér, CDH VII. 2, pag. 59 num. 342.[1]
Lit: Palacký I. 2, pag. 137 (rei deliberatio). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 270, 273, 307, 358.

Scriba: O 72 = quondam cancellariae regiae (partis Austriacae) proprius.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba.
Charta vicissim a Friderico, burggravio de Norimberga, edita cum charta Přemysli Otakari II. inserta (vide num. 836 I) in libris formarum tantum (vide MGH, CC III, pag. 127 num. 131) asservatur; quam etiam suo loco vide.
Vide: II. 1 a, magister Ulricus protonotarius (U), 2 b, Bruno episcopus (QQQQQ), 4, De chartae apud nobiles usu (LLLLL).
Autographi rationem habere non potuimus, imagine phototypica tantum nobis a procuratoribus archivi publici Viennensis benigne missa usi sumus.

Nos Bruno, dei gracia Olmucensis episcopus, Zmilo, purchravius Vetouiensis, magister Vlricus notarius, procuratores et nuncii speciales domini O.,[2] Boemie[a] regis illustris, ‖ significamus tenore presencium universis, quod nos cum viro nobili domino Friderico, purchravio de Nv̂renberch, plenum mandatum habente, post multos tractatus hinc ‖ inde super pace reformanda habitos pari voto et consensu unanimi, sicut placuit pacis auctori, pacem, amiciciam et unionem indissolubilem et perpetuo du‖raturam ordinavimus, statuimus, approbavimus et firmavimus inter dominos nostros Romanorum[3] et Boemie[a] reges illustres sub modis, paccionibus seu condicionibus in iam dicti domini Romanorum regis patentibus et autenticis litteris conprehensis, quarum tenor talis est: Nos R., dei gracia Romanorum rex semper augustus, *etc.*[4] Ut igitur premissa universa et singula per nos et predictum purchravium promissa necnon provide et sine capcione qualibet salubriter ordinata, statuta, approbata et firmata ampliori robore solidentur, presentes litteras in testimonium eorundem appensione sigillorum nostrorum fecimus et placuit communiri. Datum Wienne anno et die pretactis.[4]

Sigilla: tria in scidulis membranaceis appendent; 1) Brunonis, episcopi Olomucensis, laesum. Cf. Sigilla in CDB IV. 2 num. 12; 2) Smilonis [de Bílkov] paulum laesum. Cf. Sigilla num. 4, 2/ III; 3) Ulrici notarii fere illaesum. Vide Sigilla num. 1 c, 1.

---

837. [a]) ‚Boēm' *A.*

[1]) *Charta saepissime edita, registrata necnon tractata est; itaque omnes auctoritates competentes hoc loco indicare praetermisimus.* — [2]) *Přemysli Otakari II.* — [3]) *Rudolphum.* — [4]) *Vide num. 836.*

838.

Bruno, episcopus Olomucensis, omnibus, qui ad ecclesiam in Studenice conveniant, indulgentias concedit.

Viennae 1277 maii 10.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico in Graz (sign. num. 1083) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 452 num. 1077.

Scriba: B 35 = ignotus, per occasionem scribens. Exempla script. num. 2 b, 31.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (RRRRR).
Autographi rationem habere non potuimus, imagine xerotypica a procuratore archivi publici in Graz v. d. G. Pferschy nobis benignissime missa tantum usi sumus.

Nos Brvno, dei gracia Olumucensis[a] ecclesie episcopus, omnibus Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Pia mater || ecclesia de filiorum suorum, quos spiritualiter genuit, salute sollicita quibusdam illectivis muneribus devocionem fidelium in||citare consuevit ad debiti famulatus honorem deo et sacratis edibus inpendendum, ut, quanto frequencius ad eandem || confluit et concurrit populus christianus, tanto celerius delictorum suorum veniam et gaudia consequi mereantur eterna. Cupientes igitur, ut fideles dei ad ecclesiam in Studenitz, que de novo per dominum Dittricum, venerabilem Gvrcensem episcopum,[1] est fundata et per eundem in honore gloriosissime virginis Marie dedicata, devote conveniant ipsaque ecclesia congruis honoribus frequentetur, omnibus vere confessis et corde contritis, qui in festivitatibus eiusdem gloriose virginis Marie et in aniversario dedicacionis ipsius ecclesie ob devocionis meritum accesserint, quadraginta dies de iniuncta eis penitencia misericorditer in Domino relaxamus presentibus perpetuo duraturis. Datum Wienne anno Domini M°CC°LXXVII°, VI° idus maii.

Sigillum: in scidula membranacea appendebat; nunc avulsum et deperditum est.

---

838. [a]) ‚Olumcens' *A.*

[1]) *Obiit 1278 nov. 10.*

839.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, monasterio in Plasy villam Řeporyje restituit culpamque, in quam ratione occisionis duorum silvanorum regalium incurrit, ei remittit.
Pragae 1277 maii 30.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Plasy, sign. L IV ŘC Plasy num. 48) asservatur (A). — Apographum saec. XVI. praebet „Registrum adnotationum quorundam bonorum ad monasterium Plassense pertinentium" *chartaceum, a. 1535 compositum, quod in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. F 160) asservatur, fol. 117ᵛ (B). — Aliud apographum praebet F. B. Scheppl, Lapis sepulchralis fundatoris et benefactorum ... monasterii de Plassio (1744), cuius codex mnscrus chart. ibidem asservatur, pag. 199—200 (C).*

Ed: Hormayr, Taschenbuch 1840, pag. 502 num. 39 (fortasse ex A).
Reg: Hormayr, Archiv 1827, pag. 12. — Böhmer, Add. sec., pag. 455 num. 308. — Scheinpflug, Materialien zu einer Gesch. v. Plaß, pag. 186 num. 69. — Reg II, pag. 452 num. 1078.
Lit: Zatschek, Die älteste Erwähnung, pag. 50 (stilus chartae). — Fiala, Kancelář, pag. 177 (sigillum chartae). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 276, 332, 334, 339, 344, 383 n. 389 (Pl 2).

In tergo chartae registrator saec. XIII. scripsit: „Super Zreporei" *(A).*

Scriba: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (AA), 3 Plasy (H).

Nos Otakarus, dei gratia rex Boemie, notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, || quod nos volentes in nostris actibus illi conplacere, per quem reges regnant et principes principantur,[1] bona illa, || que dudum receperamus monasterio de Plass, videlicet villam, que Zrieporig dicitur, cum omnibus attinentiis eius || eidem monasterio restituenda duximus gratiose, volentes, ut deinceps abbas et conventus habeant, teneant et possideant dicta bona, sicut, antequam sibi[a] ea reciperemus, tenebant et possidebant. Remittimus etiam sibi,[a] abbati videlicet et conventui monasterii pretaxati, culpam illam, qua indignationem nostram incurrerant ex eo, quod per homines ipsorum abbatis et conventus duo de silvanis nostris fuerunt indebite interfecti, ratione cuius occisionis nos bonis de prefatis intromitti non inmerito feceramus. In cuius restitutionis bonorum et remissionis culpe testimonium et robur presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre fecimus communiri. Actum et datum Prage per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri et plebani in Gors, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, tercio kalendas iunii, quinte indictionis.

Sigillum: Otakari, regis Bohemorum, etc., ducis Austriae etc., usque ad titulum domini Portus Naonis, in scidula membranacea[2] valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 II, 2 IV.

---

839. [a]) *Ita A.*

[1]) *Cf. Proverb. 8, 15–16.* — [2]) *Sigilli in filis sericis appendendi causa primitus paulo superius in charta replicata duo foramina facta numquam in usum versa sunt.*

840.

Budiš abbas conventusque monasterii in [Klášterní] Hradisko et Lupinus abbas conventusque monasterii in Velehrad protestantur controversiam inter se ratione metarum et terminorum inter villas Bystrovany et Chválkovice agitatam per arbitros expresse nominatos sopitam esse.

— 1277 maii 31.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. M I a 3) asservatur (A). — Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 57 num. 72 (B). — Aliud apographum saec. XVII. servavit M. Siebenaicher* „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis", *cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, fol. 109–109' (C).*

Ed: CDM IV, pag. 196 num. 141 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 453 num. 1079.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 157 ad num. 75 (chartae descriptio). — Snopek, K opravám dipl. moravského, pag. 762 num. 70 (corr. lect. Ant. Boček). — KK, pag. 316. — Šebánek, Česká listina 1, pag. 160.

Scriba: monasterii Gradicensis proprius, cuius (seu simillima) manu charta Sigefridi, civis Olomucensis, in Kl. Hradisko 1279 iul. 1 monasterio Gradicensi data (Reg II, pag. 506 num. 1179) scripta est.
Dictator: monasterii Gradicensis proprius; stili proprietates congruentes in charta abbatis Roberti a. 1263 iun. 23 data (num. 384) et in charta Budiši in Olomouc 1275 nov. 30 (num. 797) data inveniri possunt.
Quomodo charta in archivum archiepiscopale in Kroměříž pervenerit, incertum est.
Vide: II. 3, Velehrad (M), Kl. Hradisko (Z).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

Nos Budis, miseracione divina abbas, et totus conventus ecclesie Gradicensis, ordinis Premonstratensis,[a] Olomucensis dyocesis, et Hlupinus,[b] eadem miseratione || abbas, totusque conventus ecclesie Velehradensis, ordinis Cystersiensis, tenore presencium universis protestamur, quod controversiam et litem, que magis inimi||ciarum multiplices insidias efficit quam amorem, inter villas Bistrouuan,[c] videlicet ecclesie Gradicensis, ex una parte et Hwalcouici, ecclesie Welehradensis, ex altera pro agris || et virgultis eisdem villis adiacentibus ad quantitatem quatuor laneorum estimatis et mensis, committentes ex utraque parte in arbitrium viris honorabilibus et discretis, domino Budizlao, decano Olomucensis ecclesie, domino Alexio, preposito eiusdem ecclesie, Pardo de Horca, Hermanno de Moiethin,[d] Chasta de Chrelov, Budizlao de Wezieli et aliis quampluribus fide dignis, sopivimus Domino concedente, qui viso iure utriusque partis et causam dictam et omnes circumstancias diligencius examinantes, secundum deum et iusticiam arbitrati, communem

utilitatem utriusque ecclesie perpendendo, dictos laneos per medium partientes, duos in Bistrowan et duos in Hwalcouic assignarunt, ponentes metas et terminos inter villas prenotatas, qui copci vulgariter nuncupantur, addentes penam XX marcarum argenti super eum, qui eorum arbitrium racionabile in posterum voluerit violare, temerarie litem extinctam suscitando; ita scilicet, quod idem deponitis[b] primum XX marcis argenti, X ecclesie, contra quam litem suscitaverit, et X dictis arbitris causam suam prosequatur. Ut autem hec nostra composicio per supradictos honorabiles viros facta inconvulsa permaneat et stabilis perseveret, presentem paginam ex utraque parte conscribi fecimus et Olomucensis capituli sigillo et nostrorum specialium munimine sigillorum decrevimus communiri. Actum anno dominice incarnacionis M°CC°LXXVII, pridie kalendas iunii.

Sigilla: in scidulis membranaceis tria appendent seu appendebant; 1) avulsum et deperditum est; 2) Budiši, abbatis Gradicensis, valde laesum. Vide Sigilla num. 3, 20; 3) Lupini, abbatis Velehradensis, valde laesum. Cf. Sigilla num. 3, 13.

---

840. [a]) ‚p͡mo͡cc͡ten͡' *A.* — [b]) *Ita A.* — [c]) *Potius* ‚Bistrounan' *legi potest in A.* — [d]) *Etiam* ‚Moiechin' *legi potest in A.*

841.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, monasterio in Ostrov in recompensationem bonorum expresse nominatorum, quae curiae regali in Zbraslav in usum traxit, universum districtum in Jemníky, qui fuit Hogeri de Friedeburg, confert.

Pragae 1277 iun. 1.

Apographum insertum est confirmationi Johannis, regis Bohemiae, Pragae 1313 aug. 7 datae (Reg III, pag. 62 num. 150), cuius confirmationis autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Ostrov, sign. L IV ŘB Sv. Jan pod Skalou num. 2) asservatur (B). — Eidem confirmationi inserta copiata est haec charta in mnscro chart. saec. XVII. „Consignatio possessionum monasterialium authoritate Neo-Urbensis senatus firmatus *(sic!)* anno 1390" *intitulato et a. 1626 confecto, in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. F) asservato, pag. 10—11 num. 41 (C), et in mnscro chart. saec. XVII.—XVIII.* „Liber copiatorum instrumentorum ... monasterii antiquissimi s. Joannis in Insula" *intitulato, in UK Pragae (sign. XI B 9) asservato, fol. 6—6ᵛ (D). — Versionem Bohemicam e confirmatione superius citata praebet codex mnscrus saec. XVI. chart.* „Urbarium antiquissimum de anno Domini 1388 A (num. XXI)", *qui itidem in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. F) asservatur, pag. 72—73; quam inferius sub * praebemus (T).*

Reg: Reg II, pag. 1183 num. 2706.
Lit: Dušková, Notář Jindřich, pag. 60. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 332, 339, 383 n. 389 (Is 2).

Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1, P. O. II., magister Henricus protonotarius (BB), 3, Ostrov (C).

Nos Ottakarus,[a] dei gracia[b] rex Boemie,[c] tenore presentis privilegii notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, quod volentes taliter disponere actus nostros et sic vivere ac[d] regnare, ut, si aliquod monasterium per abstraccionem bonorum gravavimus, vel equivalencia bona sibi[e] vel maiora[f] rependamus: Quare propter[g] villam Lypan[h] aliasque villas, scilicet Cyrnesici ac partem[i] Lahouici[k] cum agris ad ipsas spectantibus, ortos quoque vinorum, humulorum, olerum, prata optima cum aliis omnibus libertatibus fluminum, silvarum, pascuorum cum aliis attinenciis universis, que abstrahentes a monasterio Ostrouiensi,[l] curie nostre in[m] Brezlaw[n] in usum traximus, eidem monasterio bona nostra in Gemnik cum omnibus respectibus, videlicet universum districtum, qui fuit domini Hogeri de Vridberch,[o] [1] hoc est Gemnik cum agris, pratis, molendinis, piscinis, aliis quoque libertatibus universis, in Peher partem ville, totam villam Owny, silvam quoque Owny appelatam, duas villas, quarum quelibet Lvbesin[p] dicitur, cum universis libertatibus molendinorum, pratorum, silvarum, Wynarech[q] et cuncta, que ad ipsam pertinent, Sehrowych[r] totam cum attinenciis ipsius in cambium sincere conferimus et donamus ex certa nostre consciencia maiestatis; in quo nostra bona ultra bona prefati monasterii se extendunt, sincero animo et intencione bona pro nostra salute et prosperitate nostri quoque karissimi[s] filii Wencezlai,[t] [2] antecessorum eciam nostrorum eterna quiete animarum iamdicto monasterio damus puro ex affectu nullo nostro sequace[u] filio tam sanctam nostram donacionem sobria cum deliberacione celebratam et factam in preiudicium sue anime infringere seu violare quovis modo attemptante. In cuius rei testimonium et robur presentes fieri et sigillis maiestatis nostre fecimus communiri. Actum et datum Prage per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri et plebani in Gors, anno Domini millesimo ducentesimo[v] septuagesimo VII°, [w] kalendis iunii, quinte indiccionis.

---

841. [a]) ‚Otakarus' *C*, ‚Ottocarus' *D.* — [b]) *Hic et inferius saepius* ‚t' *pro* ‚c' *ponitur in C, D.* — [c]) *Hic et inferius* ‚ae' *ponitur pro* ‚e' *in C, D.* — [d]) ‚et' *C, D.* — [e]) *Ita B — D.* — [f]) *Hic et inferius* ‚j' *ponitur pro* ‚i' *in D.* — [g]) ‚propterea' *C, D.* — [h]) ‚Lypani' *D.* — [i]) ‚parte' *B; posteriore manu* ‚m' *additum est in C.* — [k]) ‚Lahowicz' *C*, ‚Lahowitz' *D.* — [l]) ‚Ostroviensi' *D.* — [m]) *In membranae ruga fere evanuit in B, deest in C, D.* — [n]) ‚Brzezlaw' *C, D.* — [o]) ‚Vndperch' *C, D.* — [p]) ‚Lubessin' *C, D.* — [q]) ‚Vinaržech' *C, D.* — [r]) ‚Zehrowych' *C*, ‚Sehrowich' *D.* — [s]) ‚charissimi' *C, D.* — [t]) ‚Venceslai' *C*, ‚Wenceslai' *D.* — [u]) ‚sequente' *C, D.* — [v]) ‚ducento' *C, D.* — [w]) ‚VII' *C, D.*

[1]) *Obiit a. 1253.* — [2]) *A. 1274 natus est.*

841.*

My Ottagar, z buoží milosti král český, držením tohoto privilegium známo býti chceme všem tak nynějším jako budúcím. že chtíce tak zřediti skutky naše a tak živi býti a kralovati, aby, jestli bychom který klášter skrze odcizenie statku obtížili, neb tak otměnénie statek jemu nebo větší nahradili: Pro kterúžto věc ves Lippany a jiné vsi, totiž Černešice a díl Lahovic s dědinami k nim příslušejícími, zahrady také vinnic, chmelnic,

zelí, lúky najlepší s jinými všemi svobodami, řekami, lesy, pastvami s jinými příslušnostmi[a] všemi, kteréžto odtrhše od kláštera ostrovského, dvoru našemu Zbraslavi,[b] statek náš v Jemnikách se všemi příslušenstvími, totiž vším krajem, kterýž byl jest pana Hogera z Wyndbergku, to jest Jemniky s dědinami, lukami, mlýny, rybníky i také jinými svobodami všemi, v Wepcheřích díl vsi, celú ves Owny, také les Owny jmenované, dvě vsi, z nichžto každá Libošín jmenuje se, se všemi svobodami mlýnuov, luk, lesuov, Vinaře a všecko, což k nim příslušejí,[c] celú s příslušenstvím jejím v frajmark právě vydali sme a dáváme z jistého povolenie naší velebnosti; v němžto náš statek mimo statek předřečeného kláštera se vztahují, čistú vólí a úmyslem dobrým pro naše spasení a štěstí, také našeho najmilejšího syna Václava, předkuov také našich věčného odpočinutí duší již řečenému klášteru dáváme z čisté žádosti, nižádného našeho potomního syna tak svaté naše nadánie s střízlivým rozmyslem oslavené a učiněné v přísnost ani příkrost své duše rušiti nebo porušovati nižádným obyčejem nesmějícím. Kteréžto věci na svědecství a pevnost tento list býti a pečetí velebnosti naší kázali sme potvrditi. Stalo se a dálo se v Praze skrze ruce mistra Jindřicha, najvyššího písaře království našeho a faráře v Goš, léta buožího M° CC° LXX° VII°, kalendy června, quinte indicionis.

841.* *[a] ‚příslušnostmi' T. — [b] Pars textus Latini omissa est in T. — [c] Locus vacuus sequitur pro villae nomine, quod chartae interpres perlegere non potuit, in T.*

842.

Leo, episcopus Ratisbonensis, fratres et sorores hospitalis sancti Spiritus in Cheb [Crucigerorum Stellatorum] tutelae dignitariorum ecclesiasticorum per Ratisbonensem civitatem et dioecesim constitutorum recommendat.

Ratisbonae [1262—1277][1] iun. 20.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 187 (10/2/5)) asservatur (A).

Scriba: ignotus.
Dictator: ignotus.
Vide: II. 3, Crucigeri cum stella rubea (Y).

L.,[2] miseracione divina Ratisponensis episcopus, universis abbatibus, prepositis, decanis, plebanis et provisoribus ecclesiarum || per Ratisponensem civitatem et dyocesim constitutis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam.|| Cum fratres hospitalis[a] sancti Spiritus in Egra et sorores eiusdem cenobii quandoque, sicut audivimus, a malefacto||ribus molestentur indebite et graventur, vobis mandamus districtius,[b] ut malefactores huiusmodi, si quos vobis nominaverint, ab inquietacione ipsorum per censuram ecclesiasticam desistere compellatis,[c] ipsos etiam fratres in omnibus suis negociis, quibuscumque vos requisierint, habeatis diligencius commendatos.[d] Datum Ratispone[e] XII kalendas iulii.

Sigillum: Leonis, episcopi Ratisbonensis, scidula membranacea ex autographo ipso scissa paulum laesum dependet. Cf. num. 683 (sine sigillo secreto).

842. [a] *Altera littera ‚i' ex ‚e' correcta est in A.* — [b] *Tertia littera ‚i' ex ‚e' corr. est in A.* — [c] ‚pellatis' *A.* — [d] ‚mendatos' *A.* — [e] ‚Rat͡' *A.*

[1]) *Charta notatione anni caret, eam inter annos, quando episcopus Ratisbonensis munere suo fungebatur, posuimus.* — [2]) *Leo.*

843.

Martinus abbas totusque conventus monasterii in Třebíč Hermanno, civi Trebecensi, domum ipsius ibidem sitam ab omnibus exactionibus eximunt.

In Třebíč 1277 aug. 31.

Autographum in membrana scriptum in OA Třebíč (archivum civitatis, sign. num. A — I) asservatur (A). — Apographum exstat in vidimatione Sigismundi, Romanorum imperatoris, Brunae 1435 iul. 25 data (Chlumecký, Die Regesten, pag. 104 num. 13), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. num. A IX) asservatur (B). — Versio Bohemica eiusdem vidimationis exstat in convoluto chart. saec. XVI. in SAR Brunae (sign. Collect. nova, num. 571/2) asservato, fol. 4ᵛ—5, sub inscriptione „Císaře Zikmunda majestát na dům obecný rathaus — list šestý"; *quam inferius sub * praebemus (T).*[1]

Ed: CDM IV, pag. 197 num. 142 (ex B).
Reg: Chlumecký, Die Regesten, pag. 103 num. 1. — Reg II, pag. 455 num. 1085.
Lit: Kubeš, Dějepis Třebíče, pag. 51 (translatio in linguam Bohemicam). — Chaloupka, K počátkům města Třebíče, pag. 159 (rei deliberatio).

Scriba: ignotus, fortasse monasterii Trebecensis proprius, in cuius scriptura ductus recentiores (saec. XIV. in.) apparent.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Třebíč (C), 5, De chartae apud civitates usu (UUU).

In nomine Domini amen. Nos frater Martinus, abbas divina miseracione Trebecensis, frater Vnca prepositus, frater Borscho || prior, frater Sdizlaus, prepositus in Luha, frater Fabianus, frater Petrus, Puczko totusque conventus loci predicti || Trebecensis significamus universis presentes litteras inspecturis, quod consideratis meritoriis serviciis ac obsequiosis meritis civis [nostri][a] || Hermanni in Trebecz, attendentes etiam, quia ipsum de terra aliena revocavimus, ad quam se transtulerat, et secum agere promisimus graciose, eidem Hermanno suisque heredibus heredumque successoribus de gracia in perpetuum consessimus speciali, quod de domo sua, quam in civitate nostra tenet et possidet Trebecensi, mediam tantummodo marcam nobis et exaccionem regalem, quando generaliter in terra exigitur, solvere debeat; Hermannum predictum ab omnibus exaccionibus, ab steuris et contribucionibus aliis, que frequenter pro diversis necessitatibus civitati inponuntur, et suos heredes heredumque successores penitus [et] per omnia auctoritate presencium eximentes. Si vero processu temporis dictum Hermannum vel heredes suos quacumque de causa vendere contingeret, tunc emptorem dicte domui succedentem quemlibet predicta gracia gaudere perhenniter volumus et huiusmodi privilegio libertatis.

In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes nostras emanari fecimus litteras nostris siggillis[b] consign[a]tas et perpetuo valituras. Testes vero, qui predictis interfuerunt, sunt: Boliborius procurator, Budizlaus de Witschap, Budischius civis, Branizlaus civis, Cuno[c] civis et alii plurimi fidedigni. Datum in Trebecz pridie kalendas septembris, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

Sigilla: duo in scidulis membranaceis appendent; 1) Martini, abbatis Trebecensis, paulum laesum. Vide Sigilla num. 3, 5; 2) conventus monasterii Trebecensis paulum laesum. Vide Sigilla num. 3, 6.

---

843. [a]) *Quae hic et inferius uncis clauduntur, evanuerunt in A.* — [b]) *Ita A.* — [c]) *Littera ‚C' ex ‚t' corr. est in A.*

[1]) *Ibidem charta erronee ad 1277 sept. 10 ponitur (vide inferius).*

843.*

Ve jméno boží amen. My bratr Martin, z božího smilování opat třebický, bratr Unka probošt, bratr Beršo převor, bratr Zdislav, probošt v Luhu, bratr Fabian, bratr Petr, Puczko i vešken konvent místa napřed pověděného třebického oznamujeme všem vůbec, kdož by tento list čtli, že popatřivše na dávno zasloužené služby a hodné Heřmana, měštěnína třebického, a prohlídajíce k tomu také, že jsme jeho z cizí země vyvedli, do kteréhožto[a] jsem[a] se jest přibral, a slíbili sme milostivě jmíti, jemu Heřmanovi i dědicóm jeho i dědicúv jeho potomkóm zvláštní milostí na věčnost dali sme, že z domu svého, kterýž v městě naším Třebíči drží a má, půl hřivny toliko berně královské, kteráž by obecně v zemi se vybírala, platiti by měl; také Heřmana napřed psaného ode všech berní, daní a všelijakých poplatkův, kteříž častokráte pro rozličné potřeby města vzkládají se, i jeho dědice i dědicův jeho potomky mocí listem[a] tímto[a] vynímáme. A jestli že by pak dlouhostí času napřed psanému Heřmanovi neb dědicům z jakéžkoli příčiny dům ten prodati událo se, tehdy kupitele prveřečeného domu naměstkna každého svrchu pověděné[a] milosti[a] aby se radoval, chceme i z týchž svobod majestátu[a] obdarování.[a] Na svědectví té věci a na věčnú pevnost list náš vydati sme rozkázali pečetí[a] naší[a] utvrzený na věčnú památku. Svědkové pak, kteříž sou přítomni toho byli: Boliboř prokurátor, Budislav z Výčap, Budislav měštěnín, Vratislav[a] měštěnín, Timoteus[a] měštěnín a jiných mnoho hodnověrných. Dán v Třebíči dne desátého[a] měsíce září léta Páně 1277.

843.* [a]) *Ita T.*

844.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, ad capellam beati Johannis Baptistae Brunae curiam Řečkovice et villam Jundrov (?) cum attinentiis confert et statuit, ut eandem capellam Henricus, praepositus in Doubravník, et eius successores possideant.

Pragae 1277 sept. 4.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. Aulae Regiae in Antiqua Bruna, sign. Staré Brno cist. S 1) asservatur (A).[1]

Ed: CDM IV, pag. 199 num. 144 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 455 num. 309. — Reg II, pag. 456 num. 1087. — Šebánek, Archivy, pag. 47 num. 264 (ex A).
Lit: Zatschek, Die älteste Erwähnung, pag. 50 (stilus chartae). — Fiala, Kancelář, pag. 201 (idem). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 276, 332, 333, 336, 343 n. 244, 394.

Scriba: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (CC), 3, Doubravník (A).

Otakarus, dei gratia rex Boemie, omnibus in perpetuum. Orationis domos templaque laudum ad divini cultum nominis ‖ atque ad honorem et gloriam regis regum, a quo processit posse potentum, in diversis terrarum nostrarum partibus construimus reverenter, quatenus ‖ sue pietatis nos dulcedine foveat, dum devotis admixta precibus suarum laudum preconia celebrantur in ipsis; et ut eius cultui fer‖ventius et frequentius intendatur, easdem ecclesias possessionum iuriumque dotibus dotamus liberaliter et ditamus, quod sacris deputati misteriis, quibus ipsas conferendas duxerimus, vite necessaria decenter ex ipsis possint percipere et divinis officiis libentius et honestius insudare. Per presens igitur privilegium noscat tam presens etas quam successura posteritas futurorum, quod ad hoc, ut capella nostra Brunnensis, quam in honore beati Iohannis Baptiste construi fecimus et procuravimus consecrari, condecentis dotis nixa presidiis vite necessaria ministrare valeat sacerdoti suo, qui ministraverit in eadem, ipsam capellam munificentia dotavimus liberali, conferentes eidem dotis nomine in Rechcowitz curiam nostram cum quinque laneis ibidem et quibuslibet appenditiis suis, videlicet silvis, pratis, pascuis nos contingentibus ratione curie antedicte nec non et villam in Sulostowitz cum suis attinentiis omnibus, vineis, pratis, piscationibus et ceteris rebus aliis pertinentibus iure attinentie[a] vel appendicii ad eamdem; volentes, ut eadem bona ad dictam capellam nostram pertineant et pertinere deinceps debeant, contradictione qualibet in posterum quiescente, et quod dilectus capellanus noster Henricus, venerabilis prepositus de Dobrawnik, cui dictam capellam contulimus, ac successores ipsius, quibus nos vel heredes nostros capellam predictam conferre contigerit, dicta bona possideant ipsius capelle nomine pacifice et quiete. In cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre fecimus communiri. Datum Prage per manus magistri Henrici, prothonotarii regni nostri et plebani in Gors, anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, pridie nonas septembris, sexte[2] indictionis.

Sigillum: Otakari, quinti regis Boemorum et Moraviae marchionis, in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 III, 2 V.

---

844. [a]) *Littera ‚a' in loco raso scripta est A.*

[1]) *Chartam primum in archivo monasterii in Doubravník asservatam fuisse pro certo haberi potest. Cum Venceslaus II., rex Bohemiae, a. 1300 mart. 23 ius patronatus eiusdem capellae hospitali s. Mariae Theutonicorum in Chelm dedisset (cf. Reg IV, pag. 754 num. 1916), fieri potuit chartam in archivum eiusdem hospitalis*

traditam esse. Demum a. 1331 nov. 30 Johannes, rex Bohemiae, capellam monasterio Aulae Regiae Brunae contulit (cf. Reg III, pag. 723 num. 1859), quo tempore charta in archivum eiusdem monasterii devenit. — [2]) Indictionis numerus rectus est, nam Henricus notarius, qui chartam dictavit, indictione Graeca uti solebat.

845.

Bruno, episcopus Olomucensis, Theoderico Stangoni, marscalco suo, possessiones expresse nominatas cum consensu capituli sui iure feudali confert.

In Svitavy 1277 sept. 4.

Autographum in membrana scriptum in SAR Kroměříž (archivum archiep., sign. Q II b 1) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. praebet Liber privilegiorum ecclesiae Olomucensis membr. in SAR Olomouc (archivum cap., sign. E I asservatus, fol. 75^{v} num. 2 (B). — Aliud apographum saec. XV. exstat in Libro privilegiorum ecclesiae Olomucensis chart. ibidem (sign. E I 28) asservato, fol. 107^{v} num. 196 (C).

Imago phototypica: Pilnáček, Paměti Blanska, pag. 9. — Hosák, Dějiny Boskovska, apud pag. 48.
Ed: CDM IV, pag. 198 num. 143 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 455 num. 1086.
Lit: Lechner, Beiträge zur Frage der Verlässlichkeit des CDM, pag. 157 ad num. 75 (descriptio chartae). — Snopek, K opravám dipl. mor., pag. 762 num. 71. — Šebánek, Tři kapitoly, pag. 55 (formularius chartae). — idem, Česká listina 1, pag. 162 n. 74.

Scriba: B 34 = cancellariae Brunonis episcopi proprius. Cf. Exempla script. num. 2 b, 30.
Dictator: formulario I. chartarum iura feudalia tangentium a Conrado notario confecto usus est (vide ex. gr. num. 556, 608, 609, 610, 726, 733, 734 etc.).
Vide: 2 b, Bruno episcopus (SSSSS), Conradus notarius (QQQ), 4 a, De chartae apud milites usu (CC).

Bruno, dei gracia Olomucensis episcopus, dilecto sibi Theoderico Staghoni, marscalco suo, ac heredibus suis || in perpetuum. Digne agimus et racione movemur, dum eorum, qui se nobis et ecclesie nostre serviles exhi||bent et fideles, recompensamus servicia favore ac gracia speciali, ut fervencius nostris insistant obsequiis, || dum favorem nostrum sibi senserint affuisse. Hinc est, quod inspectis sinceritatis tue serviciis, que nobis in[a] ecclesie nostre negociis et utilitatibus non parcendo rebus et persona promptitudine grata iam diucius inpendisti et intendas[b] in huiusmodi serviciis persistere incessanter, cumque benefecisse bonis et fidelibus sit omni parte lucrosum, nos tibi, qui te tam fidei puritate quam serviciorum exigencia[c] retributionis premio dignum reddis, damus et conferimus liberaliter et libenter in feodum capituli nostri accedente consensu in districtu opidi nostri Plancek duas villas, videlicet Branekesdorp et Birchow, et in eodem districtu pascua in Wirclowiz; item in Swencer vigini[b] laneos et integram villam Brunnaz exceptis quinque laneis, molendino et piscina cum utilitate, omni videlicet censu, iudicio, sturis omnibusque proventibus, qui supradictis ad presens insunt vel inesse poterunt in futuro, nullo diminuto vel excepto per te ac heredes tuos, filios dumtaxat et non filias, titulo feodi teneas et possideas ac racione ipsius feodi ius wassallorum Magdeburgensis ecclesie habeas in omnibus indistinctum, quod et aliis concessimus infeodatis a nobis, quodque

heredes tui, filii tantum, sicut premissum est, gaudeant ipso iure. Dabis eciam annis singulis in recognitionem bonorum ipsorum canonicis nostris Olomucensibus[d] de quolibet laneo mensuram tritici, quemadmodum ceteri infeodati a nobis dare tenentur. Sciendum eciam, quod villam Brunnaz tibi ac heredibus tuis ad tale ius contulimus, quod borglen vulgariter appellatur, de qua in castro nostro Puztimer facere debes residenciam personalem. Ut autem omnia premissa perpetuam obtineant firmitatem, nos ad rei memoriam sempiternam presentem paginam inde conscribi nostrique sigilli iussimus munimine roborari. Et nos Olomucense[d] capitulum, ego Budizlaus decanus, Allexius prepositus, Cyrus archidiaconus,[e] Iohannes de Homburgh scolasticus, Lampertus custos, Theodericus de Wlmensteyn, Bartholomeus, Theodericus de Yglauia, Vlricus, Petracus, Thomas, Hartmannus ceterique canonici subscribimus presensque scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum in Switauia anno Domini M°CC°LXX°V°II, sabbato proximo ante festum Nativitatis Domine nostre.

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, sinistrorsus e medio chartae replicatae in scidula membranacea valde laesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2 num. 12.[1]

---

845. [a]) *Vox ex ‚I' correcta est in A.* — [b]) *Ita A.* — [c]) *Scriba primum* ‚exhigencia' *scripsit, sed litteram, ‚h' erasit in A.* — [d]) ‚Olom̃' *A.* — [e]) *Altera littera ‚i' fere evanuit in A.*

[1]) *Sigillum capituli Olomucensis in corroborationis formula annuntiatum, quamquam chartis Brunonis episcopi, quae ad iura feudalia spectant, appendi solet, huic chartae numquam appensum est.*

846.

Forma pacis tertia.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, profitetur se formam pacis secundam cum Rudolpho, Romanorum rege, initam servare velle, novos articulos oboedientiae suae addit et pacis obsides ex utraque parte constitutos approbat.

Pragae 1277 sept. 12.

Autographum in membrana scriptum in archivo publico Viennae (sign. Allg. Urkundenreihe, sub dato suo) asservatur (A).

Ed: Gerbert, Codex epistolaris, pag. 209 num. 8 (ex quodam apographo). — MGH, LL 2, pag. 419 sine num. (ex A). — Fejér, CDH VII. 2, pag. 65 num. 344, VII. 5, pag. 431 num. 264. — CDM IV, pag. 200 num. 145 (ex MGH, LL). — CIB I, pag. 193 num. 68 (ex quodam apographo). — MGH, CC III, pag. 132 num. 139 (ex A). — Diplomatarium principum de Liechtenstein, sine pag. (ex MGH, LL).
Reg: Hormayr, Archiv 1828, pag. 456 s. num. — CD Brand. II. 1, pag. 133 num. 175. — Lichnowski, Geschichte I, pag. 57 num. 454. — Monumenta Zollerana II, pag. 100 num. 186. — Böhmer, Add. sec., pag. 455 num. 310. — Fürstenbergisches Urkundenbuch I, pag. 254 num. 518. — Reg II, pag. 457 num. 1089. — CDS VII. 2, pag. 232 num. 1543. — Gradl, Monumenta, pag. 116 num. 321. — Wendrinský, Nachträge, pag. 429 num. 498. — Koch-Wille, Regesten, pag. 58 num. 1008. — RI VI. 1, pag. 213 num. 860. — Weller,

Hohenlohisches Urkundenbuch, pag. 257 num. 379. — Grotefend, Regesten, pag. 77 num. 211. — Dobenekker, Regesta IV, pag. 206 num. 1441. — Nürnberger Urkundenbuch III, pag. 334 num. 552.
Lit: RI VI. 1, pag. 214 (opera antiquiora et opiniones, quae a viris doctis Germanicis arte critica tractatae sunt, adducuntur). — Šusta IV. 1, pag. 239 (idem, quod viros doctos Bohemicos adtinet, praebetur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 332, 340, 358.

Scriba: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: fortasse magister Henricus protonotarius, quamquam vestigia stili eius in charta rara sunt.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (DD).

Otakarus, dei gratia rex Boemie,[a] universis presentes litteras inspecturis noticiam subscriptorum. Tenore presentium recongnoscimus et publice profitemur, || quod nos iuxta preceptum dominicum diligentes pacem[1] et eius observantiam cum quibuslibet christiane religionis cultoribus et precipue cum serenissimo domino nostro, domino || Rudolfo, inclito Romanorum rege semper augusto, omni promptitudine spiritus affectantes, post pacem et concordiam inter ipsum dominum nostrum regem ex una et || nos ex parte altera[b] domino B.,[2] venerabili Olomucensi episcopo, Zmilone, purchravio de Wetow,[c] magistro Vlrico, prothonotario nostro, et nobile[d] viro domino Friderico, purchravio de Nuremberch, novissime ordinatam, conscriptam et etiam a prefato domino nostro rege atque a nobis approbatam,[3] pro solidiori[d] et puriori[d] ipsius pacis et concordie fundamento formam assumpsimus infrascriptam: In primis quidem promittimus, quod promissam pacis ordinacionem inter dictum dominum nostrum regem et nos per predictos Olomucensem episcopum, Zmilonem, magistrum Vl. et purchravium de Nuremberch initam seu statutam in singulis suis articulis servabimus illibatam, salvis tamen omnium terrarum nostrarum limitibus sive iuribus, ut easdem terras et homines earumdem sub eisdem omnino teneamus iuribus et condicionibus, sicut umquam nos vel progenitores nostri tenuerunt eosdem. Hoc idem prefatus dominus noster rex, quantum ad pacem pertinet, faciet vice versa. Insuper etiam ipse dominus noster rex nos contra quoslibet nobis molestiam inferentes seu irrogare volentes manutenebit ac etiam defensabit, et nos in sincere devotionis evidens argumentum contra quoslibet dicto domino nostro regi, prout de iure tenemur, cum nostro auxilio eguerit, sibi exhibebimus auxilium manuale. Preterea si pro imperii necessitate dictus dominus noster rex nostrum auxilium petiverit, illud sibi exhibebimus, prout nos decuerit. Si vero, ut cum ampliori milicie comitiva ipsi domino nostro regi pro imperii necessitate serviamus, nos interpellaverit dictus dominus noster rex, extunc nobis consideratis servicii nostri meritis, prout aliis principibus faciet, respondebit. Item si pro recipiendo imperialis fastigii dyademate dictus dominus noster, ut eum associemus, nos requisiverit, nos eum associabimus, prout ad hoc iuris debito obligamur. Set si causa rationabili seu legitima prepediti hoc facere nequiverimus, sibi pro nobis nostros, prout honorem nostrum decuerit, curabimus destinare. Ipse autem dominus noster rex nobis hanc gratiam faciet, quod nos infra terminum, quem predicti Olomucensis episcopus et F. purchravius fuerint moderati, invitos ad curiam suam indictam solenniter non compellet.[4] Preterea supradicte paci et concordie omnes terras nostras, adiutores, consanguineos, servitores, homines et amicos nostros et precipue dominum Al.,[5] inclitum lant-

gravium Thuringie, et dominum Th.,[6] inclitum marchionem de Landesperch, comites, barones, milites et ministeriales, nobiles et alios servitores et adiutores nostros includimus. Specialiter autem includimus dominum L.,[7] inclitum regem Vngarie, nostrum consanguineum et affinem, et dominum H.,[8] inclitum ducem Wratislauie, ac ceteros principes Polonie, qui nostri sunt consanguinei et amici. Circa restitucionem quoque gratie et iurium suorum omnia secundum tenorem priorum privilegiorum super concordia editorum adiutoribus et servitoribus ipsius domini nostri regis et nostris plene fient.[9] Preterea illos, qui de terris nostris domino nostro predicto durante presentis guerre tempore astiterunt et auxilium prebuerunt,[10] plene nostre restituimus gratie et favori et promittimus prestito iuramento, quod huiusmodi culpam, quam in nos commiserunt, nunquam ad animum revocabimus temporibus vite nostre nec eisdem aliquam violenciam contra iusticiam inferemus. Verum si in posterum excesserint, extunc contra ipsos non aliter quam contra alios regni nostri homines iure previo procedemus iuxta iura et consuetudinem regni nostri. Ut autem predicta omnia et singula et pax etiam inter dictum dominum nostrum regem et nos ordinata in singulis suis iuxta prefatum tenorem articulis inviolabiliter observentur, pro parte dicti domini nostri clarissimus dominus Albertus primogenitus eius pro ipso domino nostro rege nomine et mandato ipsius domini nostri regis et in animam eius iuravit et nos corporale prestitimus iuramentum. Preterea dictus dominus noster rex suas et nos nostras metas sic custodiemus et observabimus, quod hinc inde idem dominus noster rex et nos et terrarum nostrarum incole dispendiosis iniuriis non graventur. Et si per nostros homines, quos in metis habemus vel alibi, ipsi domino regi vel eius hominibus dampna aliqua inferentur, post monicionem ipsius domini nostri regis infra quindenam eos, qui dampna huiusmodi intulerint, ad satisfaciendum per coactionem suorum bonorum et iurium atque occupationem compellemus et de bonis ipsorum lesis integre dampna sua resarciemus et nichilominus ipsos temeratores et castra ipsorum obsidebimus. Et si necesse fuerit, nos mox proscriptionis et loci episcopus excommunicationis sententias infra sex septimanas a dampni dati tempore numerandas proferemus in eos nullatenus relaxandas, nisi prius lesis de dampnis satisfecerint et pro banno centum libras Pragenses camere nostre solverint. Hec eadem sepedictus dominus noster rex Romanorum, si per suos nos et nostri turbati fuerimus vel gravati, per omnia observabit. Quod si non fecerit, fideles eius comes de Hardegge,[11] Lutoldus, pincerna Austrie, Henricus et Albero de Chunringe fratres, H.,[11] senior de Witra, et H.,[11] marscalcus filius suus, Fridericus de Liechtensteyn, Messoruarius, Otto de Gůtrat, Vlricus de Capella, Werdarius et ..[12] Bŏbgartarius La intrabunt, ante satisfactionem plenariam abinde nullatenus recessuri. Verum si per nos steterit, quominus illlata per nos iniuria iuxta modum expressum superius retractetur, tunc fideles nostri Bauarus de Strachonitz, Harchelebus de Dubna, Smilo de Belchow, Albertus de Vren, Bsnato et Tazzo filius eius, Chirninus, Mucen, Gerhardus, Milota, Besegge et T.[13] filius Ruconis Znoymam pro nobis intrabunt, exinde ante satisfactionem plenariam nullatenus recessuri. Et de hiis fideliter observandis et etiam faciendis tam ipsius domini nostri regis quam nostri fideles predicti prestiterunt corporaliter iuramentum. Et hec ita procedent, si in communibus, ut in predis, spoliis parvis et aliis minutis,

et non in principalibus articulis pax a nostrum aliquo sive nostris fuerit violata. Si vero in maioribus, ut in occupacionibus municionum seu castrorum solennium et insignium et similium vel occisione persone solennis et gravis, per ipsum dominum nostrum regem Romanorum vel ipsius homines pacis ordinatio fuerit violata[e] nec idem dominus rex illata infra terminum expressum superius emendaverit vel retractaverit iuxta modum supra notatum, extunc venerabilis Patauiensis episcopus[14] et illustres principes dominus L.,[15] comes palatinus Reni, dux Bauarie, et dominus Al.,[16] dux Saxonie, ac alii duodecim, quos de ipsius domini nostri regis comitibus, nobilibus et ministerialibus dictus Olomucensis episcopus elegerit, postquam per nos moniti fuerint per litteras vel per nuncios nostros, Nuremberch intrabunt, abinde nullatenus recessuri, nisi prius per ipsum dominum regem plenaria satisfaccio impendatur. Et super eo predicti tres principes domini nostri regis se iam dacione fidei et litteris astrinxerunt, et ad hoc cum principes, qui pro parte nostra sunt nominati, iuraverint super casu consimili, se iuramenti vinculo corporaliter prestito obligabunt. De aliis etiam, duodecim videlicet adiungendis, a dicto domino nostro rege iam novem, scilicet F., purchravius de Nuremberch, marchio de Habperch,[11] E.[17] de Catzenellenbogen, H.[11] de Hunrstenberch,[f] ..[12] de Riengge, ..[18] de Hirsperch et H.[11] de Vriburg comites et nobiles Otto de Ohsenstayn et Gebhardus de Brunegge iuraverunt. Tres vero residui hoc idem iurabunt, postquam per dominum Olomucensem nostro nomine fuerint nominati. Si autem per nos et nostros in dictis gravibus et maioribus articulis pacis ordinacio fuerit violata, extunc predictus Olomucensis episcopus et illustres principes dominus Otto, marchio Brandenburgensis, et H.,[11] dux Wratislauie, et duodecim, quos predictus purchravius dicti domini nostri regis nomine de servitoribus nostris elegit, postquam per dictum dominum nostrum regem moniti fuerint, Egram infra quattuor septimanas intrabunt, abinde nullatenus ante satisfaccionem commissorum plenariam recessuri. De quibus iam iuraverunt octo, videlicet Bauarius, marschalcus regni nostri, Purchardus de Winterberch, Ierco de Waldenberch, Zmilo, purchravius de Wetow, Nezamil, purchravius Olomucensis, Bohuss, marscalcus Morauie, Chuno, camerarius Olomucensis, et Wilelmus. Quattuor vero residui, qui tunc non erant in nostra presencia constituti, videlicet Theodericus, purchravius in Ponte, Hinco de Liachenburch,[g] Chenco de Lipa et Ierozlaus de Steremberch similiter iuramentum prestabunt. Item nec dictus dominus rex nostros sine nostro beneplacito et consensu nec nos dicti domini regis servitores aut homines sine eius consensu fovebimus et recipiemus. Preterea si de dicto domino rege nobis talia referentur contraria vel sinistra, que merito animum nostrum moveant et ad credulitatem inducant, nos relatorem huiusmodi, et quid nobis retulerit, nunciabimus ipsi regi. Quod et ipse dominus noster rex nobis faciet vice versa. Preterea quicquid infra Epyphaniam Domini[19] Herbipolensis[20] et supradictus Olomucensis episcopi et illustres principes, dominus L., comes palatinus Reni, dux Bauarie, dominus Otto, marchio Brandenburgensis, predicti, H.,[11] lantgravius Hassie, et dictus F. de Nuremberch, vel si dicti principes aut eorum aliqui haberi non potuerint, quos ex illis vel aliis iidem Olomucensis et purchravius pro solidiori[d] et utiliori[d] amicicia et concordia firmiori[d] inter dictum dominum nostrum regem et nos invenerint, similiter dictus dominus noster rex et nos tenebimur inviolabili-

ter observare. In quorum omnium testimonium et robur presens scriptum fieri et sigillis nostris fecimus communiri. Datum Prage anno Domini millesimo CC° septuagesimo septimo, pridie idus septembris, sexte[21] indictionis.

Sigillum: Otakari, quinti regis Boemorum et Moraviae marchionis, quod in filis sericis flavi et rubri coloris appendebat, nunc avulsum est; duo fragmenta parva adversae partis sigilli (= 1 a, 1 III) tantum extra chartam asservantur.

---

846. [a] ‚Boẽm' *A.* — [b] *Praepositio* ‚a' *videtur deesse A.* — [c] *Prima littera* ‚W' *ex* ‚V' *videtur esse correcta A.* — [d] *Ita A.* — [e] *Vox in loco raso videtur esse scripta in A.* — [f] *Ita A pro* ‚Vurstenberg'. — [g] ‚Liechenburch' *etiam legi potest in A.*

[1] *Cf. Zach. 8, 19.* — [2] *Brunone.* — [3] *Vide num. 836 et 837.* — [4] *Spatium unius anni, quod in operibus historicis adducitur, e libro formarum tantum sumptum est (cf. MGH, CC III, pag. 135 num. 140) et fide dignum non est.* — [5] *Albertum.* — [6] *Theodericum.* — [7] *Ladislaum.* — [8] *Henricum Probum.* — [9] *Cf. n. 3 et num. 825, 826.* — [10] *Scilicet primo loco Vitigones.* — [11] *Henricus.* — [12] *Nomen ignoramus.* — [13] *Theodericus.* — [14] *Petrus.* — [15] *Ludovicus.* — [16] *Albertus.* — [17] *Eberhardus.* — [18] *Geberhardus.* — [19] *Jan. 6.* — [20] *Bertholdus.* — [21] *Indictionis numerus recte enumeratus est, nam Henricus notarius, qui chartam dictavit, indictione Graeca usus est.*

847.

Juta abbatissa et conventus monasterii in Oslavany protestantur, quomodo controversia inter se et Gerungum abbatem et monasterium in Melk super bonis in praedio Rohrendorf sitis ventilata decisa sit.

Viennae 1277 sept. 13.[1]

Autographum in membrana scriptum in archivo mon. Mellicensis (sign. Urkundensammlung, sub dato suo) asservatur (A).

Lit: Keiblinger, Geschichte, pag. 363 n. 1 (nota temporis chartae).

In tergo chartae manu saec. XVIII. scriptum legitur: „Herrschaft Rohrndorf".

Scriba: ignotus, verisimillime destinatarii proprius, fortasse Albertus „tunc notarius" *inter testes nominatus; certe non circuli diplomatici Oslavanensis membrum.*
Dictator: fortasse idem atque scriba.
De eadem controversia cf. chartam Griffonis, iudicis civitatis Krems, in Rohrendorf 1268 sept. 4 datam (adhuc typis ineditam, quam suo tempore in regestorum serie huius tomi vide).
Vide: II. 3, Oslavany (OO).
Autographum chartae inspicere non potuimus; imagine phototypica a procuratore archivi Mellicensis benignissime nobis missa tantum usi sumus.

Nos Ita, dei permissione abbatissa humilis, totusque conventus monasterii in Oszla in ‖ presencium serie protestamur, quod controversia dudum ventilata inter dominum Gerungum, ‖ abbatem venerabilem Medlicensem, et eius monasterium ex parte una et nos

nostrumque mona||sterium ex altera, scilicet super pomerio quodam et area adiacenti, sitis in ipsorum predio Radendorf,[2] sic per omnia est decisa, quod idem dominus Medlicensis una cum suo conventu VIII libras denariorum monete Wiennensis nobis nostroque monasterio daret, quod et persolvit in terminis subnotatis, scilicet in festo beati Martini[3] proxime venturo IIII^{or} libras et reliquas IIII^{or} in festo Epyphanie[4] proxime subsequenti, et nos e contrario precise renunciaremus, sicut et fecimus, omni iuri, quod nobis nostroque monasterio hactenus competebat vel videbatur in bonis competere memoratis. In cuius rei robur perpetuum et testimonium evidens presens scriptum sigilli nostri karactere fecimus insigniri cum testibus, qui huic decisioni intererant, subnotatis. Testes: dominus Chůnradus camerarius ipsius monasterii Medlicensis, dominus Marquardus, sacerdotes et confratres ibidem, dominus Stephanus de Missowe de familia predicti domini Medlicensis, Albertus tunc notarius, Hertwicus dictus Lumfhart, Růdegerus de Zaglowe et alii quamplures. Acta sunt hec Wienne anno Domini M°CC°LXX° septimo, idus[a] septenbris.[a]

Sigillum: Jutae, abbatissae in Oslavany, in scidula membranacea illaesum appendet. Vide Sigilla num. 3, 9/II.

---

847. [a]) *Ita A.*

[1]) *Charta ita ut fecimus et non ad 1270 sept. 7 poni licet, nam in ea Gerungus abbas nominatur, qui inter annos 1273—1281 munere abbatis fungebatur (Vide et Keiblinger in Lit. citatus).* — [2]) *Cf. superius notam in dorso.* — [3]) *Nov. 11.* — [4]) *Jan. 6.*

848.

Witko de [Český] Krumlov positus in extremis possessiones expresse nominatas monasterio in Vyšší Brod confert.

— *1277 [ante sept. 22]*[1]

Autographum in membrana scriptum in SAR Třeboň (archivum mon. in Vyšší Brod, sign. HA 11/I B) asservatur (A). — *Apographum saec. XVI.—XVII. (praeter nonnullas copias recentiores) exstat in copiario mon. Altovadensis chart. in eodem archivo (sign. 115/II) asservato, pag. 17 (B).*

Ed: Millauer, Der Ursprung, pag. 71 num. 11 (ex A ad a. 1277 cum nonnullis annotationibus). — *Pangerl, Urkundenbuch von Hohenfurt, pag. 29 num. 23 (ex A, ad a. 1277, cum sigilli descriptione).*
Reg: Reg II, pag. 463 num. 1096 (ad a. 1277). — *Schmidt-Picha, Urkundenbuch, pag. 5 num. 21.*
Lit: Dušková, Česká listina 2, pag. 181.

In chartae tergo manu saec. XIX. annotatum legitur: „Gegenwärtige“ *etc., eodem modo atque in num. 188 usque ad finem.*[2]

Scriba: destinatarii proprius, qui et chartam Henrici de Rosenberg et Alberti de Boršov eidem monasterio in Vyšší Brod 1286 iun. 29 (Reg II, pag. 596 num. 1388) datam scripsit.

Dictator: fortasse idem atque scriba.
Charta in membrana e quodam manuscripto parvae formae excissa scripta est; in tergo eius enim tum lineae densae ad lineam textus in transversum positae apparent, tum voces cum charta haud cohaerentes, scilicet in parte sinistra „exaudi", *in parte dextra* „nomen Domini" *leguntur. Quae iam Millauer (vide superius) perspexit.*
Vide: II. 3, Vyšší Brod (X), 4, De chartae apud nobiles usu (MMMMM).

Evanescere solent more fluentis aque facta hominum, nisi scripture testimonio et voce testium || fideliter roborentur. Hinc est, quod ego Witigo dictus de Chrvmenowe positus in extremis ob reme||dium anime mee et predecessorum meorum dedi et contuli potestativa manu liberali donatione ecclesie sancte Ma||rie virginis in Alto Vado et fratribus ibidem deo iugiter famulantibus possessiones meas, videlicet villam Gywowiz et aliam Nolomich, que postea dicta est vulgariter Ad piscatores, terciam quoque villam Xradowi,[a] que nunc mutato nomine vocatur Curia Witigonis, iusto proprietatis titulo liberaliter et perpetuo possidendas. In cuius rei testimonium et irrevocabilem memoriam presentes litteras exinde conscriptas antedicte dedi ecclesie et fratribus memoratis sigilli mei et voce subscriptorum testium fideliter communitas.[b] Sunt autem testes: dominus Prebizlaus plebanus de Fridberch, dominus Christanus plebanus de Sancto Oswaldo, Gregorius et alii plures. Datum et actum anno Domini M°CC°LXX° septimo.

Sigillum: Witkonis de [Český] Krumlov cum sigillo secreto in filis cannabinis obscure glauci coloris laesum, verumtamen conservatione integratum appendet. Vide Sigilla num. 4, 5, 5 a.

848. [a]) *Ita A; scriba enim littera Graeca* (‚x') *videtur uti.* — [b]) ‚omunitas' *A.*

[1]) *Charta nota diei caret; eam ante terminum mortis Witkonis 22. sept. a. 1277 (vide Millauer, Fragmente, pag. 50) ponere licet.* — [2]) *In tabulis terrae in SÚA Pragae asservatis (sign. DZO 1137) apographum chartae, fol. A 9ᵛ–A 12 exstat.*

849.

Bruno, episcopus Olomucensis, universis plebanis, vicariis et ecclesiarum rectoribus mandat, ne de bonis abbatis Velehradensis plus quam vectigalia expresse nominata exposcant.

In Kroměříž 1277 sept. seu 16, seu 21, seu 23.[1]

Apographum saec. XV. praebet Codex Velehradensis chart. in SAR Brunae (sign. G 191) asservatus, fol. 78ᵛ (B).

Ed: CDM IV, pag. 205 num. 146 (ex B).
Reg: Reg II, pag. 459 num. 1090.

Dictator: ignotus.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (TTTTT), 3, Velehrad (N).

Bruno, dei gracia Olomucensis[a] episcopus, universis plebanis, vicariis et aliis ecclesiarum rectoribus salutem in Domino sempiternam. Quia sunt nonnulli, qui proprie non deferentes[b] consciencie contra debitum iuris et nostrum statutum plura capecia de bonis et hereditatibus dilecti in Christo patris abbatis Welegradensis racione decimarum poscunt et exquirunt, quam de iure facere debent in proprie salutis anime preiudicium et gravamen, et quia per nos statutum est et ordinatum, quod de quolibet laneo tria capecia persolvantur, mandamus vobis universis et singulis, quatenus omni remota occasione de cetero non plura quam tria capecia de tritico, siligine et avena de bonis predicti abbatis Welegradensis exposcatis vel duas mensuras pro eisdem tribus capeciis mensure Noue Civitatis, quorum uno soluto ad secundum possessor cuiuslibet lanei non tenetur, nisi forte aliqui ex antiquo iure et ex racionabili iustitia consueverint plura dare; aliter noveritis nos auctoritatem dedisse dicto abbati[2] et procuratoribus ipsius, quod debeant nobis indebitas et inswetas decimas per omnia denegare, ecclesias quoque ipsius abbatis, quibus ab antiquo dicta tria capecia per aliquas integras decimas aliquorum laneorum racionabiliter sunt recompensata, volumus in suo statu permanere et eas talibus recompensacionibus penitus esse contentas. Datum in Cremsir anno Domini M°CC°LXX°VII°, XVI° kalendas octobris[c] pridie[c] post[c] Mauricii.

---

849. [a] ‚Olom' *B.* — [b] *Lectio incerta est B.* — [c] *Ita B, cf. n. 1.*

[1]) *Vide in textu. Ultimus terminorum verisimillimus est; nam iuris actio in synodo, quae quotannis in Kroměříž in festo sancti Mauricii (sept. 22) celebrabatur (cf. num. 8 n. 4), videtur esse peracta.* — [2]) *Videlicet Lupino.*

850.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, ad petitionem Petri, praepositi Wissegradensis et cancellarii regni Bohemiae, hominibus ipsius praepositi extra muros civitatis Litoměřice residentibus varias libertates expresse nominatas concedit.

In Litoměřice 1277 oct. 16.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 65) asservatur (A). — Apographum saec. XIV. exstat in privilegiorum eccl. Wissegradensis membr. in eodem archivo (sign. KVš lib. 26) asservato, fol. 19—19v num. 52 (B).

Ed: Hammerschmid, Gloria Wissegr. ecclesiae, pag. 210 § 8 (fortasse ex A).
Reg: Reg II, pag. 460 num. 1092. — Schlesinger, UB der Stadt Saaz, pag. 6 num. 33.
Lit: Fiala, Kancelář, pag. 230 (formulam dpm. explicat). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 367, 383 n. 385.

Scriba: P II 92 = sane haud cancellariae regiae membrum, sed seu directe destinatarii (ecclesiae Wissegradensis) proprius, seu ad usum eiusdem per occasionem (in Litoměřice) scribens. Exempla script. num. 1a, 77.

Dictator: Wissegradensis ecclesiae proprius.
Quoad argumentum chartae attinet, cf. n. 3.
Vide: II. 1 a, P. O. II., 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (KK).

Othakarus, dei gracia rex Boemorum, omnibus presentes litteras inspecturis imperpetuum. Quam speciosi pedes ewangelizancium pacem, an‖nunciancium bonum,[1] predicancium salutem nos nostrorum progenitorum iubent et inducunt vestigiis inherere, dum enim eorum vota, que ad ‖ ecclesias Domino per ipsos dicatas feliciter tenuerunt, ipsas in pace volendo vivere, variis et multiplicibus libertatum patrociniis muniendo dumque tocius boni ‖ participes circa proximos ad annunciandum bonum pacis ac predicandum salutem sibi et posteris eorumdem intenta acie respicimus oculorum, tanto ad assequendum ipsorum desideria promptis animis exurgimus et eis in singulis eorum voluntatibus providemus, quanta scimus exemplo ipsorum nostre salutis profectibus in posterum profutura. Sane magne et felicis recordacionis dominus Wratizlaus, gloriosus Boemorum rex,[2] et alii nostri progenitores ecclesiam Wissegradensem, que nostre curie specialis est cancellaria pariter et capella, multis possessionum et variis libertatum insigniis decorarunt, inter quas libertates et pacis commoda, que possent ad profectum dicte ecclesie redundare, hec specialia et precipua, immo eciam principalia statuerunt, quod homines cuiuscumque condicionis extra civitatis muros vel loca forensia ab exaccionibus collectarum vel iudiciorum ipsarum civitatum aut locorum quorumcumque deberent esse penitus absoluti.[3] Nos ad peticionem et instanciam fidelis nostri domini Petri, Wissegradensis prepositi nec non cancellarii tocius regni [nostri],[a] [cui]u[s][a] merita aput nos claruerunt clarentque ac in posterum clarebunt, concedente Domino evidentibus argumentis liberalitate regia concedimus et munere donacionis gratuite indulgemus, quod homines dicti prepositi extra muros Luthomiricensis civitatis residentes non ad collectas, non ad iudicia vel citaciones iudiciorum neque ad negocia trahantur pertinencia civitati, nisi prius ex delictis infra spacium murorum quomodolibet perpetratis ipsius prepositi homines exigente iusticia convincantur. Nec volumus, quod ad causas extra muros contingentes in contractibus debitorum vel quibuscumque emergentibus causis aliqui conveniantur in ipsa civitate hominum predictorum. Et querimonie coram prefato preposito aut eius procuratore devolute discuciantur sue exigentibus condicionibus ecclesie libertatis, quas nullatenus infringere admittimus vel infringi. Adicimus eciam manum[b] nostre munificencie extendentes, quatenus balneum ante muros civitatis predicte, quod in fundo dicte prepositure in prefati prepositi preiudicium est locatum, ad ipsum prepositum et suos successores pertineat sub tali annuali censu, sicut secum poterit conveniri; alioquin illud idem balneum ab huiusmodi fundo penitus et radicitus evellatur. In cuius rei testimonium presentes conscribi mandavimus et nostrorum[c] sigillorum[c] munimine roborari. Testes autem sunt hii: honorabiles Conradus Luthomiricensis et Budizlaus Melnicensis[d] ecclesiarum prepositi, dominus Domazlaus regni nostri summus camerarius, Mstidruh castellanus Pragensis, Onso iudex, Purchardus de Klingberch, Theodricus subcamerarius, Bauarus marscalcus, Hinco dapifer prefate gracie executor et nuncius ad cives, Wolkmarus pincerna, Prothiwen subpincerna, Conradus dapifer, Sdizlaus marscalcus, Iarco de Walmberk Luthomiricensis,

Pribizlaus purcravius Sathcensis, Albertus de Seberk purcravius de Cadan et alii quam plures fideles nostri. Datum in Luthomirich in die beati Galli per manus predicti prepositi et cancellarii regni nostri anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

Sigillum: Otakari, quinti regis Boemorum et Moraviae marchionis, in filis sericis flavi et rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 III, 2 V.

---

850. *[a-a]) Quae uncis clauduntur, cum membrana destructa perierunt in A. — [b]) Littera ‚a' ex quadam alia correcta est A. — [c-c]) Ex ‚nostri sigilli' alio atramento correctum est A. — [d]) Prima littera ‚e' ex ‚i' correcta est A.*

[1]) Ad Romanos 10, 15. — [2]) Inter annos 1061–1092 regnavit. — [3]) Haec libertas in privilegiis Wissegradensis ecclesiae haud inveniri potest.

851.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, Rudolpho, Romanorum regi, in negotiis Witigonum et aliorum Bohemorum, qui se contra ipsum erexerunt, scribit.

In Poděbrady [1277][1] oct. 31.

Litterarum apographum insertum est vidimationi nonnullorum episcoporum extraneorum expresse nominatorum apud Hainburgam 1277 nov. 11 datae (MGH, CC III, pag. 143 num. 147 = Reg II, pag. 462 num. 1094), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum in archivo publico Viennae (sign. Allg. Urkundenreihe, sub. dato suo) asservatur (B).

Ed: Dolliner, Codex epistolaris, pag. 79 num. 30 (qui apographum ex B confectum a v. d. A. Rauch sibi communicatum prae manu habuit). — Kopp, Gesch. der eidg. Bünde I, pag. 891 (ex B). — MGH, CC III, pag. 136 num. 141 (ex B).
Reg: Lichnowski, Geschichte IV, pag. 59 num. 46. — Böhmer, Add. sec., pag. 455 num. 311. — Reg II, pag. 461 num. 1093. — CDS VII. 2, pag. 233 num. 1551. — RI VI. 1, pag. 219 num. 885 (cum rei explicatione).
Lit: Palacký II. 1, pag. 140 ss (rei deliberatio cum translatione in linguam Bohemicam usque ad verba „imperio magis potest"). — Šusta II. 1, pag. 242 (rei explicatio; opera antiquiora ad rem spectantia laudantur). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 367.

Dictator: ignotus.[2]
Vide: II. 1 a, P. O. II.
Vidimationis autographi imaginem xerographicam nobis benigne procuratores archivi publici Viennensis miserunt.

Excellentissimo domino suo, domino R.,[3] glorioso Romanorum regi semper augusto, O.,[4] dei gracia Boemie[a] rex, debitam et paratam ad obsequia voluntatem. Pro negociis Witegonidum et aliorum servitorum vestrorum Boemorum vestrarum accepimus continenciam litterarum.[5] Quos quidem, quos vestros dicitis servitores, a prima cum vestra celsitudine coram principibus apud Danubium concordia inita[6] numquam inclusos scivi-

mus[b] vestre paci. Quam utique ordinatam inter vos et nos et per principes stabilitam servavimus et servare intendimus pro tempore vite nostre, licet in plerisque circa nos non fuerit observatum.[7] Porro postmodum, cum dominum B.,[8] venerabilem Olmunzensem episcopum, Zmilonem de Belkaw baronem ac magistrum Vlricum notarium, fideles nostros, ad vestram magnificenciam pro hiis, que ad pacem fuerant, miseramus,[9] nullatenus ascenderat in cor nostrum, quod debuissent aliqui de nostris terrigenis et hiis maxime, qui nobis fidelitatis homagio sunt astricti, quorum eciam prosapia per nullum modum excepcionis a nostrorum progenitorum obsequiis pariter atque nostris excipi potuit vel aliqualiter segregari, paci vestre aut ordinacioni sub aliquo pretextu concordie intercludi. Et si qui sunt illi, quorum mediantibus tractatibus eciam sub privilegiis vel quibuscumque instrumentis sit hec interclusio procurata, hii transgressi fines mandatorum nostrorum sine tocius nostre consciencie puritate hec poterant attemptasse, licet prefatis nostris terrigenis, qui se contra nos erexerant infrunite, ex regali benignitate admiserimus misericorditer et benigne, quod usque ad terminum, in quo super articulis quibusdam inter vos et nos per principes debebant aliqua declarari, medio tempore nostre pacis intuitu sub treugarum commodo sederent pacifice et quiete. Et ecce, ut in predictis omnibus nobis veritas suffragetur, ex evidentibus poteritis colligere argumentis. Nam domino F.,[10] viro nobili, burcgravio de Nurenberg, apud nos in Opavia constituto[11] inter singulas gracias, quas per ipsum a vestra excellencia sine lesione imperii petebamus, hoc precipuum et magis gratuitum nobis petivimus, ut servitores nostri intacti a corpore regni nostri nobis et nostris heredibus integraliter remanerent quolibet scismatis ad personam aliam scrupulo relegato. Ac demum eodem domino F.,[10] burcgravio de Nurenberg, cum domino viro nobili comite de Vurstenberg[12] ad nos iteratis vicibus veniente Pragam eiusdem intencionis fuimus sicut prius, ita quod ad omnia tenenda pro statu concordie inter vos et nos ac amicabilis unionis nos astrinximus iuramento, excipientes pleno ore principaliter atque primo, quod nostri homines cum nostrarum terrarum iuribus nobis remanerent integri et non scissi. Verumptamen illos, qui erga nos excessisse abusione qualibet videbantur, omni dicebamus vestri intuitu nos velle et debere prosequi gracia et favore nostre gracie gremio perpetuo reassumptos, ita quod de ipsorum excessu nulla deinceps apud nos perpetuo ad vestre peticionis instanciam mencio haberetur. Quare adhuc serenitatis vestre benivolenciam omni et devota precum instancia suppliciter exoramus, quatenus circa nostros homines omne ius, quod nostri progenitores hactenus habuerunt, nos habere velitis illesum, non attendentes sinistras persuasiones adversariorum nostrorum, qui condicionem nostram et nostrorum heredum vellent multipliciter vulnerare. Non enim admisimus, ut superius tetigimus, quod tales composicioni pacis vestre per quoscumque inclusi fuerint. Quia si secus extitit ordinatum, ad id sciatis nos nichil nostre consciencie vel consensus aliqualiter prestitisse, de vestra benignitate firmam spem et confidenciam retinentes, quod condiciones iurium nostrarum terrarum, que a nostris progenitoribus usque ad nos deducta sunt, ampliare quam debilitare pocius debeatis, presertim cum simus unum de menbris imperii, in cuius debilitate non accrescere, immo decrescere imperio magis potest. Ceterum ut H.[13] Pruzlino in causis de possessionibus suis plena iusticia vestris iussionibus

procuretur, pro gratissimo reputamus, quem libenti animo destinabimus ad prosequendum et assequendum sue iusticie complementum. Dignum eciam est, quod idem H. de se querelantibus iuris exhibeat talionem. Datum in Podebrad II kalendas novembris.

---

851. [a] ‚Boẽm' *B.* — [b] ‚scivinnus' *B.*

[1] *Litterae anni nota carent, sed solummodo ad annum superius indictum ponendae sunt.* — [2] *Opinio nonnullorum virorum doctorum (vide in Lit) litteras a Petro, cancellario regni Bohemiae, dictatas esse denegandа est; vestigia stili eiusdem enim in his litteris haud inveniri possunt.* — [3] *Rudolpho.* — [4] *Přemysl Otakarus II.* — [5] *Litterae non exstant. De Witigonibus et eorum principe Zavišio de Falkenštejn vide Palacký l. c., pag. 129, 130.* — [6] *Vide num. 825 et 836.* — [7] *De verbis* ‚licet ... observatum' *cf. notam magni momenti apud Palacký l. c., pag. 140.* — [8] *Brunonem.* — [9] *Vide num. 837.* — [10] *Friderico.* — [11] *Quo tempore Přemysl Otakarus II. in Opavia moratus sit, statuere nescimus. Šusta l. c., pag. 236 commorationem eius ibidem in mensem aprilem posuit.* — [12] *Henrico.* — [13] *Plenum nomen ignoramus.*

852.

Agnes, filia domini Bockonis, fundatoris monasterii in Žďár [nad Sázavou], uxor domini Witkonis de Rodenburch [Švábenice], monasterio in Žďár [nad Sázavou] tertiam partem villae Těšany confert.

In Žďár [nad Sázavou] 1277 —.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. A 21) asservatur (A). — *Apographum praebet codex mnscrus chart. saec. XVII.* „Diplomatarium monasterii Zarensis 1252—1642..." *intitulatus, ibidem (sign. 60/7) asservatus, pag. 32—33 num. 19 (B).*

Ed: Steinbach, pag. 32 num. 19 (ex A). — *CDM IV, pag. 206 num. 147 (ex A).*
Reg: Reg II, pag. 462 num. 1095. — *Šebánek, Archivy, pag. 47 num. 265 (ex A).*
Lit: KK, pag. 297, 325 (stilus chartae). — *Dušková, Česká listina 2, pag. 194.*

Scriba: ignotus, verisimillime destinatarii proprius.
Dictator: destinatarii proprius, cuius stili proprietates etiam in aliis chartis eidem monasterio datis apparent (ex. gr. in num. 427).

Vide: II. 3, Žďár (U), 4, De chartae apud nobiles usu (NNNNN).

Nos Agnes, filia domini[a] Boschonis, fundatoris de Sar, uxor domini Withichonis de Rodenburch, universis, || tam presenti etati quam future in Christo posteritati,[b] in perpetuum. Que geruntur in tempore, labuntur cum tempore, nisi dictis || testium et scriptis perhennentur. Hinc est, quod tenore presencium perhenni constare volumus nocioni, quia divina inspi||racione conpuncti de consensu et voluntate karissimi mariti nostri et liberorum nostrorum[1] et omnium amicorum ad honorem summi dei et intemerate matris eius, Virginis gloriose, matura deliberacione prehabita terciam partem ville Tysschan vulgariter nuncupatam,[c] in Olmuncensi dyocesi sita,[c] claustro dicto Sar, quod Fons sancte Marie

intitulatur, ordinis Cysterciensis, Pragensis dyocesis, perpetuo contulimus possidendam. Preterea si nobilis vir, dominus Withicho, maritus noster, predictam terciam ville redimere voluerit partem vel liberi nostri, centum marcas dabunt et rehabebunt. Huius rei testes sunt: nobilis vir dominus Withicho maritus noster, dominus Gerhardus frater noster et domina Evfemia mater nostra et domino[d] Chunone et filio eius Boschone.[d] Actum in Sar presentibus domino Io.[2] abbate et Heynrico[e] priore, Wernhero[f] subpriore et cellerario Wigando[g] eiusdem loci. Ante omnia commendamus[h] nos anima et corpore fratribus claustri prenominati, volentes, ut, ubicumque extrema dies vite nos invenerit, corpus defunctum nostrum ad eundem locum mandandum sepulthure remota occasione qualibet deferatur. Datum anno Domini M°CC°LXXVII°[i] sub sigillis domini Witichonis et domini Gerardi predictorum.

Sigillum: Witkonis de Rodenburch [Švábenice] scidula membranacea ex autographo ipso scissa paulum laesum dependet.[3] *Vide Sigilla num. 4, 26.*

---

852. [a]) *Littera* ‚d' *ex* ‚b' *correcta est A.* — [b]) *Littera* ‚p' *ex aliis litteris (fortasse ex* ‚in') *videtur esse correcta in A.* — [c]) *Ita A.* — [d–d]) *Ita A.* — [e]) ‚Hey' *A.* — [f]) ‚Wērh' *A.* — [g]) ‚Wiga' *A.* — [h]) ‚ɔmendamus' *A.* — [i]) *Post notas numerorum locus vacuus ad sigillum appendendum relictus est A.*

[1]) *Nomina liberorum vide in Cronica domus Sarensis, pag. 243.* — [2]) *Johanne.* — [3]) *Alterum sigillum, quod in corroborationis formula laudatur, numquam appensum est (vide et n. i).*

853.

Walthelmus, abbas monasterii in Sedlec, declarat Godefridum cognomento List, civem Coloniensem, et uxorem eius Adelheidem testamento suo tres lapides sebi purgati monasterio in Sedlec pro fraternitate ibidem acquisita annuatim disposuisse.

— 1277 —.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum procur. fisci Pragae, sign. L III num. 3) asservatur (A). — Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. „Privilegia monasterii Sedlecensis" *intitulato, in UK Pragae (sign. XXIII D 186, olim in bibliotheca principum de Lobkovice num. 417) asservato, fol. 16^{v}—17 (B).*

Reg: Riegger, Archiv, pag. 394 sine num. (erronee editor chartae Godefridus adducitur). — Reg II, pag. 463 num. 1097.
Lit: Šebánek, Česká listina 3, pag. 114.

Scriba: monasterii Sedlecensis proprius, in cuius scriptura proprietates ductus Cisterciensis apparent.
Dictator: fortasse idem atque scriba, qui etiam verisimillime chartam in versione Bohemica tantum asservatam (num. 809) dictavit.
Vide: II. 3, Sedlec (D), 5, De chartae apud civitates usu (VVV).

Quoniam generatio preterit et generatio advenit, multis ergo obviamus incommodis, || si res gestas in novitate temporis scriptis testibusque ydoneis successorum noticiis conser||vamus et confirmamus. Eapropter nos Walthelmus, dictus abbas in Scedelitz, tam etati || presenti quam posteritati in futurum subsequenti duximus declarandum, quod Gŏtfridus cognomento List, civis Coloniensis, vir honestus et fide dignus, et uxor eius Adelheydis, femina devota et in opere bono approbata, ante obitum suum testamentum facientes et salutem adtendentes animarum, ecclesie nostre tres lapides sebi purgati ac purificati ad remedium anime antecessoris sui, uxoris sue mariti, Gerardi List appellati, bone memorie viri boni et honesti, et animarum suarum et cunctorum vivorum ac mortuorum heredum suorum annuatim devote disposuerunt ita, ut in domo nostra plenariam habeant fraternitatem, id est participium omnium bonorum, que fiunt et Domino dante perpetuo fient, id est in missis, vigiliis, ieiuniis, orationibus et ceteris exerciciis piis et bonis; et omni tempore, sicut nostris confratribus defunctis fit adque[a] vivis, sic fiet ipsis. Hii predicti lapides sebi a Rudlino cive, carnifice, prefati Gotfridi List[b] cognato, singulis annis sunt requirendi et accipiendi vel ab heredibus suis presentibus ac futuris, qui hoc macellum receperint[c] iure hereditario possidendum. Si autem venditione, donatione vel qualicumque eventu ad alienos fuerit devolutum, id ipsum quod primus tenebuntur. Acta sunt[d] hec anno Domini M°CC°LXXVII°. Huius rei testes sunt: Gisilbertus iudex, Waltherus de Turnow, Tilmannus, Fridericus, Marquardus de Welin, Conradus de Grob, item Conradus, Heinricus mercator, Arnoldus Vrŏwinus et Petrus germanus eius et alii quamplures. Huiusmodi confirmationis seriem, ne alicuius malicia vilescat, vel vetustate temporum ignorantia hominum in oblivione prosiliat, sigilli nostri munimine ac burgensium sigillo civitatis Colonie duximus roborandam.

Sigilla: duo in filis sericis viridis et rubri coloris appendent; 1) abbatis Sedlecensis illaesum. Vide Sigilla num. 3, 11; 2) civitatis Kolín, valde laesum, verumtamen conservatione integratum. Vide Sigilla num. 5, 2.

---

853. *a) Ita A. — b) ‚st' in loco raso scriptum est in A. — c) ‚recep̄t' A. — d) Super littera ‚t' titulus quidam erasus apparet in A.*

854.

Otto magister, Henricus prior totumque capitulum hospitalis s. Francisci Pragae conventionem super decimis curiae in Kralupy [nad Vltavou] factam declarant.

— 1277 —.

Apographum insertum est vidimationi magistri Nicolai, officialis curiae episcopatus Pragensis, a. 1320 apr. 9 datae et per Miroslaum, quondam Witkonis de Ptsek, notarium publicum, conscriptae (adhuc ineditae), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Crucigerorum cum stella rubea Pragae, sign. num. 357 (27/2/1/9)) asservatur (B). — Apographum eiusdem vidimationis exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. (1654), qui „Liber aureus“ *appellatur, ibidem (sign. V/1, 202) asservato, pag. 92—95 (C).*

Reg: Reg II, pag. 1183 num. 2707.
Lit: Zahradník, Záznamy, pag. 229 (de Troiano, canonico Pragensi, inter testes nominato).

Dictator: ignotus.
Chartam sigillo Přemysli Otakari II. munitam esse, vide inferius in textu; in vidimatione, de hac re dicitur: „instrumentum ... sigillo felicis recordacionis incliti domini Otkari, Boemie regis, signatum maiori".
Vide: II. 3, Crucigeri cum stella rubea (Z), Praga, ecclesia capitularis (U).

Quoniam ex mutacione[a] temporum ac generacionis transitu gesta hominum plerumque in oblivionem et ex oblivione[b] in calumpniam[c] rediguntur, congruum est, ut, que[d] in longevam educenda sunt noticiam, nutrimentis memorie sustententur.[e] Eapropter[f] notum sit omnibus tam presentibus quam futuris presentem literam inspecturis, quod nos frater Otto, magister hospitalis sancti[g] Francisci in pede pontis in Praga, frater Henricus,[h] prior ibidem, totumque capitulum eiusdem de maxima nostri benivolencia[i] et consensu pro decimis curie nostre in Chralup spectantibus[k] ad ecclesiam sancti[g] Iacobi in Hostiwicz coram viris ydoneis[l] et dingnis,[m] videlicet magistro Gregorio, ecclesie Pragensis decano, domino Rudolfo,[n] custode[n] eiusdem ecclesie, et domino Gregorio, inclite[n] domine regine[1] camerario, racionabiliter in Pragensi capitulo taxatis singulis annis pro redemptis decimis in festo sancti Michaelis[2] domino Abeli, rectori prefate ecclesie in Hostiwicz, fratri domini Troyani,[q] Pragensis ecclesie canonici, duas marcas argenti Pragensis et ponderis eiusdem dare debemus censuales exemptis omnibus serviciis et infestacionibus[r] quibuslibet dominorum. Ne igitur huius rei convencio aliquo intervallo aut scrupulo inpediri[s] valeat in futuro, presentem paginam cum appensione[t] sigilli incliti[u] domini nostri regis Boemorum[v] Ottakari[w] petivimus consignari. Huius vero rei testes sunt: magister Gregorius Pragensis ecclesie decanus, Rudolfus[x] custos ecclesie eiusdem, Petrus Pragensis canonicus dictus Organista, dominus Troyanus[y] Pragensis ecclesie canonicus, dominus Bartholomeus Pragensis episcopi[3] notarius; preterea viri tam seculares quam religiosi, videlicet frater Otto magister hospitalis predicti, frater Ekbertus[z] de Hlupotin, frater Stephanus de Cernocz,[aa] frater Weczlo necnon dominus Mstydruh[bb] purchravius[cc] Pragensis, dominus Conradus subdapifer domini regis, dominus Gregorius domine regine camerarius, dominus Bohuto marsalcus[dd] domine regine, dominus procurator de Prestochen,[4] dominus Ortelius de Pyechicz,[ee] dominus Henricus de Vinea.[ff] Acta sunt hec anno Domini millesimo[gg] CC°LXXVII°.[gg]

---

854. [a]) *Hic et inferius ‚t' pro ‚c' ponitur in C.* — [b]) ‚oblivinione' *C.* — [c]) ‚calumniam' *C.* — [d]) *Hic et inferius* ‚ae', ‚oe' *ponitur pro* ‚e' *in C.* — [e]) ‚sustentur' *B.* — [f]) ‚Quapropter' *C.* — [g]) ‚beati' *B.* — [h]) ‚Hñr' *B.* — [i]) ‚benevolentia' *C.* — [k]) ‚spectantes' *B, C.* — [l]) ‚idoneis' *C.* — [m]) ‚dignissimis' *C.* — [n]) ‚Rudolpho' *C.* — [o]) ‚custodi' *C.* — [p]) ‚inclytae' *C.* — [q]) ‚Troiani' *C.* — [r]) ‚infestationibus' *C.* — [s]) ‚impediri' *C.* — [t]) ‚apensione' *B.* — [u]) ‚inclyti' *C.* — [v]) ‚Boẽm' *B.* — [w]) ‚Ottackari' *C.* — [x]) ‚Rudolphus' *C.* — [y]) ‚Troianus' *C.* — [z]) ‚Elbertus' *C.* — [aa]) ‚Cernoz' *C.* — [bb]) ‚Fridrich' *C.* — [cc]) ‚burgravius' *C.* — [dd]) ‚marschalcus' *C.* — [ee]) ‚Piechytz' *C.* — [ff]) ‚Uinea' *C.* — [gg-gg]) ‚MCCLXXVII' *C.*

[1]) *Cunegundis.* — [2]) *Sept. 29.* — [3]) *Johannis.* — [4]) *Nomen ignoramus.*

855.

Boreš [de Rýzmburk] statuit, quid fieri debeat, si monasterio in Osek debitum suum non solverit.

[ante 1278 ian. 10.][1]

Autographum in membrana scriptum in SAR Litoměřice (archivum mon. in Osek, sign. ŘC Osek num. 9) asservatur (A). — Apographum exstat in copiario chart. „Privilegia Ossecensia 1693" intitulato, ibidem (sign. M III 12) asservato, in turma aliarum chartarum inter annos 1302—1307 datarum descriptum, pag. 49—50 (B).

Ed: Schlesinger, Stadtbuch von Brüx, pag. 14 num. 39 (e copia quadam a v. d. Scheinpflug exarata, ad a. 1300—1303). — Müller, Quellen- u. Urkundenbuch, pag. 4 num. 11 (ex B, ad a. 1303).
Scheinpflug, Die Urkunden 7, pag. 190 num. 9 (ad a. 1300—1303). — Reg II, pag. 1206 num. 2759 (idem).

In chartae tergo manu registratoris Osecensis saec. XIII. seu XIV. scriptum legitur: „Littere debitorum Borsonis" *(A).*

Scriba: destinatarii proprius, cuius manus manui, quae chartam Johannis de Polná dati formula carentem, sed inter annos 1232—1234 positam eidemque monasterio destinatam (CDB III, pag. 115 num. 100) exaravit, assimilis est.
Dictator: fortasse idem atque scriba.

Chartam adhuc in litterarum monimentis communiter saec. XIV. in. ideoque Borsoni iuniori tamquam editori adiudicatam hic duobus argumentis nisi ante terminum superius statutum posuimus: 1) Scripturae suae ductu charta ab usu graphico saec. XIV. in. evidenter differt. 2) Nonnulli de testibus in eadem nominatis in aliis chartis sinceris inter annos 1254—1264 datis (vide ex. gr. Jares de Valdenberg, Vitus de Bělušice, deprehendi possunt.
Sequitur igitur editorem chartae non Borsonem iuniorem, immo potius seniorem, proditorem Přemysli Otakari II., ante 1278 ian. 10 capite punitum (sicut e charta sequente (num. 856) clare apparet) esse debere. Ante terminum modo dictum igitur charta nostra legitime ponenda est, quamquam (quod haud praeterire volumus) argumentum eius (obligatio enim bonorum) ante annum 1278 singulare videtur esse. Vide: II. 3, Osek (L), 4, De chartae apud nobiles usu (OOOOO).

Ego Borso testimonio presentis scripti promitto et volo, quod, si ego monasterio in Ozzech centum || decem marcas non solvero, ita quod medietatem eiusdem pecunie in media XL[a] et alteram partem || Phylippi et Iacobi[a] [2] non dedero, abbas et fratres villam meam Strimuz et partem ville alterius, que || Bsas[b] nomine vocata[b] est, vendant, ut a fideiussione, qua pro me in Vriberg obligati sunt, absolvantur. Si vero me mori vel capi contigerit, quod absit, sit in eorum optione eadem predia vel vendere vel ecclesie sue perpetuo retinere. Testes huius facti mei sunt: Iares[c] de Waldenberg, Witus de Belusic, Bohuzlaus de Zahore, Nicholaus filius avunculi eorum, Stephanus,[d] Wintherus, Hodata, Elyas, Heyricus de Iurkow, Zlonran de Cremis, Radata, Iacub, Predzlau de Solan, Pribizlaus de Thuhoric.[e]

Sigillum: quod scidula membranacea ex autographo ipso scissa dependebat, nunc avulsum et deperditum est.

855. *[a] Ita A, ‚ad festum' deesse videtur. — [b-b] In loco raso atramento obscuriore scriptum est in A. — [c-c] Atramento obscuriore fortasse scriptum est in A. — [d] Syllaba ‚Ste' in loco raso scripta est in A.*

[1]) *Vide inferius.* — [2]) *Maii 1.*

856.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, civitati Uherský Brod omnes hereditates quondam Boršonis de Rýzmburk ad curiam regalem ex causa manifestae proditionis eius devolutas concedit.

In Olomouc 1278 ian. 10.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum comitum de Kounice, sign. U.B. P 8) asservatur (A).

Imago phototypica: Průvodce SAR Brno 2, tab. 1.
Ed: CDM V, pag. 262 num. 51 (ex A).
Reg: Böhmer, Add. sec., pag. 456 num. 312. — Reg II, pag. 468 num. 1107.
Lit: Zatschek, Die älteste Erwähnung, pag. 50 (stilus chartae). — Fiala, Kancelář, pag. 293 (scriba chartae). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 276, 332, 333, 335, 338 n. 227 (BU 3).

Scriba: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Textus chartae magna ex parte in arengae, promulgationis et exordii formulis mutatus in mnscro Ch sic dicto bibliothecae univ. Pragensis (sign. I E 48), fol. 19 num. 41 nomine editoris praetermisso exstat.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (EE), 5, De chartae apud civitates usu (WWW).

[O]takarus,[a] dei gratia rex Boemie, omnibus in perpetuum. Civitates nostras, precipue quas in confinibus terrarum nostrarum sitas multis nonnumquam contingit molesta‖ri gravaminibus et pressuris, in bono statu gubernare atque servare volentes, quin potius ut eo melius sua relevare gravamina valeant possintque facilius molestato‖ribus obviare, ipsas fortiores reddere cupientes, tum hereditatum ampliatione, tum easdem emolumentis aliis liberaliter augmentamus. Per presens igitur privilegium no‖verit tam presens etas quam successura posteritas futurorum, quod ad hoc, ut civitas nostra Brod Vngaricalis, que multis est solita molestiis per insultus hostium pregravari, se possit tutius ab inimicorum importunis impetitionibus et melius preservare, omnes hereditates quondam Borsonis de Risemberch ex causa manifeste proditionis, quam idem Borso in nobis commisit,[1] ad manus nostre curie rationabiliter et iuxta baronum nostrorum deliberatamque sententiam devolutas, que ipsi adiacent civitati, tenore presentis privilegii conferimus et donamus gratiose a civibus ipsius civitatis in posterum possidendas, tenendas atque colendas pacifice et quiete; ita tamen, quod de quolibet laneo, qui in eisdem hereditatibus mensuratus fuerit, ab illis, qui eosdem possederint laneos, quotquot fuerint, dimidia marcha argenti annis singulis nobis detur. Verumtamen cum nos eisdem civibus ad aliquot

annos dederimus libertatem non solvendi censum, volumus, ut de istis hereditatibus, quas a nunc damus eis, non debeant durantibus prefate libertatis temporibus quicquam census nomine nobis dare, set cum anni eiusdem libertatis expiraverint et tota civitas nobis censum incipiet solvere, tunc volumus, quod possessores laneorum dictarum hereditatum dimidiam marcham argenti annis singulis in festo beati Michaelis,[2] in quo aliorum laneorum census ipsius civitatis nobis exsolvi consuevit et debet, camere nostre solvant. In cuius concessionis nostre testimonium et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre fecimus communiri. Actum et datum in Olomucz per manus magistri Henrici, prothonotarii nostri, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, quarto idus ianuarii, sexte indictionis.

Sigillum: Otakari, quinti regis Boemorum et Moraviae marchionis, in filis sericis rubri coloris valde laesum appendet. Cf. Sigilla num. 1 a, 1 III, 2 V.

---

856. [a]) *Ad maiorem litteram depingendam spatium vacuum relictum est in A.*

[1]) *De Borsonis proditione vide in FRB III, pag. 315; de eius captivitate tantum in libro formarum (cf. Redlich, Eine Wiener Briefsammlung, pag. 118 num. 107).* — [2]) *Sept. 29.*

857.

Hartlebus [de Dubno], camerarius Betoviensis, Bohuš [de Drahotuše], marscalcus Moraviae, et Vseborius [de Náměšť na Hané], iudices a rege Bohemiae delegati, pronuntiant coram se duas sorores de [Moravské] Málkovice ab actione cum abbate et conventu monasterii in Žďár [nad Sázavou] super dimidietate villarum Kučerov et Lhota cessisse.

[In castro Brunensi][1] 1278 ian. 21.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Žďár, sign. A 22) asservatur (A). — Apographum praebet codex mnscrus chart. saec. XVII. „Diplomatarium monasterii Zarensis 1252—1642 . . ." *intitulatus, ibidem (sign. 60/7) asservatus, pag. 34—35 num. 20 mendose ad* „VII kal. febr." *(B).*

Ed: Steinbach, pag. 33 num. 20 (ex A, ad VII kal. febr.). — CDM IV, pag. 209 num. 149 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 470 num. 1110 (ad ian. 26). — Šebánek, Archivy, pag. 47 num. 266 (ex A).
Lit: Šebánek, ČMM 52, pag. 429 (castrum Brunense = Špilberk). — Dušková, Česká listina 2, pag. 201.

Scriba: ignotus, fortasse destinatarii proprius.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Žďár (V), 4, De chartae apud nobiles usu (PPPPP).

Harthlibus,[a] camerarius[a] de Vetow, Bohusso, mareschalcus terre Morauie, et Scheborius, quondam || filius Egidii de Swebniz, iudices a serenissimo rege Bohemie[2] delegati, universis presens || scriptum inspecturis salutem in Domino. Notum sit omnibus hanc paginam visuris, quod dominus Io.[3] abbas et || conventus de Sar ad instanciam

duarum sororum[b] de Malchwiz evocati coram nobis in castro Brunnensi comparuerunt, predictis dominabus super dimidietate duarum villarum, Kocherov et Elhot, parati secundum iuris ordinem respondere; que similiter in nostri presencia constitute, quia de iure suo minime confidebant, ab actione huiusmodi de virorum prudentum consilio penitus cessaverunt. Ne igitur de predictis villis in posterum questio valeat suboriri, presentes conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Huius rei testes sunt: dominus Chuno burchravius in Vrên, dominus Gerhardus de Obersez, Hrabisch, Harthmannus de Holenstein, Scheborius et dominus Witko frater eius, Lupus de Plauz, Zbor et Laurencius fratres eiusdem, Wiecemilus de Dobranz, Iarozlaus de Chnehniz, Ienzo de Nasmariz. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXXVIII°, XII° kalendas Februarii.

Sigilla: tria in scidulis membranaceis in charta, quae charta replicata caret, appendent; 1) Bohušii [de Drahotuše], marscalci terrae Moraviae, paulum laesum. Vide Sigilla num. 4 a, 2; 2) Hartlebi [de Dubno], camerarii Betoviensis et Znoymensis, paulum laesum. Vide Sigilla num. 4, 9; 3) Vseborii, filii Egidii de Švábenice, illaesum fere. Vide Sigilla num. 4, 33.

---

857. *[a-a]) In loco raso scriptum est in A. — [b]) Post vocem locus rasus latitudinis cca 35 mm ad nomina supplenda sequitur in A.*

[1]) Vide in textu, cf. etiam num. 858. — [2]) Přemyslo Otakaro II. — [3]) Johannes.

858.

Hartlebus de Dubno, camerarius Betoviensis, Hartmannus de Čeblovice, camerarius Brunensis, Bohuš de Drahotuše, marscalcus Moraviae, et Vseborius de Náměšť [na Hané], iudices a rege Bohemiae delegati, profitentur se in iudicio generali sententiam in causa inter Pardusonem, filium Neplachi, et monasterium in [Klášterní] Hradisko pronuntiatam approbavisse.

In castro Brunensi[1] 1278 ian. 21.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum“, *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 52—53 num. 66 (B). — Aliud apographum saec. XVII. servavit M. Siebenaicher* „Historica relatio de conditoribus ... mon. Gradicensis“, *cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, fol. 109[v]—110[v] (C).*

Ed: CDM IV, pag. 206 num. 148 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 468 num. 1108.
Lit: Šebánek, ČMM 52, pag. 429 (castrum Brunense = Špilberk). — Dušková, Česká listina 2, pag. 188.

Dictator: in charta vestigia stili partim Henrici protonotarii,[2] partim monasterii Gradicensis apparent; praeter ea proprietates stili communis praevalent.
Vide: II. 3, Kl. Hradisko (AA), 4, De chartae apud nobiles usu (QQQQQ).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

Nos Harchlebus[a] de Dubna, camerarius Wethouiensis,[b] Hartmannus de Zeblowicz, camerarius Brunensis, Bohussie de Drahothuss,[c] marscalcus[d] Morauie,[e] et Wssieborius[f] de Namyescz, iudices delegati et constituti a serenissimo domino nostro, domino Otacaro,[g] inclito[h] rege Boemorum,[i] in iudicio[k] seu curia generali, quod et quam idem dominus rex indixerat Brunne[l] celebrari, super decidendis questionibus, causis et litigiis Morauorum[m] presentis scripti[n] tenore profitemur, quod de mandato dicti domini regis pro parte, vice et nomine ipsius regis presedimus[o] iudicio duodecimo[p] kalendas[q] februarii in castro Brunensi audituri et diffinituri causas, questiones atque litigia, que proponerentur a quibuscumque[r] de Morauia[s] coram nobis tamquam[t] iudices delegati et constituti super hoc a dicto domino rege, ut est superius pretaxatum. Et tunc Pardus, filius Neplach, qui venit de Russia, per advocatum suum Pardusonem de Horka conquestus fuit de domino Budiss,[u] venerabili abbate Gradicensi,[v] ordinis Premonstratensis, Olomucensis diocesis, qui una cum Neplach, qui donaverat dicta bona dicto domino[w] abbati et ecclesie sancti Stephani in Gradiss, ad hoc et ob eandem causam[x] citatus die et loco prefatis comparuit coram nobis, eidem Pardussoni responsurus per se vel advocatum suum de medietate ville Tiessieticz,[y] de quarta parte silvarum[z] inter flumina Morauam[aa] et Oscauam[bb] et tribus piscatoribus in villa Sedliski,[cc] dicens, quod dicta bona pertinerent ad ipsum Pardussonem et quod ea dictus abbas[dd] in ipsius Pardussonis teneret preiudicium et gravamen. Unde peciit,[ee] ut de eisdem bonis fieret sibi iusticie complementum. Prefatus autem dominus[ff] abbas per advocatum suum Nachepluk coram nobis in instanti tam pro se quam monasterio suo respondit, quod ipse tenebat iure atque legittime[gg] dicta bona et tenuerat et[hh] possederat ea[ff] pacifice et quiete inter presentes spacio trium annorum et plus continue, iusto precedente titulo et sine temporis interrupcione et iam dicta bona erant sibi et ecclesie sue prescripta. Tunc nos precepimus Onssoni, camerario Olomucensi, ut ipse inveniret sentenciam iuxta tenorem querimonie Pardusonis[ii] et responsa dicti abbatis et sentenciaret, qualiter esset super huiusmodi procedendum. Onsso autem predictus convocatis baronibus, qui ibidem presentes erant, habita cum eisdem deliberacione diligenti invenit et promulgavit finaliter, ut dictus Pardus deberet intencionem suam probare testimonio trium beneficiariorum fidedignorum, qui kmetye[kk] vulgariter nominantur.[ll] Sed quia idem Pardus per tres testes secundum Onssonis et baronum, quos Onso[mm] consuluerat, sentenciam, intencionem suam probare non potuit, deficiente eodem Pardusone[nn] in probacione intencionis sue patenter, precepimus Rathmiro de Penczyn, ut deberet super hoc sentenciam diffinitivam invenire et eam in conspectu omnium nostrum et testium subscriptorum publice promulgare. Idem autem Rathmirus vocatis baronibus, qui ibi tunc presentes erant, ut eo melius et sanius sentenciare valeret, consuluit eosdem barones et habita cum eisdem deliberacione perpensa, sentenciavit pro prefato domino abbate et absolutum dictum abbatem reddidit et monasterium eius ab impeticione dicti Pardusonis[ii] super bonis prefatis. Et tunc abbas predictus in testimonium prefate sentencie de communi iure et de mandato nostro dedit Alexandro[oo] de Przestawlk, subiudici Olomucensi, duos denarios, qui przysudni vulgariter appellantur. Nos autem dictam sentenciam tamquam[pp] iustam, perpensam et equilibratam secundum deum et iusticiam approbantes una cum omnibus baronibus assidentibus nobis

et testibus inferius denotatis collaudavimus et assensu atque auctoritate nostra ipsam ratam reddidimus atque firmam. Testes autem, qui interfuerunt, sunt hii:[qq] Nezamisl[rr] purgravius Olomucensis, Chuno[ss] purgravius de Wranow, Woyslaus iudex Olomucensis, Budislaus decanus Olomucensis, Alexius prepositus Olomucensis[ss] et[tt] cancellarius marchionis[uu] Morauie,[tt] Martinus abbas Trebecensis, Iaroslaus abbas de Wilemow,[vv] Vlricus[ww] abbas de Luthomisl,[xx] Nicolaus prepositus Cunicensis,[yy] Milota de Diedicz, Hrabiss de Lisecz,[zz] Bludo de Gizin,[aaa] Willelmus[bbb] de Dubisck,[ccc] Nicolaus frater eius de Brodelo, Sbislaus de Scorotin, Pardus de Horca,[ddd] Duon de Wranowicz, Benessius filius Benessii de Branicz, Herardus de Obrzan, Laurencius de Plancz, Lupus frater eius de Plancz et alii quam plures. Unde ad futuram memoriam et cautelam dicti domini[w] abbatis et ecclesie vel monasterii sancti Stephani in Gradisch[eee] presens scriptum fieri et sigillis omnium nostrum, secundum quod superius nominati sumus, per ordinem communiri fecimus in testimonium veritatis. Actum et datum in castro Brunensi anno Domini M°CC°LXXVIII,° [fff] XII° [ggg] kalendas[q] februarii, VI[hhh] indiccionis.[hhh]

---

858. [a] ‚Archlebus' C. — [b] ‚Wethoviensis' C. — [c] ‚Drahotuss' C. — [d] ‚marscallus' C. — [e] ‚Moraviae' C; *hoc loco et inferius* ‚ae', ‚oe' *pro* ‚e' *ponitur in* C. — [f] ‚Wsseborius' C. — [g] ‚Ottocaro' C. — [h] ‚inclyto' C. — [i] ‚Bohemorum' C. — [k] *Hoc loco et inferius* ‚j' *ponitur pro* ‚i' *in* C. — [l] ‚Brunae' C. — [m] ‚Moravorum' C. — [n] ‚scripturae' C. — [o] ‚presedimur' B. — [p] ‚12mo ' C. — [q] ‚calendas' C. — [r] ‚quibuscunque' C. — [s] ‚Moravia' — — [t] ‚tanquam' C. — [u] ‚Budis' C. — [v] ‚Gradicense' C. — [w] *Deest B.* — [x] *Vox* ‚is' *sequitur in* C. — [y] ‚Tiesseticz' C. — [z] ‚sylvarum' C. — [aa] ‚Moravam' C. — [bb] ‚Oskavam' C. — [cc] ‚Sedlski' C. — [dd] ‚praelatus' C. — [ee] *Hoc loco et inferius* ‚t' *ponitur pro* ‚c' *in* C. — [ff] *Deest* C. — [gg] ‚legitime' C. — [hh] ‚ac' C. — [ii] ‚Pardussonis' C. — [kk] ‚knietye' C. — [ll] ‚nuncupantur' C. — [mm] ‚Onsso' C. — [nn] ‚Pardussone' C. — [oo] *Vox* ‚praesenti' *sequitur in* C. — [pp] ‚tanquam' C. — [qq] ‚hi' C. — [rr] ‚Nezasmil' B. — [ss-ss] ‚Budislaus decanus Olomucensis, Alexius praepositus Olomucensis, Chuno purgravius de Wranow, Woyslaus judex Olomucensis' C. — [tt-tt] *Deest* C. — [uu] ‚marčh' B. — [vv] ‚Wilimow' C. — [ww] ‚Ulricus' C. — [xx] ‚Lutomissl' C. — [yy] ‚Kunicensis' C. — [zz] ‚Lesicz' C. — [aaa] ‚Grzin' C. — [bbb] ‚Willis' C. — [ccc] ‚Dubsicz' C. — [ddd] ‚Horka' C. — [eee] ‚Hradisch' C. — [fff] ‚1278' C. — [ggg] ‚12' C. — [hhh-hhh] ‚indictionis 6' C.

[1]) *Scilicet in iudicio generali.* — [2]) *Qui fortasse una cum Přemyslo Otakaro II. iudicii generalis Brunae particeps fuit.*

859.+

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae et marchio Moraviae, Richardo, dicto de Damis, *castellano in Kłodsko, et Rudlino, provinciali iudici, mandat, ut fratres Minores in domo Glacensi adversum perturbatores, nominatim adversum commendatorem Cruciferorum, plebanum Glacensem, protegendos assumant.*

Apud Brunam 1278 ian. 24.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in archivo publico Vratislaviensi (archivum fratrum Minorum Glacensium, sign. num. 11) asservabatur, nunc autem latet eiusque imago phototypica tantum restat (A).

Ed: Volkmer-Hohaus, Urkunden, pag. 21 s. num. (ex A).
Reg: CDS VII. 2, pag. 236 num. 1558. — Reg II, pag. 470 num. 1109 et pag. 1184 num. 2709.
Lit: Dušková, Urkundenwesen, pag. 384 n. 393.

Scriba: P II 93 = ignotus, destinatarii proprius.
Dictator: idem atque scriba.
Charta aliquam suspicionem movet, nam: 1) extra cancellariam regiam orta est; 2) Přemyslo ibidem quidem rectus, sed inusitatus titulus attribuitur; 3) scidula membranacea, in qua sigillum appendet, prima non est (vide n. 3).
Vide: II. 1 a, P. O. II.
Imaginem phototypicam adversae partis chartae nobis v. d. Heinrich Appelt ex apparatu diplomatico editionis „Schlesisches Urkundenbuch", *qui Marburgae asservatur, benignissime mittendam duxit.*

O.,[1] dei gracia rex Boemie[a] et marchio Moravie, fidelibus suis Richardo dicto de Damis, castellano || in Cladz, et Rudlino, provinciali iudici, graciam suam et omne bonum. Quoniam fratres Minores, quorum || ordinem affectu mero complectimur et gracia prosequimur speciali, ut ex veridico relatu percepimus, || in domo Cladcensi quorumdam hominum deum non timencium crebro ateruntur iniuriis et insolenciis quaciuntur, nos ipsorum condolentes incommodis eaque decernentes dignacione sedula propulsare, vestre fidelitati per tenorem presencium precipiendum statuimus et mandandum, quatenus nostre regie magestatis intuitu fratres eosdem in curam vestram debeatis assumere protegendos adversum perturbatores eorum, vos eisdem exhibentes salubre et efficax munimentum. Nec enim ambigimus, quin iidem fratres vestris industria et adminiculo suffragantibus in loco eodem pulsis procul inquietatoribus pacis et prosperitatis succursibus valeant gratulari. At si postmodum fortassis aliqui per nos moniti et correpti, qui nec deum timent nec homines reverentur, non a predictorum fratrum gravaminibus desistere verebuntur, volumus, quod ipsos nominatim nostre celsitudini vel viva voce vel in scriptis teneamini declarare. Quod si alter ex vobis hiis intendere non poterit, quovis suorum negociorum articulo irretitus, ea nichilominus reliquus exsequatur. Intelligentes preterea, quod sepefati fratres Minores per commendatorem Cruciferorum, plebanum Cladcensem,[2] sepe acriter molestantur, dilecioni vestre precipimus nostre gracie sub obtentu, ut commendatorem eundem iubeatis a temeritate huiusmodi resilire, quod fratres sepius iterati in loco memorato sicut et in regni nostri civitatibus reliquis quiete et tranquille Domino famulentur. Si etenim nostre clemencie exnunc de commendatore eodem, plebano Cladcense,[b] fratres prehabiti fuerint querelati, ipsorum utique querelas et gravamina equo nequibimus animo tollerare.[b] Datum aput Brunnam IX° kalendas februarii anno Domini M°CC°LXXVIII°.

Sigillum: Otakari, quinti regis Boemorum et Moraviae marchionis, in scidula membranacea appendebat.[3]
Cf. Sigilla num. 1 a, 1 III, 2 V.

859.[+] [a]) ‚Boẽm' *A.* — [b]) *Ita A.*

[1]) *Přemysl Otakarus II.* — [2]) *Nomen ignoramus.* — [3]) *Sigillum, sicut ex CDS comperimus, conservandi causa in scidula membranacea e quadam recentiore littera consulum Glacensium excisa appensum erat.*

860.

Rulco de Bieberstein promittit se cum heredibus suis de castro Frýdlant a Přemyslo Otakaro II., rege Bohemiae, empto secundum consuetudinem regni Bohemiae servire velle.

Pragae 1278 febr. 7.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum Coronae regni Bohemiae, sign. num. 20) asservatur (A). — Apographum in altero archivi Coronae regni Bohemiae copiario antiquissimo nota C communiter signato, tempore Karoli IV. imperatoris confecto nunc latet. Ex eius apographis adhibetur id, quod in mnscro chart. saec. XV. in SAR Žitenice (bibliotheca Lobkoviciana Roudnicensis, sign. VI F b 5) asservatur, pag. 358—359 (B).

Imago phototypica: Helbig, Urkundliche Beiträge, apud pag. 450.
Ed: Balbín, Miscellanea, dec. VIII, lib. I, pag. 158 num. 115 (ex A). — Beckler, Chronicon Bohemiae II, pag. 79 (ex A). — Rohn, Chronic von Friedland, pag. 28 (ex Beckler). — CIB I, pag. 197 num. 69 (ex Balbín). — Helbig, Urkundliche Beiträge, pag. 445 (ex A cum translatione in linguam Germanicam, pag. 446). — ACRB I, pag. 32 num. 20 (ex A).
Reg: Kopetzky, Regesten, pag. 118 num. 129. — Cf. CDS VII. 2, pag. 236 post num. 1558. — Reg II, pag. 470 num. 1111. — Helbig, Urkundliche Beiträge, pag. 22 num. 46. — Koss, Archiv, pag. 22 num. 20 (ex A). — Haas, Archiv Č. Koruny, pag. 5 num. 20 (ex A).
Lit: Zatschek, Die älteste Erwähnung, pag. 49 (origo diplomatica chartae in cancellaria regia). — idem, Nochmals die älteste urkundliche Erwähnung, pag. 106 (depositio chartae in archivo Coronae). — Dušková, Česká listina 2, pag. 207.

In chartae tergo manu saec. XVI. inter alia scriptum est: „přepsán".

Scriba: magister Henricus protonotarius regis (= P II 81). Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a. magister Henricus protonotarius (FF), 4. De chartae apud nobiles usu (RRRRR).

Ego Rulco de Pyberstayn istius tenore pagine notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod castrum Vride‖lant cum omnibus iuribus et attinentiis ipsius castri emi a serenissimo domino meo,[a] domino Otakaro, illustri rege Boemie,[b] ‖ pro octingentis marchis Vribergensis ponderis et argenti hereditarie possidendum; ita tamen, quod ego et heredes mei legitimi ‖ teneamus et possideamus dictum castrum a domino rege Boemie[b] pretaxato ad iura et conditiones[c] regni Boemie et quod ego ac heredes mei de dicto castro dicto domino regi et heredibus suis fideliter serviamus et obsequia devota impendamus et iura exsolvamus quelibet secundum consuetudinem regni Boemie et quod ego et heredes mei ad expeditiones ipsius[d] domini regis vel heredum suorum veniamus et venire teneamur, muniti armis, equis et ceteris armorum necessariis, sicut decet, quociens ipsum dominum regem eas facere contigerit vel eius heredes contra provincias vel homines qualescumque; et breviter universa alia, quecumque in iudiciis, steuris et expeditionibus ac aliis conditionibus[c] quibuslibet iuxta regni ipsius[e] consuetudinem impenduntur vel solvuntur ab aliis fidelibus ipsius regis, eadem et singula ego et heredes mei dicto regi et heredibus suis impendamus et impendere teneamur. Testes autem, qui interfuerunt, sunt isti: dominus

Nicolaus filius dicti domini regis, Domazlaus camerarius Boemie, Mstidrusius purchravius Pragensis, Theodericus Spathmannus camerarius Boemie, Hinco de Luhtemburch,[f] Hinco dapifer, Chenco de Lippa, Willelmus[g] de Luticz, Hinco de Duba, Ierco de Waldemberch, Gregorius camerarius domine regine[1] et alii quamplures. In cuius rei testimonium et robur presens scriptum fieri et sigillo meo feci muniri.[h] Actum Prage anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, septimo idus februarii, sexte indiccionis.

Sigillum: Rulconis de Bieberstein in scidula membranacea illaesum appendet. Vide Sigilla num. 4, 1.

---

860. [a] *Ex* ‚nr̃o' *correctum est in A.* — [b] ‚Boẽm' *A.* — [c] *Ita A.* — [d] *Ex* ‚ipsis' *corr. est A.* — [e] *Ex* ‚n̄ri' *corr. est in A.* — [f] *Prima littera* ‚h' *ex alia corr. est A.* — [g] ‚Wills' *A.* — [h] *Post vocem* ‚muniri' *scriba textum chartae finire volens, signum finale posuit, quod per litteram* ‚A' *sequentis vocis* ‚Actum' *delevit.*

[1]) *Cunegundis.*

861.

Meingotus, civis Olomucensis, se a Budišo abbate et conventu monasterii in [Klášterní] Hradisko quosdam agros iure emphyteutico suscepisse pronuntiat.

In [Klášterní] Hradisko 1278 febr. 22.

Apographum praebet codex membr. saec. XV. „Liber monasterii Gradicensis privilegiorum", *qui in archivo mon. in Csorna (in Hungaria) asservabatur, nunc autem latet, pag. 27 num. 30 (B). — Aliud apographum exstat in fragmento mnscri chart. saec. XVIII.* „Varia memorabilia" *intitulati, quod ad M. Siebenaicheri Historiam, cuius codex mnscrus chart. in SAR Brunae (archivum mon. Gradicensis, sign. num. 37) asservatur, agglutinatum est, fol. 297ᵛ—298 (C).*

Ed: CDM IV, pag. 209 num. 150 (ex C).
Reg: Reg II, pag. 471 num. 1112.
Lit: KK, pag. 106 n. 6. — Šebánek, Česká listina 3, pag. 136, 137.

Dictator: destinatarii proprius, cuius stili proprietates etiam in chartis num. 795⁺, 813⁺, 818 apparent.
Vide: II. 3, Kl. Hradisko (BB), 5, De chartae apud civitates usu (XXX).
Imagine phototypica B (vide in prooemio) usi sumus.

In nomine Domini amen. Mongotus, civis Olomucensis, omnibus in perpetuum. Noverint universi tam presentes[a] quam futuri vel posteri, quod ego Mongotus, civis Olomucensis, a venerabili domino Budis abbate ac[b] conventu ecclesie Gradicensis suscepi agros quosdam, dimidium equiperantes laneum, Olomucensi civitati coniunctos[c] et a bonis ipsius civitatis per terminos, qui copczy[d] dicuntur vulgariter, separatos michi[e] et meis successoribus iure emphiteotico,[f] quod burkrecht[g] dicitur, perpetuo possidendos; de eisdem agris lapidem cere in Nativitate beate Virginis[1] ecclesie Gradicensi annis singulis soluturus eo pacto, ut, si prefatum censum in predicto termino solvere contempsero per contumaciam vel terminos agrorum prescriptos violare temere vel in eos dolose presum-

sero[h] machinari, ipso facto eos perdo et ab eorum possessione cedo ac omni contradictione remota resigno ecclesie supradicte omnibus predictis condicionibus[i] se ad meos extendentibus ex integro successores. Ut autem hec prefatorum abbatis et conventus ecclesie Gradicensis unanimiter, rite ac rationabiliter facta concessio et mea protestacio[k] ex utraque parte illibata permaneat et perpetue nitatur[l] robore firmitatis, presens scriptum conscribi et sigillorum abbatis et conventus sepedicte ecclesie necnon civitatis Olomucensis obtinui munimine roborari. Actum anno Domini M°CC°LXXVIII° [m] testibus subnotatis: Budislao decano, Allexio[n] preposito, Cyro archidiacono Olomucensis ecclesie, Wigando advocato, Reslino, Theodrico,[o] Iohanne,[p] Otlino, Rotlebo civibus Olomucensibus, preterea viris nobilibus: Wockone de Benessow, Pardus de Horka, Neplah[r] de Buniowicz[s] et aliis pluribus fidedignis, datum in Radis[t] VIII° [u] kalendas[v] marcii.[w]

---

861. [a] *Hic et inferius* ‚ae' ‚oe' *pro* ‚e' *ponitur in C.* — [b] ‚et' *C.* — [c] *Hic et inferius* ‚j' *ponitur pro* ‚i' *in C.* — [d] ‚kopczy' *C.* — [e] ‚mihi' *C.* — [f] ‚emphiteutico' *C.* — [g] ‚burgrecht' *C.* — [h] ‚praesumpsero' *C.* — [i] ‚conditionibus' *C.* — [k] ‚protestatio' *C.* — [l] ‚enitatur' *C.* — [m] ‚1278' *C.* — [n] ‚Alexio' *C.* — [o] ‚Theodaco' *C.* — [p] ‚Ioanne' *C.* — [r] ‚Neplach' *C.* — [s] ‚Buniowitz' *C.* — [t] ‚Gradisch' *C.* — [u] ‚8' *C.* — [v] ‚colendis' *C.* — [w] ‚martii' *C.*

[1]) *Sept. 8.*

862.

Johannes, episcopus Pragensis, monasterio Dominici sepulchri in Zderaz decimas episcopales in villa Sloveč concedit et hanc donationem servandam mandat Alberto, vicearchidiacono Gradecensi, futurisque decimatoribus episcopalibus.

Pragae 1278 febr. 27.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum domus Dominici sepulchri in Zderaz, sign. L IV ŘKřb Zderaz num. 22) asservatur (A).

Imago phototypica: Nový, Listiny, tab. 4.
Reg: Reg II, pag. 471 num. 1113.

In chartae replicatae parte dextra registrator archivi saec. XV.—XVI. scripsit ‚R'; *in chartae tergo manu saec. XIII. scriptum est:* „littera de Slovch" *(A), paulo inferius manu alia eiusdem saec.:* „Exempcio decime episcopalis in Slouecz" *(C).*

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide et num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: J III 6.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (NNN), J III 6 (Y), 3, Zderaz (N).

⁝ In nomine Domini amen. ⁝ Nos Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus XXIIII, omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que ‖ ad caritatis spectant offitium, eo promptiori sunt munificentia prosequenda, quo ipsa nobis efficatius eterne salutis ‖ aquirunt

premium sempiternum, idcirco universitati vestre tenore presentium volumus esse notum, quod nos honestis[a] et religio‖sis viris, preposito videlicet et conventui de Zderaz ac ipsorum monasterio ordinis Sepulcri Dominici et universis eorum successoribus, episcopales decimas nostras in Slouch villa ipsorum, que nobis competunt et apud omnes ipsius ville homines competere possent, annis singulis in perpetuum ab eisdem pleno iure percipiendas et possidendas pietatis intuitu liberaliter concedimus et donamus, honesto viro Alberto, vicearchidiacono Gradcensi, et cuilibet per post ipsum decimatori nostro sub pena excommunicationis, quam exnunc in hiis scriptis proferimus, firmiter iniungentes, ut hanc donationem nostram violare aliquatenus non presumant, alioquin sententias eorum, si quas tulerint, pro exquisicione decimarum ipsarum et eas, que hactenus sunt prolate, irritas decrevimus et inanes. In cuius rei testimonium presens scriptum fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum Prage anno Domini M°C°C°LX°X°VIII°, tercio kalendas marcii, pontificatus vero nostri anno XX, indictione VI.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto in filis sericis albi, flavi et rubri coloris fractum, sed conservatione integratum, appendet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

---

862. [a]) *Finalis littera ‚s' fortasse ex ‚i' videtur esse corr. in A.*

863.

Branislaus [de Trstěnice] una cum coniuge sua Margareta monasterio in Louka ius patronatus in Trstěnice donat; quam donationem per Brunonem, episcopum Olomucensem, confirmare petit.

In ecclesia Lucensi 1278 mart. 23.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Louka, sign. F 11) asservatur (A). — Apographum saec. XVII. exstat in codice mnscro chart. „Liber seu matricula [Lucensis]... a. 1662 ... noviter erecta et in meliorem ordinem redacta" *intitulato, ibidem (Collect. mnscr. num. 10) asservato, fol. 29—29' num. 34 (B).*

Ed: CDM IV, pag. 210 num. 151 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 471 num. 1114. — Šebánek, Archivy, pag. 48 num. 267 (ex A).
Lit: Šebánek, Studie o kanceláři, pag. 239 (scriba haud recte solummodo destinatario adiudicatur). — Dušková, Česká listina 2, pag. 196—197 (iudicium provinciale et Bruno notarius).

Scriba: seu destinatarii proprius seu Bruno notarius inter testes in loco ultimo nominatus.
Dictator: destinatarii proprius, idem atque in charta Theoderici, abbatis Lucensis, a. 1269 aug. 29 data (num. 591).[1]
Conscriptioni chartae pronuntiatio rei in iudicio provinciali Znoymensi praecedebat (vide testium formulae exordium).
Vide: II. 3, Louka (R), 4, De chartae apud nobiles usu (SSSSS).

Universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis ego Branizlaus, patronus ecclesie de Styginitz, uná cum coniuge mea domina || Margaretha salutem in Domino sempiternam. Universitati vestre notum esse cupimus, quod divina nobis inspirante gratia ius patronatus || ecclesie de Styginitz, quod nos hereditario iure constat habere, in remedium animarum nostrarum et progenitorum nostrorum ac etiam || successorum pure propter deum domino Theoderico abbati et monasterio sancti Venzezlai in Luca, ordinis Premonstratensis, Olomucensis dyocesis, secundum quod nos rite et iuste possedimus, conferimus et donamus liberaliter et libenter nullo penitus contradicente nec etiam reclamante; quod etiam instanter petimus per venerabilem patrem dominum Brunonem, episcopum eiusdem dyocesis, confirmari. Ne igitur hec nostra donatio possit a quibuslibet nostris heredibus infirmari, presentem litteram nostro sigillo et aliis sigillis clericorum et laicorum nobilium, scilicet domini Alexii, prepositi Olomucensis, et domini Hermanni, decani et plebani sancti Nicholai in Znoym, et domini Suzicray, zudarii Znoymensis, et domini Sboronis, subdapiferi domini regis,[2] et domini Lupi de Plautz, qui eo tmpore[a] affuerunt, fecimus roborari. Datum in ecclesia Lucensi anno Domini M°CC°LXXVIII°, X° kalendas aprilis presentibus istis, quorum nomina subscribuntur: domino Wisuntone preposito de Ozla, domino Wernero plebano de Rohatitz, domino Conrado plebano de Troscowitz, domino Bertoldo plebano de Lupratitz, Iohanne plebano de Hard, Iohanne plebano de Olexowitz,[b] domino Merbotone lantrihcterio[c] Znoymensi, domino Laurentio submarscalco domini regis,[2] domino Ierozlao de Cnenitz, Ienzone de Nasmaritz in castro Znoym residentibus, Wolframmo de Zlatin fratre domini Marquardi Longi, domino Bouzlao de Odunz, Branizlao de Lessonitz, domino Adalhardo de Wecennitz, domino Nicul de Sirninz, Brunone notario et aliis quam pluribus tam clericis quam laicis, qui eo die ad forum in Zoym convenerunt et ad iudicium provinciale.

Sigilla: sex in filis sericis tenuissimis artifice contextis flavi et rubri coloris appendent; 1) Branislai [de Trstěnice] illaesum. Vide Sigilla num. 4, 36; 2) Alexii, decani Olomucensis, illaesum. Cf. Sigilla num. 3, 38; 3) Hermanni, decani et plebani sancti Nicolai in Znojmo, paulum laesum. Vide Sigilla num. 3, 64; 4) Čúžkraji, cudarii Znoymensis, laesum. Cf. Sigilla num. 4 a, 3; 5) Zboronis subdapiferi paulum laesum. Vide Sigilla num. 4 a, 12; 6) Lupi de Plaveč illaesum. Vide Sigilla num. 4, 24.

---

863. [a]) *Ita A, titulus enim deest.* — [b]) *Altera littera ‚o' ex ‚e' correcta est in A.* — [c]) *Ita A.*

[1]) *Cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kláštera louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscrum in UK Brno asservatur, pag. 61 ss.* — [2]) *Přemysli Otakari II.*

864.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, civitati Most varias libertates concedit.

Pragae 1278[1] mart. 26.

Apographum chartae insertum est confirmationi Johannis, regis Bohemiae, Pragae 1327 ian. 20 datae (CIM II, pag. 238 num. 142 = J), cuius confirmationis autographum in membrana scriptum in OA Most

(archivum civitatis, sign. num. 61) asservatur (B). — Una cum J chartae textus insertus est confirmationi Karoli IV., Romanorum imperatoris, Pragae 1370 ian. 21 datae (CIM II, pag. 623 num. 431 = K), cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (num. 94) asservatur (C).[2] *— Una cum K chartae textus insertus est confirmationi Vladislai, regis Bohemiae, in Bratislava 1515 iun. 4 datae (CIM III, pag. 1147 num. 643 = VI), cuius confirmationis autographum in membrana scriptum ibidem (num. 33) asservatur (D).*[3] *— Apographum simplex K praebet codex civitatis Pontensis chartaceus de anno 1640, fol. 11 (E).*[4]

Ed: Pelzel, Karl der Vierte I. Urkundenbuch, pag. 356 num. 319 (ex E, ad a. 1273). — Gengler, Codex, pag. 424 num. 149/1 (ex Pelzel, ad a. 1273). — Schlesinger, Stadtbuch von Brüx, pag. 8 num. 24 (ex B, ad a. 1273). — CIM II, pag. 57 num. 21 (idem).
Reg: Reg II, pag. 472 num. 1115 (recte ad a. 1278).
Lit: Emler, Kanzlei, pag. 27 n. 1 (idem). — Sedláček, Snůška, pag. 26 (termini ‚varta' et ‚muta'). — Zatschek, Die älteste Erwähnung, pag. 50 (stilus chartae). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60 (idem). — Dušková, Urkundenwesen, pag. 332, 335, 339, 383.

Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (GG), 5, De chartae apud civitates usu (YYY).

Nos Ottackarus,[a] dei gratia,[b] rex Boemie,[c] istius tenore pagine[d] notum fieri[e] volumus[e] universis tam presentibus quam futuris, quod nos circumspeccione salubri civitatibus nostris providere salubriter cupientes, ut nostris temporibus eedem favente[f] Domino utilitatibus et commodis[g] augeantur, ut civitas nostra Brux sub nostro felici regimine suscipiat incrementa, eiusdem civitatis civibus gratiose duximus concedendum, ut strata trans nemus per wartham sive per mutam cetereque omnes alie vie, que infra duorum spatium miliarium exnunc sistunt aut fieri valeant in futuro, ad ipsam civitatem nostram Brux tendant et ut fiant et fieri debeant depositiones annone, pannorum, salis ceterarumque aliarum[h] rerum venalium seu mercimoniorum quorumlibet in eadem; volentes ac tenore presentis privilegii firmiter statuentes, ut omnes illi theloneum[i] dare tenentes,[k] qui per wartham seu per aliam quamcumque[l] infra duorum spacium miliarium viam transierint aut mercimonia transvexerint, exceptis civibus et hominibus aliarum civitatum nostrarum, in prefatam pergere civitatem debeant et exponere ipsa mercimonia venalia in eadem; et quod teneant eadem exposita per duos dies; et si ipsa infra prefatos duos dies vendiderint, bene quidem, si autem non potuerint vendere infra prefatum duorum dierum spatium, tunc deportandi ea, quocumque[m] alias voluerint, plenam et liberam habeant facultatem. Ad habundantioris etiam gratie plenitudinem tenore presentis privilegii firmiter inhibemus et imposterum[n] omnino volumus observari, ne in Lacu et in omnibus ceteris villis in unius spatio miliaris ipsi Brux circumadiacentibus parentur brasia,[o] braxetur cervisia et ne fiant aut fieri debeant aliqui manuales operarii et ne aliqui emptionis vel venditionis contractus de annona, pannis vel sale in eisdem villis spatio in eodem ipsi civitati Brux circumadiacentibus debeant celebrari, sed[p] volumus, ut tales artifices mechanici et contractus huiusmodi de rebus prefatis in predicta tantummodo fieri debeant civitate excepto dumtaxat,[q] quod in Lacu et in Iurnethin[r] potest fieri de pane, carnibus et cervisia venditionis contractus necnon in Copitz[s] una potest fieri fabrica et taberne.[t] Omnes autem isti de Lacu, Iurnethin[r] et Copitz[s] in prefata debeant civitate cervisiam comparare. Inhibemus

etiam, ut iidem villani in circumadiacentibus prefate civitati[u] villis residentes non audeant annonam ultra nemus vel extra terram aliquatenus[v] transportare vendendam, sed[w] eandem annonam, quam vendere voluerint, ad prefatam civitatem Brux deferant et ibidem venalem exponant et per duorum dierum spatium expositam habeant; quam si infra prefatos dies vendiderint, bene quidem, si non, tunc transportandi eam venalem, quocumque[m] sibi placuerit, liberam habeant facultatem. Concedimus etiam eisdem predicte[h] nostre civibus civitatis, ut omnes et[x] singulos debitores suos tam nobiles quam alios homines seculares et[y] religiosos[y] regni nostri pro debitis quinque marcarum vel sub quinque marcis in ipsa civitate Brux debeant arrestare, ita quod ipsi per huiusmodi occupationem seu solutionem[z] debiti valeant optinere.[aa] In cuius rei testimonium et robur presens privilegium fieri et sigillis maiestatis nostre fecimus communiri.[bb] Actum et datum Prage per manus magistri Heinrici,[cc] prothonotarii regni nostri et[h] plebani in Gors, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo,[dd] VII° [ee] kalendas[ff] aprilis.

---

864. [a]) ‚Otakarus' *C, D, E.* — [b]) *Quia autographum chartae a magistro Henrico dictatae verisimillime ab eodem scriptum est, usum eius graphicum respicientes, pro ‚c' regulariter ‚t' ponimus; praeterea haec notanda sunt: in B discrimen inter ‚t' et ‚c' haud statui potest, in C et D pro ‚t' regulariter ‚c' ponitur, in E ‚t' praevalet.* — [c]) ‚Boẽm' *B.* — [d]) *Hoc loco et inferius* ‚ae', ‚oe' *pro* ‚e', ‚j' *pro* ‚i' *in E ponitur.* — [e-e]) ‚volumus fieri' *B.* — [f]) ‚faciente' *B — E.* — [g]) ‚comodis' *B.* — [h]) *Deest C — E.* — [i]) ‚theoloneum' *D.* — [k]) ‚teneantur' *D.* — [l]) ‚quamcunque' *D, E.* — [m]) ‚quocunque' *D, E.* — [n]) ‚in posterum' *C — E.* — [o]) ‚brasea' *C, D.* — [p]) ‚set' *C.* — [q]) ‚duntaxat' *C — E.* — [r]) ‚Iumechin' *C, D,* ‚Iurnectim' *E.* — [s]) ‚Capicz' *C, E,* ‚Copicz' *D.* — [t]) ‚thaberne' *C — E.* — [u]) ‚civitate' *B.* — [v]) ‚aliquam' *C — E.* — [w]) ‚set' *B, C.* — [x]) ‚ac' *E.* — [y-y]) *Deest C — E.* — [z]) ‚salutionem' *E.* — [aa]) ‚obtinere' *C — E.* — [bb]) ‚omuniri' *C.* — [cc]) ‚Henrici' *C — E.* — [dd]) ‚tertio' *B — E, vide et n. 1.* — [ee]) ‚septimo' *C — E.* — [ff]) ‚calendas' *E.*

[1]) *In omnibus apographis inferius laudatis erronee annus 1273 adducitur; iam v. d. Emler (vide in Reg) titulum Přemysli Otakari II. considerans recte chartam ad a. 1278 posuit.* — [2]) *In chartae tergo manu saec. XVII. inter alia haec leguntur:* „Confirmationsprivilegium Ottagari und Joannis, dass man allerlei güter über den Wald Wartha genannt uf Brüx soll zuefüren". — [3]) *De charta Přemysli Otakari II. etiam in privilegiis Ferdinandi I. Pragae 1528 aug. 17 et 1549 mart. 30 datis mentio fit (cf. SÚA Pragae, Maiestalia 3, pag. 151 et CIM II, pag. 59 in nota).* — [4]) *Apographa simplicia in archivo Musei Nationalis sub sign. F asservata praetermisimus.*

865.

Nicolaus III. papa omnia privilegia monasterio in Vyšší Brod concessa confirmat.
Romae, apud Sanctum Petrum [1278] mart. 31.

Apographum saec. XVI.—XVII. exstat in copiario mon. Altovadensis chart. in SAR Třeboň (archivum mon. in Vyšší Brod, sign. 115/II) asservato, pag. 17 (B). — *Aliud apographum saec. XVI. exstat in convoluto chart.* „Exempla descripta fundationis donationum et id genus privilegiorum, spectantium ad monasterium Alti Vadi 1597" *intitulato, in SAR Český Krumlov (sign. I 3 K$^{\beta}$ N° 1 p) asservato, fol. 10^{v} (C).*

Nicolaus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..[a] [1] abbati et conventui monasterii de Alto Uado,[b] ordinis Cisterciensis, Pragensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur ... effectum.[2] Eapropter,[c] dilecti[d] in Domino

filii,[e] vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus[f] nostris, Romanis pontificibus,[3] per privilegia seu alias indulgentias vobis et monasterio vestro concessas necnon et libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus, principibus et aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas[g] iuste ... communimus.[4] Nulli ergo ... paginam nostre confirmationis ... contraire.[2] Si quis autem ... incursurum.[2] Datum Romae, apud Sanctum Petrum pridie kalendas[h] aprilis, pontificatus nostri anno primo.

---

865. [a] *Punctum geminatum omittitur B, C.* — [b] ‚Vado' *C.* — [c] ‚Quapropter' *C.* — [d] ‚dilecte' *C.* — [e] ‚filiis' *C.* — [f] *Hoc loco et inferius* ‚ae' *ponitur pro* ‚e' *in C.* — [g] ‚ea' *B.* — [h] ‚calendas' *C.*

[1]) *Ottoni.* — [2]) *Vide CDB II, pag. 46 num. 53.* — [3]) *Antiquiora specialia privilegia a pontificibus Romanis monasterio Altovadensi concessa ignoramus.* — [4]) *Vide num. 251.*

866.

Nicolaus III. papa [Johanni], episcopo Pragensi, mandat, ut monasterium in Vyšší Brod contra molestatores defendere curet.

Romae, apud Sanctum Petrum [1278] mart. 31.

Apographum saec. XVI. exstat in convoluto chart. „Exempla descripta fundationis donationum et id genus privilegiorum, spectantium ad monasterium Alti Vadi 1597" *intitulato, in SAR Český Krumlov (sign. I 3 Kβ Nº 1 p) asservato, fol. 11ᵛ—12 (B).*

Nicolaus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri ..,[1] episcopo Pragensi, salutem et apostolicam benedictionem. Quia mundo posito in maligno nonnulli caeca cupiditate seducti tanto ad rapiendum et invadendum bona ecclesiastica irreverencius improbas manus extendunt, quanto rariores, qui ea arripiant, inveniunt obiectores, interest nostra, ut huiusmodi pravorum conatibus resistamus. Cum igitur dilecti filii ..[a] [2] abbas et conventus monasterii de Alto Vado, Cisterciensis ordinis, Pragensis diocaesis, sicut iidem nobis insinuare curarunt, a nonnullis, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, graves patiantur molestias et iacturas, nos, volentes et ipsorum abbatis et conventus providere quieti et molestancium malitiis obviare, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus eisdem abbati et conventui contra raptorum, praedonum et invasorum audatiam efficaci[b] praesidio defensionis assistens, non permittas eos in personis vel bonis suis a talibus molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, attencius provisurus, ne de iis, quae causam[c] cognitionis exigunt vel quae personas et bona non contingunt ipsorum, te aliquatenus intromittas. Nos enim, si praesumpseris, tam praesentes literas quam etiam processum, quem per te ipsarum authoritate[d] haberi contigerit, omnino carere iuribus ac nullius fore decernimus firmitatis; huiusmodi ergo mandatum nostrum sic sapienter et fideliter exe-

quaris, quod eius fines quomodolibet non excedas;[e] praesentibus[f] post triennium minime valituris. Datum Romae, apud Sanctum Petrum pridie calendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

---

866. [a] *Punctum geminatum omittitur B.* — [b] ‚efficati' *B.* — [c] ‚causae' *B.* — [d] ‚authoritati' *B.* — [e] ‚exedas' *B.* — [f] ‚praesentes' *B.*

[1]) *Johanni.* — [2]) *Otto.*

867.

Johannes, episcopus Pragensis, sex litteras apostolicas Eremitis ordinis sancti Augustini per Alemanniam constitutis concessas vidimat.

Pragae 1278 apr. 2.

Apographum saec. XV. in. praebet codex mnscrus membr. „Codex Thomeus" *intitulatus, in SÚA Pragae (archivum mon. Eremitarum apud s. Thomam Pragae, sign. cod. num. 1) asservatus, pag. 30—34 (B).*

Ed: Reg II, pag. 473 num. 1116.
Lit: Dušková, Neznámá křižovn. listina, pag. 310 n. 25 (cohaerentia stilistica cum recentioribus vidimationibus).

Dictator: ignotus, qui stilo communi usus est.
Quoniam monasterium Eremitarum apud s. Thomam Pragense, in cuius codice (vide superius) apographum vidimationis invenitur, demum a. 1285 est conditum, pro certo habendum est vidimationem primum ad aliud monasterium Eremitarum in Bohemia destinatam esse; in censum venire potest seu monasterium in Ostrov (Svatá Dobrotivá) (vide num. 381++) seu monasterium in Pšovka apud Mělník (vide num. 558+).
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (OOO), 3, Mělník (Pšovka), (B), Ostrov (Svatá Dobrotivá) (B) (?).

Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Noveritis, quod nos privilegia et alias litteras apostolicas et indulta religiosis viris fratribus Heremitis ordinis sancti Augustini per Alamaniam constitutis concessa cum veris bullis, filis et cartis non viciata nec cancellata nec in aliqua sui parte abolita vidimus et legimus in hec verba: Allexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis priori et fratribus Heremitis in Alamania *etc.*[1] Urbanus[a] episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis generali et aliis prioribus ac fratribus Heremitis ordinis sancti Augustini *etc.*[2] Urbanus[b] episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis generali et ceteris prioribus ac fratribus presbyteris Heremitis ordinis sancti Augustini *etc.*[3] Urbanus[c] episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis generali et provincialibus prioribus, presbyteris ordinis Heremitarum sancti Augustini *etc.*[4] Clemens[d] episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis generali et ceteris prioribus et fratribus Heremitis ordinis sancti Augustini *etc.*[5] Clemens[e] episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis generali et universis prioribus ac fratribus Heremitarum ordinis sancti Augustini *etc.*[6] In cuius rei testimonium istud scriptum fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari.[f] Datum Prage anno Domini M°CC°LXXVIII°, IIII nonas aprilis, pontificatus nostri anno XX°, indictione sexta.

867. [a] *In margine haec inscriptio legitur:* ‚De predicatione in eodem vidimus' *B.* — [b] *Litteris haec inscriptio anteponitur:* ‚De confessionibus audiendis' *B.* — [c] *Litteris haec inscriptio anteponitur:* ‚Item in eodem vidimus bulla domini Vrbani, quod apostatas excomunicare et capere' *B.* — [d] *Litteris haec inscriptio anteponitur:* ‚Item in eodem vidimus bulla domini Clementis pape, que legantur nobis vel pro ecclesia nulli tenemur porcionem canonicam exhibere' *B.* — [e] *Litteris haec inscriptio anteponitur:* ‚Bulla infra scripta, quod non possimus citari sine expressione speciali de nostro ordine facta' *B.* — [f] ‚roboratum' *B.*

[1]) *Sequitur tenor privilegii Laterani 1255 dec. 9 dati (vide Potthast II, pag. 1324 num. 16115 et suo tempore in regestorum serie huius tomi).* — [2]) *Sequitur tenor litterarum apud Urbem Veterem 1263 ian. 31 datarum (adhuc ineditarum, vide suo tempore in regestorum serie huius tomi).* — [3]) *Sequitur tenor litterarum Viterbii 1262 maii 26 datarum (adhuc ineditarum, vide suo tempore in regestorum serie huius tomi).* — [4]) *Sequitur tenor litterarum Viterbii 1262 apr. 17 datarum (vide Potthast II, pag. 1486 num. 18273 et suo tempore in regestorum serie huius tomi).* — [5]) *Sequitur tenor litterarum Perusii 1265 iun. 22 datarum (vide Potthast II, pag. 1557 num. 19223 et suo tempore in regestorum serie huius tomi).* — [6]) *Sequitur tenor litterarum Viterbii 1266 iul. 13 datarum (vide Potthast II, pag. 1592 num. 19734 et suo tempore in regestorum serie huius tomi).*

868.

Nicolaus III. papa [Johanni], episcopo Pragensi, mandat, ut, quae de bonis monasterii in Vyšší Brod alienata invenerit, ad ius eius revocare studeat.

Romae, apud Sanctum Petrum [1278] apr. 5.

Apographum saec. XVI. exstat in convoluto chart. „Exempla descripta fundationis donationum et id genus privilegiorum, spectantium ad monasterium Alti Vadi 1597" *intitulato, in SAR Český Krumlov (sign. I 3 Kβ Nº 1 p) asservato, fol. 11—11ᵛ (B).*

Nicolaus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri ..,[a] [1] episcopo Pragensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti filii ..[a] [2] abbas et conventus monasterii de Alto Vado, Cisterciensis ordinis, tuae diocesis, quam praedecessores eorum terras, possessiones, redditus, decimas, domos, vineas, ortos, prata, pascua, nemora, molendina, iura, iurisdictiones et quaedam alia bona eiusdem monasterii datis super hoc literis, interpositis iuramentis, factis renunciationibus et pęnis adiectis in gravem ipsius monasterii lesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo, ad firmam[b] vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super his literas confirmationis in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur.[3] Cum igitur nostra intersit lesis monasteriis subvenire, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus ea, quae de bonis eiusdem monasterii per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus literis, iuramentis, renunciationibus, poenis et confirmationibus supradictis, ad ius et proprietatem ipsius monasterii legitime revocare procures contra detentores per censuram ecclesiasticam appellatione postponenda compescendo. Testes autem, ... perhibere.[4] Datum Romae, apud Sanctum Petrum nonis[c] aprilis, pontificatus nostri anno primo.

868. [a] *Punctum geminatum omittitur B.* — [b] *Ita B, vox* ‚possessionem' *supplenda est.* — [c] ‚nonas' *B.*

[1]) *Johanni.* — [2]) *Otto.* — [3]) *Huiusmodi litterarum non exstat memoria.* — [4]) *Vide num. 18.*

869.+

Hartlebus de Loučka [et de Dubno][1] profitetur Venceslaum I., regem Bohemiae monasterio in Tišnov ecclesiam in [Velká] Bíteš se et aliis nobilibus terrae praesentibus contulisse.

[ante 1278 apr. 6.][2]

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Tišnov, sign. Y II, 6 b) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 211 num. 152 (ex A).
Reg: Šebánek, Archivy, pag. 48 num. 268 (ex A).
Lit: KK, pag. 151 n. 4, 258 n. 8. — Dušková, Česká listina 2, pag. 192.

Scriba: ignotus.
Dictator: ignotus.
Notas 1 et 6 respicientes, sinceritatem chartae in dubium vocare debemus.
Vide: II. 3, Tišnov (M), 4, De chartae apud nobiles usu (TTTTT).

Universis Christi fidelibus notum esse volumus, quod nos Hartlews de Luxa profitemur, quod dominus[a] noster, || magnificus rex Boemie bone memorie, nomine Wenzeslaus,[3] pro remedio patris[4] et matris[5] et || suorum predecessorum seu progenitorum ecclesiam in Bites, quod vulgariter Heinrichs appellatur, || claustro in Tusnawiz nobis presente et domino Bozchone et aliis multis terre nobilibus rite et rationabiliter cum omnibus, que exinde provenire poterunt, nullo contradicente contulit pleno iure;[6] quod si necesse fuerit, hoc probare volumus iuramento.

Sigillum: Hartlebi iunioris [de Loučka et] de Pfanberk scidula ex autographo ipso scissa paulum laesum dependet. Vide Sigilla num. 4, 10.

869.+ [a]) *Littera* ‚d' *ex alia littera corr. est in A.*

[1]) *Qui est sive Hartlebus, camerarius Betoviensis, sive filius eius Hartlebus iunior. Primus amborum donationis a. 1240 (vide n. 3) factae potius particeps esse potuerit, alter autem sigillum suum (vide inferius) chartae adiunxit.* — [2]) *Charta notatione temporis carens, ante terminum decisionis in causa super iure patronatus in Velká Bíteš factae (num. 870+) ponenda est.* — [3]) *Obiit a. 1253 sept. 22.* — [4]) *Přemysli Otakari I.* — [5]) *Constantiae.* — [6]) *Cf. chartas Venceslai I. in Tišnov et Brunae 1240 dec. 7 datas (CDB III, pag. 351 num. 259 et pag. 353 num. 260); in quibus inter testes Bočko, castellanus Znoymensis, quidem, non autem Hartlebus nominatur.*

870.+

Bruno, episcopus Olomucensis, in causa inter monasterium in Tišnov, monasterium in Žďár [nad Sázavou] necnon et Gerhardum de Obřany orta ius patronatus ecclesiae in [Velká] Bíteš monasterio in Tišnov adiudicat.

In Pustiměř 1278 apr. 6.

Autographum dubiae fidei in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Tišnov, sign. Y II, 6 a) asservatur (A). — E pluribus simplicibus apographis apographum in copiario chart. saec. XVIII. „Privilegia et documenta monasterii Tischnovicensis s. ord. Cisterciensis" *intitulato, ibidem (FM, collect. mnscr. num. 603, tomus I.) asservato commemoretur, fol. 27^{v}—29 (B).*

Ed: CDM IV, pag. 212 num. 153 (ex A).
Reg: Chlumecký, Die Regesten, pag. 161 num. 8. — Reg II, pag. 473 num. 1117. — Šebánek, Archivy, pag. 48 num. 269 (ex A).
Lit: KK, pag. 151 n. 3, 256 n. 8. — Boháček, Das Römische Recht, pag. 290—291 (verba in fine textus chartae „Et quia ... roborari" *deliberantur).*

In chartae tergo manu saec. XIII. scriptum est: „Privilegium super conflictu habito pro ecclesia in Henrichs cum abbate de Sar" *(D).*

Scriba: B 36 = ignotus, cuius manus in nulla alia charta reperiri potest. Johannes, notarius episcopi (= B 4), qui (vide eschatocolum chartae) scriptor eius esse deberet, in censum non venit.
Dictator: idem atque scriba, qui stilo communi usus est.
Charta suspicionem movet, nam: 1) Scriba eius (vide superius) ignotus est; 2) Mentio eius de „usu tabellionum" *mira atque unica est; 3) Omnes fere chartae, quae ibidem laudantur (vide n. 5 et 7), spuriae sunt.*
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (UUUUU), 3, Žďár (W), Tišnov (N), 4, De chartae apud nobiles usu (UUUUU).

⁝ [I]n[a] dei nomine amen. ⁝ Nos Bruno, dei gracia Olomucensis[b] ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus, in quorum noticiam presens scriptum devenerit, salutem in Domino. Quoniam nostri ‖ officii esse debet ecclesiarum indempnitatibus providere, maxime in hiis, in quibus non solum inducitur periculum animarum, verum eciam iactura rerum temporalium, ‖ que ad sustentacionem deo famulancium in eis sunt deo dedicate, hinc est, quod cum ecclesia in Hanrichs, quod[c] vulgariter Bites appellatur, per mortem ‖ bone memorie plebani Giselberti[1] vacasset, quem ..,[2] abbatissa de Thusnawitz, de sui conventus assensu suo presentaverat dyocesano ad eam confirmandum, ut asserebat, quemdam clericum ydoneum nobis presentaret ad premissam ecclesiam instituendum ac confirmandum, domino Iohanne,[d] abbate Sarensi, pro parte una et domino Gerhardo de Obersas pro parte altera contradicente,[e] unoquoque ius patronatus iamdicte ecclesie ad se tantum non ad ecclesiam Thusnawicensem pertinene asserente, ac eciam ab eo seu eis presentatum seu presentatos recipiendum, instituendum et confirmandum; nos igitur iudex ordinarius in premissis sic petitionibus receptis diversis et adversis, cum nobis de hiis non constaret tamquam iudici illa vice et in ocultis nobis non liceat iudicare canone attestante et dicente:[3] Nemo pontificum iudicare presumat, quamvis vera sint credenda,

tamen non sunt, nisi que certis indiciis comprobantur,[f] nisi que manifesto iudicio convincuntur, nisi que iudiciario ordine publicantur. Ideo partibus ad nostram synodum, quam in festo sancte Trinitatis[4] in Olomuc[b] consuevimus celebrare, die tamen non feriato terminum assignavimus ad nostram presenciam veniendi, ita ut unaqueque parcium premissarum ad terminum proxime premissum cum probacionibus, instrumentis et quibuslibet aliis munimentis, quibus de sua intentione probare posset, in iure patronatus ecclesie prenotate, eo quod eis receptis et diligenter inspectis,[g] summaria premissa congnicione, ut partium parceremus laboribus et expensis, et ne vacanti ecclesie pastoris cura diu deesset, iudicaremus, que partium potior esset in iure patronatus ecclesie sepedicte ordinaria potestate. Sane partibus premissis die et loco coram nobis legittime comparentibus,[h] nobis easdem ante omnia ad concordiam invitantibus et tandem multis pro parcium iure allegatis in nos extitit compromissum[i] domino Gerhardo de Obersas personaliter[k] presente et consenciente, domino Iacobo,[l] preposito de Thusnawitz, super hoc mandatum habente Elizabet abbatisse et conuentus, presente et consenciente, domino Iohanne, a domino Iohanne, abbate Sarensi, presentato, nostro notario ex iure presentationis sibi debito presente et consenciente fuit compromissum[i] sub hac forma: ut nos duabus personis nobis[m] iunctis partium probationes, quascumque producere vellent, reciperemus et eis receptis[n] et examinatis pro ea parte, quam pociorem in iure reperiremus, summaria congnitione premissa pro ea parte diffinitive pronunciaremus ordinaria seu arbitraria potestate, aliis partibus[o] perpetuum silencium imponendo. Nempe quia nostri officii esse debet subditorum invigilare quieti et maxime religiosorum, quos a strepitibus iudiciorum canonica equitas precipit esse quietos, premissum laudum seu compromissum[i] in nos recepimus, ordinaria nichilominus nobis potestate in premissis reservata[p] ob id, si forte arbitraria premissum negocium non potuisset sortiri effectum. Set quia lites non decet esse inmortales,[q] ideo domino Allexio, preposito Olmuncensi, et magistro Iohanne de Mocren, doctore decretorum, parcium etiam voluntate nobis deputatis, nobis adiunctis, partibus ad exhibendum coram nobis super iure patronatus iam premisse ecclesie in Hanrichs terminum assignavimus peremptorium, locum et diem eis assignantes, in quo parcium probacionibus, munimentis et instrumentis, que coram nobis comparere[r] voluerunt, aliorum contumacia non obstante receptis et diligenter examinatis, ecclesiam Thusnawicensem sive dictam abbatissam et conventum eiusdem ex privilegiis seu donatione serenissimorum regum Bohemie[s] Wenceslay et Othakari[5] et marchionum Morauie..[t] [6] nec non confirmatione dyocesani episcopi seu episcoporum,[7] que quidem privilegia diligenter inspecta non abolita, non cancellata nec in aliqua sui parte viciata comperimus[u] et invenimus ius patronatus ecclesie sepius supranominate obtinere. Ideo nomine spiritus sancti invocato, de consilio domini Allexii et Iohannis predictorum dicto monasterio de Thusnawicz ius patronatus ipsius ecclesie de Hanrichs sentencialiter diffiniendo adiudicavimus et adiudicamus, non solum potestate arbitraria in nos tradita, verum eciam supplentes ordinaria potestate, ceteris partibus super hoc perpetuum silentium imponentes. Et quia in nostra dyocesi usus tabellionum, nec in consuetudine hactenus diu obtenta, cum personaliter alicuius cause congnitioni ad diffiniendum presidemus, duo viri ad universa acta iudicii conscribenda assuman-

tur, non habetur, ideo presentem sentenciam per nostrum notarium Iohannem fecimus conscribi et nostri sigilli munimine, ne imposterum ex hoc aliqua dubietas posset exoriri, roborari. Datum et actum in Puztimir anno Domini M°CC°LXX°VIII°, VIII° ydus aprilis.

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, in filis sericis flavi et rubri coloris fragmentum tantum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

870.+ [a] *Ad litteram maiorem depingendam spatium vacuum relictum est A.* — [b] ‚Olm̃' *A.* — [c] *Ex* ‚que' *corr. est A.* — [d] *Scriba vocem* ‚abbate' *scribere coepit, sed litteras* ‚abb' *erasit et* ‚Ioh' *scripsit in A.* — [e] *Scriba primum* ‚contradicentes' *scripsit et ultimam litteram* ‚s' *erasit in A.* — [f] ‚probantur' *A.* — [g] ‚ins' *ex* ‚re' *correctum est in A.* — [h] ‚parentibus' *A.* — [i] ‚promissum' *A.* — [k] *Prima* ‚e' *ex* ‚i' *corr. est A.* — [l] *Post vocem praepositio* ‚de' *scripta erat, quae nunc erasa est in A.* — [m] *Littera* ‚o' *e quadam alia corr. est in A.* — [n] *Littera* ‚r' *e quadam alia corr. est in A.* — [o] *Littera* ‚p' *e quadam alia corr. est in A.* — [p] *Littera* ‚s' *e quadam alia corr. est in A.* — [q] *Cum titulo superfluo scriptum est in A.* — [r] ‚parere' *A.* — [s] ‚Bohem̃' *A.* — [t] *Ita A.* — [u] ‚perimus' *A.*

[1]) *Terminus obitus eius incertus est.* — [2]) *Elisabeth (vide inferius).* — [3]) *Cf. Decr. Grat. 11. 3. 41 (Friedberg I, col. 655).* — [4]) *Maii 23 fortasse a. 1277.* — [5]) *Chartam Venceslai I. in Tišnov 1240 dec. 7 datam vide CDB III, pag. 351 num. 259; chartam spuriam Přemysli Otakari II. vide num. 38+ +.* — [6]) *Litteras ignoramus.* — [7]) *Chartas spurias Brunonis, episcopi Olomucensis, vide num. 197+ + et num. 677+ +.*

871.

Henricus dictus Sweller, [civis Brunensis], monasterio Cellae b. Mariae Virginis Brunae possessiones suas Brunensi civitati adiacentes confert, de aliis redditibus suis anniversarium statuens.

In Modřice 1278 apr. 17.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. Cellae b. Mariae V. Brunae, sign. Jesuité Brno 71 A) (A). — Apographum exstat in vidimatione Theoderici, episcopi Olomucensis, s. l. [ante a. 1287] data (Šebánek, Studie o kanceláři, pag. 271 num. 2), cuius vidimationis autographum in membrana scriptum ibidem (sign. Jesuité Brno 30 C) asservatur (B).

Ed: CDM IV, pag. 214 num. 154 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 473 num. 1118. — Šebánek, Archivy, pag. 48 num. 270 (ex A).
Lit: Šebánek, Česká listina 3, pag. 120.

In tergo chartae manu saec. XVI. scriptum legitur: „Donatio aliquorum agrorum in platea Suevorum[1] anno 1278".

Scriba: destinatarii (i. e. monasterii Cellae b. Mariae V.) proprius, per occasionem ad usum monasterii Sarensis scribens. Cf. chartam Venceslai I. in Křivoklát a. 1241 Cellae b. Mariae V. Brunae datam (scriba V 45+ = CDB IV, pag. 71 num. 11+ + et Exempla script. in CDB IV. 2, num. 9); chartam Starchandi, filii quondam Peregrini, [civis Brunensis], [Brunae] 1258 aug. 19 eidem monasterio datam (vide num. 161); chartam Theoderici, abbatis Zabrdovicensis in Zábrdovice 1262 sept. 29 eidem monasterio datam (vide

num. 351); chartam Smilonis de Lichtenburk in Ronovec 1269 febr. 14 monasterio Sarensi datam (vide num. 578), quae seu eadem, seu simili manu scriptae sunt. Cf. Exempla script. num. 3, 1 et 4, 6.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Bruna, Cella b. Mariae V. (P), 5, De chartae apud civitates usu (ZZZ).

Sancta katholice fidei religio dubitandum nulli sane suggerit, quod in cunctis animarum remediis ea salubrioris effectum medele conferunt, || que vite presentis in tempore nobis divina clemencia concesserit operari. Ego igitur Heinricus dictus Sweller anime mee maioribus[a] || intentus remediis universis et singulis, ad quorum presens scriptum pervenerit audienciam, notum facio, quod omnium agrorum meorum || possessionem cum curia seu curiis attinentibus Brunnensi civitati adiacentem, sive iure proprietario vel sub annuo censu persolvendo[b] possideam, et vineam antiquam cum nucum arboribus sanctimonialibus civitatis eiusdem in ecclesia beate virginis Marie[c] dei devoto cultui iugiter inmorantibus possidendam eodem titulo, quo tenui actenus, pure confero propter deum. Ut autem huius beneficii dignior ibidem et indelebilior habeatur memoria, statui, quod ex aliis meis redditibus due marce et dimidia, una videlicet de balneo Kotebori, se[d] de quibusdam curticulis sub castro sitis et dimidia de reliquis meis censibus quibuscumque cum bonis, unde solvuntur memorati redditus, obitus mei anniversario prefatarum sanctimonialum[e] offeratur devotioni annis singulis celebrando. Ceterum volo, quatenus omnibus innotescat, quod huius pie legationis collationem[f] maturo interveniente consilio disposui sub hac forma, quod omnium predictorum possessio me vivum[g] respiciat integraliter, post vite mee decursus temporum ad sepedictas dei cultrices in omni iuris debito devolvenda. Et ne cuiquam aliquid dubium oriatur, presentem literam petivi in testimonium ac facti ratificationem et confirmationem sigillo venerabilis patris domini B.,[2] nostri episcopi, sigillari testibus nichilhominus subnotatis. Testes autem, qui aderant, sunt: Wilhelmus decanus de Durans, Martinus canonicus Cremsirensis, Nycolaus in Turri, Vlricus de Meneys et Heinricus Cheph cives Brunnenses[h] et alii quam plures. Datum in Moderiz anno Domini millesimo CC°LXX°VIII, XV° kalendas magi.

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, scidula membranacea ex autographo ipso scissa dependet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

---

871. [a]) *Littera ‚o' ex quadam alia littera corr. est A.* — [b]) *Post vocem ‚persolvendo' sequitur syllaba ‚pos' uno puncto supposito deleta A.* — [c]) *Littera ‚M' ex quadam alia corr. est A.* — [d]) *Ita A pro ‚secunda'; syllaba ‚se' enim cum signo disiunctionis in fine lineae ponitur, in exordium alterius lineae scriba finem vocis scribere omisit.* — [e]) *Ita A.* — [f]) *Super ‚co' titulus erasus exstat A.* — [g]) *Post vocem una littera erasa apparet A.* — [h]) ‚Brũn' *A.*

[1]) *Hodie platea Obránců míru.* — [2]) *Brunonis.*

872.

Marquardus de [Stará] Říše claustro in Kněžice tertiam partem villae [Dolní] Kounice vendit.

[In Znojmo][1] 1278 apr. 29.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. in Strahov, sign. ŘP Strahov num. 15) asservatur (A).[2]

Lit: Sedláček, Rozletité kapitoly ze starého místopisu, pag. 288 (chartae editor).

Scriba: ignotus, seu claustri in Kněžice seu monasterii Siloensis fortasse proprius.
Dictator: ignotus, fortasse idem atque scriba.
Vide: II. 3, Želiv-Kněžice (I), 4, De chartae apud nobiles usu (VVVVV).

⁑In nomine Domini amen.⁑ Cum universa negocia, que in statu solito[a] ma‖nere desiderant, litterarum fiunt testimoniis certiora, sciant igitur tam posteri quam ‖ presentes, cuiuscumque condicionis sint vel nature, presentem paginam inspecturi, quod nos ‖ Marquardus de Reuhs hereditatem in Kanitz, terciam partem ville, quam ex parte domine Agnetis,[3] uxoris nostre, usque ad finem vite sue iure hereditario possidere debuimus, ipsam videlicet supradicte ville partem, W.[4] preposito, ecclesie Knezicensi et suis successoribus pro decem marcis argenti coram beneficiariis Znoymensis provincie vendimus et resignamus cum universis pertinenciis nulla nos necessitate cogente, sed de propria bona voluntate nostra et eciam supramemorate domine uxoris nostre in perpetuum libere possidendam. Ne igitur dubium postmodum oriatur de hac vendicione, ipsam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine communiri.[b] Huius rei testes sunt: Theodericus de Kneisitz, Lupus de Blauzt, Laurentius de Mertnitz, Banzo de Razuwitz, Laurentius de Wietenz, Zirna de Crilowitz, Vbizlaus de Borotitz, Bohus de Cuparuwitz cum fratre suo Prozzimero et alii quamplures. Acta sunt hec anno Domini M°C°C°LXXVIII, III kalendas mai.[c]

Sigillum: Marquardi de [Stará] Říše in scidula membranacea valde laesum, verumtamen conservatione integratum, appendet. Vide Sigilla num. 4, 31.

872. [a]) *Ita A pro* ‚solido'. — [b]) ‚muniri' *A.* — [c]) *Ita A.*

[1]) *Vide in textu.* — [2]) *Quando autographum archivo Strahoviensis monasterii traditum sit, vix statui potest.* — [3]) *Cf. testamentum Adelheidis, uxoris Marquardi dicti Longi, ubi hereditatis Agnetis mentio fit (num. 108).* — [4]) *Voislao.*

873.

Henricus, Smilo, Ulricus et Raimundus fratres de Lichtenburk civibus in [Havlíčkův] Brod libertates et iura subscripta concedunt.

— 1278 iun. 8.

*Autographum in membrana scriptum in OA Pohled (archivum civitatis Havlíčkův Brod, sign. L — I/2) asservatur (A). — Versio Bohemica exstat in libro civitatis Teuto-Brodensis de a. 1415—1544 ibidem (sign. num. 2) asservato, pag. 171—183 (T); quae inferius sub * ponitur.*

Ed: Sternberg, Umrisse, pag. 30 num. 21 (ex A). — Gengler, Codex, pag. 743 num. 243 (ex Sternberg cum correctionibus quibusdam, quae haud omnes accipiendae sunt). — CIB I, pag. 198 num. 70 (fortasse ex Sternberg). — CIM II, pag. 61 num. 23 (ex A), pag. 72 ad num. 23 (ex T).
Reg: Bischoff, Österreichische Stadtrechte, pag. 28 sine num. — Reg II, pag. 473 num. 1119.
Lit: Tomaschek, Deutsches Recht, pag. 92 ss (rei deliberatio), pag. 193 ss (verborum cohaerentiae cum charta civitatis Iglaviensis). — Solař, Německý Brod, pag. 58 ss (sigilli descriptio, translatio partis I in linguam Bohemicam). — Zoubek, O zakládání měst v Čechách, pag. 54 (translatio partis I in linguam Bohemicam). — Kliment, Horně-právní stránka, pag. 46—49 (rei deliberatio). — Šebánek, K otázce břevn. fals, pag. 270 n. 122 (chartae scriptura). — Dušková, Česká listina 2, pag. 183. — Šebánek, Česká listina 3, pag. 105. — Bílek, Nejen k metodám, pag. 140 (rei deliberatio).

Scriba: ignotus.[1]
Dictator: idem atque scriba, qui charta Venceslai I., regis Bohemiae, civitati Iglaviensi [1249 ex.] data (CDB IV, pag. 290 num. 177++ ex A) usus est; quae typis minoribus exprimuntur.
Vide: II. 4, De chartae apud nobiles usu (WWWWW), 5, De chartae apud civitates usu (AAAA).

Detrimentum pati poterunt gesta sive pactio[a] mortalium, nisi valido litterarum et testium vigore fulcita roborentur. Nos igitur Heinricus, Zmilo et Vlricus necnon Reinmundus, germani sive fratres de Luchtenburch, innotescere volumus presentibus et victuris presens || scriptum inspecturis, quod nos dilectorum civium nostrorum in Brôda preces affectuosas advertentes et assiduas, libertates et iura subscripta, quibus ex antiquo concedente dilecto domino et patre nostro Zmilone, felicis memorie,[2] et aliis nostris predecessoribus annuentibus gavisi sunt, per que et nos communi[b] eorum || utilitati decrevimus providendum, perpetuo ipsis et eorum posteris ex nostra providentia aucta et emendata pio prosequimur favore et indulgemus, nichilominus eisdem eadem conscripta sigilli nostri karactere tradimus consignita:

[I] [1] Si quis pro violatione convictus fuerit, decollabitur; tali vero modo convincetur: si || fuerit virgo deflorata sive mulier violata in campo, uno teste, * in civitate duobus indigebit; si vero conquesta fuerit virgo sive mulier pro violatione et testes non habuerit, set sanguinolenta et vestibus laniata, incusatus expurgabitur duobus testibus ydoneis, si autem nec sanguinolenta nec vestibus laniata, solus in cruce se expurgabit. Si autem convictus fuerit, iudici satisfatiat in quinque marcis argenti inimicis primo placatis.[3]

[2] Item[c] qui convictus fuerit pro invasione domus, decollabitur; tali vero modo convincetur: testibus duobus ydoneis, ex utraque parte domus vicinis suis; quos si habere non potest causa obstante legitima, trans viam unum habeat sive alios honestos cives civitatis aut unum iuratum. Hii autem testes in cruce iurabunt; invasus primo, postea testes separatim salvo

tamen iure iurati; si autem invasor ibidem interfectus fuerit, quamvis mortuus, decollabitur; si autem convictus fuerit, inimicis placatis iudici ut supra.[4]

[3] Item qui accusatus fuerit pro interfecto posito coram iuditio, si duello, sex testibus expurgabitur sive uno iurato; si autem iurato incusatur, reus erit; si vero nec iurato nec duello incusatur, solus iuramento expurgabitur.[5]

[4] Item qui iudici emendare voluerit pro interfecto, tres marcas solvet inimicis primo placatis; si autem aliquis pre superbia duello se excusare voluerit et ad pugnandum circulum intraverit, quatuor marcas, si aliquid pugnaverit, quinque marcas dabit iudici inimicis primo placatis.[6]

[5] Item qui aliquem vulneraverit vel vulnerare voluerit et ille e contrario se defendendo aliquem vulneraverit aut interfecerit, teste ydoneo, hospite civitatis vel aliis duobus civibus, viris ydoneis, non iudicabitur; si autem ille superbus istum vulneraverit, convictus manu truncabitur, si autem interfecerit, decollabitur testibus tamen premissis, inimicis placatis, iudici ut supra.[7]

[6] Item qui aliquem pro defloratione virginis vel violatione mulieris vel invasione domus vel homicidio vel pro hiis similibus coram iuditio in querimoniam traxerit et in ipsum predictos articulos probare non poterit testimonio antedicto, iudici in pena LX solidorum subiacebit, respondenti in XXX solidis, cuilibet iuratorum in XV solidis; nichil relaxandum; si autem sine testimonio querimoniam predictorum articulorum quis in alium moverit, respondens se una manu expurgabit, actor quoque nulli pene subiacebit.

[7] Item qui aliquem vulneraverit vel interfecerit et fugam dederit et iuditio astare noluerit, a iudice legitime vocatus, proscribatur; bona vero sua nec iudex nec magister monete auferet; set si redire voluerit, uxor eius et pueri sui venditis bonis suis ipsum sequentur; si vero uxorem et pueros non habuerit, proximi heredes se intromittent de bonis suis absque omni inpedimento; si autem heredes non habuerit, de predictis bonis secundum consilium iuratorum dispensetur.[8]

[8] Item nemo aliquem duello potest incusare, nisi iurati viderint mortuum aut vulnus.

[9] Item si quis aliquem vulnaverit[d] et fugam dederit in domum aliquam, amici vulnerati domum non intrabunt sine iudice et iuratis, set stando ante domum mittent pro iudice et querent fideiussores, quos si non habuerit, iudici presentetur; si autem inimici eundem in domo vulneraverint temerarie, rei erunt sicut de invasione domus, iudici ut supra. Et si ille, cuius domum intravit, eum potenter aut aliquo alio subtili modo coram iudice tuebitur, donec effugerit, convictus tribus ydoneis testibus loco ipsius respondebit; set ipse melius approbabit suam innocentiam mettertius, quam possit convinci.

[10] Item si quis aliquem vulneraverit quinque aut sex vulneribus, solo tantum duello respondebit, pro aliis vulneribus solo respondebit iuramento; si autem pro eisdem vulneribus alii inculpantur, quot sunt persone, tot duellis respondebunt.

[11] Item si quis querimoniam pro homicidio moverit, primo die incusatum proclamabit, secundo die iuditii, si non conparuerit, iterum eum proclamabit et proclamatus tertio die iuditii, si non conparuerit, proscribatur.

[12] Item si quis pro vulnerato amico suo conquestus fuerit, trium dierum spatium optinebit, et si tertio die non conparuerit, proscribetur.

[13] Item si quis proscriptus fuerit, infra anni spatium non emendabit; si vero placatis inimicis anno transacto iudici emendare voluerit, pro homicidio dabit tres marcas, pro vulnere, quod dicitur lemde, duas marcas, pro vulnere duellari unam marcam, iuratis unam marcam.[9]

[14] Item si quis pro homicidio fideiussor esse debet, hereditatem debet habere triginta marcarum infra munitiones civitatis; si autem ille, pro quo fideiussio facta est, subterfugerit, fideiussor placabit inimicos cum triginta marcis, iudicem in quinque; ille vero proscribatur ex parte fideiussoris.

[15] Item si quis fideiusserit pro vulnere duellari et si ille, pro quo fideiussit, subterfugerit, fideiussor[e] placabit inimicos cum decem marcis, iudicem vero cum tribus marcis; si proscriptus redire voluerit termino statuto placatis inimicis et fideiussore, salvo iure civium sane revertatur.

[16] Item quicumque pacem in die forensi violaverit, manu truncabitur aut pene decem marcarum subiacebit habito testimonio duorum vel trium testium; de predicta pecunia cedent due partes iudici, iuratis vero tertia.[10]

[17] Item si quis accusatus fuerit pro furto et conquerens ipsum convincere voluerit, nec collo suo quidquam ligatum ante iuditium ductus fuerit, set simpliciter conqueratur, prima vice incusatus, una se manu[f] poterit expurgare, secunda vice in casu simili accusatus, mettertius expurgabitur; si tertia vice in casu simili accusatur, metseptimus se expurgabit; si quarta vice, omni postposita occasione furis sententiam patietur.[11]

[18] Item omnis homo fidedignus nullius vitii passus improperium, si fuerit culpatus de homicidio vel de quacumque causa accusatus, melius se cum probis hominibus expurgabit, quam convincatur, preter incendiarios et monetarios et adulteros legitimis concumbentes easque de viris suis abducentes, qui potius convincuntur, quam cum hominibus se defendant.

[19] Item quicumque de aliquo crimine convictus, quod pertinet ad dampnationem corporis, et de consensu iudicis et civium liberatus fuerit pecunia, ulterius iuris careat honore, accusatus autem postmodum de aliquo crimine suspendatur.

[20] Item si quis pro hospitalitate furum accusatus fuerit, prima vice una se manu expurgabit, secunda vice accusatus mettertius se expurgabit, tertia vice accusatus, sententiam furis patietur.[12]

[21] Item nec magister monete nec iudex sine iuratis nec in campo nec in domibus querent falsos denarios nec furtum.[13]

[22] Item si vendentis alicuius argentum cupro aut stagno fuerit mixtum, idem pene falsarii subiacebit, de predicto autem falso due partes cedent iudici, tertia vero iuratis; quicumque falso denario deprehensus fuerit, rationabiliter omni semota occasione pene ignis subiacebit.

[23] Item quicumque hospitum in domibus burgensium hospitati fuerint et si in auro vel in argento vel in falso denario deprehensi fuerint in civitate vel in campo, pene ignis

subiacebunt; si autem falsarius idem ex instinctu alicuius professus fuerit hospitem suum, in cuius domo mansit, de eodem falso aliquam partem reservasse, iudex assumptis iuratis domum predicti civis accedat, cive ad se vocato dicat predictum falsarium confessum fuisse sibi partem eiusdem falsi commisisse;[g] si tunc civis ille rationabiliter requisitus de predictis et professus fuerit eandem partem pecunie in custodia se habere, immunis erit ab omni pena; si vero negaverit et pars pecunie eiusdem quesita aput eum inventa fuerit, pene falsarii subiacebit, ita scilicet, si eadem pecunia falsa fuerit, si autem munda, pene LX solidorum subiacebit; si vero burgense absente hospita quesita fuerit et negaverit, salvo iure hospitis immunis permanebit.

[24] Item pro vulnere duellari iustitia iudicis est una marca et pro vulnere, quod dicitur lemde, iustitia iudicis due marce, pro duello si,[h] quo modo iurati deliberaverint.

[25] Item si quis aliquod pondus sive gravius sive levius habuerit quam in moneta, manu truncabitur aut pene X marcarum subiacebit.

[25 a] Item si quis victus fuerit cum falsa ulna vel cum mensura, que dicitur strich, manu vel pena X marcarum punietur et due partes huiusmodi iudici, tertia cedet iuratis.[14]

[26] Item * qui * gladium * coram iuratis * evaginaverit, solvet mediam marcam iudici absolute.[15]

[27] Item de omnibus gladiis, quos acceperit iudex rationabiliter, semper tertius cedet civitati.[16]

[28] Item si quis iuratorum culpabilis fuerit pro aliquo excessu, sicut alter homo * punietur.[17]

[29] Item si duo properaverint ad conquerendum iudici, qui primum ad domum iudicis familie pronuntiaverit, primam querimoniam optinebit, quamvis alter in monte coram magistro montis conquestus fuerit, vel si iudicem in foro vel in via vel in quacumque domo preterquam in propria invenerit, ille tamen optinebit ratione iuris precedente.[18]

[30] Item qui pro aliqua querimonia iudici presentatus fuerit et fideiussores non habuerit, infra captivitatem pro aliis querimoniis nulli respondebit.[19]

[31] Item qui aliquem pro homicidio vel pro vulnere, quod cedit ad duellum, in querimoniam traxerit, et si conquerens in eum probare non poterit, iudici satisfatiet in LX solidis et cuilibet iuratorum in XV et liber dicatur.

[32] Item pro quibuslibet LX solidis iudex placabitur in dimidio fertone in minoribus causis, et si satisfatiens fuerit certus, sinatur abire; sin autem, requirantur ab eo fideiussores; transactis autem quatuordecim diebus, si placatus non fuerit iudex, pena predicte culpe non duplicetur nec triplicetur, set assumptis secum iuratis inpignoretur reus sive fideiussor; quicumque, autem in predictis articulis rebellis extiterit, iudici in pena LX solidorum subiacebit, cuilibet iuratorum in XV solidis gratia non sequente; si autem rebellis ille evaginato gladio vel vulnere percusso visus fuerit, non pecunie pena, set capite truncabitur.

[33] Item omnes articuli in cruce confirmandi holunge optinebunt.[20]

[34] Item qui * conquestus fuerit coram iudice nisi sub iusto nomine conquerentis vel respondentis, respondens * propterea liberari non potest, advocatus vero eius pene minori subiacebit, scilicet XIIII denariorum; si autem prolocutoris sive advocati verbum processit ex ore conquerentis, conquerens predicte pene subiacebit salvo tamen iure suo.[21]

[35] Item sub quocumque nomine respondens respondere voluerit, sub eodem nomine causa finiatur.

[36] Item si quis aliquem pro debitis parvis aut magnis in querimoniam coram iudice traxerit et respondens confessus fuerit, spatium XIIII dierum ad solvendum eadem debita optinebit; si tunc non solverit, tres dies optinebit; si tunc non solverit omni semota occasione, quarto die iudice presente debita persolvet creditori et iudici penam, videlicet dimidium fertonem.[22]

[37] Item quicumque spreto iudice nostro et iuditio civitatis nostre coram nobis querelatus fuerit, nobis et iudici et iuratis in X talentis respondebit; et si iudex et iurati nostri alicui iustitiam negaverint, ita quod eundem coram nobis oportet querelari, idem iudex cum iuratis nobis in X talentis respondebunt.[23]

[38] Item quicumque vel propter multitudinem hospitum aut qualitercumque mensuram pabuli vel vini vel cuiuscumque rei vendibilis infregerit, convictus iudici in X talentis teneatur.

[39] Item si aliquis preconi presentetur ibique pernoctaverit, dabit preconi XIIII denarios et de rebus suis nichil amplius accipiet; si autem non pernoctaverit, dabit tamen VI denarios.[24]

[40] Item pro incendio, si quis captus fuerit, igne peribit; si vero incendium fecerit et recesserit * et postea detentus fuerit et si minas incendii antea fecit, cum VII viris convincetur; si autem in iuditio comparuerit, metseptimus expurgabitur; si * in fuga detentus fuerit, * cum VII viris convincetur.[25]

[41] Item si quis infra incendium furtum commiserit[i] valens LX denarios, suspendatur; et si quis facto incendio aliquem vulneraverit, victus tribus testibus decollabitur; si quis vero evaginato gladio infra incendium * vulnerare voluerit, victus duobus testibus manu carebit.[26]

[42] Item qui alteri minatur incendium coram honestis viris, qui audiunt, ille, cui minas facit, si vult, potest eum convincere mettercius; si autem non vult, quia forte non audivit, per alios tres viros, qui audiverunt, * ipsum convincet.[27]

[43] Item qui alicui alapam indignanter dederit vel ad dentes percusserit, tribus testibus convictus, actori dabit marcam, iudici marcam, iuratis dimidiam marcam.[28]

[44] Item si quis habens legittimam in alia terra aliam superduxerit, convictus decollabitur.

[45] Item si filius aut filia alicuius * religionem intraverint et professi fuerint, post mortem parentuum de bonis suis nichil habebunt.[29]

[46] Item nullius hominis filius, servus vel amicus, qui suo vescitur pane, plus non potest detesserare, quam quod sub cingulo suo continetur; et qui plus in ipso aliquo ludo lucrabitur, nichil habebit.[30]

[47] Item qui cum falsis tesseribus vel cum aliquo falso ludo aliquid lucratus fuerit ab aliquo victus duobus testibus, ille, qui perdidit, in nullo sibi respondebit et habebitur amplius pro deceptore et iudici in X solidis respondebit.[31]

[48] Item si quis equm[k] suum aput aliquem detinuerit cum iustitia, que dicitur anevanc, iudici dabit XXX[a] denarios; si autem ille dicit se equm[k] aput alium emisse et ad illum vult deducere, quod vulgariter dicitur shieben, tam diu deducetur, donec verus venditor inveniatur, et tunc cum iustitia equs[k] optinebitur; et qui sic equm[k] suum optinere voluerit, ipsemet cum duobus vicinis suis iuramento super equm[k]

facto optinebit; si fuerit civis * cum solo suo concive et alio probo viro mettertius, optinebit * simili iuramento.[32]

[49] Item si quis contra aliquem vulnus, quod dicitur blutrunst, optinuerit in iuditio, leso in dimidia marca, iudici in LX solidis et cuilibet iuratorum in XV solidis respondebit.[33]

[50] Item si quis pro volleist alicuius interfecti incusatus fuerit, solus se in cruce expurgabit; et si ceciderit, conquerenti marcam,/ iudici et iuratis dimidiam marcam.[34]

[51] Item si quis diurno tempore manipulos cuiuscumque segetis de agris alienis violenter vel furtim acceperit, si raptus fuerit, illi, cuius agri sunt, in fertone et iudici in dimidio fertone respondebit; si autem nocturno tempore * deprehensus * simili facto fuerit, pro fure iudicabitur.[35]

[52] Item qui in prato deprehensus fuerit nocte vel die, * ad iudicem vel ad iudicium ducetur et statim de civitate nec ictibus nec iactibus fugabitur, infra annum non reversurus; et si cum equo raptus fuerit cum pondere graminum, iudici respondebit in lotone et leso in ł fertone.[36]

[53] Item nullus baronum vel nobilium aut militum aut provintialium sive curialium * aliquam violentiam vel presumptionem in eadem civitate nostra contra aliquem exercere presumat * nec capiat * sine * scitu iudicis nostri et iuratorum.[37]

[54] Item quilibet homo sui conpos cum bonis suis * fatiet, quidquid vult, quamvis uxor sua contradicat et pueri reclament.[38]

[55] Item propter concordiam et bonum pacis unus tamen erit iudex in eadem nostra civitate et non plures.[39]

[56] Item si iurati in maniloquio aliquem accusaverint, et si iudex cum ipsis iudicare noluerit, iurati innocentes erunt et iudex erit in culpa.[40]

[57] Item si quis * honerosis implicatus debitis, non valens rebus mobilibus persolvere, et si habet hereditatem, quam illi pro debito obligabit, ille, cui obligat, infra sex septimanas coram iuditio eandem hereditatem ter proclamabit; et * post trinam proclamationem, si non exsolverit, iudex sibi ad annum et ad unum diem tenendum presentabit; quo finito, si nullum inde fructum percepit, iudex sibi eam proprie subiugabit; si autem aliquem inde fructum percepit, tam diu tenebit, donec debitor liberabit.[41]

[58] Item cui debitor suus cum manu per iudicem fuerit presentatus, tenebit eum in temperato, nec * frigore nimio nec * calore, * ferro manuali et pascet eum quarta parte panis pro denario empti et cipho aque; si autem talem evaserit captivitatem, in quocumque loco ipsum invenerit, mediante iuditio ipsum * tenebit; si autem cum suo consensu captivitatem evaserit, nisi iuditio mediante amplius, si vult, de eisdem debitis sibi non respondebit et iuramento, si vult, se postmodum expurgabit pro eodem debito.[42]

[59] Item omnes montes, qui in hereditate nostra et in bonis militum et aliorum hominum nostrorum inventi fuerint, ad eandem civitatem et cives nostros pertineant cum mensura et iure totali preterquam in tribus civitatibus nostris, scilicet Slapans, Bela et Chotebors, ad quas omnes montes inventi in laneis ipsorum, quod vulgariter dicitur hueben, qui eis sunt mensurati, cum mensura et omni iure suo pertinebunt.[43]

[60] Item qui presumptuose tabernam aliquam intraverit ratione rixe et si ibidem moverit aliquam insolentiam, antequam portato sibi potu semel biberit, convictus pro invasione domus iudicabitur; si autem intrans requisito potu semel biberit et postea inso-

lens fuerit, non iudicabitur pro invasore domus.

[61] Item statuimus, ut de omnibus agris mensuratis, pertinentibus ad nostram civitatem, de quolibet laneo nobis dimidia marca puri argenti pro censu persolvatur; hii vero sunt agri, qui ad eandem nostram pertinent civitatem, videlicet Shenkelsdorf, Hrusshenstein, curia Wernheri ibidem, curia Hammani Rufi, curia Heinrici Bihusshen, curia Pabonis, unus laneus Eccehardi, alter dimidius laneus Arnoldi Gauchower, quatuor lanei Wernheri Etch, curia Cunradi Albi, agri domini Eberhardi Antiqui, curia Cunradi Herstul et villa nomine Poywa, curia Wernheri in Wezzels et curia Beronis ibidem, Gobelstorf cum agris Claritii, scilicet quartodimidio laneo et dimidio quartali et curie Vlmanni et relicte Wilhelmi et unus laneus Lesshers et curia Reinoldi in Gerungestorf; isti et omnes agri mensurati et non mensurati ad nostram civitatem pertinentes, in omnibus collectis et aliis servitiis communibus[m] servient cum civitate.

[62] Insuper omnes piscaturas statuimus liberas, et quicumque eas fecerit censuales, solvat tria talenta.

[63] Preterea omnes alie hereditates, sive in civitate, sive extra civitatem, quas possident iidem cives nostri in domibus, molendinis et macellis carnium sive panis, in apothecis institorum et in ortis, libere sint ab omni censu, preterquam cum incumbit necessitas civitati generalis; tunc secundum taxationem iuratorum debent subvenire civitati in collecta et in aliis servitiis oportune.

[64] Item si quis de militibus aut de familia nostra excesserit, usque ad nostram presentiam detineatur, quia salvo iure iudicis nostri tales personaliter mediantibus iuratis nostris volumus iudicare; et si iudex vel iurati nostri aut aliquis de familia nostra offensus aut lesus vel occisus fuerit, salvo iure iudicis mediantibus iuratis personaliter huiusmodi causam rite volumus iudicare.

[65] Item volumus, ut nullus aliquam hereditatem alicui ecclesie conferat pro anime sue remedio, set solum de promtis et mobilibus rebus suis unusquisque, prout deus sibi inspiraverit, pro salute anime sue debeat ordinare.

[66] Item quicumque uxorem suam legittimam contumaciter et innocenter sine causa legitima vulneraverit aut aliquo gravi modo leserit aut occiderit, coram iuditio iudicabitur seculari; si autem propter aliquem excessum gravem et causam evidentem, sicut est fornicatio, adulterium et hiis similia, in predictos articulos quis inciderit, coram iuditio iudicetur spiritali.[44]

[II] [67] Si quis * invenerit novum montem, mensurentur sibi septem lanei et ex utraque parte mensuretur domino regi laneus, postea domino Heinrico et fratribus suis primo dictis, postea iuratis laneus unus sicut regi.[45]

[68] Mensuratoribus montis dabuntur quatuor solidi pro pretio mensurationis.[46]

[69] In iure mensurati montis volumus habere in eo, quod dicitur inmehangenden, tres laneos et dimidium; * in eo, quod dicitur inmeligenden, unum laneum, altitudinem et profundum in equali statura.[47]

[70] * Quicumque laboraverit * in eo, quod dicitur stollo, et metallum invenerit, mensurabuntur ei septem lanei de ipso loco * et ius aliorum montium; si vero ex consensu et de scitu iudicis et illius, qui

montes porrigit, * in eo, quod dicitur stollo, quis laboraverit, nemo * per tres laneos et dimidium ante eum et post eum impedire presumat.[48]

[71] * Si mons vel stollo, qui fuerint mensurati, * deserti relinquentur, die dominico coram populo proclamabitur, ut hii, quorum sunt partes, laborent; quod si non fecerint, transactis XIIII diebus iterum proclametur; si vero tunc non laboraverint, die dominico sexto pro iure domini regis detur tali modo, si nemo dictum montem pro quarta vel quinta vel sexta vel septima parte suscipere voluerit.[49]

[72] * Si quis mons alium montem per aquam impedit, post tres dies mons impediens impedito monti presentetur, iudici ante ter pronunctiato.[50]

[73] Si quis de consensu et scitu iudicis laboraverit in eo, quod dicitur stollo, et in monte mensurato et deserto, si ad laneum burgensium sine consensu ipsorum pervenerit, transitus ipsius stollonis in voluntate burgensium consistit.[51]

[74] Si autem de consensu ipsorum illuc pervenerit, sub mediocri hominis statura, qui nec longus nec brevis possit adverti, apposita longitudine manus pertransibit, salvo iure videlicet, quantum transeundo super se secare potuerit, sine expensis absolute tenebit.[52]

[75] Ita si in predicto laneo fuerat prius laboratum:

[76] In medio etiam lanei super profundius sedebit; et quidquid lucri ferro mediocri subtus se habere potuerit, ad usus suos cedet absque omni inpedimento.[53]

[77] * Si autem burgenses post modum, vel quicumque sit, stollonem suum necessarium habuerit, quartam partem expensis suis elaborabit et optinebit.[54]

[78] * Ubicumque mons aliquis mensure adiudicatus fuerit inpediente mensura alterius montis, videlicet laneo burgensium, ita quod tres laneos et dimidium ad minus optinere non possit, predicta mensura novi montis in metis lanei burgensium sumet initium et sic mensuram debitam optinebit VII laneorum; postea * regi duos, domino Heinrico cum fratribus suis antedictis duos, iuratis duos mensurabunt.[55]

[79] Si autem inter duos montes mensuratos novus mons mensure adiucatus[k] fuerit et debitam mensuram habere potuerit, scilicet omnium laneorum, * mensuretur; * si autem habita mensura aliquid superfuerit, scilicet minus duobus laneis, quod dicitur vbershar, ad usus cedat iuratorum; si vero duo lanei aut plures, inventores, qui in eis laborant, libere possideant mensura prius habita.[56]

[80] * Si quis * per consensum iudicis * et illius, qui montes porrigit, stollonem initiaverit, et alter superveniens ante ipsum extra debitam mensuram, scilicet trium laneorum et dimidii, per alium stollonem vel per quamcumque foveam prior metallum invenerit, datis testibus et examinatis * mensuram VII laneorum prior optinebit.[57]

[81] Quicumque inventorum novi montis metallum et meatum debito modo iudici primus presentaverit, * nemo ante ipsum vel post ipsum in spatio unius lanei laborare presumat; qui autem contra huiusmodi statutum infra predictam mensuram laborare presumpserit, omnis lucri illius fovee expers permanebit, primus autem omnem iustitiam optinebit.[58]

Cuius rei testes sunt: Gallus de Lipolititz, Buzlaus de Zobiduch, Iursicus de Ienicow, Petrus de Hay, Wintherus de Mahleo, Budizlaus de Crumatshingen, Beneda de Marquartitz, Benek de Blussin, Natshawoei de Tupadel. Acta vero sunt hec anno gratie M°CC°LXX°VIII°, VI° idus iunii.

Sigilla:[59] *duo in filis sericis copiosis rubri et violacei coloris appendent; 1) Henrici de Lichtenburk illaesum. Vide Sigilla num. 4, 16; 2) Smilonis de Lichtenburk paulum laesum. Cf. Sigilla num. 4, 17/III.*

873. [a]) *Ita A pro* ‚pacta'. — [b]) ‚omuni' *A.* — [c]) *Hoc loco necnon inferius vox* ‚Item' *litteris maioribus scripta est in A.* — [d]) *Ita A; titulus enim deest.* — [e]) *Littera* ‚o' *ex* ‚u' *correcta est in A.* — [f]) *Sequitur vox* ‚se' *una linea deleta A.* — [g]) ‚omisisse' *A.* — [h]) *Ita pro* ‚sic' *A.* — [i]) ‚omiserit' *A.* — [k]) *Ita A.* — [l]) *Verbum* ‚dabit' *deesse videtur in A.* — [m]) ‚omunibus' *A.*

[1]) *Excludere non possumus scribam notarium civitatis Teuto-Brodensis fuisse. Cf. chartam Venceslai I., regis Bohemiae, civitati Iglaviensi datam (CDB IV, pag. 290 num. 177*++*) et chartam Henrici IV., ducis Silesiae, civitati Vratislaviensi 1283 sept. 12 datam (Chroust, Mon. pal. III, XII, tab. 7/8).* — [2]) *A. 1269 defunctus est.* — [3]) *In charta civitatis Iglaviensis (I) vide articulum 55.* — [4]) *Vide in I art. 67.* — [5]) *Cf. in I art. 68.* — [6]) *Cf. in I art. 73.* — [7]) *Cf. in I art. 79.* — [8]) *Cf. in I art. 69 et 70.* — [9]) *Cf. in I art. 75.* — [10]) *Vide in I art. 83.* — [11]) *Cf. in I art. 47.* — [12]) *Cf. in I art. 61.* — [13]) *Vide in I art. 12.* — [14]) *Vide in I art. 11.* — [15]) *Vide in I art. 84.* — [16]) *Cf. in I art. 84.* — [17]) *Vide in I art. 31.* — [18]) *Cf. in I art. 22.* — [19]) *Vide in I art. 40.* — [20]) *Cf. in I art. 29.* — [21]) *Vide in I art. 39.* — [22]) *Cf. in I art. 20.* — [23]) *Cf. in I art. 35.* — [24]) *Vide in I art. 48.* — [25]) *Vide in I art. 49.* — [26]) *Vide in I art. 50.* — [27]) *Vide in I art. 50.* — [28]) *Vide in I art. 53.* — [29]) *Vide in I art. 63.* — [30]) *Vide in I art. 65.* — [31]) *Vide in I art. 65.* — [32]) *Vide in I art. 66.* — [33]) *Vide in I art. 76.* — [34]) *Vide in I art. 77.* — [35]) *Vide in I art. 90.* — [36]) *Vide in I art. 91.* — [37]) *Vide in I art. I.* — [38]) *Vide in I art. 10.* — [39]) *Cf. in I art. 14.* — [40]) *Vide in I art. 15.* — [41]) *Vide in I art. 23.* — [42]) *Vide in I art. 37.* — [43]) *Cf. num. 138.* — [44]) *Cf. in I art. 58—60.* — [45]) *Vide in I art. II.* — [46]) *Cf. in I art. II.* — [47]) *Vide in I art. I.* — [48]) *Vide in I art. III.* — [49]) *Vide in I art. IV.* — [50]) *Vide in I art. V.* — [51]) *Cf. in articuli VI initium.* — [52]) *Cf. in I articuli VI mediam partem.* — [53]) *Vide in I articuli VI ultimam partem.* — [54]) *Vide in I art. VII.* — [55]) *Vide in I articuli VIII partem primam.* — [56]) *Vide in I articuli VIII partem alteram.* — [57]) *Vide in I art. IX.* — [58]) *Vide in I art. X.* — [59]) *Charta solummodo duobus sigillis munita est.*

873.*

Nedostatek neb újmu trpěti mohly by věci učiněné neb slib lidí smrtedlných, jediné leč by byly hodnú listuov a svědkuov mocí stvrzeny. I protož my Jindřich, Smil a Oldřich i také Rejmund, bratří vlastní z Lichtmburka, zjeviti chcme tiemto listem nynějšiem i budúciem, list tento ktož by viděl, že my milých měšťan našich Brodu Německého k prozsbám žádostivým patříce a stálým, svobody a práva podepsaná, kteráž od starodávna puojčena sú od milého pana otce našeho Smila, dobré paměti, a jiných našich předkuov vuolí radovali jsú sě, kterážto[a] i my obecnému jich a užitečnému svolili jsme opatřiti, věčně jim i jich dědicom i také budúciem z naší opatrnosti rozmnožená a opravená milostivú konati přiezní a dáváme jim potom sepsánie s pečetí naší nápisem upevněnú:

[1] [1] Item jestli že by kto za násilníka přemožen byl, má sťat býti a takto má přemožen býti: jestli že by byla panna porušena aneb žena znásilněna na poli, jednoho svědka a v městě dvú potřebovati bude; panna neb žena z násilé jestli že žalovati bude a svědkuov by neměla, ale krvavá a s zedraným rúchem, obžalovaný očistiti se muóž dvěma svědky hodnými; jestli pak že ani krvavá ani s zedraným rúchem by nebyla, sám na kříži nevinu svú muož pokázati. A jestliže by přemožen byl, rychtáři dosti učiniti má, dada pět hřiven, prve nepřáteluom dosti učině.

[2] Item ktož by přemožen byl, že by mocí na duom běžal, má sťat býti; a takto bude přemožen: dvěma svědkoma zachovalými, súsedy svými obapolními; kterýchžto kdyby mieti nemohl pro hodnú příčinu, přes cestu měj jednoho anebo jiné poctivé muže, měšťany města, a nebo jednoho přísežného. A ti svědkové na kříži přísahati budú; najprv ten, komu se ten kvalt dál, a potomně svědkové rozdielně kromě práva přísežného; a jestli že by ten násilník tu zabit byl, jakž kolivěk zabitý, má sťat býti; jestli že by přemožen byl, tehdy svědky nepřieteli dosti učiň a rychtáři, jakožto svrchu psáno stojí.

[3] Item ač by kto obžalován byl o zabitého, položeného[b] před právem, jestli že v svádě, šesti svědky nevinu svú pokáže a nebo jedniem přísežným; a jestli že by přísežným obžalován byl, vinen bude; a jestli že by ani přísežným ani svádú obžalován nebyl, sám přísahú muož se očistiti.

[4] Item ktož rychtáře vinou chce odbýti za zabitého, tři hřivny daj a najprve se s nepřátely umluv; a jestli že by kto svádu z pýchy a s zpurnosti vymluviti chtěl a k bitvě v rynk šel-li by, čtyři hřivny daj; a jestli že by co bojoval, pět hřiven dá rychtáři a nepřátely prve odbuda.

[5] Item jestli že by kto koho ranil neb raniti chtěl a on zase brániti se chtěl a někoho by ranil aneb zabil, svědkem hodným, hospodářem města aneb jinými hodnými dvěma měšťany, nemá souzen býti; ale jestli že by onen zpurný toho ranil, přemožen jsa svědky, má jemu ruka býti uťata; a jestli že by zabil, má sťat býti,[c] však tak, aby svědky přemožen byl, rychtáře odbýti má a najprve nepřétele svého, jakož svrchu psáno stojí.

[6] Item ač by kto koho obžaloval z odjetí panenstvie, aneb s kvaltu ženy aneb z násilé domu aneb mordu a tomu nápodobného[d] před právem žalobu přivedl by a naň nadepsaných artykuluov dovésti by nemohl svědomiem nadepsaným, rychtáři LX šilinkuov propadne a odporníku třidceti šilinkuov a každému konšelu XV šilinkuov bez milosti; ač by kto bez svědomie nadepsaných artykuluov na koho vedl a odpierač svú nevinu sám svú jednú rukú pokáže, a ktož naň vede, žádné pokutě podroben nebude.

[7] Item kto by koho ranil neb zabil i utekl by a ku právu by státi nechtěl, od rychtáře povolán jsa, vypověděn buď, a statku jeho rychtář ani purgmistr nebeř;[e] a jestliže se vrátiti nechce, žena jeho a děti prodadúce statek jeho, po něm jděte; a jestliže by ženy ani dětí neměl, najbližší dědici uvažte se v jeho statek beze všie překážky; a jestliže by dědicuov neměl, ten statek vedle rady přísežných naložen a obrácen buď.

[8] Item žádný nemuož někoho obžalovati z boje ran, jediné leč by přísežní viděli mrtvého a nebo ránu.

[9] Item jestli že by kto koho ranil a utekl by do domu, přietelé toho raněného[f] do toho domu nemají vjíti bez rychtáře a konšel, ale stojiec před domem pošlíc po rychtáře a hledati budú rukojmí, a jestliže by rukojmí neměl, rychtáři dán buď; a jestli že by jej nepřietelé jeho v domu ranili zpurně, vinni budú kvaltem na duom běženiem, rychtáři vina, jakož svrchu psáno stojí. A jestli že by ten měštěnín, do jehož by domu všel, mocí jeho a nebo jiným vtipným zámyslem zhajoval by před rychtářem, až by zatiem ten vězeň ušel, jsa přemožen třmi svědky hodnými, má za něho odpoviedati; avšak on sám svú při třmi svědky lépe vyvede, než by měl svědky přemožen býti.

[10] Item jestli že by kto koho ranil pěti nebo šesti ranami, za jednu toliko ránu žalobníkovi odpoviedati bude a za jiné rány samú přísahú odpoviedati bude; a jestliže by za ty rány jiní viněni byli, kolikož jest osob, tolik ranným žalobám odpoviedati mají.

[11] Item ač by kto pro vraždu žaloval, první den obžalovaného provolati má, druhý den k soudu jestli že by se neokázal, opět jeho provolati má a provolaný třetie den jestli že sě k soudu neokázal, zapsán buď.

[12] Item jestli že by kto pro raněného přietele svého žaloval, aby do třetieho dne lhuotu měl, a jestli že sě v den třetie nepostavie, zapsán buď.

[13] Item jestli že kto zapsán bude, v jednom roce opraven nebude; a jestli že milost najde u nepřátel přes rok, umluvíť se by chtěl[c] s rychtářem o vinu, pro vraždu dá tři hřivny, za ránu, ješto chromota slove, dvě hřivně a za krvavú ránu hřivnu a přísežným hřivnu.

[14] Item kto chce za vraždu rukojmí býti, má dědictvie mieti za XXX hřiven v ohradě městcké; a ten, za koho to rukojemstvie učiněno jest, utekl by, rukojmie ukojí nepřietele XXXII[li] hřivnami a rychtáře pěti; a on zapsán buď od rukojmie.

[15] Item jestli že by kto slíbil za ránu v svádě a jestliže by ten, za kohož jest rukojmí, utekl, rukojmie ukojí nepřátely desieti hřivnami a rychtáře třmi; a ač zapsán a vypověděn jsa, vrátiti by se chtěl v čas uložený, dosti učině nepřáteluom a rukojemstvie kromě práva měšťan muož se vrátiti.

[16] Item ktož by koli mier v den trhový zrušil, má jemu ruka uťata býti a nebo deset hřiven viny dáti má, přesvědčen jsa dvěma a neb třmi svědky; a od těch peněz dvě části mají padnúti rychtáři[g] a přísežným třetina.

[17] Item ač by kto byl pro zlodějstvie obžalován a žalobník by jeho přemoci chtěl, a nic na hrdle jeho přivázaného, před rychtářem jsa, nebylo by, když by byl přiveden, než toliko naprosto jsa obžalován, na první žalobě jsa obžalován, jednú rukú svú nevinu okáže, podruhé jsa v též při obžalován, sám třetie práv bude;

a jestliže třetie v též při bude obžalován, sám sedm práv bude, a jestliže čtvrté, beze vší výmluvy ortel aneb soud zlojejský trpěti má.

[18] Item každý člověk viery hodný, kterýž žádné poškvrny pohaněnie netrpěl jest, a jestli že by byl obžalován z vraždy aneb z čehož by koli byl obžalován, lépe se dobrými lidmi muož očistiti, nežli by přemožen byl, kromě žhářuov, falšéřuov mince a cizoložníkuov, kteříž lépe mohú býti přemoženi, než by se lidmi bránili a čistili.

[19] Item kto by kolivěk kterú vinú přemožen byl, ješto slušie k pokutě těla, a s povoleniem rychtářovým a měšťanú vyproštěn byl penězi, potom buď zbaven cti i rady a jsa potom obžalován z některaké jiné věci, má býti oběšen.

[20] Item kto by byl obžalován, že by zloděje přechovával, najprve sám svú rukú nevinen se okáže, podruhé bude-li obžalován, sám třetie sě očistí, potřetie bude-li obžalován, soud zlodějský trpěti bude.

[21] Item ani hofmistr mince ani rychtář bez přísežných na poli ani v domiech peněz falešných ani zlodějstva hledati nemají, než společně.

[22] Item jestli že by kto prodal střiebro, kteréž by bylo s mědí neb s mosazí smiešeno, týž[h] pokutě[h] falše podroben bude, a té věci falešné dvě části slušie do rady a rychtářovi třetie strana; item ktož kolivěk s falešnými penězi popaden bude, spravedlivě beze všie výmluvy má upálen býti.

[23] Item kteříž kolivěk hosté v domiech měšťan pohostinu byli by, jestli že by s zlatem neb s střiebrem neb s falešnými penězi popadeni byli v městě nebo na poli, pokuty ohně sú hodní; a jestliže by ten falešník z návodu něčieho znal na hospodáře svého, v čímž domě byl jest, a že s téhož falše nětco zachoval, a rychtář přijma k sobě přísežné do domu řečeného měšťana jdi a zavolaje jeho k sobě, rci jemu, že ten falešník vyznal jest, že tobě toho falše jest nětco poručil; a jestli že ten měšťan tak řádně[i] jsa otázán a pozná se, že mu ti peniezi dáni jsú schovati, nevinen bude ote všie pokuty; a jestli že by pak zapřel a strana těch peněz hledána byla by a u něho nalezena, k pokutě jakož ten falešník poddán bude tak, jestli že by ti peniezi falešní byli, a jestli že by byli čistí,[k] pokuty šedesát šilinkuov má dáti; a jestli že by doma hospodáře nebylo a hospodyně jsúc otázána i zapřela, bez překážky práva hospodáře svého nevinna ostane.

[24] Item od rány v svádě spravedlnost rychtáři jest jedna hřivna a od chromoty právo jest rychtáři dvě hřivně a od samé svády, jakž konšelé rozsúdie.

[25] Item ač kto jakú váhu těžší neb lehčejší[l] měl by, než usazeno jest, ruka jemu má uťata býti aneb deset hřiven dáti má.

[25 a] Item jestli že kto[m] přemožen bude, maje falešný loket anebo mieru, ješto strych slove, ruku utrp neb X hřiven má pokuty dáti, dvě straně městu a třetie rychtářovi.

[26] Item ktož meč před přísežným vytrhne, platiti má puol hřivny k opravování městckému.

[27] Item ze všech mečuov, kteréž by rychtář vzal spravedlivě, vždy třetie má připadnúti k městu, konšeluom.

[28] Item ač který konšel některú vinu má na čem, jako jiný člověk trpěti má.

[29] Item jestli že by dva chvátali před rychtáře s žalobú, kterýž by se najprv před čeledí ohlásil, první žalobu obdrží, jakž koli druhý na hoře před mistrem[n] hor obžaloval by, aneb jestli že by rychtáře na trhu nalezl neb na cestě neb v kterémž kolivěk domu kromě domu vlastnieho, že by jej nalezl, onen však obdrží právo první.

[30] Item jestli že by kto pro žalobu kterú rychtáři[o] dán byl, a neměl by rukojmí, dokudž jest u vězení, jiným žalobníkom nebude tehdáž odpoviedati.

[31] Item ač kto pro vraždu neb ranění byl by obžalován, a jestli že[p] by na něho dovésti nemohl, rychtáři dosti učiniti má LX šilinkuov a každému přísežnému XV šilinkuóv.

[32] Item za každých LX šilinkuov rychtář ukojen bude puól věrdunkem v menších přech, a jestliže ten, ješto dosti učiniti má, jest jistý, má puštěn býti; ale jestliže nenie, zastav rukojmie, a když bude po XIIII dnech, jestli že by se s rychtářem neumluvil, vina nadepsaná nemá povýšena býti dvénásob neb trénásob, ale vezma k sobě přísežné, viněn buď jistec neb rukojmie; a ktož by koli v nadepsaných artykulech nebyl poslušen, rychtářovi LX šilinkuov propadne a každému konšelu XV[q] šilinkuóv bez milosti; a jestli že by ten neposlušný

vytrhna meč i ranil a viděn byl, ne penězi odbýti má, ale má býti sťat.

[33] Item všechní artykulové, kteříž na kříži zpraveni býti mají, potázanie obdrží.

[34] Item ktož kolivěk obžaloval by před rychtářem jednoho pod pravým[r] jménem žalobníka neb odpoviedače, odpoviedač proto nemuož prost býti, ale řečník jeho menší vině poddán bude, XIIII peněz; ale jestli že řečníkovo slovo jest z úst žalobníkových, žalobník tu vinu propadl bez pohoršenie práva svého.

[35] Item pod kterýmž kolivěk jménem odpoviedač odpoviedati bude, pod tiem jménem pře buď konána.

[36] Item ač kto koho pro dluh malý neb veliký obžaluje před rychtářem a jistec pozná-li sě, XIIII dní má rok k placení ten dluh; jestli že pak nezaplatí, tři dni má rok k placení ten dluh; a jestli že ho nezaplatí beze vší výmluvy, čtvrtý den před rychtářem plň věřiteli svému a rychtářovi pokuty puol věrdunka.

[37] Item ktož kolivěk pohrdaje rychtářem naším a soudem města našeho, před námi žaloval by, nám, rychtáři a přísežným, funt pokuty propadl jest; a jestliže by rychtář a přísežní naší komu spravedlnost učiniti nechtěli, deset pfuntuov jsú propadli.

[38] Item ktož by kolivěk pro množstvie hostí neb kterakž kolivěk mieru obroku neb vína neb kteréž kolivěk věci prodajné zrušil, přesvědčen jsa, deset funtuov daj.

[39] Item ktož biřici dán bude a tu přes noc zuostane, daj biřici XIIII haléřuov, a jeho věcí nic viec nemá vzieti; a jestli že by přes noc nebyl, dá toliko šest haléřuov.

[40] Item ktož by pro zapálenie popaden byl, má spálen býti; a jestli že by zapálil a utekl, a potom jat byl, a jestli že by ohněm prve hrozil, sedmi mužmi přesvědčen jsa neb bude; a jestli že by se ku právu postavil, sám sedmý[s] svú nevinu pokáže; a jestli že by na utečení lapen byl, sedmi muži přemožen bude.

[41] Item jestli že by kto v tu chvíli, když by hořalo, zlodějstvie učinil, ješto by za šedesát haléřuov stálo, oběšen má býti; a jestli že kto by zapále ranil někoho, přemožen jsa třmi svědky, má sťat býti; pakli kto vytrhna meč v ta doby, když hoří, a někoho by raniti chtěl, přemožen jsa dvěma svědky, ruka má mu uťata býti.

[42] Item ktož komu ohněm hrozí před dobrými lidmi, ten, komuž hrozí, chce-li, muóž jeho sám třetí přemoci; a jestliže nechce aneb že snad neslyšal, skrze jiné tři muže, kteříž sú slyšali, jeho přemoci mohú.

[43] Item ktož by komu políček z hněvu dal aneb v zuby udeřil, třmi svědky jsa přemožen, má jistci hřivnu dáti, rychtáři hřivnu a konšeluom puol hřivny daj také bez milosti.

[44] Item jestli že by kto maje ženu oddávanú v jiné zemi a puojme jinú, má býti sťat.

[45] Item jestli že syn nebo dcera nětčí vešli by do zákona a potvrzeni by byli, po smrti z[c] zbožie otcě svého nic mieti nebudú.

[46] Item nižádného člověka syn, služebník neb přietel, kterýž chleba jeho požívá, viec prohráti nemuož, než což pod pasem svým má, a ktož by co viece na něm vyhrál, nic na něm viece nemuož mieti.

[47] Item ktož by kolivěk falešnými kostkami neb falešnú hrú na kom co vyhrál, jsa přemožen dvěma svědky, ten, ktož prohrál, nic jemu nedá a bude potom mniem za oklamače a rychtáři dá deset šilinkuov.

[48] Item ktož by se koně u koho jal, právem rychtáři daj XXX peněz; pakli ten die, že by kuoň od někoho koupil a na toho se odvolával,[t] tak daleko dovoditi mají, až pravého jistce dojdú, a tak kuoň právem bude obdržán; a ktož svuoj kuoň tak obdržeti chce, on sám se dvěma súsedy svými přísahu na koni obdrží; a jestli že by byl měšťan s jedniem svým spoluměšťanem a jiným dobrým člověkem sám třetí, obdrží nápodobnou přísahu.

[49] Item jestli že kto na koho krvavú ránu dovedl by na soudě, uraženému puol hřivny, rychtářovi a přísežným puol hřivny dáti má.

[50] Item jestli že by kto za pomocníka některého zabitého obžalován byl, sám se přísahú na kříži nevinen učiní; a jestli že by přísahu nedovedl a neprovedl, daj žalobníkovi hřivnu, rychtáři a konšeluom puol hřivny.

[51] Item ač by kto ve dne snopy všelijakého obilí s cizích polí mocí aneb zlodějsky bral a jestli že by popaden byl, tomu, čiež jest rolí, věrdunk daj a rychtáři puol věrdunka dáti má; a jestli že by pak v noci postižen byl na tom účinku, za zloděje souzen býti má.

[52] Item kto by na louce popaden byl ve dne aneb v noci, k rychtáři nebo k soudu veden bude a hned z města bez bití a házení vyobcován buď a do roka aby se nenavrátil; a jestli že by s koněm polapen byl

s břemenem trávy, rychtáři daj lot a jistci puol věrdunka.

[53] Item nižádný z pánuov, urozených, rytieřuov, zemanuov aneb dvořenínuov které násilé, pych aneb smělost v tom našem městě proti komu učiniti směj ani jímati smějte bez vědomí rychtáře našeho a přísežných.

[54] Item každý člověk jsa sebe mocen, s statkem svým muož učiniti co chce, ač by koli žena odmlúvala a děti by odpieraly.

[55] Item pro svornost a dobré pokoje jeden toliko rychtář bude v tom našem městě a ne viece.

[56] Item jestli že by přísežní v ranném potazu koho obžalovali a rychtář by s nimi súditi nechtěl, přísežní vinni nebudú, ale rychtář bude u vině.

[57] Item ač kto obtiežením dluhy jest obtiežený a zašlý a nemuóž statkem jmovitým i nejmovitým zaplatiti, a jestli že má dědicstvie, to jemu v dluhu zastaví, a ten, komuž jest zastaveno, šest neděl před právem obvolati má to dědictvie po třikrát a po třetiem provolání jestliže nevyplatí, rychtář jemu do jednoho roku a do dne v držení dá; a když ten čas mine a žádného požitku od toho nevezme, rychtář jemu to vlastně poddá a podrobí; a jestli že by který užitek vzal, to dotavad drž, ažť i jistec vyplatí.

[58] Item komuž dlužník jeho od rychtáře za ruku dán bude, chovati jeho má v skrovnosti ani v zimě veliké ani u velikém horku, železo na ruku jemu dá a dá jemu čtvrt chleba za haléř koupeného a čieši vody; a když by s toho vězenie utekl, kdež by jeho kolivěk nalezl, právem jeho jme; a jestli že by s povoleniem jeho z vězenie utekl, jediné leč právem, potom jemu za ten dluh bude odpoviedati, bude-li chtieti a přísahú potom očistí sě v tom dluhu.

[59] Item všecky hory, kteréž v dědictví našem a na zboží rytieřuov a jiných našich lidí nalezeny byly by, k tomu městu a naším měšťanuom příslušeti mají s mierú a všiem právem kromě ve třech našich městech, to jest v Slapanově, v Bielé a v Chotěboři, kterýmž všecky hory nalezené v lániech jich, ktež jim sú měřeny, mierú i všiem právem příslušeti budú.

[60] Item kto by s[c] smělostí do některé krčmy vešel pro svár a jestli že tu počne některý šant dříve, nežli by jednú pil, přemožen jsa svědomiem za kvalt na duom souzen bude; ale když by vejda do krčmy, kázal sobě naliti a jednú pil a potom nekázaný byl, nebude souzen za kvaltníka domu.

[61] Item ustanovili jsme, aby ze vší rolí měřené příslušející k našemu městu s každého lánu nám puol hřivny čistého střiebra za úrok placeno bylo; a tato jest rolé, kteráž k našemu městu přísluší: Šenklhof, Raušnštan, dvuor Verneřuov, dvuor tudiež Hajmana Ryšavého, dvuor Jindřicha Bihuše, dvuor Pabianuov, jeden lán Erhartuov, puol druhého lánu Arnoltuov, Ješuov čtyři lány, dvuor Conrata Bielého, rolé páně Ebhartova Starého, dvor Coranduov Hertuov a ves Poděbaby, dvuor Verneřuov Veselice a dvuor Beranuov tudiež, Gobldorf s rolí,[u] to jest puol čtvrta lánu a puol čtvrti, a dvorové Olmanovi a manželky Vilhelmovy a jeden lán a les Herczuov a dvuor Reinelduov v Jeřnujevsi; a všechna rolí měřená k našemu městu příslušející, ve všech daniech i v jiném posluhováním obecném slúžiti budú s městem.

[62] Item všechna ryb lovenie ustanovili sme svobodna, a ktož by kolivěk v úrok je podrobil, platiti má tři hřivny.

[63] Protož všechna jiná dědictvie buďto v městě, neb za městem, kterýchž v držení jsú ti naši měšťané na domiech, mlýniech, mastniciech, chlebnicích, v krámiech, v zahradách, svobodna jsú ode všeho úroku, kromě kdyby se potřeba k městu obecní přihodila; tehdy vedle naraženie přísežných mají pomoc učiniti k městu v dání a v jiném posluhování.

[64] Item jestli že by kto z rytieřuov neb s čeledínuov našich co provinil by, až do naší přítomnosti chován buď, nebo bez pohoršenie práva a rychtáře takového našeho osobně s přísežnými našemi súditi chceme; a jestli že rychtář neb přísežní naši aneb někto s čeledi uražen neb zabit byl, bez pohoršenie práva s přísežnými osobně takovú při řádně chcme súditi.

[65] Item chceme, aby žádný které dědicstvie k kterému kostelu dával za spasenie duše své, ale toliko z hotových a z statku movitého svého jeden každý, jakž jemu buoh vnuknutí dal, za svú duši muože dáti a zpuosobiti.

[66] Item ktož kolivěk ženu svú oddávanú zpurně a nevinně bez příčiny hodné ranil by aneb zabil, před soudem světským má souzen býti; a jestli že by pro některakú vinu těžkú a příčinu hodnú, jakož jest smilstvo

neb cizoložstvo, a k nápodobným artykulóm provinil-li by, soudem duchovním souzen buď.

[67] Item jestli že by kto nalezl novú horu, měření jemu buďte sedm lánuov a s obú stranú měření buďte panu králi lán, potom panu Jindřichovi a bratřím jeho nadepsaným lán a potom přísežným lán jeden jako králi.

[68] Těm, jenžto měří horu, dáni mají býti čtyři šilinkové za jich práci od měřenie.

[69] V právě měřené hory chceme, aby byli tři lánové a prostředek; v ní jeden lán, a to na výsosti v rovném zpuosobu.

[70] Item ktož by kolivěk dělal štóllu a nalezl rudu, měřiti jemu mají sedm lánuov od toho miesta a práva jiných hor; a jestli pak z vuole a s vědomiem rychtářovým[v] a[w] toho, ktož hor podává, v té štólle ktož by dělal, nižádný přes tři lány a puol před ním a po něm jemu překážeti nesměj.

[71] A jestli že by hora neb štuolla, kteráž by měřena byla, pusta a opuštěna byla, v neděli před lidmi má provolána býti, aby ti, kteříž mají také dělati, věděli; a jestli že by to neučinili, po čtrnácti dnech opět má provoláno býti; a jestliže by tu nedělali, v neděli šestú za právo pánu a králi dáno buď tiemto obyčejem, jestliže by řečenú horu ve čtvrtú, v pátú neb v šestú aneb sedmú přijíti chce.[x]

[72] A jestli že ta hora jiné hoře překáží[y] vodú, po třech dnech hora[z] překážející překážené hoře dána bude, ale rychtář má dáti provolati třikrát.

[73] Ač by kto s povoleniem a vuolí rychtářovú dělal na té štuolle na hoře měřené a opustlé, kdyby k lánu měšťan bez povolenie jich přišel by, chod té štuolly, to bude na vuoli měšťan.

[74] A jestli že by pak s vuolí jich tam přišel, štuola jako prostředniehо člověka zvýš, kterýžto ani dlúhý ani krátký jest, mohl by sě odvrátiti,[aa] přičině na dél ruku, puojde bez překážky práva, nad se muož jíti, bez nákladuov zdravě samotně držeti.

[75] Tak jestli že v nadepsaném lánu prve bude děláno:

[76] V prostředku lánu na najhlubší sede; a což kolivěk dobýti železem prostředniem muož vzespod sebe, což by mohl mieti, k požitku jeho puojde beze vší překážky.

[77] A jestli že by kto z měšťan potom neb ktož kolivěk tak štuollu svú měl, čtvrtú část náklady svými vydělá a obdrží.

[78] Kdež kolivěk hora, která mieře přisúzena byla by a překazila by miera hory druhý, to jest lánem měšťan, tak že tří lánuov a puol obdrželi by nemohla, nadepsaná miera nové hory na mezi lánuov měšťan vezme počátek a tak mierú hodnú obdrží sedm lánuov; potom králi dva, panu Jindřichovi s bratřími nadepsanými dva, přísežným dva měřiti budú.

[79] A jestliže by mezi horami měřenými dvěma[aa] nová hora mieře přisúzena byla a pravú mieru mohla[bb] by mieti, to jest všech lánuov, měřena[cc] má[cc] býti; a jestliže by co po mieře sešlo, kromě dvú lánú, ješto slove horní štrych uberschor, k požitku má padnúti přísežným; ač pak dva lány nebo viece nalézači, kteříž v něm dělají, svobodně držeti mají, prve změříc.

[80] Item ač kto s vólí rychtářovú a toho, ktož hor podává, štuoly by počal, a jiný přída předeň mimo pravú mieru, to jest tří lánuov a puol, skrze jinú štuolu nebo skrze kterú kolivěk dieru nalezl[dd] první rudu, z dávnými svědky a vyslyšanými mieru sedm lánuov první obdrží.

[81] A kterýž kolivěk v nové hoře nalezl by rudu a štrych řádným obyčejem rychtářovi by pokázal, žádný před ním a po něm na mieře jednoho lánu dělati nebude směti; a ktož by koli proti takovému ustavení a měření nadepsanému[ee] dělati směl by, všech požitkuov toho dolu odsúzen bude a první všechnu spravedlnost obdrží.

Toho svědkové jsú: Havel z Lipoltic, Bohuslav z Obiduch, Jiřík z Jeníkova, Petr z Háje, Vinkhéř z Hamru, Budislav z Crunatřichu, Beneda z Markvartic, Beněk z Okušin, Natsavoj z Tupadl. Léta milostivého tisiec dvě stě sedmdesátého osmého, šestý den června měsiece.

873.* [a] ‚kteřížto' *T.* — [b] ‚položené' *T.* — [c] *Deest T.* — [d] ‚nápodobněm' *T.* — [e] ‚nebrž' *T.* — [f] ‚raněné' *T.* — [g] ‚rytáři' *T.* — [h-h] ‚bez pokuty' *T.* — [i] ‚r͡žadnie' *T.* — [k] ‚čestí' *T.* — [l] *Hic et inferius saepe diphthongus* ‚ie' *per* ‚i' *exprimitur in T.* — [m] *Mendose sequitur verbum* ‚bude' *in T.* — [n] ‚městem' *T.* — [o] *Scriba iterum vocem* ‚žalobu' *scripsit, quod manus recentior in* ‚rychtáři' *correxit in T.* — [p] *Vox* ‚žalující' *deesse videtur in T.* — [q] ‚XL' *T.* — [r]

‚pravém' *T.* — [s]) ‚sedmmý' *T.* — [t]) ‚odolával' *T.* — [u]) ‚role' *T.* — [v]) ‚rychtářuovým' *T.* — [w]) *Praepositio ‚s' sequitur in T.* — [x]) *Translatio in T corrupta est, vide A.* — [y]) *Post vocem ‚a' sequitur in T.* — [z]) ‚hoře' *T.* — [aa]) *Vide A.* — [bb]) ‚mohly' *T.* — [cc-cc]) ‚měřeni mají' *T.* — [dd]) ‚nalezli' *T.* — [ee]) ‚nadepsané' *T.*

874.

Johannes, episcopus Pragensis, protestatur ecclesiam s. Mariae in Týn Pragae ad ecclesiam Wissegradensem pertinere et Michaelem, filium Johannis, civis Pragensis, in eadem ecclesia illegitime se pro rectore gerere.

Pragae 1278 iun. 12.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum cap. Wissegradensis Pragae, sign. KVš num. 66) asservatur (A). — Apographum[1] insertum est actis notariorum publicorum Velislai et Pauli, ministrorum ecclesiae Pragensis, in castro Pragensi 1320 iul. 11 datis (Reg III, pag. 244 num. 593), quorum autographum in rotuli forma ibidem (sign. KVš num. 128) asservatur (B). — Aliud apographum[2] ex B confectum saec. XIV. exstat in Libro privilegiorum eccl. Wissegradensis membr. in eodem archivo (sign. KVš lib. 26) asservato, fol. 26 num. 73 (C).

Ed: Hammerschmid, Gloria Wissegr. ecclesiae, pag. 470 (ex C erronee ad „1288, 2. idus julii").
Reg: Reg II, pag. 480 num. 1120.
Lit: Krofta, Kurie II, pag. 273 (rei deliberatio). — Nový, Pečeti, pag. 204 (quod de sigilli depensionis modo dicitur, minus rectum esse apparet). — Nový, Listiny, pag. 68, 69 (deliberatio diplomatica non omnino recta).

Scriba: J III 21 a = W 1 a = ecclesiae Wissegradensis proprius, eidem, qui num. 751 (A 2) scripsit, similis. Exempla script. num. 2 a, 25.
Dictator: fortasse idem atque scriba.
Mirum est in hac charta nulla fit mentio chartae eiusdem editoris, quae ad eandem rem pertinebat, videlicet num. 751.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (PPP), 3, Vyšehrad, ecclesia capitularis (LL).

Iohannes, dei gracia Pragensis episcopus, Christi fidelibus universis, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, salutem in Domino. Cum ex offi‖cii nostri debito nos, utpote qui in Christo sumus universaliter omnibus debitores, uniuscuiusque peticionibus, quantum in nobis est quantumque cum ‖ deo possumus ac debemus, aures teneamur benivolas acclinare, vestram nosse volumus universitatem, quod nos per honestum virum Ch.,[3] de‖canum Wissegradensis ecclesie, requisiti super iure patronatus, quod ecclesia Wissegradensis in ecclesia sancte Marie Pragensis civitatis iuxta curiam communem, que vulgariter Thyn nuncupatur, sita habet et habuit ab antiquo necnon aliis quibusdam circa eandem ecclesiam nostro tempore emergentibus et super hiis nostre protestacionis literas postulantem, dicimus et protestamur dictam ecclesiam sancte Marie et ius patronatus eiusdem ad ecclesiam Wissegradensem pertinere; insuper dicimus Mychahelem, filium Iohannis, civis Pragensis civitatis, qui irreverenti animo et consciencia infronita proprie salutis inmemor in contemptum nostri et antedicte ecclesie Wissegradensis preiudicium et

gravamen in iamdicta ecclesia sancte Marie se pro rectore gerit circiter annum quintum, sepedictam ecclesiam sancte Marie contra deum inlegitime possidere, cum in ipsa nulla[a] sibi iuris vel iusticie condicio suffragetur, quippe cum nullos penitus ordines habeat, nec ipsum ad eandem ecclesiam approbaverimus confirmandum. In huius autem nostre protestacionis evidenciam sigilli nostri karectere[b] presentes tradimus communitas. Datum Prage anno Domini millesimo CC°LXXVIII, II ydus iunii.

Sigillum: Johannis, episcopi Pragensis, cum sigillo secreto illaesum fere scidula membranacea ex autographo ipso scissa dependet. Cf. Sigilla num. 2 a, 1, 2.

874. [a]) *Post vocem vestigia cuiusdam litterae nunc erasae apparent A.* — [b]) *Ita A.*

[1]) *Cum errore* ‚pridie idus iulii' *in dati formula.* — [2]) *Cum errore* ‚secundo idus iulii' *in dati formula.* — [3]) *Cunonem.*

875.

Sophia, uxor Bohuši [de Drahotuše], marscalci Moraviae, monasterio in Velehrad molendinum in Unkovice cum meatu sub certis condicionibus confert.

In castro Olomucensi, in iudicio [provinciali] 1278 iun. 22.

Apographum saec. XV. praebet Codex Velehradensis chart. in SAR Brunae (archivum mon. in Velehrad, sign. G 191) asservatus, fol. 59–59' (B).

Ed: CDM IV, pag. 215 num. 155 (ex B).
Reg: Reg II, pag. 480 num. 1121.
Lit: Dušková, Česká listina 2, pag. 193. — Šebánek, Vizovická listina, pag. 5 n. 28 (chartae stilus).

Dictator: Velehradensis monasterii proprius.
Vide: II. 3, Velehrad (O), 5, De chartae apud nobiles usu (XXXXX).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Sophia, uxor domini Bohussonis, marsalci Morauie, omnibus imperpetuum. Quoniam generacio preterit et generacio advenit, necesse est, ut facta hominum amminiculo fulciantur scripturarum, ne morientibus hominibus simul cum eis eorum facta vel acta moriantur. Hinc est ergo, quod ego Sophia, coniunx predicti marscalci, notum fieri cupio tam presentibus quam futuris per presens scriptum, quod ego de voluntate et favore dicti domini et mariti mei Bohusonis, marsalci Morauie, necnon filiorum meorum Castolay et Smilonis, Circhonis et Chunonis et filie mee Herte molendinum nostrum in Vunischowicz, quod ego personaliter rite et racionabiliter emeram a domino Lupino, venerabili abbate, et fratribus de Welegrad pro XXVI marcis argenti, reddidi et donavi libere et absolute eidem domino abbati et dictis fratribus necnon monasterio beate Virginis in Welehrat in remissionem et remedium peccatorum meorum et pro salute prelibati domini et mariti mei et premissorum puerorum meorum

mense fratrum dicti monasterii perpetuo deserviendum. Meatum quoque, in quo aque ad idem descendunt molendinum, qui semper ad nos et ad villam nostram Nozizlab pertinuit, unde ante prescriptam empcionem nobis singulis annis debitus census fuit persolutus, cum iam dicto molendino monasterio dedi memorato pacifice et perpetuo possidendum, ea tamen condicione mediante, ut eundem meatum dominus abbas et fratres sepedicti monasterii taliter erigant et ordinent, ne ville et hominibus nostris in Nozizlab dampnum vel evidens lesio per meatum generetur eundem. Pueri quoque nec alii successores nostri in ipso meatu aliquid iuris habere non possunt, etiam si dictam villam vendant vel retineant, quia ipsum meatum sicut et molendinum dicte domui beate Virginis de consensu mariti mei et dictorum puerorum meorum simpliciter dedi et absolute. Quod si supradicta donacio ab aliquo hominum a mensa conventus[a] alienata fuerit, a nobis et a nostris heredibus repetetur. Hanc autem donacionem pro me fecerunt dominus Bohusso, maritus meus, necnon suprascripti filii mei coram patre domino Brunone, episcopo Olomucensi,[b] et coram aliis nobilibus et testibus inferius nominatim expressis. Quam eciam donacionem ego postea in propria persona una cum dicta filia mea Hertha presente domino Lupino, abbate eiusdem domus, circa castrum nostrum Drahotus rite et canonice perfeci et confirmavi. Ne autem processu temporis per maliciam vel dolum cuiusquam tam devota et legittima donacio violari possit vel inpugnari, presentem litteram scribi et sigillorum munimine supradicti domini abbatis de Welehrat et domini et mariti mei iussi roborari. Testes vero dicte donacionis sunt hii: reverendus in Christo pater dominus Bruno episcopus Olomucensis, dominus Albertus de Vren, dominus Onschik[c] camerarius provincie Olomucensis,[b] Hartmannus frater domini Bohonis, Pardus iuvenis, Protiuecz,[d] Ieronimus et Andreas fratres et alii quamplures. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LXXVIII°, X° kalendas iulii in castro Olomucensi[b] coram domino Alberto de Wren, qui tunc iudicio presedit[e] ibidem.

---

875. [a] ‚conveventus' *B.* — [b] ‚Olom̃' *B.* — [c] ‚Onsohik' *B.* — [d] ‚Protiuěcz' *cum titulo superfluo in B.* — [e] ‚presidit' *B.*

876.

Henricus de Rosenberg monasterio in Vyšší Brod donationem quattuor villarum expresse nominatarum a fratre suo Witkone factam necnon omnem donationem patris sui Wokonis approbat et confirmat.

In Příběnice 1278 iun. 24.

Autographum in membrana scriptum in SAR Třeboň (archivum mon. in Vyšší Brod, sign. HA 7/I) asservatur (A). — Apographum saec. XVI.–XVII. (praeter nonnullas copias recentiores) exstat in copiario mon. Altovadensis chart. in eodem archivo (sign. 115/II) asservato, pag. 15 (B).

Ed: Millauer, Der Ursprung, pag. 73 num. 12 (ex A). — Pangerl, Urkundenbuch von Hohenfurt, pag. 29 num. 24 (ex A).

Reg: Reg II, pag. 481 num. 1122.
Lit: Dušková, Česká listina 2, pag. 181 n. 21, 22.

In tergo chartae manu saec. XIX. annotatum legitur: „Gegenwärtige" *etc. ut in num. 188 usque ad finem.*[1]

Scriba: ignotus, fortasse destinatarii proprius.
Dictator: destinatarii proprius, cuius stilus etiam in aliis chartis eidem monasterio inter annos 1278—1290 destinatis apparet (ex. gr. num. 412, Reg II, num. 1197, 1198, 1526, 1559, 1560).
Vide: II. 3, Vyšší Brod (Y), 4, De chartae apud nobiles usu (YYYYY).

Hêinricus de Rosenberch universis Christi fidelibus presentibus et futuris hanc paginam cognituris noticiam geste rei. Cautum fuit || a viris prudentibus et provisum, ut, quod ipsi volebant manere stabilius, literarum suarum indiciis perhennarent. Sciant igitur pre||sentes ac posteri, quod frater meus Witigo, pie memorie,[2] positus in extremis fideliter mente pertractans,[a] quia quicquit[b] misericorditer || pauperibus Christi, maxime religiosam vitam ducentibus, inpenditur, auctorem suum adiuvare et optatum ei premium in die retributionis apportare, in remedium anime sue nec non progenitorum suorum pariter et successorum de bonis sibi a deo et a progenitoribus suis collatis, de bona voluntate mea, domui sancte Marie in Hohenfv̊rt, ordinis Cysterciensis, quatuor villas, scilicet Pzizaho,[c] Svnnberch, Rvkchendorf et minorem plagam Gerberti liberaliter condonavit cum suis attinenciis, silvis, virgultis, pratis, pascuis cultis et incultis, viis et inviis et omnibus attinentiis suis, cum metis ipsarum villarum dudum distinctis pariter et expressis. Hanc donationem[d] fratris mei et omnem donationem patris mei domini Wokkonis[3] predicto cenobio factam et perpetuo possidendam cum omni iure sibi etiam tradito ego Heinricus de Rosenberch approbo et confirmo. Ut autem hec rata permaneant et nulla queant in posterum calumpnia perturbari, presentem cartam conscribi feci et mei sigilli munimine roborari. Huius rei testes sunt: dominus Hablo, Zwatimirus, Chreno, Wenadab milites, Vlricus frater Wenade, Otto Walsho, Nycolaus, Petrus, Psedwor, Shenko,[e] Dominicus, Bozlaus, Troianus,[f] Shaztolaus[g] fratres et alii quam plures fide digni. Actum anno Domini M°CC° septuagesimo octavo, indictione VI[a], epacta XXV[a], datum in Pribnitz in die sancti Iohannis Baptiste.

Sigillum: commune Henrici et Witkonis de Rosenberg in scidula membranacea sinistrorsus positum, paulum laesum, sed conservatione integratum, appendet. Cf. Sigilla num. 4, 27.

---

876. *[a] Littera ‚c' ex alia littera corr. est in A. — [b] Manu recentiore littera ‚c' in ‚d' correcta videtur esse in A. — [c] Voci uncus superponitur in A. — [d] Littera ‚d' ex quadam alia corr. est in A. — [e] Littera ‚k' ex quadam alia corr. est in A. — [f] Scriba primum ‚Tronanus' scripsit, primam hastam primae litterae ‚n' suppunxit, super alteram virgulam posuit in A. — [g] Super voce titulus erasus apparet in A.*

[1]) In *tabulis terrae in SÚA Pragae asservatis (sign. DZV 1137) appographum chartae, fol. A 9'—A 12 exstat.* — [2]) *Obiit a. 1277 sept. 22 (vide Pangerl in Lit citatus, pag. 383).* — [3]) *Obiit a. 1262 iun. 3 (vide num. 335).*

877.

Přemysl Otakarus II., rex Bohemiae, monasterio in Sedlec silvam dictam Bor, iacentem inter civitates Kolín et Čáslav, pro centum quinquaginta marcis restituit.

Pragae 1278 iun. 30.

Autographum in membrana scriptum, quod olim in archivo monasterii Sedlecensis asservabatur, nunc in archivo Musei Nationalis Pragae (sign. num. 34) asservatur (A). — Apographum exstat in codice mnscro chart. saec. XVII. „Privilegia monasterii Sedlecensis“ *intitulato, in UK Pragae (sign. XXIII D 186, olim in bibliotheca principum de Lobkovice num. 417) asservato, fol. 54^{v} (B).*

Reg: Riegger, Archiv, pag. 374 sine num. — Reg II, pag. 481 num. 1123.
Lit: Zatschek, Die älteste Erwähnung, pag. 50 (stilus chartae). — Dušková, Notář Jindřich, pag. 60. — Dušková, Urkundenwesen, pag. 275, 276, 332, 339, 383 n. 389 (Sd).

In scidula membranacea sigillo appensa registrator monasterii Sedlicensis saec. XIV. annotavit: „De Bora inferiori et superiori“.

Scriba: P II 81 = magister Henricus protonotarius. Cf. Exempla script. num. 1 a, 64.
Dictator: magister Henricus protonotarius.
Vide: II. 1 a, P. O. II., magister Henricus protonotarius (HH), 3, Sedlec (E).

Nos Otakarus, dei gratia rex Boemie, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod licet silvam dictam Bor, iacentem inter Coloniam et Chazlauiam, iam dudum || vendidissemus abbati et conventui monasterii de Zedlitz, Cisterciensis ordinis, tamen quia eadem silva post prefatam venditionem ad manus nostras devenerit iterato, nos abbati et conven||tui dicti monasterii ipsam silvam restituimus pro centum quinquaginta marchis examinati argenti ponderis Pragensis tenendam et possidendam ab ipso monasterio sub illis iu||ribus et conditionibus, sub quibus eidem monasterio prius vendideramus, transferentes in ius et potestatem dicti monasterii ipsam silvam, quodcumque vel quamcumque nos habuimus in ipsa, et cum pratis, pascuis, piscationibus omnibusque aliis, cum quibus prius eidem fuit vendita monasterio, et sub eisdem metis sive terminis atque circuitibus, quibus per dilectos fideles nostros Domazlaum, camerarium Boemie, et Onsonem, iudicem provincialem, ipsa silva in priori venditione nostra circumscripta fuerat ac etiam terminata, et quod possint abbas et conventus dicti monasterii de prefata silva facere, quicquid eis placuerit, situare villas in ipsa et redigere ipsam ad usum ac fructum quemcumque voluerint, pro ipsorum beneplacito voluntatis. Et cum in eosdem abbatem et conventum dicti monasterii omne ius, quod habebamus in ipsa, duxerimus transferendum, inhibemus precise universis fidelibus nostris, quod dicto monasterio in eadem silva nullas iniurias, nullas violentias inferre presumant, nec in venationibus nec rebus aliis quibuscumque, venationes et alias violentias cunctis generaliter, ne in eadem silva fieri valeant, interdicentes serie huius scripti. In cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presens scriptum fieri et sigillis maiestatis nostre fecimus communiri. Datum Prage per manus magistri Henrici, prothonotarii nostri et plebani in Gors, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, pridie kalendas iulii, sexte indictionis.

Sigillum: Otakari, quinti regis Boemorum et Moraviae marchionis, in filis sericis flavi, rubri et viridis coloris paulum laesum appendet. Vide Sigilla num. 1 a, 1 III, 2 V.

878.

Bertholdus de Musbach, [civis Erfordiensis], coram Dominico, canonico Wissegradensi, necnon quibusdam civibus Melnicensibus filio suo Henrico necnon quibusdam civibus Erfordiensibus auctoritatem concedit vendendi aream suam Erfordiae sitam Eremitis ordinis sancti Augustini ibidem.

In Mělník 1278 iul. 6.

Autographum in membrana scriptum olim in archivo civitatis Erfordiae repositum nunc in archivo publico Magdeburgensi (sign. Rep. U 5 VIII num. 1 k) asservatur (A).

Ed: Beyer, Urkundenbuch, pag. 190 num. 296 (ex A).
Reg: Dobenecker, Regesta IV, pag. 220 num. 1539.

Scriba: ignotus.
Dictator: ignotus.
Cf. etiam chartam Erfordiae 1278 sept. 13 datam ad eandem rem spectantem (Beyer, Urkundenbuch, pag. 191 num. 298).
Vide: II. 3, Mělník, ecclesia capitularis (B), 5, De chartae apud civitates usu (BBBB).
Autographi rationem habere non potuimus, imagine phototypica a procuratoribus archivi publici Magdeburgensis nobis benigne missa tantum usi sumus.

Noverint universi presens scriptum inspecturi, quod ego Pertoldus de Musbach coram venerabili viro, domino Dominico, canonico Wisegradensi || et Melnicensi, ac honestis viris, civibus iuratis civitatis Melnicensis, Conrado de Hyrzperhc, Wernhero, fratre suo, Conrado de Belina, || Henrico de Curim[a] et genero suo Otthone, Hermanno de Crawarow, Henrico de Hyrzsperhc dedi et concessi auctoritatem filio meo Henrico || et domino Henrico, cantori sancti Seueri, et amicis meis, civibus de Herfordia, Pertoldo, Gyselhero, Theodrico[b] et Alberto vendendi et alienandi iure hereditario aream meam, quam habeo in civitate Herfordensi iuxta sanctum Gothardum, priori et conventui ordinis sancti Augustini, domus Erfordensis, promittens me ratum et gratum habere, quicquid dictus filius meus Henricus et dominus Henricus, cantor sancti Seueri, et alii supradicti amici mei inter[c] me et priorem seu conventum de vendicione iam dicte aree mee locate circa sanctum Gothardum in Herfordia fecerint vel ordinaverint, et ut rata et firma mea concessio vendicionis filio meo Henrico et domino cantori et aliis meis amicis permaneat, domini Dominici, canonici Wisegradensis et Melnicensis, rogavi presentem litteram sigillo communiri.[d] Datum Melnihc in octava appostolorum Petri et Pauli anno Domini M°CC°LXX° VIII°,[e] pridie nonas iulii.

Sigillum: Dominici, canonici Wissegradensis et Melnicensis, e cera viridis coloris confectum, in scidula membranacea, illaesum fere, paulum sinistrorsus protrusum appendet. Vide Sigilla num. 3, 53.[1]

878. *[a] Littera ‚m' ex alia quadam videtur esse correcta in A. — [b] Litterae ‚he' ex aliis quibusdam videntur esse correctae in A. — [c] Syllaba ‚in' in loco raso videtur esse scripta in A. — [d] ‚muniri' A. — [e] Post ‚CC° ' scriba primum ‚VII' scripsit et in scribendo in ‚LXX' correxit in A.*

[1]) Dextrorsus in charta replicata incisio ad sigillum appendendum apparet; altero sigillo autem nusquam charta videtur esse munita.

879.

Henricus de Rosenberg ad expeditionem Austriae proficiscens, si non redierit, monasterio in Vyšší Brod forum in Horní Dvořiště et villam Herbertov tradit, debita sua, quibus variis personis expresse nominatis obligatus sit, enumerans.

In Rožmberk 1278 iul. 13.

Autographum in membrana scriptum in SAR Třeboň (archivum monasterii in Vyšší Brod, sign. HA num. 7/II) asservatur (A).

Ed: Millauer, Der Ursprung, pag. 76 num. 13 (ex A). — Pangerl, Urkundenbuch von Hohenfurt, pag. 30 num. 25 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 485 num. 1131.
Lit: Dušková, Česká listina 2, pag. 181 n. 21.

Scriba: ignotus, fortasse monasterii Altovadensis proprius.
Dictator: idem qui chartam num. 876 dictavit (vide ibidem).
Henricus de Rosenberg demum a. 1310 morte obiit; num testamentum suum a. 1278 conditum vigorem iuris obtinuerit, discerni non potest.
Vide: II. 3, Vyšší Brod (Z), 4, De chartae apud nobiles usu (ZZZZZ).

Ne per oblivionem aut calumpniam facta hominum rationabilia et honesta processu temporis dispendium paciantur, provida maiorum auctoritas ‖ scripture ac testium decrevit remedium adhibere. Sciant igitur presentes ac posteri, quod ego Heinricus de Rosenberch ‖ ad expedicionem Austrie proficiscens[1] mente sedula revolvi, quia varius est eventus belli, nunc hunc, nunc vero illum consu‖mit gladius, venerabilium fratrum in Hohenfv̊rt orationi me committens,[a] quos pro salute mea me habere gratulor[b] intercessores, de bonis mihi a deo et a progenitoribus meis collatis forum in Merica et villam in Cerbrehtslag cum omnibus adtinentiis, silvis, nemoribus, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, viis et inviis, duas partes decime predictarum possessionum, scilicet cum duobus manipulis, in remedium anime meê nec non et progenitorum meorum domui sancte Marie in Hohenfv̊rt tradidi[c] iure perpetuo possidenda, ita tamen, si in ipsa expedicione de medio vite meê fuero evocatus. Hiis autem debitis me fateor obligatum: primo domino Benate purchravio triginta sex marcas, pro quibus sibi villam in Atez obligavi; item Iacobo Lednycerio duodecim marcas et viginti talenta, pro quibus sibi villam, in qua residet, obligavi; item Vlrico de Wischel septem fertones; item Alwico[d] viginti talenta, pro quibus sibi villam in Schillte obligavi; item Môsio sedecim talenta, pro quibus sibi villam in Chalten-

brunne obligavi; item Wernhardo Turdlingerio decem marcas et octo talenta, pro quibus sibi villam in Cyringe obligavi; item Vlrico Lednicerio tredecim talenta; item Vlrico, iudici seniori, sex talenta; item cenbio[e] sancte Marie Virginis in Hohenfv̊rt[f] quolibet anno decem marcas usque ad operis consummationem et quinque talenta absolute. Ut autem hec rata permaneant, presentem cartam super ea conscriptam sigilli mei iussi munimine roborari. Huius rei testes sunt: dominus Benata purcravius, dominus Andreas[g] miles, dominus Rů̊dgerus de Haichpach. Actum anno Domini M°CC°LXXVIII°, indictione sexta,[h] datum in Rosenberch in die sancte Margarete virginis.[h]

Sigillum: commune Henrici et Witkonis de Rosenberg in scidula membranacea illaesum fere appendet. Cf. Sigilla num. 4, 27.

---

879. [a]) ‚omittens' *A.* — [b]) *Scriba primum* ‚gratulor' *scripsit, sed* ‚g' *erasit in A.* — [c]) *Littera* ‚t' *ex* ‚d' *corr. est in A.* — [d]) *Post vocem sequitur* ‚xxx.'; *quod numerale deletum esse videtur in* — [e]) *Ita A pro* ‚cenobio'. — [f]) *Ita A.* — [g]) *Scriba primum* ‚Ande' *scripsit, quod in* ‚Andăs', *seu* ‚Andă' *correxit in A.* — [h-h]) *Verbis haud consequenter distentis scriptum est in A.*

[1]) *Potius contra Přemyslum Otakarum II., regem Bohemiae, quam cum ipso contra Rudolfum, regem Romanorum.*

880.

Bruno, episcopus Olomucensis, arbitrium in controversia inter Erclinum, plebanum ecclesiae Omnium sanctorum Brunae, [iure patronatus ad monasterium in Oslavany pertinentis] et Nathanum Judaeum super alienatione dotis eiusdem ecclesiae per quattuor viros expresse nominatos prolatum pronuntiat.

In Modřice 1278 iul. 17.

Autographum in membrana scriptum, olim in archivo mon. Oslavanensis asservatum, nunc in archivo civitatis Brunae (sub dato suo) exstat (A).

Ed: CDM V, pag. 263 num. 52 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 485 num. 1133. — Bretholz, Quellen zur Gesch. der Juden in Mähren, pag. 10 num. 13.

In tergo chartae registrator mon. Oslavanensis saec. XIII. scripsit: „Super ecclesia Omnium sanctorum" *(F).*

Scriba: B 4 = Johannes, notarius episcopi. Exempla script. num. 2 b, 18 (cf. Exempla script. in CDB IV. 2, num. 28).[1]
Dictator: verisimillime Johannes notarius, qui stilo communi usus est.

Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (VVVVV), Johannes notarius (G), 3, Oslavany (PP), Aliae ecclesiae (DD).

Nos Bruno, dei gratia Olomucensis episcopus, tenore presencium protestamur et constare volumus universis || tam presentibus quam futuris, quod, cum discordia sive

controversia inter Erclinum, plebanum Omnium sanctorum aput || Brunnam, ex una et Nathan Iudeum super obligacione sive alienacione dotis ecclesie Omnium sanctorum ex parte || altera aliquamdiu verteretur, talis inter ipsos de consensu et mandato nostro compromissio intervenit, quod ex utraque parte in arbitrium quatuor proborum virorum fuit legitime compromissum, in magistrum videlicet Iohannem de Mǒchern, doctorem decretorum, et magistrum Henricum de Witys ex parte Erclini et in dominum Achillem, militem nostrum, et Iohannem, notarium nostrum, ex parte Nathan Iudei. Tandem predicti quatuor arbitri de consensu partium cum deliberacione diligenti et sub pena XX^{ti} marcarum tale arbitrium protulerunt, quod prefatus Erclinus pro redempcione dotis ecclesie sue Nathan Iudeo dabit XXX^{ta} marcas argenti tam pro peccunia capitali tam etiam pro usura et dos ecclesie Omnium sanctorum, sicut ab antiquo dotata dinoscitur, cum pomeriis, curticulis et balneo integraliter revertetur. Et quia prefatam summam Erclinus integraliter solvere non poterat, dilectus in Christo prepositus de Ozla,[2] patronus ecclesie Omnium sanctorum, partem peccunie promisit solvere de redditibus dotis ecclesie exsolute recipiendas suo tempore successive; si enim prefatum Erclinum diem extremum claudere contigerit, predictus prepositus de Ozla pretaxatam dotem tam diu tenebit, usque quod suam peccuniam[a] possit integraliter rehabere. Et quoniam prefatus Iudeus est certificatus de predicta summa XXX^{ti} [b] marcarum per fideiussoriam caucionem, que sibi suis temporibus persolvetur, prefatam dotem ad ecclesiam Omnium sanctorum confirmamus perpetuo in nomine patris et filii et spiritus sancti, presens scriptum sibi concedentes nostri sigilli munimine roboratum. Datum in Modriz anno Domini millesimo CC°LXX°VIII°, XVI kalendas augusti.

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, in filis sericis rubri coloris paulum laesum appendet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

---

880. [a]) *Littera ‚m' ex quadam alia littera corr. est A.* — [b]) *Ita A.*

[1]) *De scribae manu cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nejstarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscrum in UK Brno asservatur, pag. 139.* — [2]) *Wisento.*

881.

Bruno, episcopus Olomucensis, Jacobum presbyterum, per abbatissam et conventum in Tišnov sibi praesentatum, ad ecclesiam in monte s. Petri Brunae confirmat.

In Modřice 1278 iul. 17.

Autographum in membrana scriptum in SAR Brunae (archivum mon. in Tišnov, sign. Y II, 7) asservatur (A).

Ed: CDM IV, pag. 217 num. 156 (ex A).
Reg: Reg II, pag. 485 num. 1132. — Šebánek, Archivy, pag. 48 num. 271 (ex A).

In tergo chartae manu saec. XVII. scriptum legitur: „Tento list v sobě obsahuje: poněvadž panna abatyše od J. M. králů [i] císařů (?) listy [má], má moc probošta voliti, i biskupové proti tomu býti nemají."

Scriba: B 4 = Johannes, notarius episcopi. Exempla script. num. 2 b, 18 (cf. Exempla script. in CDB IV. 2, num. 28).[1]
Dictator: verisimillime Johannes notarius.
Vide: II. 2 b, Bruno episcopus (XXXXX), Johannes notarius (H), II. 3, Tišnov (O), Aliae ecclesiae (EE).

Bruno, dei gratia Olomucensis episcopus, dilecto in Christo Iacobo presbytero salutem in Domino || sinceram. Cum dilecte in Christo ..,[2] venerabilis abbatissa, et conventus ecclesie de Tusnowiz || ad ecclesiam ipsis vacantem in monte sancti Petri in Brunna, in qua plenum ius obtinent || patronatus, te nobis presentaverint, petentes, ut tibi donum investiture et amministracionem spiritualium favorabiliter concedere curaremus, nos, quia te dignum et ydoneum invenimus ad huiusmodi beneficium obtinendum, te ad eandem ecclesiam in sancto Petro in Brunna auctoritate ordinaria confirmamus, curam animarum et amministracionem spiritualium tibi nichilominus conferentes, ut in ea temporalia et spiritualia libere amministres. Datum in Modriz anno Domini millesimo CC°LXX°VIII°, XVI kalendas augusti per manum Iohannis, notarii nostri.[a]

Sigillum: Brunonis, episcopi Olomucensis, scidula membranacea ex autographo ipso scissa illaesum dependet. Cf. Sigilla in CDB IV. 2, num. 12.

---

881. [a]) *Littera ‚r' ex quadam alia littera corr. est in A.*

[1]) *De scribae manu cf. etiam dissertationem Vl. Voldán, Nestarší listiny kl. louckého, anno 1951 scriptam, cuius mnscrum in UK Brno asservatur, pag. 139.* — [2]) *Elisabeth.*

882.

Johannes, episcopus Pragensis, diem dedicationis ecclesiae s. Venceslai apud Zderaz transfert et indulgentiis a Valentino, olim episcopo Pragensi, concessis novas coniungit.
Pragae [1278] iul. 27.

Autographum in membrana scriptum in SÚA Pragae (archivum mon. Eremitarum s. Augustini Discalceatorum apud s. Venceslaum Neo-Pragae, sign. L IV Pna num. 1) asservatur (A).

Reg: Reg II, pag. 486 num. 1134.
Lit: Nový, Listiny, pag. 112 n. 219 (autographum ignorat).

Scriba: J III 6 = N 7 = cancellariae episcopi proprius (vide et num. 188). Cf. Exempla script. num. 2 a, 4.
Dictator: J III 6.
Vide: II. 2 a, Johannes episcopus (QQQ), J III 6 (Z), 3, Aliae ecclesiae (FF).

Iohannes, dei gratia Pragensis episcopus, universis Christi fidelibus per Pragensem civitatem et dyocesim constitutis || salutem in Domino. Ut status abilioris temporis gressus nostros et animos ad frequentandum sanctorum ecclesias et || divine misericordie obtinendam gratiam valeat efficacius provocare, aniversarium diem dedicacionis || ecclesie beati Wenceslai, site apud Zderaz, qui pridie ante festum sancti Andree apostoli[1] yemis tempore coli consueverat, in dominicam, quecumque occurrerit proximo post Nativitatem sancte Marie gloriose virginis,[2] eternis temporibus duximus transferendum ad petitionem parrochialium et plebani. Unde discretionem vestram rogamus et hortamur attente, in remissionem vestrorum vobis peccaminum iniungentes, quatinus iam dicto die dominico ad celebrandum aniversarium diem dedicationis prefate ecclesie devoto animo concurratis; nos enim quadraginta dierum indulgencie, quam venerabilis pater Walentinus, Pragensis episcopus XV,[3] antecessor noster felicissime[a] recordationis, omnibus vere penitentibus et confessis, qui eandem ecclesiam in aniversario die dedicacionis ipsius ecclesie, quam ipse personaliter dedicaverat, visitarent causa devocionis annuantim[b] et in festivitatibus sancti Iacobi apostoli et sancte Barbare virginis necnon in aniversario die[c] altaris dedicationis secundi, dignoscitur contulisse, quadraginta dies iniuncte penitencie misericorditer duximus coniungendos, volentes, ut tam ista quam illa prior indulgentia vobis et aliis Christi fidelibus in perpetuum proficiat ad salutem. Datum Prage VI kalendas augusti pontificatus nostri anno XX primo, indictione sexta.

Sigillum: quod in filis sericis rubri et flavi coloris appendebat, avulsum et deperditum est; ipsius loco nunc fragmentum sigilli verisimillime Ernesti, archiepiscopi Pragensis, per fila glauci coloris annexum est.

---

882. *a) Littera ‚l' ex ‚c' corr. est in A. — b) Ita A; enim cum titulo superfluo. — c) Vox super linea addita est in A.*

1) Nov. 29. — 2) Sept. 8. — 3) Cuius episcopatus anni 1180—1182 sunt.

883.

Petrus, praepositus Wissegradensis, regni Bohemiae cancellarius, archidiaconus Pragensis, domino S. de Fürsteneck, vicedomino [Petri], Pataviensis episcopi, liberum exitum et regressum per viam, quae ducit versus Prachatice, concedit.

In Vyšehrad 1278 aug. 8.

Apographum exstat in mnscro membr. saec. XIV. in archivo publico Monacensi (sign. Kl. Passau, Niedernburg 1) asservato, fol. 52—52v (B).

Dictator: ignotus.
Verborum figura „profitemur harum testimonio litterarum“ *potius usui aetatis Lucemburgicae quam Přemyslidarum videtur respondere.*
Vide: II. 1 a, magister Petrus cancellarius (NN).

Nobili[a] et potenti viro, domino S.[1] de Furstenekk, venerabilis patris domini Patauiensis episcopi[2] vicedomino, P.,[3] dei gracia Wissegradensis prepositus, tocius regni Boemie cancellarius,[b] archidiaconus Pragensis, sinceram[c] ad beneplacita voluntatem. Ut transeuntibus cum mercimoniis et rebus aliis, deductis tamen hiis, que per dominum nostrum regem[4] edicto publico[5] prohibentur,[d] liber pateat de partibus Patauiensibus exitus et regressus per viam nostram, que ducit versus Prachadiczz, profitemur harum testimonio litterarum durante usque ad festum beati Martini[6] proximo affuturum nostrum in hac parte vobiscum mutua[e] voluntate assensum.[f] Excipimus tamen ea, que per latrocinia vel aliter furti adiutorio interim fuerint perpetrata, que presentibus pactis et ordinacionibus nullatenus includuntur. Datum Wissegrad anno Domini M°CC°LXX°VIII°, III°nonas augusti.

---

883. [a] *Textui chartae inscriptio vitiosa* ‚vicedomino Wissegradensi preposito' *anteposita est B.* — [b] ‚concellarius' *B.* — [c] ‚sincerum' *B.* — [d] ‚prohibent' *B.* — [e] ‚mutuo' *B.* — [f] *Deest B.*

[1] *Plenum nomen ignoramus.* — [2] *Petri.* — [3] *Petrus.* — [4] *Přemyslum Otakarum II.* — [5] *Edictum ignoramus.* — [6] *Nov. 11.*

HOC FASCICULO CONTINENTUR

Pag.

Praefatio 5
Personarum nec non institutionum, ad quas huius tomi litterae ac diplomata data sunt, conspectus 9
Personarum nec non institutionum, quae huius tomi litteras ac diplomata ediderunt, conspectus 19
Acta annorum 1267—1278, quae ad ipsam diplomatarii Bohemici stirpem spectant 27

CODEX DIPLOMATICUS
ET EPISTOLARIS
REGNI BOHEMIAE

Založil
Gustav Friedrich

Díl V

ÚSTAV ČESKOSLOVENSKÝCH
A SVĚTOVÝCH DĚJIN
ČSAV

K vydání připravili
Jindřich Šebánek a Sáša Dušková

CODEX DIPLOMATICUS ET EPISTOLARIS REGNI BOHEMIAE

Dílu V.
svazek druhý
1267—1278

Vědecký redaktor dr. Miroslav Štěpánek, CSc.

Obálku navrhla Věra Beránková
Vydala Academia, nakladatelství ČSAV, Praha 1981
Redaktor publikace Lubor Václavů
Technická redaktorka Daniela Šebánková

Vytiskla tiskárna Severografia n. p.,
1. vydání — 624 stran — 58,73 AA — 59,55 VA

Náklad 700 výtisků — 02/63 — 6470
21—056—81
Cena brožovaného výtisku 145 Kčs
509—21—828